

M. TULLII CICERONIS  
**DE RE PUBLICA**

LIBRI

A B A N G E L O M A I O

NUPER REPERTI ET EDITI CUM EIUSDEM PRÆFATIONE ET  
COMMENTARIIS.

---

TEXTUM DENUO RECOGNOVIT FRAGMENTA PRIDEM COGNITA ET  
SOMNIUM SCIPIONIS AD CODD. MSS. ET EDD. VETT. FIDEM CORREXIT  
VERSIONEM SOMNII GRÆCAM EMENDATIUS EDIDIT

ET INDICES AUXIT

**GEORGIUS HENRICUS MOSER.**

---

ACCEDIT

**FRIDERICI CREUZERI**

ANNOTATIO.

---

*Cum specimine Codicis Vaticanæ Palimpsesti lithographo.*

---

FRANCOFURTI AD MŒNUM  
E TYPOGRAPHEO BRŒNNERIANO.  
MDCCCXXVI.

**VIRO  
PLURIMUM REVERENDO DOCTISSIMO  
AMICISSIMO**

**IO. CHRISTOPHORO DE SCHMID**

**A. L. M. ET ECCL. WÜRTT. PRÆSULI PRIMARIO**

**A VUNCULO PIE VENERANDO**

**ET**

**FRATRI OPTIMO**

**IOANNI MOSERO**

**A. L. M. ET AD ÆDEM S. S. TRINITATIS ULMÆ DIACONO**

**VIRIS**

**HUMANITATE LITERARUMQUE ET SCIENTIA ET AMORE  
CONSPICUIS**

**HUNCCE LIBRUM**

**D. D.**

**GEORGIUS HENRICUS MOSER.**

## G. H. MOSERI PRAEFATIO.

---

**P**auca sunt, quae de nova hac Ciceronis de Re publica librorum editione lectores monitos volo. Equidem cum primum ad me delata esset editio A. Maji, summo eam ardore et studio legere coepi; cumque per satis multos annos in Ciceronis de Philosophia libris accuratiore opera perlustrandis versatus essem, identidem in loca incidi, quibus probabiliter mederi me posse confidebam, alia ab A. M. minus recte vel explicata vel tentata offendi, multis etiam a me collatione aliorum Ciceronis librorum lux afferri posse videbatur. Quae loca cum a me vel emendata vel illustrata in schedas conjecissem, de iisque Creuzerum meum consuluissem, factum est, ut is vir, quem parentis loco nunquam non venerabor, auctor mihi fieret edendi libri, suamque mihi operam, quae est ejus insignis in rebus meis adjuvandis humanitas, prolixè polliceretur. Ego autem, cum paullo post multae prodirent vel contextus Romani repetitiones, vel aliae speciem emendatae lectionis plus minusve justam prae se ferentes, una etiam (Heinrichii) esset promissa, quae virorum doctorum desideriis cumulate satis factura diceretur, differendam totam operam existimabam, donec ista editio justa et plena prodisset, quae sive supervacaneam faceret meam operam, sive meae magis etiam exornandae et emendandae inserviret. At dum eam expecto, fama ad me perfertur, intermissam esse nescio quo casu editionis illius absolutionem, perferuntur ad me editiones Heinrichii minor, Steinackeri, Lehneri,

Schützi, aliae, versiones etiam, Gallica una et duo Germanicae, aliique libri et libelli, de quibus in librorum indice, a nobis ad hanc editionem adornandam adhibitorum, satis mihi exposuisse videor. Quibus omnibus quanquam haud pauca inesse confiteor et ad lectionem emendandam, et ad res ipsas explicandas utilissima, paucissima tamen eorum praerepta mihi esse vidi, quae ego ad hos libros in schedas coniecissem: subnata potius inde est satis larga novarum emendationum et vindiciarum sylva, et nova exstitit causa edendi totius operis, meis aliorumque curis illustrati. Erat consilium excerpti ex annotationibus A. Maji ea, quae ad meas annotationes intelligendas essent necessaria, itemque ea, quibus res ipsae egregie viderentur esse explicatae. Sed dum ad excerpti laborem me accingo, eaque secludere incipio, quae omitenda viderentur, factum est, ut perpauca admodum supervacanea viderentur, et repetendi, quod in editione quoque Halensi factum est, commentarii integri, sed correcti et aucti, consilium loco prioris subiret, quod a viris doctis, justisque harum rerum arbitris haud improbatum iri confido. Sed ut de A. Maji in hos libros meritis, cujus ego viri laudibus minime omnium aliquid detractum velim, paucis tantum defungar, faciunt virorum doctorum judicia publica satis multa, quae neque repetere attinet, neque refutare animus est. Quis enim non admiretur viri doctissimi in adornandis hisce fragmentis sagacitatem atque acumen, in emendandis multis locis lacunisque explendis sollertiam et felicitatem, in conferendis aliorum scriptorum locis, investigandisque fontibus literarum notitiam multiplicem et fere infinitam? Quare ut haec conjuncta cum mea opera ante oculos haberent, iisque copiis opibusque uti possent lectores nostri, faciendum ego censui, quod feci. Sic tibi pro meo iudicium a viri illius sententia sejungendum esse existimavi, quod in lectione constituenda haud raro necessarium visum est, id ut sine offensione fieret, curavi. Schützianam editionem quod saepius carpsi ob innumera fere festinationis vestigia,



quorum tamen multa silentio praetermisi, id ita intelligi volo, ut editionem illam vituperandam meritoque reprehendendam censuerim, Schütziū, virum summum, non item; cujus, si paucas excipias, sed optimas, annotationes, nullae fere in illa editione adornanda et describenda partes fuisse videntur.—

Equidem certe tantum mihi non sumo, ut irridere mihi et exagitare licere existimem viros egregie de nostris literis meritos: ut ne ei quidem viro quidquam a merita doctrinae laude detractum velim, qui, sive oblata aliqua occasione sive arrepta, quam libris de Legibus impendimus operam non vulgarem, in vulgus ejectis vocibus aliquot acerbioribus, elevare vel voluit vel voluisse certe visus est.

At, dicet fortasse quispiam, qui justam horum sive fragmentorum sive librorum editionem meditatur, is etiam fragmentorum ab A. Majō institutam dispositionem sub examen vocet, nonnullis certe in locis dubiam, in paucis manifesto falsam. Augeat idem fragmentorum numerum, excussis, qui A. Majum fugerunt, libris patrum aliorumque scriptorum, quibus Ciceronis libros integros legere contigit. Audio. Sed de universo fragmentorum ordine melius judicare, quam A. Majus judicavit, non facile quisquam sibi sumet. Loca aliquot, quibus aliquid mutandum esse videri posset, indicavi: ut ipse aliquid mutarem, id mihi sumere nolui. Expectemus, dum novus aliquis liber reperitur, qui et lacunas expleat, et eorum, quae habemus, dispositionem vel confirmet vel corrigat. Nova vero fragmenta ut conquirant eos exhortor, quibus et otium est, quod mihi quidem fere est nullum, et librorum copia, quae ego in hac urbe plane destituor: eorum certe librorum, in quibus aliquid, quod operae pretium sit, reperiuntur cum aliqua veri similitudinis specie sperare possis.

Jam quod ad eam, quam secutus sum et emendandi et explicandi rationem attinet, de ea non est, quod multus sim. Erunt, qui nimium me dedisse et indulgisse utrique generi dicant; erunt fortasse, qui plura

etiam desiderent; erunt denique, (tales nimirum, quibus nil, nisi sua ratio placet) qui obtrectandi lubidine et livore abrepti totam operam arroganter fastidiant, maledicendoque, quia bene dicere non didicerunt, gloriolam captent, inanem illam quidem, sed vulgo fucum facientem.

Ita nuper exortus est novus editionis Creuzeri nostraeque librorum de Legibus adversarius, Janus Bakius, in Bibliotheca Critica Nova, Lugduno Batava, qui per quatuor pagellas id sibi potissimum negotii sumsit, ut de nostra existimatione, quoad ejus fieri posset, detraheret, nosque levitatis, immodestiae, ambitionisque crimine notaret, seque in editione librorum de Legibus ab ipso parari instituta horum criminum rationem redditurum, sive pollicetur, sive minatur. Primum enim totum editionis consilium improbat, deinde nobis nimiam sedulitatem exprobrat, tum, postquam plurima a nobis recte esse administrata concessit, statim nos saepissime vel errore lapsos esse, vel intacta vulnera reliquisse contendit. Interserit laudes admodum ambiguas, easque, in quibus facile agnoscas, tolli nos in altum, ut lapsu graviore ruamus. Ad haec omnia nihil plane habemus, quod respondeamus, habituri fortasse, quando censor acerrimus, quae nunc fastidiosè spernit, rationibus prolatis impugnaverit. Operis nostri institutum quod attinet, id non nobis tantum, sed multis etiam viris, supercilioso isto iudice haud parum gravioribus, probatum esse scimus: cui improbatur, ei non irascimur, modo is aequo animo ferat, fieri aliquid, cujus ipse non fuisset auctor, si in consilium fuisset adhibitus. Levitatis, immodestiae, ambitionisque crimen ab eo nobis viro inuri videmus, qui aliis etiam nominibus a nobis notari posset, si par pari reddere vellemus. Errore denique nos lapsos esse, intacta nos vulnera reliquisse, libenter concedimus: nihil facilius est in opere paullo longiore, quam reperire commissa quaedam et ommissa, cujus generis nos ipsi, ex quo exiit liber, haud pauca reperimus et in usum futurum in schedis habemus condita. Non enim nos ii sumus, qui

operâ nostrâ absolutum jam omnem in istis libris laborem esse nobis persuadeamus; sed ii, qui sciamus, multa loca a nobis rectius et scripta et explicata esse, quam factum est ante nos; sed ii, qui probe sciamus, invidiosius quam verius esse a censore nostro iudicatum, cujus rei causas reperire ut facile est, ita silentio premere praestat.

Sed omnibus qui satisfacere, qui placere etiam studeat, nae is operam ludat perdatque, bonoque otio male abutatur. Ii vero, qui, quod literarum nostrarum promovendarum studio et veritatis amore scriptum est, etiam si humani quid accidisse editori nonnunquam animadvertunt, humaniter tamen id reprehendendum existimabunt, habebunt me et obsequentem et grato animo accipientem, quaecunque mihi vere monuisse visi fuerint. — Unum addo, quod ad libri usum pertinet: numeri videlicet, margini paginarum exteriori adscripti, iidem sunt, quos A. Majus adscripsit, de quibus v. ejus Praef.; interiori margini adscripsi paginas editionum Stuttgartianae et Londinensis ad exemplar Romanum expressarum. Indices auxi, et, quae a me addita sunt, ita describi jussi, ut discerni possint ab iis, quae alienae industriae debentur. Curavit redemptor honestissimus, ut chartarum non modo et typorum nitore conspicua esset haec editio, sed etiam ut, quam posset fieri, prodiret emendatissima. Quod sic ubi nihilo minus peccatum est, id et raro factum est, et mihi, qui non nisi plagulas jam excusas vidi, non erit vitio vertendum. Ceterum cum ultra annum in describendo libro versaretur typographus, factum est, ut, cum non amplius in manibus meis esset liber, quaedam, quae vel emendando vel augendo commentario inservirent, perque hoc tempus, ut fit, succrescerent, ad calcem libri, quod ipse in aliis reprehendere soleo, essent rejicienda. Quae tamen ut conferantur cum operis contextu et commentario, rogatos volo censores primum, tum lectores omnes. Orthographiae, quam dicunt, rationem, quam partim, qualem exhibet codex rescriptus, servavit A. Majus, partim immutavit, quae-

que est in Codice saepissime falsa, saepe a recepta recedens et vere antiqua, hanc igitur quod immutavi, ad eamque normam, quae hodie in optimis editionibus obtinet, Heiurichio praeunte, accommodavi, id ideo faciendum duxi, quod nondum plane in singulis vocibus ad liquidum perducta est ea scribendi ratio, quae Ciceronis aetate obtinuerit, ut plerumque, qui unum alterumve corrigat ad certam rationem, in multis tamen recentiorem usum servet, eoque scriptionem inducat, ut ab usu recepto abhorrentem, ita eo tamen non certiore eamque sibi ipsi non constantem.

Quam promisit redemptor in Catalogo nundinarum Lipsiensium Epistolam Criticam Bardilii V. Cl., eam addere non potuimus, cum aliis curis impeditus promissam nobis dudum absolvere non potuerit Vir nobis amicissimus. Quod nostrae editionis ornamentum ut aegre desideramus, ita tamen diutius editionem ipsam differre nolimus, sperantes, fore, ut alio et tempore et loco Viri eruditissimi in hos libros castigationes publici fiant juris. Quid aliis Viris doctis debeat editio nostra, ex Indice Librorum apparebit.

Scribendam Ulmae Idibus Februariis  
MDCCCXXVI.

---

## Index Librorum,

aliorumque, quibus usi sumus, adjuventorum.

*Editione* quidem *Romana Angeli Maji* principe quamquam nobis uti non licuit, ea tamen haud aegre caruimus, cum ad manum fuerint, quae ad ejus exemplar satis accurate expressae sunt, *Stuttgartiana* (in libraria Cottae, M.DCCC.XXII.) et *Londinensis* elegantissima (impensis J. Mawman. MDCCCXXIII.), quae et inter se et cum Ed. Rom. ita conveniunt, ut paginarum quoque numerus, exceptis indicibus, qui in Ed. Lond. arctiore spatio continentur, plane sit unus idemque. In quarum editionum alterutra si quid, ut fit, erat commissum, altera statim, quippe cum non iisdem in locis peccarent, errorem detegebat. Usus etiam sum editione *Parisiensi*, cujus haec inscriptio est:

*La république de Cicéron, d'après le texte inédit, récemment découvert et commenté par M. Mai, bibliothécaire du Vatican. Avec une traduction française, un discours préliminaire, et des dissertations historiques, par M. Villemain, de l'académie française II. Tomes, Paris, Michaud. 1823. LXIV. 395 et 386. pp. 8.*

Haec editio quamquam plerumque cum Ed. Romana convenit, non tamen accurate eam reddit, neque in mutando vel omitiendo constantia editoris apparet: correctiones sunt [admodum] paucae, ne dicam nullae, versio autem Gallica est ejusmodi, ut solent esse Gallorum versiones, paullo nimirum liberior. Dissertationem historicam et animadversiones, quas contextis subjecit, sua laude dignas esse ut facile concedo, ita tamen ad nostrum consilium parum in iis inesse adjuventi deprehendi.

Egregias haud paucas emendationes exhibebat Editio *Heinrichii* minor sive compendiariorum (Bonnae ap. Marcum 1823.), cujus utinam redemptor (si per eum stetit) fidem datam solvisset emittenda in lucem mense Julio anni ejus-

dem editione majore cum commentario critico! Sed cum ad hunc diem nondum lucem viderit haec editio, emendationum ejus viri causas ubique perspicere non licuit. Nos ubicunque ab eo discedendum nostrumque judicium ab ejus judicio sejungendum censuimus, candide id indicavimus.

*Steinackeri* (Lipsiae. Hartknoch. 1823.) et *Lehneri* (Solisbaci. Seidel. 1823.) Editt. probabilia exhibebant haud pauca, plura quidem prior posteriore. De *Steinackeri* cum *Niebhrio* dissensione quod ad Centurias pertinet, deque libellis ultro citroque scriptis, variisque de ea re aliorum quoque virorum judiciis monuimus in *Excursu de loco isto peculiari*, ad calcem hujus editionis addito.

*Schützi* editionem (ap. Fleischerum. Lips. 1823.), vel eam potius, quae *Schützi* nomen in fronte gerit, utinam tam saepe laudare potuissem, quam vituperare coactus fui! Sed insunt tamen, quae admodum probanda videantur; quamquam describendo certe typis libro quemvis alium hominem, quam *Schützi*um, invigilasse censeo.

Inspexi etiam editionem *Halensem* (Orphanotroph. 8. 1824), chartarum typorumque nitore minime conspicuam, *Tachnützianam* (Lips. 1823. 12.), *Heidelbergensem* (ap. Groosium 1823. 12.) admodum elegantem, distinctione identidem meliore gaudentem, quam Ed. prc., *Fuldensem* (ap. Müllerum 1824. 8. Tom. I.) cum disputatione et annotatione *Villem. Germanice* versis, et versione horum librorum *Germanica* pessima, ex *Gallica*, neque vero ex *Latina* lingua expressa ab homine quodam, cui nomen est *J. M. Pierre: Kobbii* versionem (Gotting. ap. Vandenh. et Rupr. 1824. 8.) *Germanicam*, ad *Heinrichii* editionem factam, illâ, quamquam insunt, quae displiceant, multis nominibus praestantiorum; *Zachariae* librum bonae frugis plenissimum (inscribitur: *Staatswissenschaftliche Betrachtungen über Cicero's neu aufgefundenes Werk vom Staate. Heidelberg. Oswald. 1823. 8.*) et quae adhuc prodierunt horum librorum censurae in annalibus literarum *Heidelbergensibus*, *Gottingensibus*, *Halensibus*, *Lipsiensibus*, *Jenensibus*, aliis.

Quae pridem ferebantur et collecta erant horum librorum fragmenta in Editionibus operum *Ciceronis* integris, adhibui, usus *Edd. Roberti Stephani* (Victoriana), *Caroli Stephani*, *Sylburgii* (Wecheliana), *Lambini*, *Gothofredi*, *Verburgii*, *Ernesti*, *Bipontina*, *Schützi*, itemque eo libro, in quo, ante repertos ab Angelo Majo hos libros, centonis instar concinnavit ex omnibus *Ciceronis* libris sex de Re publica libros *Francogallus Bernardus*, ita inscriptos:

*De la république ou du meilleur Gouvernement, ouvrage de Cicéron, rétabli d'après les fragmens et ses autres écrits, et traduit en français avec des notes historiques et critiques et une dissertation sur l'origine et les progrès des sciences, des arts et du luxe chez les Romains; nouvelle édition, revue et corrigée, à laquelle on a joint le texte latin, avec deux dissertations nouvelles: par M. Bernardi. II. Tomes. Paris. 1807. LI. 340 et 350. pp. 8.*

Et hic quidem liber, ut suis laudibus non destituitur, quippe qui etiam Sancto-Crucio (Sainte Croix) placuerit, ita ad nostrum consilium admodum exigui fuit usus \*).

Quid vero debeat haec Editio Creuzero nostro, neque meum est praedicare, et unusquisque videt ex nomine a nobis ad ejus annotationes addito.

*Doederleinii*, Professoris Erlangensis, annotationes aliquot, cum serius ad me delatae essent, ad calcem horum librorum erant rejiciendae.

*Dirksenio* meo acceptam refero annotationem ad L. II. c. 35, quem ego locum absque eo intactum reliquissem, iis quippe praesidiis minus instructus, quibus ad talia explicanda opus est \*\*).

Jam de *Somnio Scipionis* \*\*\*), quod inde a Macrobio tot tantorumque virorum curis et illustratum et emendatum

\*) Ut vero hujus libri ratio et consilium magis appareat, age apponamus scriptoris ipsius expositionem sententiae suae: *Le traité de la République, ainsi restauré contient un tableau historique des institutions Romaines, des discussions sur les questions les plus importantes de la morale et de la politique, telles que l'origine de la société, l'essence de la loi et du devoir, la différence éternelle du bien et du mal, les fondemens du bonheur public et particulier. On y trouve les fameux argumens de Carneade contre la justice et le droit naturel. Lactance, qui les rapporte, les avoit puisés dans la République de Cicéron. Il les juge insolubles à la raison humaine, destituée du secours de la religion. Il a négligé de nous faire connoître les réponses, que Cicéron y avoit faites. J'ai suppléé à cette omission, comme pour tout le reste, en cherchant dans ses autres ouvrages. J'ose me flatter, que ces recherches n'ont point été infructueuses.*

\*\*\*) Nunc vero (mense Majo a. 1825. exeunte) eundem locum accurate pertractatum video in libro ejus novissimo: *Beiträge z. Kunde des Röm. Rechts.* p. 189. sqq.

\*\*\*\*) Exstat G. E. *Groddeckii* Programma, Wilnae (1814. 4. pp. 14) editum, quod inscribitur: *Ad Somnium Scipionis monita*: neque vero mihi eo uti licuit.

est, et longum est dicere et ab hoc quidem loco alienum. Mihi ad manum fuerunt Editiones *Ascensianae*, prima et secunda, *Cratandri*, *Herwagiana*, *Caroli Stephani*, *Sturmiana*, *Aldina*, *Lambiniana*, *Gothofredi*, *Verburgiana*, *Ernestina*, *Bipontina*, *Schütziana*, *Ochsneri* (in Oliveti Eclogg. Cicc.); de quibus omnibus dixi ad Ciceronem de Legibus. Praeter hos vero libros usus sum.

1. *Codice Creuzeriano I*, olim Uffenbachiano membraceo, de quo dixi ad Ciceronem de Nat. Deorr. et de Legg.

2. *Codice Creuzeriano II*, chartaceo, seculi decimi quinti, forma oct., anno 1484 conscripto, ad recentiorem Codicum Somnii Scipionis familiam pertinente.

3. Variis lectionibus *Codicis Monacensis*, quas Lehnerus suae horum librorum editioni addidit ad calcem praefationis q. v. p. ix.

4. *Ed. Veneta*, in qua continentur cum libris de Officiis reliqua Ciceronis Philosophica minora, quae plerumque jungi solent, videlicet Cato major, Laelius, Paradoxa. In fine legitur: *Finis libri — qui peroptime emendatus. Impressum Venetiis per Joannem et Gregorium de Gregoriis*, s. a.; sed impressum esse hunc librum circa annum 1500, monuit me Veesenmeyerus, collega conjunctissimus, qui mecum hanc editionem optimam et quinque alias, in his Ascensianam primam et Herwagianam, perhumaniter communicavit, cum post eum annum nihil fere ex istorum duumvirorum officina prodierit \*).

5. *Ed. Roberti Stephani* Opp. Cic. ex Petri Victorii Codd. cum ejusd. explicationibus suarum in Ciceronem castigationum. V. Voll. f. max. Parisiis 1538; quae quanti sit facienda norunt eruditi;

6. *Lugdunensi*: Editio splendida, continens de Officiis etc. cum comm. Erasmi Roterod., Petri Olivarii, Petri Rami et doctissimi cujusdam viri. Lugduni ap. Theob. Paganum 1556. f. 4.

7. *Tigurina*: de Off. etc. cum castigg. et ann. D. Erasmi, Ph. Melanthon., B. Latomi, C. Coclenii, W. Anemoeccii,

---

\*) Habuit hanc quoque editionem ad manum Degenius in adoranda editione librorum de Officiis, deque ea loquitur in Ed. III. (1825) Introdact. p. xv. sq. Habuit autem D. his libris annexos Ciceronis quatuor Rhetoricorum libros et duos de Inventione Rhetorica, impressos ibidem apud eosdem, ubi in fine legitur: *Impressum venetiis per Joannem et gregorium de gregoriis fratres. Anno Domini. MCCCCCII. Die sexto mensis Aprilis*, Conf. Beier. in Ind. Edd. Cic. de Off. p. 448. N. 17.



Jo. Camerarii, J. Metzleri. Tiguri. Froschower. 1560. Hujus editionis non mentionem fecerunt Heusingerus ad Cic. de Off. et Beierus;

8. Ed. Jo. Boulièrù Opp. Cic. Philoss. Lugduni, ap. Ant. Vincentium 1560. III. Voll. f. 8.; quae, quamvis mox Editione Lambinianà obscurata, suis tamen non caret laudibus, et immerito, ut ostendam ad Ciceronem de Divinatione, ab editoribus fuit neglecta;

9. *Plantiniana*: de Off. etc. — et in his animadversa quaedam post D. Lambinum ab Jo. Cauchio, Corn. Valerio, et Gul. Cantero. Annotationes P. Manutii in margine adscriptae sunt; accedit D. Lambini annotatio. Antw. Plantin. 1568. f. oct.;

10. Ed. *Hieron. Wolfii*: Basileae ap. Herwag, 1569. f. m. cum libris de Off. etc. et ejusd. in hos libros commentario;

11. *Sylburgiana*: Opp. Cic. omn. Ed. ad Manutianam et Brutinam conformata: cum annotationibus et castigationibus ex variis doctorum virorum scriptis selectis. X. Tomi f. oct. Francofurti apud Andr. Wechelii heredes, Claud. Marnium et Jo. Aubrium. MDXC;

12. Ed. *Jani Gruteri et Jani Guelmii*, cum comm. utriusque et Penu Tulliano G. L. Frobenii, V. Voll. f. max. Hamburgi ex bibliopolio Frobeniano. 1618;

13. *Patavina*. Praefixum videlicet est *Somnium Scipionis* editioni *Macrobii* operum, quae prodiit Patavii 1736. ap. Cominum f. 8., admodum elegans, quamque curavit *Hieron. Valpius*, plerumque secutus Ed. Jac. Gronovii;

14. Ed. *Goezii*, cujus inscriptio haec est: *M. Tullii Ciceronis Cato Major et Somnium Scipionis. Μάρκου Τυλλίου Κικέρωνος Κατων και Όνειρος του Σκιπιωνος. Εquemη-veia Θεοδώρου. In einem hie und da berichtigten Texte und durch Parallelstellen erläutert von Johann Adam Götz. Nürnberg. 1801. 8.* Paucissima habet, quibus se commendat, haec editio; Graeca vero ita corrupte expressa sunt, ut puerum plagulis corrigendis praefuisse credas. Gazae certe quam dicunt, versionem, quamquam non admodum castigatam, multo tamen emendatiorem exhibent Editiones Sturmianae.

De Editione *Angeli Maji* monui in Praefatione.

Sed monendum praeterea videtur de re aliqua, nondum plane ad liquidum perducta. Sunt enim, qui dicant, prae-

ter Theodori Gazae versionem \*) Somnii Scipionis Graecam exstare etiam versionem Maximi Planudis, servarique eam in bibliotheca Regia Parisiensi, aliisque, veluti in Vaticana: eamque esse ἀνέκδοτον. Vide modo Fabr. B. Gr. X. p. 533. Ed. pr. Idem vero in B. L. T. II. p. 148 ait: „etiam „a Planude versum Graece Somnium Scipionis *suspicitur* „Lambecius V. p. 153. ubi in Graeco quodam Codice MS. „Juliani Cardinalis S. Angeli citatur ὁ ὄνειρος τοῦ Σκιπί- „ωνος.“ Hanc ego *suspicionem* cum veram esse magnopere optarem, eaque versione editionem hanc exornare cuperem, adii per Creuzerum meum Hasium V. Cl., Bibliothecae Reg. Par. praefectum, rogans, ut describi meum in usum illud *κειμήλιον* curaret. Haec dum cum maxime agito, ecce incido in annotationem quandam Gronovii ad vexatissimum illum Somnii Scipionis locum: *et parum rebus* (c. II. extr.), ubi est: „Si Manutius in duobus invenit „*pax sit rebus* vel *pax rebus*, erunt illi tales, qui aetate „ipsius aut paulo ante fuerint scripti; quale genus exemplar fuit etiam, unde *Maximus Planudes* (hoc enim nomen, non Theod. Gazam praeferebat liber Mediceus) haec „interpretabatur: ἀλλ' εἰρήνη ἦτω τοῖς πράγμασιν, ὡς ἀκούσαι καὶ τὰ λοιπά.“ Quae ego cum ad verbum fere (nisi quod in versione Gazae nomine edita scribitur ἔστω pro ἦτω) \*\*) convenire viderem cum versione Graeca dudum nota, suspicari coepi, unam eandemque versionem ab his Planudi, ab aliis Gazae adscribi, rogavique Hasium V. Cl. ut inspectis Codicibus utrum vere an secus suspicatus sim, me edoceret. Cui ille optato, quae est ejus viri insignis humanitas, in literis ad Creuzerum datis ita cumulate satisfecit, ut, quae de hac re scripsit, Latine a me reddita, cum lectoribus communicanda esse videantur. Ita igitur Hasius:

1. Cod. Reg. 969. Inscrubitur fol. 320 verso: Ὀνειρος τοῦ σκιπίωνος (sic). Incipit: Ἦνίκα περὶ τὴν ἀφρικὴν ἀφι-

\*) Seorsim edita est Basileae 1528. 4. addita item editioni Aldinae 1523. 8. Neutram vidi.

\*\*) De forma ἦτω vid. Matthiae Gr. Gr. maj. p. 279. Buttmann. Gr. Gr. maj. pag. 550.

κόμην, ἀντίου μαλίου (sic) ὑπατεύοντος· ἐπὶ τὸ τέταρτον  
 κύμα δῆμαρχος. In fine fol. 327 verso: ἄι μὴ πολλοῖς  
 αἰῶσι δίκας εἰσπραχθεῖσαι ἐπινακίμπουσι· καὶ ὁ μὲν ἀνε-  
 χώρησεν· ἐγὼ δὲ τοῦ ὕπνου εὐθὺς ἀπελύθην. Plane igitur  
 convenit cum versione Graeca, quae Gazae tribuitur in  
 Editione, quae ad manum est, Parisiensi 1528. 8. apud  
 Simonem Colinaeum fol. 32. verso, ad calcem versionis libelli  
 de Senectute, quae ejusdem Gazae nomine inscripta est.  
 Ego autem cum passim contulissem Codicem MS. cum Ed.  
 utramque eandem esse reperi, nisi quod illius scriptor vel  
 casu vel calami errore aliquoties lapsus est.

2. Cod. Reg. 1603. seculo xvi. ineunte scriptus. Inscr.  
 fol. 379 recto: Σκηπίωνος ὄνειρος συγγραφείς μὲν παρὰ  
 μάρκου τουλλίου κικέρωνος τοῦ ῥήτορος. ἐξηγηθεῖς δὲ παρὰ  
 μακροβίου εἰς [deesse videtur hic δὲ et distinctio ante εἰς]  
 ἑλλάδα γλωττα [sic] μετενεχθεῖς παρὰ μαξίμου τοῦ πλα-  
 νούδη. Incipit: Ἦνίκα ἐπὶ τὴν ἀφρικὴν ἀφικόμεν. In fine  
 fol. 385. verso: καὶ ὁ μὲν ἀνεχώρησεν· ἐγὼ δὲ τοῦ ὕπνου  
 εὐθὺς ἀπελύθην.

3. Cod. Reg. 1772. seculi xvi. Inscr. fol. 178. recto:  
 Σκηπίωνος ὄνειρος, συγγραφείς [sic] μὲν παρὰ μάρκου τουλ-  
 λίου τοῦ ῥήτορος, ἐξηγηθῆς [sic] δὲ παρὰ μακροβίου ἀμ-  
 βροσίου· εἰς τὴν ἑλλάδα δὲ γλωτταν μετενεχθῆς [sic] παρὰ  
 μαξίμου τοῦ πλανούδη. Incipit: Ἦνίκα ἐπὶ τὴν ἀφρικὴν  
 ἀφικόμεν. In fine fol. 184. verso: ἐγὼ δὲ τοῦ ὕπνου εὐ-  
 θὺς ἀπελύθην. Sequitur Macrobiani commentarius graeco  
 versus, cujus hoc initium est: μεταξὺ τῶν τοῦ πλάτωνος  
 καὶ κικέρωνος βιβλίων [Perperam Harlesius Bibl. Graec.  
 Vol. xi. p. 682. μεταξὺ τῆν τοῦ] usque ad fol. 302 rect.  
 Uterque liber ab homine Italo, certe non Graeco, exarat-  
 us esse videtur.

4. Cod. Reg. 1868. Seculi xv. Inscr. fol. 143. recto:  
 Σκηπίωνος ὄνειρος, συγγραφείς μὲν παρὰ μάρκου τουλλίου  
 κικέρωνος τοῦ ῥήτορος· ἐξηγηθεῖς δὲ παρὰ μακροβίου ἀμ-  
 βροσίου· εἰς τὴν ἑλλάδα δὲ γλωτταν μετενεχθεῖς παρὰ μαξί-  
 μου τοῦ πλανούδη. Sequuntur item duo Macrobiani libri  
 eadem manu scripti: Est vero hic liber horum, quos ad-  
 huc excussi, quatuor codicum emendatissimus, ab homine  
 Graeco haud indocto descriptus, qui nunquam fere ita-  
 cismo, quem dicunt, in errorem abreptus est.

5. Cod. Reg. 2070. sec. xvi. Inscr. fol. 1 recto: σκη-  
 πίωνος ὄνειρος, συγγραφείς παρὰ μάρκου τουλλίου κικέρωνος  
 [deest τοῦ] ῥήτορος· ἐξηγηθεῖς δὲ παρὰ μακροβίου ἀμβρο-  
 σίου· εἰς δὲ τὴν ἑλλάδα γλώσσαν [sic] μετενεχθεῖς [sic]  
 παρὰ μαξίμου μοναχοῦ τοῦ πλανούδη. Incipit: Ἦνίκα ἐπὶ

τὴν ἀφρικὴν. In fine fol. 8 recto: ἐγὼ δὲ τοῦ ὕπνου εὐ-  
θύς ἀπελύθη. Adduntur item duo Macrobbii libri.

6. Cod. Reg. 1000. Sec. xiv, quem ideo reliquis post-  
posui, quia Somnium Scipionis ultimis foliis a seriore  
manu, nec plenum illud, adscriptum reperio. Manu prima  
in hoc Cod. est scripta proverbiorum Graecorum collec-  
tio, quae imperfecta desinit; tum fol. 268 recto incipit,  
† σκηπίωνος inscriptum, Somnium a verbis † ἀλλ' ἐν ἐνθυ-  
μότερος εἴης ἀφρικανὲ τῆς πολιτείας ἐπιμεισθῆναι (conf.  
fol. 34 recto lin. 7. Ed. Colinaei). Desinit hoc fragmen-  
tum fol. 274. recto in verbis: αὐτῇ [Ed. fol. 36. lin. 4.  
αὐτῇ] γὰρ ἡ ἐννιάτη καὶ μέση γῆ οὔτε κινεῖται καὶ κατα-  
τάτω ἐσι: [sic] καὶ πρὸς αὐτὴν φέρεται πάντα τῇ οἰκείῃ  
ῥοπῇ τὰ βάρη: sequuntur in fine ejusdem folii et fol. 275,  
quod est Codicis ultimum, observationes aliquot astrono-  
micae.

7. Cod. Coislin. 355. seculo xv exeunte vel ineunte xvi.  
Inscr. fol. 2 verso: Σκηπίωνος [sic] ὕνειρος· συγγραφῆς  
μὲν παρὰ μάρκου τουλλίου κικέρωνος· τοῦ ῥήτορος· ἐξηγη-  
θεῖς δὲ παρὰ μακροβίου ἀμβροσίου· εἰς δὲ τὴν ἑλλάδα [sic]  
γλωτταν μετενεχθεῖς ἐκ τῆς λατίνων φωνῆς παρὰ τοῦ σοφω-  
τάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ μαξίμου μοναχοῦ, τοῦ πλατουδῆ.  
Incipit: τίκα ἐπὶ τὴν ἀφρικὴν ἀφικόμην. Litera H a rubri-  
catore non est adscripta. In fine fol. 31 recto: ἐγὼ δὲ  
τοῦ ὕπνου εὐθύς ἀπελύθη. Sequitur Macrobbii Commen-  
tarius παρὰ τοῦ αὐτοῦ κυροῦ μαξίμου graece versus. Omnia  
eadem manu satis eleganter scripta sunt.

Habes Codicum notitiam. Unde primum illud patere  
videtur non aliam esse versionem Planudeam, aliam Theo-  
dori. Utrius sit opus, discernere non audeo. Planudem  
produnt Codicum inscriptiones, nostrorum certe. Accedit,  
quod folia Codicis regii 1000. in fine, quamvis reliquâ  
codicis parte recentiora, anno 1430 videntur superiora;  
is autem est annus, quo Theod. Gaza, mortuus 1478, pri-  
mum in Italiam venit. Huic ego versionem nostram plane  
abjudicarem, nisi, quo saepius eam inspicio, non Attica  
quidem, sed grammatici hominis esse videretur, qui usu  
scribendi stilum excoluerit, qualem ego a Gaza viro do-  
ctissimo eodemque eloquentissimo, neque vero a Maximo  
Planude expectaverim. Planudis ego accurate potissimum  
perlegi Metamorphoseon versionem, nostra longe inferio-  
rem. Quamquam ego huic rationi non nimium tribuerim.  
Saepe enim unius ejusdemque scriptoris libri, praesertim  
si vitam per multorum annorum seriem produxerit, ita  
inter se differunt, ut vix eos ab eodem homine profe-

ctos credas. Fieri potest, ut Planudea aetate proventus saepe stilum vertendo ad meliorem frugem redierit, Gaza vero eam descripserit indeque ejus auctor habitus fuerit, prouti idem eandem ob causam habetur paraphraseos Iliadis auctor, cujus nos partem habemus in bibliotheca regia in Codd. seculo XIII conscriptis. Gazam vero per longam tempus describendis Codicibus Graecis vitam sustentasse constat, antequam 1451 Romam vocaretur. Sed judicium esto penes idoneos harum rerum iudices."

Delatus est denique, postquam dudum haec editio describenda operis typographicis tradita fuerat, ad me liber, cujus inscriptio in novorum librorum catalogo, nundinis Lipsiensibus praemisso, magnam mihi expectationem commoverat, dolorem etiam, quod non licuisset eo uti in ipsa mea editione adornanda. Est vero ejus libri inscriptio haec:

*M. Tullii Ciceronis libri de Republica, notitia Codicis Sarmatici facta illustrati quantumque fieri potuit restituti a D. Guilielmo Münnich Professore Cracoviensi. Goettingae, apud Carolum Eduardum Rosenbusch. MDCCLXXV. XIV. et 245 pp. f. 8.*

Quis non hoc indice lecto huic libro et Ciceronianum de Re publica opus et supplementa ex Codice Sarmatico inesse credat? Et justior quidem ejus expectationis causa esse videri poterat ei, qui legisset in *Fr. Jakobsii Epistola ad F. G. Doeringium* (secularibus Gymnasii Gothani a. d. S. Thomae 1824. scripta) p. 29. haec viri illius clarissimi verba: — *in reliquiis librorum de rep. — ab A. Majo ex palimpsesto Bibliothecae Vaticanae felicissime erutis, et mox, ut audimas, ex alio hujusmodi codice, in Gallicia forte reperto, multis accessionibus augendis.* Quis, inquam, non thesaurum expectaverit? Accepimus vero pro thesauro, non quidem, quod est in proverbio, carbonem, sed nihil, propter quod, librum nostrum jam e manibus emissum fuisse, magnopere sit dolendum. Et primum quidem Ciceronis de rep. libri plane non insunt, sed agitur tantummodo de iis, et duabus quidem constat iste liber partibus. Parte priore accuratius docet Münnichius, quod minus accurate adhuc sciebamus, exeunte seculo XVI. exstitisse adhuc in Polonia Codicem librorum de Re publica, neque verò ad hunc diem compertum esse, utrum etiam nunc in iisdem regio-

nibus exstet, an alio delatus sit, an plane interciderit. Parte autem posteriore illud probatum ivit, Praesulem Camenecensem, postea Chelmensem, Premisliensem, denique Posnaniensem, *Laurentium Grimaldum Goslicium* (Goslicki), mortuum anno mdcvii, habuisse illum codicem, eoque usum esse in conscribendo opere, cujus inscriptio haec est: *De Optimo Senatore libri duo, in quibus magistratum officia, civium vita beata, rerampublicarum foelicitas explicantur. Opus plane aureum, summorum Philosophorum et Legislatorum doctrina refertum, omnibus respublicas rite administrare cupientibus non modo utile, sed apprime necessarium. Accessit locuples reram toto opere memorabilium index. Cum privilegio. Venetiis ap. Jordanum Zilettum 1568. 4. Idem Basileae 1593. apud Leonardum Osten, impensis Roberti Cambiers, 8. (\*)* Et primum quidem illud satis probabiliter demonstrat, fieri potuisse per temporum locorumque rationem, ut isto codice uteretur Goslicius; deinde vero ex rerum cum libris Ciceronianis de re publica congruentiâ efficit, Goslicium non aliorum scriptorum veterum potius, quam Ciceronis de re publica optime constituenda sententiam esse secutum, quem quidem non ad verbum descripserit, (nam ne unus quidem Goslicii locus Ciceronis alicui loco plane geminus est:) sed ratiocinando et rebus digerendis saepenumero expresserit; ex iis denique, quae plus minusve cum fragmentis servatis vel repertis congruant, colligi id posse existimat, ut nonnullae reperti operis lacunae, quarum quidem quod fuerit vel esse debuerit argumentum, innotescat, eadem fere ratione expleantur, qua nunc Augustini quibusdam et Lactantii aliorumque locis ab A. Majo complures sint expletae. Cujus rei aliquot exempla insigniora exhibet. Denique ex colore orationis satis Ciceroniano non nimium immutata esse ea concludit, quae suis immiscuerit Goslicius ex opere, quod non nominato auctore excerpterit: illud vero Goslicii opus denuo typis se vulgaturum spondens admonet lectores, ut vestigia Codicis Sarmatici librorum Ciceronis de Re publica in Polonia persequantur. — Quae omnia ut multa cum diligentia collecta et rationibus haud plane contemnendis demonstrata esse concedo, ita tamen animum nondum explevisse, nedum ex-

---

(\*) De eo viro ejusque libro vid. Henn. Wittii Diarium biographicum scriptorum Seculi xvii. p. 43. Gesneri Bibliothec. in compend. red. a Jos. Simlero p. 445 sq. Collectio in unum corpus librorum, qui ab a. 1564 ad a. 1592. prodierunt: p. 266.

pectationi speique, quam conceperam, satisfecisse, ingenuè profiteor.

Tempestive quidem, quippe exeunte mense Aprili anni MDCCLXXIV, prodierat *F. C. Wolffii*, Conrectoris Gymnasii Flenopolitani programma, in quo insunt *Observationes criticae in M. Tullii Ciceronis Orationum pro Scauro et pro Tullio et librorum de Re publica fragmenta*. [43. pp. 4.]. Sed cum id comparuisse sero comperissem, serius idem etiam ad me delatum esset, factum est, ut in annotatione conscribenda eo uti non possem, sed, quae inessent ad hos de re publica libros sive emendandos sive explicandos, ad calcem operis essent rejicienda et dijudicanda.

Ex Fabricii Bibliotheca Latina Ed. J. A. Ernesti  
T. I. p. 199. sq.

„*Somnium Ciceronis* ex ultimo sive sexto libro de Rep. sive de optimo rei publicae statu excerptum. Illud servavit ac duobus libris copiose illustravit *Macrobius Favonii* vero *Eulogii* (\*) Rhetoris Carthaginiensis disputatio in *Somnium Scipionis* ad V. C. Superium Cos. Provinciae Byzacena scripta, lucem debet viro, et hoc et multis aliis nominibus egregie de literis atque de Cicerone etiam promerito, A. Schotto, qui e vetusto codice Gemblacensi primus illam eruit subjunxitque libro quinto *Quaestionum Tullianarum* Antw. 1613. 8. deinde *Graevius* suae editioni officiorum a. 1688. 8. subjunxit. *Graeca* *Somnii* versio composita a *Th. Gaza* exstat in editione *Ciceronis* Aldina, et in *Sturmiana* Argentoratensi in 8. Etiam a *Planude* [Vid. quae ex *Hasii* schedis paullo superius exhibuimus. Mr.] versum *Graece* *Somnium* suscipitur *Lambecius* etc. — E recentioribus praeter *Pet. Jo. Olivarium*, *Pet. Ramum*, *Bartholomaeum Barrientum* aliosque, hoc *Somnium* illustrarunt *Ludov. Vives* T. II. *Opp.*, *Matth. Dresserus* Francof. 1597. 8. *Joann. Sambucus* Antw. 1573. 8. *Gerard. Vossius*, *Tungrensis*, Rom. 1575. 8. *Elias Vinetus*, qui reliquis a *Schotto* praefertur,

(\*) Perquam exactum scriptorem vocat *Barthius* II. 19. *Adversariorum*. Haud diversus hic mihi videtur ab *Eulog. S. Augustini* discipulo. Vid. hujus lib. de cura pro mortuis cap. XI.

et Ulricus Obrechtus Argentorat. 1666. 12. atque in ejus Academicis ibid. 1704. 4. p. 561. seqq. *Antonii Mancinelli* sermo in Somnium Scipionis, cum Xenocratis libello de morte, per Ficinum verso, prodiit Daventriae in 4. circa a. 1510, ut videtur, licet nota diserta temporis abest. *Ludovici Vivis* Somnium et vigilia, h. e. Somnium Scipionis cum enarratione, lucem vidit Basil. 1521. 4. Consideratio *Latini Latini* in hoc Somnium prodiit Antw. 1631. 8. "

---



## A. MAII PRAEFATIO

I. Tulliani operis de re publica partes ineditas, et mox alia veterum scripta, hortante ac favente in primis em̄o et r̄mo Cardinali Consalvio, patrono ac peramante liberalium studiorum viro et regendae reip. scientissimo, typis edere aggredior. Sed antequam de codice Vaticano loquar, cuius beneficio haec politicae scientiae incrementa nactus sum, ipsius apprime operis nec iniucunda nec inutilis historia pertexenda est. Domitio Aenobarho et Claudio Pulchro consulibus, Varroniano scilicet urbis anno septingentesimo (qui erat annus auctoris nostri quartus et quinquagesimus, post consulatum decimus) aestivo tempore Cicero calores maximos vitans in Cumanum secessit, ibique hos libros politicos scribere instituit (1). Et huius quidem scripti natalis annus ex epistola ad Atticum quarti libri sexta decima constat, in qua se Cicero et huic operi instare nunciat, simulque ait designatos esse consules Domitium et Messalam, qui reapse consulatum inierunt anno urbis dccr. Atque adeo notare lubet, inter Ciceronis, quae supersunt, exceptis epistolis et orationibus, nobiliora scripta, hoc quidem de rep. natum esse tertio loco. Nam post editum iamdiu de inventione rhetorica opus, superiore anno libros de oratore se absolvisse ait Cicero ad Atticum scribens iv. 13; qua in epistola meminit Crassi, qui eodem tempore paludatus in provinciam erat profectus (2);

Quo anno  
scripti fue-  
rial libri, de  
rep.

*Decimus*] Censor Lipsiensis (1824. n. 7.) hunc annum V. C. ait fuisse lxxi aetatis et post consulatum Ciceronis nonum. Natam enim fuisse nostrum ineunte anno 648. Q. Servilio Caepione et C. Servilio Serrano: Consulem vero factum anno 691. aetate Varronianae. Et ita est in tabulis consulum apud Wurmium de Pöndd. Numm. Mensurr. ac de anni ordi-

nandi rationibus ap. Rom. et Gr. (Stuttg. 1820.) *Mr.*

(1) Ad Q. fr. II. 14. III. 1. 5. *A. M.* Quam praeterea laudat Ang. Majus Ep. ad Q. F. II. 16, ea nihil continet, quod ad nostrum opus pertineat, ut recte animadvertit cens. Lips. Sed neque in prima libri tertii epistola de eo sermo est. *Mr.*

(2) Confer ep. ad Fam. I. 9.

cuius profectionis annum fuisse urbis DCIC, exploratum est: nam consulatum cum Pompeio Crassus gerebat. Temporis igitur fecit propinquitas ut duorum operum exordia parum dissimili ratione texerentur. Porro in Tullii editionibus siquis singula scripta chronologico ordine disponere volet, ei post oratorios ad Quintum libros, politici collocandi erunt; sin vero materiae rationem habebit, libros de rep. ante libros de legibus ponet. Reliqua Ciceronis opera ipsa se posteriora esse produnt, vel quia tempus inscriptum habent, vel quia politicos libros commemorant. Editis de rep. libris non mediocrem scribendi intercedentem fecisse Tullium ait Atticus apud eundem in Bruto cap. v. Utrum vero auctor septimo illo saeculari urbis anno libros politicos ad umbilicum deduxerit, haud liquido constat. Quamquam reapse Tullius mira celeritate atque adsiduitate scribere solebat, cuius rei testimonia apud ipsum sunt (1): unde fere colligimus Tullium unica illa apud Cumas rusticatione potuisse opus absolvere. Et tamen eo anno negotiosissimus in rep. vir plurimas et prope quotidianas causas egit. Ait enim eodem anno ad fratrem scribens (2): *diem nullam esse scito, quo die non dicam pro reo*. Nam et Crassi absentis causam in senatu defendit: tum dixit orationes contra Interamnates, et pro Messio, pro Druso, pro Vatino, pro Scauro, pro Plancio, pro Gabinio, pro Rabirio Postumo, et fortasse etiam pro Caelio (3): praeter quam quod laudationem funebrem Serrani Domestici filii scripsit (4).

(1) De Leg. I. 3, ad Att. XII. 14. 40. XIII. 26, ad Fam. VII. 28. Orator. XXX.

(2) Lib. III. 3.

*pro Gabinio*] Monet Cens. Lips. l. c., in epistola, quam laudat A. M. ad Q. Fr. III. 4. Ciceronem potius de Gabinii iudicio majestatis loqui, eoque defenso se infamiam sempiternam subiturum fuisse contendere: eundem tamen Gabinium paulo post a Cicerone de repetun-

dis esse defensum. Frustra videlicet. Vid. M. T. Cic. Historia a Fr. Fabricio Marcodur. conscripta ad a. u. DCXC. p. 96. ed. Erf. min. Adde Corradum in Quaestura p. 264. Mr.

(3) Ad Fam. I. 9. V. 8, ad Att. IV. 15, ad Q. Fr. II. ult. III. 1. 4; Varro RR. III. 2; Val. M. IV. 2. Dio Cass. XXXIX. 63.

(4) Ad Q. Fr. III. 8. Confer de rep. IV. 8: p. 285. n. b.

II. Propositum autem Tulliani operis idem fere fuisse videtur, quod sibi Polybius scribendae historiae statuit, nempe ut doceret, quo politiae genere, quibus viribus, quibus moribus populus Romanus imperiam orbis obtinisset (1): tum quia Tullius in vitiosa iam tempora incidit, eo praecipue nervos intendit, ut priscae moris severitatem reduceret, atque evanescentem vetustate reip. renovaret (2). Et quidem de Divin. II. 2, quum paulo ante opus suum politicum memoravisset, ait auctor: *quod manus reip. adferre manus meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus inventatem? his praesertim temporibus atque moribus, quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda ac coercenda sit.* Atque eundem sibi scopum Varro proposuit, cum libros scripsit de vita populi Romani. Ergo Polybium praecipue spectans Cicero dialogos suos de rep. in Scipionis Aemiliani et personam et aetatem contulit: erat enim Scipio *πρόσωπον πόλεως*, reip. princeps vir, et, ut Velleius loquitur (3), eminentissimus saeculi sui; illa autem aetas Romani nominis illustrissima, ut saepe observat Polybius, moribus nondum corruptis, maxima gloria victoriarum: sublata enim Karthagine quae diu aemula imperii fuit, manus suas Roma in totum orbem terra marique porrexit (4). Fuit enim illo aevo triumphus Macedonicus de Perseo, Illyricus de Gentio, Achaicus de Corintho, Punicus de Karthagine: Numantinus; et praeterea de Andrisco, de Aristonico, aliique triumphii minorum nominum. Plena erat Graecis eruditis Roma; efferebant se oratores; recens prope erat Ennii, Plauti, Caecilii, Terentii, Pacuvii, Accii Luciliique poësis. Tantus denique erat Romanae felicitatis apex, ut noster Africanus censor publicam precandi formulam mutandam curavisset: rogari scilicet deos iusserat, non iam ut augerent Romanam fortunam, sed ut conservarent (5).

Scopus dialogi de Rep. atque aetas qua habitus fingitur.

(1) Polyb. praem. lib. III.

(2) Cic. de Rep. III. 29. V. 1.

(3) Lib. I. 22.

(4) Seneca in historiis apud Lactantium Inst. VII. 15.

(5) Valer. M. IV. 2. 10.

Ratio operis  
saepe con-  
mutata.

III. Ceteroqui rationem scribendi operis non semel a Cicerone fuisse immutatam exploratum est. Prorsus ut Euphorion atque Panaetius <sup>(1)</sup> tradunt ipsum Platonem suae reip. initia saepe subvertisse ac varianda curavisse. Cicero quidem Q. fratri narrat, se principio sermonem in novem et dies et libros distribuisse <sup>(2)</sup>. Sed enim mox versa sententia, e novem sex fecit, ut ipse Cicero testis est <sup>(3)</sup> et alii auctores passim confirmant: totamque disputationem triduo absolutam voluit <sup>(4)</sup>, quod praeter alia testimonia nunc codex vaticanus demonstrat, ita ut hinc diebus singulis libri recitentur <sup>(5)</sup>. Breviati sunt igitur dies dialogi, non tamen mutatus annus: tam enim novendiales ferias prioris incepti, quam latinas posterioris, ipse auctor fuisse dicit Tuditano et Aquilio consulibus <sup>(6)</sup>, id est Varroniano anno DCXXV, quo dialogus recitatur. Praeterea personas principio fecit Africanum, Laelium, Philum, Manilium, Tuberonem, Fannium et Scaevolam <sup>(7)</sup>. Tum alibi <sup>(8)</sup> ad dialogum adiungit etiam Rutilium. Mummii persona nusquam antea apparuerat, nisi in paulum corrupta Nonii lectione <sup>(9)</sup>; nunc vero in Vaticanis reliquis non semel loquitur. Illud mirum est, quod quum Fannius et in citatis locis et in codice Vaticano intersit dialogo, in opere \*) tamen de amicitia cap. VII idem a Scaevola dicatur non adfuisse in hortis Scipionis cum est de rep. disputatum, cumque Laelius patrecinium iustitiae gessit; rursusque Laelius eodem in opere cap. IV, praesente Fannio, dicat Scaevolam interfuisse secum dialogis de rep. cum Philo et cum Manilio et aliis pluribus, quin tamen peculiarem faciat mentionem Fannii. Sane hi duo loci de amic. satis indicare videntur Fannium abfuisse ab iis dialogis, quia Cicero, quum alia mutaret,

(1) Apud Laertium III. 25.

(2) Ad Q. Fr. III. 5.

(3) Ad Att. XIII. 19, de Divin. II. 1, Tusc. IV. 1, de Leg. I. 6. III. 2.

(4) Cic. de Am. IV, idemque apud Macrobr. ad Somn. I. 4. si-  
ve de Rep. VI.

(5) De Rep. II. in fin.

(6) De Rep. I. 9. ad Q. Fr. III. 5.

(7) Ad Q. Fr. III. 5.

(8) Ad Att. IV. 16.

(9) Vide de Rep. V. fin.

\*) Ita Ed. Rom. In Ed. Stuttg.  
est et opere. Mr.

hanc quoque personam (unamne an forte plures?) removendam putaverit: atque ita in prooemio ad fragm. de rep. censet Sigonius. Sed ecce nunc obstat codex Vaticanus, qui Fannii personam ad dialogum adducit. Itaque, ne cum A. Schotto (1) *μνημονικὸν σφάλμα* Ciceronis incussem, id unum effugium superest, ut Fannius secundi diei disputationi, cuius pars prior fuit de iustitia, non interfuerit, digressus fortasse cum alio quovis ad negotia; uti ante dialogum de oratore secundum discedit Scaevola, cuius rei rationem reddit Attico (2) ipse auctor. Atque eiusmodi commutationes personarum et librorum in academicis quoque scribendis fecisse se narrat Cicero (3). Praeter librorum et temporis et personarum varietates aliam quoque novitatem cogitavit facere Cicero in his libris mōnente Sallustio (4); nimirum omissis antiquis illis personis, loqui ipse vel solus, vel cum personis aequalibus; sic enim et suam consularis hominis doctrinam dignitatemque commendari videbat et ansam nanciscebatur de suorum temporum moribus disserendi, quod fieri non poterat, si antiquiores personae dialogum facerent. Sed enim haec varietas mente semel concepta effecta caruit; maluit enim Cicero sua tempora vitare, ne quispiam offenderetur. Quare nec Varro in his dialogis includi potuit, quod a Tullio poscebat Atticus, nisi eum forte aliquo in prooemio appellavit auctor, quod satis incertum est. Quinta in his libris scribendis mutatio fuit ratio prooemiorum. Namque ad Atticum iv. 16 ait se in singulis libris uti prooemiis. Itaque vel novem, vel saltem sex fieri debuerunt prooemia. Sed enim cum deinde binos in singulis diebus concluderit libros, tribus tantum prooemiis opus fuit, ante primum videlicet librum, ante tertium, et ante quintum, quia nonnisi abrupto dialogo locus est interponendi prooemii. Itaque et tres libri de legibus, quoniam uno die recitantur, unico utuntur exordio. Sane in Vaticanis de rep.

(1) Nodor. Cic. III. 5.

(2) Lib. iv. 16.

(3) Ad Att. XIII. 13. 16.

(4) Lege ad Q. Fr. III. 5.

membranis nihil est medium inter primum et alterum librum, ut necessaria ratio docet quaternionis XIII, qui integer superest: praeterquam quod ibidem librum incipere sine prooemio docet ille sollemnis in initiis defectus aliquot verborum. E tertii libri prooemio supersunt in Vaticano codice paginae octo, itemque fragmentum quoddam apud Augustinum. Quinti libri prooemium memorat idem Augustinus, eiusque nobilem particulam recitat. Prooemia librorum reliqua, siquidem scripta fuerunt, in eo volumine prooemiorum, nunc deperdito, quaerenda sunt, quod Cicero sibi confecerat, et ex quo eligere solebat, quum aliquod *σύγγραμμα* instituisset (1): Demosthenem in hoc etiam imitatus, cuius multa prooemia sunt; itemque Theophrastum et Demetrium Phalereum (2); quorum postea exempla Fronto secutus est (3). Denique tantus fuit in politicis libris scribendis vel labor Ciceronis vel aestuatio, ut ipsemet de exitu dubitaverit (4), scripseritque ad fratrem (5) se, nisi opus e sententia succederet, deiecturum illud in mare, quod scribens spectabat.

Cuiusnam opus  
de rep.  
*πρόσφω-  
υσίται?*

III. Ciceronis de rep. opus homini aequali inscriptum fuisse, patet invicte e vaticanis reliquiis (6): *disputatio repetenda memoria est, quae mihi tibi quondam adolescentulo est a P. Rutilio Rufo, Smyrnae cum simul essemus complures dies, exposita*. Ante opus de rep. scriptum semel versatus est in Asia Cicero anno aetatis xxix, cum eas provincias et valetudinis confirmandae et eruditionis causa peragravit (7); quin et Rutilium Smyrnae a se auditum loquentem confirmat idem Cicero (8). Age vero quisnam adolescentulus Ciceronis vel comes in illo itinere, vel certe simul Smyrnae versatus fingitur? Atticus in primis menti occurrit, qui Ciceronem vidit eo tempore Athenis (9); quamque facile crediderim comitem se Ciceroni

(1) Ad Att. xvi. 6.

(2) Laërt. V. 2. et 5.

(3) Princip. Hist.

(4) Ad Att. xv. 16.

(5) Lib. II. 14.

(6) De Rep. I. 8.

(7) Brut. xci.

(8) Brut. xxii.

(9) Cic. de Fin. V. 1.

in Asiam eunti adiunxisse, praesertim cum Atticus ad eas transmarinas regiones identidem se conferret negotiorum et nominum causa quae ibidem habebat (1). Erat autem Atticus duobus tantum annis maior natu quam Cicero: Atticus enim anno aetatis septuagesimo septimo mortuus est Domitio et Sosio consulibus (2) anno urbis DCCXXII; Cicero annum agens LXIII occisus est anno urbis DCCXI; ergo is annus erat Attici sexagesimus sextus. Ergo cum Cicero audiebat Smyrnae Rutilium, Atticus annum agebat XXXI. Atqui hac aetate dici poterat Atticus adolescentulus: namque adolescentes dictos fuisse interdum qui vel quadraginta annos nati essent, satis exploratum est (3). Ergo nihil obstat quominus Cicero in praedicto Vaticani codicis loco videatur de Attico loqui: quod si verum est, sequitur, ut eidem opus hoc politicum fuerit inscriptum. Sane universa prooemii ratio ad personam Attici fortasse quadrat: Cicero enim totus in eo est, ut suae vitae institutum defendat adversus eos, a quibus reprehendebatur, quod homo doctus et litterarum omnium plenissimus in rep. administranda tempus terere maluisset, quam se quieti litterariae tradere. Atqui haec erat sollemnis, et unica Epicurei Attici (4) in amicum Ciceronem criminatio, ut diserte comperimus (5). Accedit, quod Atticus plurimis saepe laudibus libros de rep. ornavit (6), quod ut faceret non solum materia in causa fuit, verum etiam fortasse fama, quae ad eum apud omnes posteros redundatura videbatur, si nomen Attici cum tanti operis gloria esset sociatum. Rursus pro Attico facit, quod ei inscribitur Laelius, cuius operis complures sunt cum hoc civili congruentiae. Infirmat vero senten-

(1) Ad Att. IV. 15. 17. 18. V. 13. cum Lactantii loco Inst. VII. 7.

(2) Nepos vit. Att. XXI. XXII. Idem tamen Atticus, quamvis a

(3) Forcell. voc. *adolescens*. rep. gerenda abhorreret, nihilominus ad Att. IV. 6. dicitur naturam πολιτικός. [Ad locum de Legg. vid. Ed. nostr. p. 53. 54. et 548 sq. Mr.]

(4) Atticum fuisse Epicureum (5) Ad Att. I. 17.  
patet ex Cic. de Leg. I. 7, et ex (6) Ad Att. V. 12. VI. 1. 2. 3.  
Tuscul. I. 6, facta comparatione VII. 2. 3.

tiam severior illa in primi libri prooemio disputatio auctoris adversus vituperatores instituti sui; in quibus quam fuerit Atticus, nonne inhumane fieret in eum invectio, cui honos tribuendus est? Denique si forte vera sunt, (fabularum enim similia videntur) quae paulo inferius e Bullartii historia referemus, codex olim in Sarmatia observatus libros de rep. testatus est fuisse ad Atticum scriptos. Haec ego paulo prolixius disputavi propterea, quod gravis admodum dubitatio mihi esset oborta num politici libri Quinto fratri fuerint inscripti. In multis autem quaestionibus fit, ut res verbosior haec fuerit, illa verior. Causa mihi dubitandi sunt illa verba Marci ad fratrem (1) loquentis de varianda temporum et personarum ratione in his dialogis: *ego autem id ipsum tum eram secutus, ne in nostra tempora incurrens, offenderem quempiam: nunc et id vitabo, et loquar ipse tecum; et tamen quae institueram ad te, si Romam venero, mittam.* Quid est enim *loquar tecum*, nisi vel in prooemio vel in dialogo cum Quinto loqui? Nam coram certe non poterat, quia tempore illo Quintus versabatur in Britannia cum C. Caesare. Atqui in dialogo non est Quintum allocutus; ergo in prooemio: nisi forte id quidem facere cogitavit Cicero, sed deinde sententiam mutavit. Tum et locutio *quae institueram ad te mittam*, hoc quidem loco videtur intelligenda de volumine in Britanniam ad Quintum transmittendo; ceterum *alicui mittere librum* significat interdum apud Latinos, quod graece *προσπορεύειν*, ut Varr. LL. IV. 1, et Digest. XXVII. 1, 1; sicuti apud Lactantium Inst. VII. 4, et de op. D. I. idem sonat *libram scribere ad aliquem*. Superest videndum num Quintus adolescentulus cum Marco Smyrnae fuerit. Comitem fuisse Marco Quintum in illo itinere iuvenili, saltem Athenas usque, patet omnino e prooemio libri extremi de finibus, ubi Marcus narrat, se quodam die, postquam Athenis audivisset Antiochum, (quem sex menses audivisse illa in urbe, dum peregrinaretur, confirmat Cicero

(1) Lib. III. 5.



Brut. xci.) dialogum instituisse cum Q. fratre, T. Pomponio, Lucio Cicerone patrele, et M. Pisone. Quid ni igitur Quintum in Asiam quoque comitatum esse fratri arbitremur? Illud etiam in memoriam revocemus, Marcum libros oratorios, quos anno ante politicos scripsit, Q. fratri misisse: quae res utri faveat sententiae, non definitio: esset enim pietatis maximae indicium, binum opus tantique pretii ad fratrem misisse; et tamen Atticum summo amore devinctum non saltem secundo munere adfecisse, vix credibile videtur. Denique levis mihi et vix probabilis suspicio incidit, libros Tullii politicos neque Attico neque Quinto, sed Varroni fuisse inscriptos, qui fuit decennio maior Tullio (1). Namque in mentem venisse Ciceroni Varronem appellandi prooemio aliquo librorum de rep. testis ipse est (2): *Varro, de quo ad me scribis, includatur in aliquam locum, si modo erit locus. Itaque cogitabam, quoniam in singulis libris utor prooemiis, aliquid efficere, ut non sine causa istum appellarem.* Sed enim consideratis Tullii epistolis ad Varronem facile existimes nullum huic ab illo ante academicos inscriptum fuisse librum; Denique ejusdem Tullii ad Atticum verba (3), quae in decimo testimonio a me proferuntur, rem adhuc vehementius negant.

(1) Hieronym. chron.

(2) Ad Att. iv. 16.

(3) Ad Att. xiii. 18. Confer etiam xiii. 16.

*Negant.*] Admodum infirmas esse rationes, quibus a Cicerone alii cuiquam, quam Attico, inscriptos esse hos libros probatum ivit A. M., jam ante me judicavit Censor editionis Romanae Gottingensis (1824. n. 44.), et liquido demonstravit Censor Lipsiensis (l. c. n. 5.), cujus rationibus non est quod nova adminicula quaerantur. Quod enim A. M. adfert ex quinta libri tertii ad fratrem epistola, de eo Ciceronis proposito intelligendum, quod non ad exitum perductum est.

Cum enim sibi proposuisset mutare totius operis formam (de quo consilio hoc ipso et tertio potissimum hujus praefationis capite loquitur A. M.), ipseque in eo cum fratre colloquentem se fingere voluisset, quod consilium cepit absolutis jam duobus libris, mutato rursus consilio loquendum fratre ad primam rediit sententiam, neque ipse locutus est. Attico vero inscriptos re vera esse hos libros praeter rationes, ab ipso A. M. allatas, demonstrat locus Cic. Brut. v. §. 19. ubi, postquam Cicero ob opus historicum ab Attico sibi inscriptum simile aliquod *ἀντίθετον* ei promiserat, Atticus respondet:

Quinam  
opus de rep.  
memorave-  
riat usque ad  
Christi seculum VII.

V. Quanta olim admiratione excepti sint Ciceronis de rep. libri pronum creditu est, si auctoris famam, si argumenti praestantiam, si stili splendorem cogites. Cicero quidem ipse ait, ut supra docui, eos fuisse ab Attico lectos ac devoratos probatosque valde ac dilaudatos. Caehus item Ciceroni nunciabat, libros eius politicos omnibus vigere (1). Iam consecutis temporibus sine dubio in omnium manibus fuerunt, quod apparet ex eorum multitudi- ne, qui de illis loquuntur. Suetonius quidem eos peculiari opere collaudavit (2): tum lecti sunt seu citantur hi libri a Seneca, Plinio seniore, Frontone, Gellio, Macrobio, Eulogio, Servio, Philargyrio, Iuvenalis scholiaste, Lampridio, Nonio, Charisio, Diomede, Victorino, Nectario, Hieronymo, Ambrosio, Boethio, Isidoro, Prisciano, praesertim vero a Lactantio atque ab Augustino, quorum uterque multos ac splendidissimos locos mutuatus est: immo, ut opinor, e Tulliani operis titulo ortum est Augustino consilium scribendi operis inter sua praecularissimi de civitate Dei. Quin Livius politicos Tullii libros legerit, dubitari non potest (3). Susplicari licet etiam de Dione Cassio, de Arnobio, Ammiano Marcellino, Appuleio, Cypriano, Tertulliano, Aur. Victore, Ampelio, et de etymologo quodam Vaticano (4). Utrum veteres

*ego a te peto — ut scribas aliquid: jam pridem enim conticuerunt tuae literae. Nam ut illos de re publica libros edidisti, nihil a te sane postea accepimus: eisque nosmet ipsi ad veterum annalium memoriam comprehendendam impulsimur atque incensi sumus. Quem ego locum cum cens. Lips. a Schützio haud satis idoneis rationibus aliunde huc translatum dici existimo. Quod vero ait Ciceronem, inter hos de Re publica libros et Brutum, libros de Legibus edidisse, id velim discere unde sciat. Ego enim, collatis ponderatisque omnibus quod ad librorum illorum compositio-*

nem editionemque pertinet argumentis, eos post Ciceronis demum mortem exiisse, neque ab eo plane esse absolutos, quamquam scriptos a. u. c. 702. Ciceronis anno XVI, veri habeo simillimum. Vid. meam in libros de Legg. introductionem p. xxv — xxviii. conf. Corradi Quaestur. p. 265. Fr. Fabr. Marcodur. in Vita Cic. p. 100. Mr.

(1) Ad Fam. VIII. 1.

(2) Vide testimonia.

(3) De Rep. II. 5. p. 134. n. 2.

(4) In notis de Rep. I. 25. 28. 32. 43. II. 18. 20. 22. III. schol. IV. schol. V. fin. et fragm. incert.

grammatici ad hoc opus Tullianum commentati sint nescimus; nisi forte id fecit Victorinus, quam rem sibi prope persuaserunt A. Schottus (1) atque Patricius (2): uterque autem nititur auctoritate divi Hieronymi, (3) qui commentarios Victorini memorat ad dialogos Ciceronis, quo nomine hi libri civiles intelliguntur ob eorum praecipuam dignitatem (4). Ne Graecis quidem id opus ignotum fuit; quamquam hi plerumque suis contenti et elati, Latina scripta valde negligereant: sane et politicis libris Graeci ita abundarunt, ut Ciceronis opus ab iis consuli necesse vix fuerit: quum contra Cicero Graecorum fontibus suos omnes hortulos irrigaverit. Adversus Ciceronis politiam calamum strinxit Didymus chalcenterus, ille Augusteo aevo innumerabilium scriptorum parens; quem mox retudit patrocinio arrepto Suetonius, ut nos Ammianus Suidasque docent (5): neque illud mirum fuit, quandoquidem et Platonis politia criminatores Graecos nacta est, quos inter Zenonem, Aristotelem atque Athenaeum (6). Aristides item Quintilianus politiam Ciceronis novit (7). In Vaticano quodam palimpsesto latet Graecus auctor politicus, sive potius fragmenta eiusdem: is auctor neque antiquissimus est, neque valde recens: scriptura quidem codicis sapit saeculum decimum; sed de auctoris ipsius aetate nihil adhuc decerno: quamquam ille politicus, cujus Photius Cod. xxxvii notitiam nobis exhibet, adeo congruit cum Vaticano, ut plane idem homo esse videatur, Iustinianaei scilicet aevi scriptor, et fortasse ille Petrus Protector politica doctrina clarissimus. Is igitur Vaticanus anonymus libros aliquot conscripsit *περὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης*; libro autem quinto, qui est de arte regnandi, (sicuti quintus Ciceronis est de reip. rectore) praeponit summarium in complura capita tributum, quorum in uno comparatio fit politicae Platonicae

(1) *Nod. Cic. III. 5.*(2) *Praef. ad Fragm. de Rep.*(3) *Contra Ruf. I. 16.*(4) *Vide scholion ante librum iv. de Rep.*(5) *Vide testimonia.*(6) *Plutarch. de Stoic. repugn. ed. Reisk. I. x. p. 282. Aristot.**Reip. II. Athen. xi. 15.*(7) *De Rep. iv. in Fin.*

cum Tulliana; quodque magis interest, praefertur Platoni Cicero. Merito igitur litteratissimus Gallus, et de rep. Ciceronis optime meritus, Bernardus praef. nov. ed. p. xi suspicatus est, Graecum illum Photii anonymum ad imitandam Ciceronis politiam studium suum contulisse: nunc autem commode accidit, ut reliquias utriusque operis Vaticanorum codicum beneficio vulgare liceat.

Quinam memoraverint a  
120. VII ad  
XII.

VI. Post Isidorum, id est post christiani aevi saeculum septimum, haud scio an quisquam Tullianum de rep. opus commemoret ante Gerbertum Gallum, qui saeculo decimo et monacho Floriacensi abbas Bobiensis, deinde Rhemorum tum Ravennae archiepiscopus, et denique Romanus pontifex creatus est. Is epistola LXXXVII Constantinum scholasticum ad se accersens, ait: *comitentur iter tuum Tulliana opuscula et de republica et in Verrem; et quae pro de-*

*Bernardus]* Est vero libri ejus haec inscriptio: *De la République ou du meilleur gouvernement; ouvrage de Cicéron, recueilli d'après les fragments et ses autres écrits, et traduit en français, avec des notes historiques et critiques et une dissertation sur l'origine et le progrès des sciences, des arts et du luxe chez les Romains. Nouvelle édition, revue et corrigée; à laquelle on a joint le texte latin, avec deux Dissertations nouvelles (a. Recherches sur le traité de Cicéron, intitulé de la gloire: [Probare vult in hac dissertatione Bernardus, Alcyonium saeculo xv. re vera superstites habuisse libros Ciceronis de Gloria, eosque, postquam aliquot eorum laciniis suos de Exilio libros exornaverat, igni vel alio modo corruptissae:] b. Sur les fondemens du Droit et de la Justice) par M. BERNARDI. II. Voll. Paris, chez Delance, imprimeur-libraire. 1807. f. 8. Collegit in hoc opere Bernardus ex libris Ciceronis superstitionibus omnia fere, quae de re publica administranda variis locis sunt*

disputata, admixtis, quae prius ferebantur, librorum de re publica fragmentis, eamque sarrageninam satis commode in sex libros cehtonis instar distribuit ad modum Brossii, qui Sallustiani historiarum operis (quamquam non semper accurate adhibita arte critica) probabilem conflavit speciem. Obiter moneo errare Bernardum in sus de Alcyonio disputatione (T. II. p. 281. sq.), si credit hunc Alcyonii locum esse ex libris de Gloria, ubi ait (p. 104. ed. Menkenii, Lips. 1795.): *ut eximius orator Isocrates refert, cujus quidem optimis praeceptis et summa eloquentia adductus, saepius laudare soleo, quam forsitan necesse sit.* Verum est, insunt huic loco verba Ciceronis, sed memoriter et parum eleganter ex initio tertii Ciceronis de Legibus libri deprompta vel detorta potius, ubi noster de Platone loquens, *Sequitur igitur, ait, ut institui, divinum illum virum; quem, quadam admiratione commotus, saepius fortasse laudo, quam necesse est. Mr.*

*fensione multorum plurima Romanae eloquentiae parens conscripsit.* Ergo ille adhuc tempore politici libri superesse credebantur, quandoquidem Gerbertus sine ulla dubitatione eos ad se deferri iubet. Iam vero quoniam codex de rep. Vaticanus e Bobiensi s. Columbani coenobio Romam, ut mox dicemus, advectus est (cui coenobio praefuit abbas Gerbertus et libros plurimos undique conquisivit<sup>(1)</sup>) haud iniuria credendam videretur, hunc ipsum codicem allatum esse Bobium ad Gerbertum a Constantino; ibique consecutis temporibus fuisse rescriptum a monachis; et denique multa post saecula Romam et in Vaticanam bibliothecam translatum, a me denique nunc esse lectum. Verum ei coniecturae duo maxime obstant. Primo enim praedictas litteras non Bobii scripsit Gerbertus, sed Rhemis, cum ibi esset Adalberoni archiepiscopo ab epistolis anno DCCCCLXXXVII<sup>(2)</sup>: itaque ait expectare se Constantinum ad XVI. kal. Septembris, quae dies praefiniri poterat venienti de Floriacensi ad Ligerim monasterio Rhemos; non item venienti e transalpina Gallia Bobium in Italiam. Igitur Constantinus codicem de rep. non Bobium, sed Rhemos detulit, si tamen detulit. Praeterea Vaticanus codex ante aetatem Gerberti videtur Bobii non solum extitisse, verum etiam ibidem fuisse rescriptus: namque Augustini superimposita Ciceroni scriptura (de qua mox loquar) videtur antiquior saeculo decimo. Ergo non audeo definire utrum Vaticanus hic codex Gerberto aliquid debeat nec ne. Saeculo XII Iohannes Saresberiensis Ciceronis de rep. locos citat, quos in nostra editione et in praepositis testimoniis videre est. Et quidem locus de poetis<sup>(3)</sup> (siquidem is pertinet ad libros de rep. ut putavit Sigonius, utque docere videtur Augustinus ep. xci) longior multo est apud Saresberiensem, quam apud Augustinum: quamquam ea potius interpolatio quaedam credenda est. Alte-

(1) Gerb. ep. cxxx.

indicem chronologicum t. x. pag.

(2) Vide rer. gallic. et franc. 392—395.

(3) De Rep. iv. 9.

rius loci (1) etsi initium sumi poterat e Macrobio (2), tamen sequentia videntur sumpta ex ipsius Ciceronis lectione, quoniam Macrobius in alia abit. Ergo utrum manibus ipsum Ciceronis opus triverit Saresberienis, haud liquido constat (3). Ceteroqui mirum non esset haud caruisse his libris politicis Saresberiensem saeculo xii; siquidem ii vix ducentos ante annos ad Gerbertum deferebantur. Sane Lipsius aiebat (4) se in Io. Saresberienis centone multos pannos purpurae agnoscere et fragmenta aevi melioris. Eodem saeculo Petrus Blesensis indicium aliquod edidit, se legisse libros de rep. (5). Itemque aequalis eius Petrus Pictaviensis locum ex iisdem libris profert (6): quod ipsum animadversum Barthio puto, a quo diserte dicitur (7) Petrus Pictaviensis habuisse Ciceronis de rep. libros integros.

Spes inven-  
iendi operis  
de rep. usque  
ad saec.  
xvii.

VII. Recentiora tempora ingressis duo nobis occurrunt Graeci homines, Planudes et Gaza, quorum alter saeculo xiv, alter sequente, somnium Scipionis in Graecam linguam converterunt. Cave tamen credas Graecos hos interpretes habuisse codicem de rep. integrum. Scipionis quippe somnium a politico corpore avulsum passim occurrit in codicum apothecis, praeter quam quod in Macrobbii quoque exemplaribus extat. Affirmare igitur licet, post duodecimum certe saeculum famam tantummodo incertam et levem de politicorum librorum incolumitate seu spe mansisse. — Ciceronis de rep. nominatim libros cum aliis eiusdem operibus, iussu praesertim

(1) Policr. vi. 21. Vide testimonia.

(2) Ad somn. l. i. Locus item Macrobbii, in quo sermo fit de Frontone, profertur integrus a Saresberienis, quam est in editionibus Macrobbii. Vide testimonia in mea Frontonis editione.

(3) Videsis disputata a nobis ad iv. 9. de Rep.

(4) Ad Tacit. Annal. xii. 65.

(5) Ep. lxxxv. Confer. de Rep. iv. 1. p. 274. n. 1. Petrus certe

somnium legebat; nam ep. lxxv. visionem Africanus memorat. Tum epistola lxxvii tota est de administranda rep.; epistola vero lxxxii tota de iure. In aliis quoque epp. multam Petrus doctrinam auctorumque veterum lectionem praese fert.

(6) In epistola ad calumniatorem biblioth. Lugd. PP. t. xxii. p. 824. Confer de rep. V. 7.

(7) Adversar. xxxii. 5. 18.

Clementis VI Papae litteratissimi (1), a Francisco Petrarcha fuisse diu, acriter, magnis impensis curisque investigatos, testem ipsum habemus virum incomparabilem proluxa epistola sen. xv. 1, quae tota est de Ciceronis libris (2). Sed tamen incassum politicorum librorum fuisse investigationem, seque de iis demum desperavisse confirmat idem et in praedicta epistola et in secunda ad viros illustres. Fortunatus alioqui homo in inveniendis Ciceronis scriptis et aerumnosus in amittendis! Namque is reperit Tullii epistolas ad diversos, idemque amisit libros de gloria. Illud miror, ab infinitae memoriae viro L. A. Fabricio fuisse in Varrone praetermissum, quod nempe Petrarcha Varronis libros divinarum et humanarum rerum puer legerit, quam rem ipse Petrarcha non sine dulci animi sensu memorat epistola quinta ad viros illustres; maerens pariter, quod illud volumen sibi iam ad manus non esset. Tantum opus, quingentis abhinc annis a Petrarcha lectum, si cui demum mortali se visendum constituet, is merito hecatomben fortunae immolabit. Rei tamen dubito utrum arrogem an derogem fidem: licet enim suspicari lapsum esse memoria senem Petrarcham, ita ut puer legerit de lingua potius latina libros (cuius operis codex omnium parens et antiquissimus iam tum Florentiae extabat). Sic enim in his loquitur haud semel Varro (3), ut prius de iis quae ad deos, deinde quae ad homines, dicturum se esse spondeat. Divinarum autem et humanarum rerum Varronianos libros ex Augustino potius innotuisse Petrarchae putem. Interim alia quoque calamitas Varronis librorum est, quod Hieronymi epistola xxxiii, in qua syllabus eorum perscribatur, mutila est, quam utinam codex aliquis expleat! Sed in viam redeamus. Pogii quoque (qui tot veterum scripta invenit)

(1) Sic eum appellat ipse Petrarcha ep. fam. viii. 6, qui saepe se ante eiusdem Pontificis maximi pedes fuisse dicit rer. memor. II. 1. fin.

(2) De Ciceronis scriptis a Petrarcha iubente Pontifice quaesitis legis etiam ep. fam. viii. 4, et ad vir. ill. 1. et 2.

(3) LL. IV. 10. 11. v. 5.

aetate quaesitum esse Ciceronis de rep. opus satis declarat Leonardus Aretinus, qui Pogio anno mccccxvi gratulans de reperto Quintiliano, ait: *quem ego post Ciceronis de rep. libros plurimum e latinis desideratum et prae cunctis deploratum affirmare aasim* (1). Qui autem politicos Tullii libros eo tempore investigavit, ipse in primis Pogius fuit, hortante ad id inter alios Fr. Barbaro ep. I. p. 7. Pogius ipse ad amicum scribens (2) de Nicolai Treverensis bibliotheca codicum veterum, sic hunc facit loquentem: *de rep. dicit se deceptam* (3), *et illam librum fuisse Macrobius super somnio Scipionis; sed tamen se non desperare quin reperiat: ait enim quendam doctum virum dixisse sibi, ubinam esset, et se quamprimum eo profecturum.* Rursus idem Pogius alia epistola (4): *quantum Nicolao Treverensi credendum sit iudicabo, quum in lucam venerint, quas retulit de rep. Ciceronis.* Porro quum cardinalis Bessarion ob inquirendum Ciceronis de rep. opus plus mille aureorum insumsisse tradatur (5), quumque Pogius in Bessarionis clientela fuerit (6), opinari licet Bessarionem usum esse investigatore Pogio tot iam veterum voluminum felicissimo inventore. — Io. Lelandus, qui commentarios de scriptoribus Britannicis edidit, ex incerta fama refert (7) Ciceronis codicem de rep. exeunte saeculo xv fuisse inter libros Gulielmi Tiliaci in Anglia, sed ibidem incendio deinde absumptum. — Io. Sturmius annos MDLII epistola ad Rogerum Aschamum p. 534 ait: *sed ecce, Aschame, quidam in hac vicinia (urbis Argentorati) mihi promisit libros Ciceronis de rep. Sexius misi ad eum: si adferantur, me quid poterit esse beatius? senatoriam prae me gravitatem feram ex anti-*

(1) Ep. iv. 5.

(2) Ep. xxvi. p. 79. apud Mehusium praef. ad Ambr. cam. p. 41.

(3) Idem propemodum error accidit Mabillonio mus. ital. t. I. p. 79.

(4) Inter epistolas Ambr. cam. libr. xxv. 42.

(5) Fabric. bibl. lat. in Cic. Nihil tamen ait hac de re Badius in vita Bessarionis; quare licet suspicari confusum cum Poggio (de quo mox) Bessarionem.

(6) Bandin. vit. Bessar. p. 21.

(7) Tom. II. cap. xix. p. 485.



qua disciplina, si obtinebo. Sed ut nunc homines sunt, valde metuo, ne sit nihil: sed si verum sit: mittam etiam tibi etc. quam vereor, ne sit nihil! verumtamen in epistola quam ad me scripsit, attingit loca quaedam et eorum argumenta, quae non puto esse de nihilo. Utinam vere distincte memorasset Sturmius ea loca et ea argumenta! nunc enim Vaticanus codex fortasse doceret, verus ne fuisset ille rumor, nec ne. — Iam post elapsum triennium haec ipsi Sturmio scribebat ex Anglia Aschamus p. 99: quaerebat a me (card. Polus), an quicquam ego unquam vidi de libris Ciceronis de rep. Aiebat se semel .MM. [Villem. expressit millies] aureorum consumpsisse mittendo certo quodam homine in Poloniam, qui eos libros perquireret, quorum illic inveniendorum spem quidam ei fecerat. Ego statim narraui, quid tu ad me olim de illis libris: et rogavit, ut ad te scriberem, ut sciremus, ecquid ne certi de illis libris. — Andreas Patricius Polonus, praef. ad fragm. de rep. (1) sic loquitur: haec cum scriberem, ac eorum de rep. librorum iacturam tacitus mecum meditarer, narrauit mihi patronus et amicus summus meus (videtur Philippus Padneuius episcopus Cracoviensis) se ex Alb. Crissio, homine, dum viveret, perurbano et pererudito, audivisse, primos ex iis libros quattuor ab eo in legatione Anglicana, anno Chr. MDLVI in quodam monasterio visos esse: quos cum ita ibi tum reliquisset, ut eos in reditu vellet secum asportare, ex legatione rediens nullos reperit. Dicebantur autem furto inde praerepti fuisse. — Revera Petrus Ramus, cuius item in Ciceronem nobilitatae curae sunt, quique paulo post in Bartholomitica clade periit, sic ait praef. ad Scipionis somnium: sex libri de rep. sive perierint, sive sub signo claustrisque, quod audio, a certis hominibus in rep. nimum religiosius tanquam Sibyllini libri retineantur. — Porro de politicis Tullii libris per Sarmatiam quaesitis, mira sunt quae in Io. Zamoscii vita narrat Bullartius, (\*)

(1) Ed. 2. Venet. an. MDCXV. qui inscribitur *Académie des sci-*

(\*) Bullartii locus est in libro, *ences et des arts* T. I. p. 87. Mr.

nempe nobiles quosdam Polonos post annum MDLXXVI ab obsidione Plescoviae urbis digressos perrexisse in interiores regiones, ibique cum aliis priscarum litterarum monumentis invenisse *les livres de Cicéron de la république, adressés à Atticus, écrits en lettres d'or.* Bullartii hunc locum vel non vidit vel contempsit Walchius, qui in libello de dedicationibus librorum veterum latinorum ne verbum quidem facit de politicis Tullii libris. Sane fabulam suam Bullartius facilius nobis persuasisset, si Graecos libros iis in regionibus repertos narravisset: Latina quippe monumenta nunquam ibi extitisse videntur. (\*) — Caspar Barthius saeculo XVII haec scri-

(\*) *extitisse videntur.*] Non possum facere, quin hic adhibeam, quae docte et admodum probabiliter contra hanc A. Maji sententiam protulerunt Censores non semel laudati et saepius laudandi, Gotingensis (1824. n. 44) et Lipsiensis (182. n. 5). In eo quidem uterque cum A. Majo consentit, Bullartii fidem haud magis esse faciendam, quippe qui non fideliter, sed raptim et contorte, quae ex meliore fonte hauserit, suo more turbaverit, eoque, quo minus fides narrationi haberetur, ipse in causa fuerit. Exstat enim liber fide dignissimus Laurentii Mülleri, qui quondam Curlandiae principi fuit a consiliis aulicis, cujus inscriptio haec est: *Polnische, Liefländische, Moskowitische, Schwedische und andere Historien, so sich unter dem jezigen Könige zu Polen (Stephan Bathori) zugetragen.* Primum comparuit hic liber Francofurti anno 1585, duodecim plagulis forma 8; postea saepius editus est. V. *Hoppii Schediasma de scriptt. Polon.* §. 16. In illo libello locus inest jam a Schmausio, professore quondam Gotingensi, laudatus (*Hannover. gelehrte Anzeigen* 1750. n. 9. p. 74.), ubi L. Müllerus de itinere suo loquens, quod cum aliquot sociis fecit anno 1581 per Chersonesum Tauricam, ita (utimur enim ipsis verbis): *Wir haben auch einen Wolhynischen Edelmann mit uns gehabt, Woinowsky genannt.... Derselbe hatte aus der Bibliotheca in der Wallaehy, als der Despot vom Herrn Lasky eingesetzt, und der Türkische Gubernator, der Alexander, geschlagen worden, herrliche monumenta scripta bekommen, darunter auch die libri Ciceronis de Republica ad Atticum, mit güldenen Buchstaben [aureis videlicet literis initialibus] auf Pergament geschrieben waren, in einem Umbschlage mit einem unbekanntem Sigel verpitschiert gewesen, wie man noch sehen konnte; und musste sie etwa ein grosser Herr in Werth gehalten haben.* Cui non haec extrema in memoriam revocant, quae Petrus Ramus scripsit in Introductione in Scipionis somnium, Parisiis a. 1546 editi, cujus hoc est initium: *Sex libri de re publica . . . sive perierint, sive sub signo claustrisque (quod audio) a certis hominibus in repub. nimium religiosis . . . retineantur, magna sane publicae utilitatis jactura desiderantur.* Illa vero, quam laudat Müllerus, bibliotheca non

bit (1): incidit nunc memorias vidisse virum cordatum et doctum documentum, quae probari possit, ante paucos annos eos libros (de rep.) in Germania etiam superfuisse. Prope urbem Branswicum, inquit Io. Henr. Meibomius, in Saxonia monasterium est Rittershusium nomine: in eo fuit librorum quondam non incelebris copia. Super sunt tituli capsulis adfixi, qui in quoque forulo codices fuerint positi: inter ceteros titulus inibi restat glutino adfixus, in ea capsula fuisse Ciceronem de re publica. Infortunatos vero et immemorabiles licet dicam an milites an alios quospiam ingratis diis editos homines, qui eo thesauro litteratum orbem interverterunt, quorum tam dirum facinus nulla reparare saeculorum poterit successio. Sed dolorem eum alibi testabimur. — Idem Barthius oculatus testis Daumio narrasse dicitur (2) ante bellum tri-

fuit, ut Schmausius existimabat, in Valachia, quam dicunt, propria, sed in Moldavia: (solent enim Poloni, Turcae et Graeci hodierni Moldaviam plerumque appellare Valachiam;) et in ea quidem urbe, quae tum fuit illius regionis metropolis, Sucidava (Soczowa), in qua sedem habebat Despotes, quem dicunt, Iacobus Basilicus vel Ioannes Heraclides. Woinowskius, ut apparet, nactus erat illum Codicem anno 1561, qui cur non in Moldavia fuisse potuerit, ut credere videtur A. Majus, non satis idonea est ratio; praesertim cum Sam. Hahnemannus, ut constat antiquissimum Pomponii Melae codicem repererit Gibinii (Hermanopoli), Transsylvaniae urbe. — Eandem rem eodem ex fonte narrat Zeilerus, (*Epistolische Schatzkammer* p. 579.) *M. ab Isselt*, (Sui temporis historia, Colon. ap. Arn. Quentelium a. MDCL. p. 735 sqq. in Supplemento Surii ad a. 1581.) *Rabenerus*, (*Amoenitatt. histor. philol.* p. 451 sqq.) *Io. Lomeierus* (c. IX. de bibliothecis p. 222. vel in accessione altera, collectioni

Maderianae adjuncta a I. [Joann.] A. [ndr.] S. [chmidtio] D. [oct.] Helmst. MDCV. 4. p. 167.) ex eo denique *G. E. Müllerus* (*Histor. krit. Einleit. zu nöth. Kenntn. — der alten lat. Schriftsteller.* Dresd. 1747. T. II. p. 369.) Hoc etiam referendum videtur, quod, ut refert Fabricius (B. L. p. 127.) Bessario Cardinalis multis sumtibus in Polonia potissimum hos libros requiri curavit. Alia praeterea esse vestigia, adfuisse ibi et revera existisse illum codicem ait Cens. Gott., ulterius persequenda. Quare, quod Schmausio optante nemo fecisse videtur, ut nunc fiat cum isto viro summo opere optamus, videlicet ut, qui et facultate pollent et potestate, summo studio omnibusque, quae iis praesto sunt, adjuvantis operam dent investigando isti *κειμήλιω*: nunc praesertim, cum parte (ne dicam particula) librorum tum diu desideratorum servata egregii operis et praestantia magis cognita et desiderium auctum sit. *Mr.*

(1) *Adversar.* xxxii. 18.

(2) Apud Feustellium in miscellaneis cap. XLIII. p. 47. [Sed

cennale extitisse in bibliotheca Fuldensi in aliquot voluminibus membranaceis libros de rep. Ciceronis, quos militum petulantia discerpserit equisque substraverit: id quod lacuna capacissima et tituli librorum localamentis inscripti post illam vastationem bellicam probaverint. — Atque hi, et siqui fuerunt alii, de hac re rumores, mihi videntur eorum similes, qui de Ulphilae Gothicorum bibliorum, praeter illud Svecum, novo volumine multis locis ac temporibus viso, nequicquam ac fortasse temere disseminati sunt; et quos ego ipse recensui, cum Ulphilae partes incognitas Mediolani denique inventas nunciavi, earumque specimen cum meo Socio litteratissimo edidi.

Quandonam palimpsestus de rep. in Vat. bibliothecam venerit.

VIII. Enarratis circa spem reperiendi Tulliani de rep. operis vanis rumoribus, sequitur ut de nostro invento dicendum esse videatur. Is est codex Vaticanus membraneus in fol. vmdcclvii, secundâ scripturâ Augustini commentarium seu varios tractatus in psalmos continens, priore autem librorum Tullii politicorum reliquias: quem codicem in oppido Ligurum Bobio extitisse olim, docet eius inscriptio *liber s. Columbani de Bobio*; quae verba vetere admodum manu exarata sunt in cunctis fere Bobiensibus codicibus, quorum pars maxima in bibliotheca Ambrosiana Mediolani nunc est, pars alia in regia Taurinensi bibliotheca; exiguus denique numerus in Vaticanis pluteis servatur. Praedioata inscriptio videtur saeculi fere decimi, quo nimirum tempore confectus creditur ille Bobiensis bibliothecae catalogus, quem Muratorius vulgavit (1). Atque hic cum paucis aliis codex quonam tempore Bobio Romam migraverit, merito quaerendum est. Namque in primis Raphaël Volaterranus Bobienses aliquot codices saeculo xv exeunte Romam translatos parat (2). Hi codices quum a Thoma Phaedro Romam

enim Barthium haec dixisse minime credendum est. In catalogo enim bibliothecae Fuldensis, (qualis ea fuerat ante illum) non ita pridem in Germania impresso,

nulla mentio est codicis de rep. A. M. in Add.]

(1) Antiq. Ital. med. aevi T. III. p. 818. dissert. XLII.

(2) Geograph. lib. iv. sub finem.

delati sint, qui Vaticanae bibliothecae praeses fuit et pontificiarum litterarum scriptor, merito videntur in eadem fuisse collocati; quamquam ibi plerosque haud extare satis scio, quia clade fortasse Borbonica sub Clemente VII corrupti distractive fuerunt. Illi certe codices bibliothecam Sixti V Vaticanam nunquam ingressi videntur; quod si accidisset, ii primas facile sedes nunc occuparent, vel certe in antiquiores syllabos fuissent relati, quod neutrum esse video. Rursus aliquot manu scripta volumina e Bobiensibus pluteis a Paulo V in Vaticanum palatium fuisse sevocata probe novimus, quo tempore praecclarum illud opus adornabat, cui nomen fecit archium secretum pontificium. Ceteroqui est mihi ad manus catalogus copiosus codicum quos Paulus bibliothecae Vaticanae donavit, in quo tamen Bobiensis nullus est. Quin adeo Bobienses cuncti codices, nunc Vaticani, stemma habent impressum Gregorii XV, qui Paulo successit, nec non cardinalis Scipionis Cobellutii, qui sub utroque pontifice bibliothecarii munere functus est. Ego igitur in hanc facile sententiam concedo, ut sub initiis saeculi XVII (quo tempore tot alii codices ad Federicum card. Borromaeum Bobio Mediolanum missi fuerunt) Augustinianum codicem Paulo V a Bobiensibus monachis inter alios oblatum credam; qui mox successoris pontificis iussu eleganter compacti ornatique sint: sic enim plerisque Vaticanis codicibus contigisse video, quorum instauratio et ornatus non unius pontificis opus est. Codices Bobienses aliquot in Vaticana bibliotheca tractavit vir cl. Faustinus Arevalus e Soc. Iesu, eosque in suis prolegomenis Isidorianis cap. XXVIII descripsit; in his tamen palimpsestos duos, nempe de rep. et Frontonem videre non potuit, quia materia his superposita non est Isidorus, cuius unice auctoris ille codices conquirebat. Quod autem Arevalus unum ex illis Isidorianis rescriptum esse sensit, prioremque scripturam ad sacras litteras pertinere suspicatus est; recte id habet; latet enim in eo bibliorum Latinorum pars; praetereaque,

quod ille non memorat, folium unicum Graecum litteris magnis quadratis geoponici argumenti, cuius accuratam descriptionem hic locus non patitur. Porro Bobiensium codicum, quotquot ubilibet in Italia sunt, exoptatum catalogum a clarissimo viro Amedeo Peyrono propediem expectare licet.

Augustini  
opus in pa-  
limpresso  
Vat.

VIII. Augustini commentarius in Bobiensi, nunc Vaticano, codice scriptus a psalmo cxix ad cxi pertinet. Quaternionum Augustinianorum notae leguntur a prima usque ad secundam supra vigesimam, ita tamen ut II. VII. XVI quaterniones desiderentur: quin et quaternio XXII biblioepi incuria ante vigesimum compactus est: folia insuper aliquot hac illac exciderunt, quo fit ut tot membranae supersint, quot omnino ad quaterniones XVIII efficiendos necessariae sunt. Igitur paginae XVI ductae in quaterniones XVIII fiunt CCCIV. Codicis tamen primum sine pare folium, quod recentior manus supplevit, non est rescriptum: ergo vetustae paginae CCCII sunt, rescriptae omnes, atque ad Tullii codicem de rep. pertinentes. Augustini scripturam in excuso specimine cognoscent eruditi, quae mihi quidem ante saeculum decimum exarata videtur. Id quoque memorandum est, quod nempe in codicis marginibus Tironianae notae passim apparent, quas ego certe, considerato atramenti genere aliisque indiciis, ad Augustini potius scripturam quam ad Tullii referri puto: quum praesertim sicubi Augustiniana scriptura ultra limites Tullianae procedit, ibi quoque Tironianarum notarum comitatu non careat. Haec omnia codicis aenigmata eius plane generis sunt, quod docti Maurini et saepe occurrere et esse adhuc inexplicatum aiebant <sup>(1)</sup>: *combien de mss. où des notes Tironiennes en marge nous annoncent peut-être des secrets, que personne ne tente d'approfondir!* Nunc tamen, post Carpentarii aliorumque vetustiorum conatus, Tironianas notas amplo et immensi

(1) Nouveau traité dipl. t. III. cap. x. p. 56a.

laboris opere collegit explicavitque vir cl. Kappius (\*): quare et has Vaticani codicis notas interpretari demum licebit. Augustini codex initio quidem integer est, uti quaternionum series demonstrat; laborat in medio, ut dixi; tum in fine partem sui tertiam amisit: auctor enim opus ad psalmum usque cl. produxit; scriptura vero eodiceis citra psalmum cxli, et quidem in folio lacero, desinit. Ergo, quot folia Augustini, totidem Ciceronis amisimus. Alia tamen pars membranarum de rep. sine dubio maior vel rescribendo reliquo Augustini operi, vel aliis usibus adhibita fuit: uno certe volumine neque Tullii neque ipsius Augustini opus concludi potuit. Sane Augustini commentarium ad psalmos in duobus praeterea vidi codicibus antiquissimis, nempe in Vaticano saeculi ferme septimi, et in Vallicelliano saeculi sexti: quorum aspectus etsi primum me delectavit, atque in spem quandam erexit, mox tamen, quia deprehendi non esse palimpsestos, nulli eos mihi usui fore cognovi.

X. Sed misso iam Augustino, ad Tullianum, quod sub eo latet, scriptum veniendum est. Quum ego multos veteres palimpsestos iam viderim, tum prope in nullum spatiosis aequae litteris exaratam me incidere memini. Trecentae duaeque, ut duxi, paginae sunt: singulae vero binis laterculis constant: quae rursus latercula singula complectuntur versus quindecim, ita ut in omni pagina triginta sint versus; in singulis vero versibus litterae circiter decem. Quoniam igitur litterae praegraves sunt, sequitur ut materiae copia volumine suo minor esse deprehendatur. Quam ob rem licet graviter expostulare cum livore fortunae, quae tantam operis partem nos adhuc celat. Tituli librorum toto ferme codice apparent usque ad quintum. Sextus liber universus a codice exulat.

Ciceronis  
sub Augusti-  
no scriptum.

(\*) *Kappius*] Ita etiam expressum est in Ed. Villemanii Parisiensi et in Ed. Londinensi, itemque in Ed. Steinackeri et Orphanotrophei Halensis, ut etiam Ed. Romana, quam inspiciere mihi non licuit, ita exhibere videatur. Sed intelligendus est *Koppius*, cujus opus praestantissimum, *Palaeographia*, etiam apud externos merito celebratur. *Mr.*

Sed enim tertii libri etsi reliquiae sunt praeclarae et certissimae, titulum tamen semel video. Paginam 156 totam occupat titulus spatiosissime scriptus DE RE PVBLICA INC. LIB. II. In decimae paginae secundo laterculo scribitur M. TULLI CICER. DE REP. LIBER II. EXP. INC. LIB. III. Ex quo cognoscimus Ciceronis nomen singulis libris fuisse subiectam. Interdum titulos superiore in margine frustra quaeras, sive oblivione librarii, sive reascribentis ablu-tione, seu vetustatis iniuria. Quater etiam accidit (1), ut libri nota numeralis in mendo cubet, nempe I. pro II, quem errorem nexus materiae certissimus obiurgat. Folia codicis integra sunt, praeter unum angulo multatum, alterumque diffissum seu dimidia parte imminutum. Paginae pleraeque lectu facillimae; paucae vero satis obscuratae sunt; ita tamen, ut toto in codice paucos oppido versus difficultas legendi mihi eripuerit.

Palimpsesti  
perturbatio,  
lacunae, et  
restitutio.

XI. Praeter obscuritatem, quam dixi in hoc codice minimam, duo sunt palimpsestorum incommoda, perturbatio atque imperfectio; utramque autem huic codici non mediocriter accidit. Atque, ut de priore primum loquar, folia quidem (quae quatuor exceptis omnia sunt paria) solita confusione permixta sunt, quam rem notae codicis numerales, quas in mea editione servavi, apprime demonstrant. Iam ordini restituendo valde favent quaternionum notae superstites. Quas ut haec enumerem; primi quidem quaternionis et secundi nullum folium superesse video. Tertii quaternionis desideratur primum folium sive extimum, in cuius nimirum calce nota quaternionis scribi solet. A quarto incipiunt notae III. v. vi. vii. viii. Exin usque ad tertium decimum quaternionem inceptam sunt folia paria interiecta octo absque notis; nempe, ut coniecturaliter iudico, decimi secundum et quartum; undecimi secundum, tertium, et quartum; duodecimi item secundum, tertium et quartum. Sequuntur notae XIII. XIII. xv. xvi. xvii. xviii. xviii. xx. Quaternio XXI totus

(1) Cod. pp. 167. 259. 287. 289.



excidit. P̄rgunt notae xxii. xxiii. Exin usque ad inceptum quaternionem xxviii, sunt folia paria interiecta tria absque notis; quorum unum puto esse secundum aut tertium quaternionis xxiiii, vel xxv; alterum, secundum item aut tertium quaternionis xxvi; extremum denique, videtur habere quartam sedem in quaternione xxvii. Sequuntur notae xxviii et xxviiii. Deinde immanis hiatus est usque ad initium quaternionis xl; quo tamen in gurgite duo manent absque notis paria folia incertorum quaternionum. Denique sequuntur notae xl et xli. Posthinc duplex tantum par foliorum in codice superest, et praeterea folium impar: par primum pertinet ad quartum librum, reliqua folia quinti libri sunt. En autem quaternionum tabulam, unde ratio redintegrandi ordinis, quam sum secutus, constabit. Quaterniones ii, quorum nota deest minore cruce designantur: ubi nulli sunt, asterisco utor: folia vero quae ab eo qui codicem rescripsit inversa fuerint, cum ipse numerorum praeposterus ordo declarat, tum etiam maiore cruce demonstro. Denique signum foliorum parium nexum indicat; puncta autem, foliorum defectum.

	* * *			VII.	279. 280 — 285. 286
III.....					
pag.	63. 64 — 73. 74				121. 122 — 127. 128
	77. 78 — 91. 92				139. 140 — 141. 142
	123. 124 — 125. 126		VIII.	181. 182 — 195. 196	
III.	259. 260 — 273. 274			213. 214 — 223. 224	
	49. 50 — 55. 56			215. 216 — 221. 222	
†	89. 90 — 79. 80			..... 293. 294	
	83. 84 — 85. 86		VIII.	61. 62 — 75. 76	
V.	97. 98 — 103. 104			.....	
	33. 34 — 43. 44			211. 212 — 225. 226	
	263. 264 — 269. 270			95. 96 — 105. 106	
†	209. 210 — 197. 198		† X.	.....	
VI. *)	65. 66 — 71. 72			51. 52 — 53 54	
	.....			.....	
	..... 59. 60			.....	
	.....			+ 175. 176 — 169. 170	

\*) Haec huius quaternionis lacunarum enumeratio non plane consentit cum ea, quae est pag. 43 et 44, ut animadvertit Cens. Lips. l. c. d. 7. p. 50, quamque aliquanto veri esse similiorem iudicat. Mr.

XLVIII

† XI.	.....	185. 186 — 191. 192
	179. 180 — 165. 166	5. 6 — 7. 8
	117. 118 — 131. 132	XXIII. 137. 138 — 143. 144
	233. 234 — 235. 236	183. 184 — 193. 194
† XII.	.....	.....
	99. 100 — 101. 102	.....
	153. 154 — 159. 160	† XXIII. ....
	265. 266 — 267. 268	aut XXV. 19. 20 — 25. 26
XIII.	149. 150 — 163. 164	.....
+	147. 148 — 133. 134	.....
	243. 244 — 257. 258	† XXVI. ....
	151. 152 — 161. 162	+ 9. 10 — 3. 4
XIII.	+ 177. 178 — 167. 168	.....
	155. 156 — 157. 158	.....
	275. 276 — 289. 290	† XXVII. ....
	277. 278 — 287. 288	.....
XV.	227. 228 — 241. 242	.....
	229. 230 — 239. 240	+ 207. 208 — 201. 202
	231. 232 — 237. 238	.....
	261. 262 — 271. 272	XXII. + 23. 24 — 21. 22
XVI.	+ 301. 302 — 295. 296	.....
	67. 68 — 69. 70	.....
	81. 82 — 87. 88	.....
	281. 282 — 283. 284	XXIII. .... 13. 14
XVII.	+ 39. 40 — 37. 38	.....
	217. 218 — 219. 220	.....
	.....	+ 206. 206 — 203. 204
	171. 172 — 173. 174	17. 18 — 27. 28
XVIII.	31. 32 — 45. 46	* * * *
	291. 292 — .....	† pag. 47. 48 — 57. 58
	.....	† pag. 1. 2 — 11. 12
	+ 107. 108 — 93. 94	XL. 249. 250 — 251. 252
XVIII.	+ 145. 146 — 135. 136	.....
	.....	.....
	15. 16 — 29. 30	.....
	+ 255. 256 — 245. 246	XLI. 109. 110 — 115. 116
XX.	+ 189. 190 — 187. 188	+ 299. 300 — 297. 298
	.....	.....
	.....	.....
	.....	* * * *
	* * * *	† pag. 111. 112 — 113. 114
XXII.	35. 36 — 41. 42	† pag. 247. 248 — 253. 254
	119. 120 — 129. 130	† pag. 199. 200.

Quae quum ita se habeant, usque ad quaternionem  
 xli expletum numerare adamussim licet quot folia e codice

exciderint. Nempe est summa paginarum DCLVI, quarum CCCXIV desunt (1). Immo licet certa prope ratione definire, quanta pars totius operis adhuc desideretur. Primi enim libri quaterniones tredecim sunt (2): secundi item libri totidem ferme fuisse apparet (3). Conclusio denique tertii libri quaternionem XLI perparum excedit (4). Ergo instituta proportione singuli libri quaternionibus circiter XIII constituisse videntur; ergo sex libri habuerunt quaterniones plus minus LXXVIII. Atqui supersunt in codice paginae CCCII, quae quaterniones XVIII efficiunt; ergo est in codice Tulliani operis quarta pars. Porro additis, ut necesse fuit, ad nostram editionem fragmentis omnium librorum cognitis, et quidem tertii sextique valde copiosis; siquis rem probe consideret, tertiam circiter operis partem nos habere comperiet. Neque quisquam miretur haud prolixos videri civiles hos libros: rem enim ita se habere docet manifeste liber primus, cuius etsi quatuor quaterniones insumuntur in prooemium, totidemque in dialogi politici praeludia (auctor enim non statim vela facit, sed quasi e portu egrediens paululum remigat) idem nihilominus liber fines quaternionis XIII vix egreditur. Et quidem multa Ciceronis volumina hac concinna brevitate utuntur, nominatimque libri de legibus, qui sunt politicorum veluti appendices.

XII. Etsi superior tabula doctis antiquariis artificium libri mei satis aperit, nihilominus et legentium imperi-

De legendis  
ordinandis-  
que palim-  
psestis.

(1) De rep. III. 35. p. 267. n. c.

(2) De rep. I. 47. p. 117. n. 2.

(3) De rep. II. 40. p. 207. n. \*

(4) De rep. III. 35. p. 267.

comperiet] Non plane certam esse hanc rationem vel suspicionem, internis, quae dicunt, argumentis demonstrare studuit Cens. Gott. l. c. n. 44, externis Lipsiensis. Aliunde enim et ex ipsis nostri operis fragmentis (I, 8 et 23.) scimus, tantam in his de re publica fuisse rerum copiam, ut maiorem eorum ambitum fuisse facile is sibi persuadeat, qui,

quam pauca in his fragmentis tractentur et absolvantur, probe consideret. Accedit, quod ex trium priorum librorum ambitu non satis certo, qui fuerit trium posteriorum ambitus, judicari potest. Quanta enim differentia sit inter primum de Oratore librum et tertium, primi secundi-que de Finibus libri et de Natura deorum, itemque primi, secundi et ultimi Tusculanarum, librorum-que de Divinatione quam impar ambitus, primo apparet obtutu.

Mr.

tiorum et ipsius rei gratia, paulo diutius huic argumento insistendum est. Illud autem in primis menti occurrit, quam vetus mos palimpsestorum faciendorum sit, quoniam horum meminit ipse Cicero in epistola ad Trebatium iuris consultum (1): *ut ad epistolas tuas redeam, cetera belle; etc. nam quod in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam: sed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam haec non scribere; nisi forte tuas formulas. Non enim puto te meas epistolas delere, ut reponas tuas. An hoc significas, nihil fieri? frigere te? ne chartam quidem tibi suppeditare?* Hoc loco Cicero tres innuit solemniores et veras palimpsestorum faciendorum causas, contemptum veteris argumenti, parsimoniae studium, membranarum penuriam. Atque ego palimpsestos in membranis hactenus videram: chartarum enim quotquot sunt genera vix ei rei apta videntur. Nuper tamen e duobus papyraceis diplomatibus saeculi VIII, quae impetrante emō ac rmo Cardinali Guerrerio nobilis Gualtheria gens Urbeueterē ad Vaticanam bibliothecam donans misit, unum certe ipsis dominis ill. observantibus rescriptum est; quamquam prior scriptura satis legi non potest. Quare superest, ut palimpsestos quoque papyraceos eruditi scrutentur. Geteroqui palimpsestorum lectio perito patientique homini haud plerumque molesta est: in omni tamen eiusmodi scripto plures occurrunt paginae valde lectu difficiles et obscuratae. Itaque in uno versu verbove bonam quandoque horam consumere non recusabis, ut rem tandem ex integumentis suis evolvere queas: et quidem expectandus serenus dies, et in solis fulgore maximo ad lectionem incumbere necesse est. Porro nullus est palimpsestus, in quo scriptura non sit continua, indiscretis nempe vocabulis, nulla commatum distinctione, exceptis interdum valde evanidis paucisque punctis. Scriptum igitur universum commovendum est, atque in pro-

(1) Ad Fam. VII. 18. Confer etiam Martialem XIV. 7. [Add. Catull. Epigr. 22. ib. interpr. Mr.]

pria vocabula distinguendum: quae res neque semper dubietate caret neque periculo. Nempe ex. gr. libro I. 14 lego *sol e regione, non sole regione*; I. 15 *ostentatio neque, non ostentationeque*; I. 19 *et iam, non etiam*; I. 21 *paratior es, non paratiores*; II. 11 *situ revoces, non si tu revoces* etc. Nequid dicam de scripturae mendis innumeris quae primi potissimum editoris medelam expectant. Quippe antiqua cuiusvis classici via sentibus plurimis virgultisque semper purganda est. Perturbandorum in palimpsestis foliorum ea causa fuit, quod priscus codex, ut novae scripturae aptus fiat, humectari et lavari atque abradi solet. Dissuuntur igitur folia, manibus artificum contrectantur, laevigantur iterum et exsiccantur, ut novo volumini accommodentur; quod cum fit, prioris scripturae series neque servari potest ob inductam obscuritatem et labem, neque porro debet ob eiusdem usum antiquatum. Sed ecce tibi aliam cladem, dum plagularum veterum, prout novi operis ratio postulat, vel orae circumciduntur vel sinus complicantur vel latercula conscinduntur. Iam de foliis palimpsesti ordinandis etsi est ingens ad disserendum locus, tamen, ut in transcurso, leviter stringendas est brevique magisterio absolvendus. Veterum scilicet mos componendorum librorum idem erat, qui apud nos post inventos typos: nimirum liber non e singulis separatisque foliis, verum e foliorum parium fasciculis conficiebatur. Hi fasciculi pro parium foliorum numero dicuntur vulgo duerniones, terniones, quaterniones aut quinterniones. Nonnumquam etiam videmus haec fasciculorum genera in codicibus commisceri. In cuiusque fasciculi postrema plerumque pagina nota scribitur numeralis; quae tamen interdum, sed rarius, occurrit in prima pagina. Utramque consuetudinem a primis etiam typographis retentam videmus. Igitur qui codicem ordinat huc apprime mentem intendat, ut folia dissita ad suos fasciculos retrahat; deinde, ut hos pro notarum serie disponat. Id cum in integris codicibus fa-

cile fit, tum in mutilis et pessumdatis, ut sunt plerique omnes, multo laboriosius. Quid enim, si nota obscurata est? quid, si extimum fasciculi folium desideratur? quid rursus, si perierunt folia aliquot intermedia? ita ut nexu sublato, foliorum quidem, si nota superest, extremorum processum videas, verum folia intermedia, in quem potissime fasciculum coniicias, incertum sit. Illud quoque accedit incommodum, quod parium foliorum saepe plicatura praepostera est. Ea res quidem dissuto codice certis interdum membranae indicibus se ipsa prodit; saepius tamen de sermonis contextu cognoscenda est. Quid demum, si folia complura, aut omnia, imparia sunt? Et quidem ita se habent ii cuncti codices, quorum par folium ex unico maiore impari confectum est. Atque in toto hoc negotio ratio continuae sententiae habenda est, qua duce notis aliis interdum vix indigemus. Sententiae autem nexus cum in historicis saepe evidens est, tum in philosophicis aut oratoriis libris paulo est obvoluitior; et minus quidem in integris scriptis, maxime tamen in hiantibus aut partim obscuratis. Hac ego doctrina fretus folia omnia politici codicis e miro vagoque errore ad sedes suas, quantum licuit, revocavi. Iam etsi pleraque dispositio certissima est, sunt tamen aliquot folia quorum genuina et propria sedes evidenti veritate non patet; praesertim ubi codex valde abruptus et hians materiam exiguan lacinosam hinc inde reliquiarum sinibus trahit. Quaternionum notas, quae sunt in calce fasciculorum, in librum transfero; notas item paginarum margini adlino, non tam, ut veterem perturbationem demonstrarem (haec enim uno verbo dici poterat), quam ut curiosi lectores paginas libri mei cum codice commodius conferre possint.

XIII. Scriptura Tulliani codicis spatiosa, ut dixi, est ac prope quadrata; ita tamen, ut aliquot litterae ab illa perfecta elaborataque forma recedant, quam vulgè lapides nec non quidam palimpsesti retinent. Ea prostat in excuso a me specimine. Ceteroqui id grandis scripturae genus haud

plerumque auctoribus, sed librariis calligraphisque debemus. Fronto in epistolis a me propediem edendis ait se delectari ipsis litterulis Marci Aurelii; capitque, ubi quid ad se scribet, sua manu scribat. In Catonis censorii vita cap. xx narrat Plutarchus, Catonem in filii gratiam, quem ipse doctrinis informabat, non recusasse laborem scribendi historias sua manu litteris magnis, quó puer domi haberet commoda exemplaria ad discenda maiorum instituta: quibus verbis satis innuit Plutarchus moris non fuisse, ut auctores ipsi vel nobiles viri scriptura illa operosa grandique semet defatigarent. Neque sane dubitare licet, quin Romani quotidianam properatamque scripturam ea litterarum forma effecerint, quam cernimus in papyris. (Utique id de Graecis nunc demum constat.) Ipse Cicero festinatas rudesque litteras pinxisse videtur. Sic enim ad fratrem II. 15: *scribis te meas litteras superiores vix legere potuisse; hoc facio semper, ut, quicumque calamus in manus meas venerit, eo sic utar tanquam bono*. Interdum etiam scripsit Cicero *διὰ σημείων* (1). Cuiusmodi essent illae *πηλίκαι* litterae, quas manu sua Paulus apostolus exarabat, controversia fuit inter Io. Chrysostomum et Hieronymum (2). Auctoris quidem autographum plerumque erant liberiore scriptura schedae, quas Isidorus (3) definit esse *quod adhuc emendatur et necdum in libris redactum est*. Cicero ad Atticum XVI. 3 suum de senectute *σύνταγμα* mittit retractatius, et quidem *ἀρχέτυπον* ipsum crebris locis incalcatum et reffectum. Iam ubi satis auctori placeret scriptum, tradebatur librariis, qui in macrocolon transferrent, ut perguit ibi dicere Tullius (4); et tam demum calamo et atramento temperato, charta etiam dentata res agi dicebatur, teste eodem Tullio ad fr. II. 15. Scribendi mos quadratis et magnis litteris sane gratus utilisque erat puerorum eruditioni, tum etiam senibus iam caecutientibus com-

(1) Ad Att. XIII. 3a.

tamen ibidem observationes.

(2) Hieronym. comm. ad Galat. lib. III. cap. VI. 11. Vide

(3) Orig. vs. 14.

(4) Conf. etiam ad Att. XIII. 25.

modus: quare senex Hieronymus queritur (1) se non posse legere, praesertim ad nocturnum lumen, hebraica volumina propter litterarum parvitatem; quod incommodum apud veteres molestius erat, quos microscopiis caruisse compertum est. Alioqui idem Hieronymus contra scripturae latioris atque ornatoris, puta argento vel auro et in membranis purpureis, insanum luxum, cuius meminit etiam Caius (2), haud immerito stilum acuit (3). Ego autem peculiari meo iure huic luxui subirascor, qui in tam amplo codice nimis modicas mihi reliquias librorum de rep. peperit. Morem denique scribendi libros tum minimis tum etiam maximis formis belle tradit Martialis XIV. 190: *pellibus exiguis arctatur Livius ingens, — quem mea non totum bibliotheca capit*. Illud etiam observare memini, quo maior est in codicibus apicum pulchritudo, eo saepe pluribus mendis exemplaria scaterere. Notissimum est amanuenses (notariorum enim nobilior ordo fuit) e servorum grege saepenumero fuisse: quo magis miror tot insignium codicum inventorem lectoremque Pogium, qui libros eiusmodi antiquos a mulieribus fuisse conscriptos sibi persuasit (4). Quamquam vero servorum nonnulla eruditio fuit, quas nimirum Seneca (5) dicit litteras serviles, nihilominus id genus hominum neque a linguis neque a cetera doctrina saepe paratum, calligraphiam suam multis magnisque mendis inquinabant. Hinc Cicero (6): *de latinis libris quo me vertam, nescio; ita mendose et scribuntur et veneunt*. De librariis suis, qui bona scripta a malis seu mediocribus non distinguerent, conqueritur Symmachus (7). Denique codices inemendatos et exemplarium varietatem non semel obiurgat Hieronymus, praesertim quia librariorum negligentia auctoribus fraudi esset (8). Vaticanus quoque de rep. codex mendose admodum scriptus fuit: quam

(1) Prolog. lib. VII. in Ezech.

(2) Inst. II. 77.

(3) Prolog. in Iob. et ep. XIII. 32.

(4) In epist. apud Mehusium  
praef. ad Ambr. cam. p. XLII.

(5) De tranquill. cap. IX.

(6) Ad Q. fr. III. 5.

(7) Ep. v. 85.

(8) Prol. in Iob.; prol. in  
chron.



horrentem errorum segetem partim vetus emendator, partim ego in scholiis criticis depastus sum. Attamen in hoc codice multa sunt ad priscae orthographiae normam rectissime scripta: et quidem pleraque constanti adeo priscorum codicum auctoritate firmanur, ut in usum cotidianum revocanda videantur v. gr. *adulescens, intellego, querella, uilicus, uilicare, poenire, paenitere, maerere, temptare, taeter, tramittere, saepire*, atque alia plurima. Etsi hodiernae consuetudinis tanta vis est, ut etiam confessa vitia placeant: quae si quis temptaret abiicere, statim eum circumlatrantes grammatici omnes coarguerent. Ad veterem emendationem quod adinet, morem fuisse scimus, antequam exemplaria vulgarentur, dandi operam, ut corrigerentur. Testantur id codicum subscriptiones *legi, emendavi, recensui*; tum ipsae emendationes minutioribus et plerumque rudioribus litteris interpositae. Cicero ad Att. XIII. 23: *libri ad Varronem non morabantur; sunt enim defecti, ut vidisti; tantum librariorum menda tolluntur*. Grammaticos adhiberi solitos ad emendanda exemplaria, docet Gellius v. 4; idque fieri solitum collatione meliorum librorum, tradunt non semel Hieronymus, Augustinus et Cassiodorus. Modus emendandi sive in codice de rep. sive in priscis aliis hic fere est. Si verba addenda sunt, ea supra versum, rarius in margine, adscribuntur; sin detrahenda, ea punctis saepe superne, raro inferne notantur. Hinc *expungere* pro *delere*. Denique si litteras transferendae sunt, corrigendaeque vitiosae metatheses, in codice quidem de rep. fit emendatio signis  $\equiv = -$  ita ut, quae littera vel quod verbum una linea notatur, ad primam sedem sit transferendum, eodemque ordine

Gellius V, 4.] Quamquam credibile est hoc factum esse, id tamen non probatur Gellii loco, ut monet Cens. Lips.; ibi enim Grammaticus quidam ab emptore ad spectandos libros adhibitus esse narratur, qui loco quodam, cui non inerat vitium, vitium tamen

subodorare sibi visus est. Ceterum vide, quae de correctoribus congressit Herm. Hugo in libro de prima scribendi origine et universa rei literariae antiquitate (Traj. ad Rh. 1758) vel potius qui notas ad eum librum conscripsit Trotzius pag. 270. sqq. Mr.

reliqua. Pausae in hoc codice haud raro apparent, nempe punctum quoddam recurvum iuxta litterae summitatem, quod tamen in Frontonis codice multo accuratius frequentiusque fit. Est autem id punctum pausa saepe minor, non in codicibus solum Latinis verum etiam in Gothicis Ulphilanis. Quin haud raro vel prope temere appingitur, vel separandorum verborum causa, ne qua sit ambiguitas. Atque omnis orthographia politici codicis valde congruit cum illa Taurinensis Lactantii, quam praeter ceteros observavit nosque docuit Scipio Maffei (1). Litterae singulariae duobus punctis concluduntur, neque imis neque supernis, sed mediis; isque in antiquis codicibus perpetuus fere mos est. Ratio diphthongorum saepe recta est. Litterae in fine versuum aliquando minuuntur, vel in monogramma coeunt. Semel forma V scribitur p. 156 in titulo libri, et quidem sono vocali; ceterum toto in codice est U, quam unicam idcirco formam meo in libro retinendam curavi. Illud etiam in Tulliano codice aliisque priscis sive sacris sive profanis codicibus notare memini, tum Latinis tum Graecis tum etiam Gothicis Ulphilanis, nempe quotiescumque insignis admodum sententia vel transitio fit, librarium solito interius aut exterius ordiri versum in margine libri, ita ut una saltem littera, eaque grandior, sumpta interdum e medio vocabulo, seriem scripturae in sinistro margine excedat. Codicis orthographia miris laborat varietatibus et inconstantia. Est enim id fatum Latinae scripturae ac pronunciationis, quod grammaticorum tot pugnancia praecepta infinitaeque quaestiones demonstrant. Hinc merito Cassiodorus (2): *orthographia apud Graecos plerumque sine ambiguitate probatur expressa; inter Latinos vero sub ardua difficultate relicta monstratur; unde etiam modo studium magnum lectoris inquiri.* Exempli causa, labdacismus proprius Afrorum fuit, sicut colloquium pro conloquium, teste Isidoro (3). Quid porro? nonne ipsa latini-

(1) In epistola praeposita operis eiusdem Maffei.

(2) Inst. praef.

(3) Orig. 1. 32.

tas, uti observabat Hieronymus (1), et regionibus quotidie mutabatur et tempore? postea praesertim quam tanta barbarorum peregrinitas in imperium Rom. infusa est, lingua autem generis quarti esse coepit quod Isidorus (2) mixtum appellat. Codici Vaticano priscus emendator, ut dixi, non defuit, qui vel praetermissa verba aut membra supplevit, vel menda plurima recte sustulit: idem tamen lectioni bonae aliquando deteriorem supposuit, et errores non abstulit sed sevit. In eo quoque non bene meritus est, quod antiquiorem scribendi rationem haud semel immutavit. Hae mutationes atque emendationes, quia litteris minoribus festinatissque fiunt, aegre in codice leguntur, semperque mihi novum aliquid sub palimpsesti involucris lectitanti occurrebat: neque enim perfunctorie, sed tota mente, codices istiusmodi atque omni acie oculorum intueri necesse est.

XIII. Fieri non potest, ut a palaeographia politici codicis edisserenda recedam, prius quam de eiusdem verisimili aetate quaestionem saltem attingam; tum quia id a plerisque editoribus in re simili factum video, tum quia eorum multorum cupiditati occurrendum est, qui me saepe sententiam rogaverunt. Si de prisci codicis aetate iudicare velis, illa in primis discretio adhibenda est, ut aliter coniecturam facias e litteris titulorum vel subscriptionum vel etiam brevium elogiorum, aliter ex ipsius contextus scriptura. Namque in titulis quidem brevibusque lemmatibus quadratam maximamque scripturam plurimi vulgo libri ab ultima fere antiquitate usque ad hodiernum diem prae se ferre solent. Quum enim rei natura postulet, ut vel perspicuitatis vel honoris vel ornatus gratia hae litterae magna forma fiant, is semper mos in membranis non secus atque in lapidibus retentus fuit. Terentii codex Ambrosianus habet longas fabularum epigraphas quadratis magnisque litteris; ipse tamen textus minutus, inclinatus, properatusque est, prout in codicibus saeculi decimi conspici solet. Alcuini quoddam opus in Vaticano codice minutis

Coniecturae  
de palim-  
psesti aetate.

(1) Prol. lib. II. comm. ad Gal. (2) Orig. IX. 1.

litteris rotundatisque scribitur; idque volumen ab ipsius Alcuini vix aetate distare videtur: priores tamen duae paginae honoris causa quadratis litteris atque ita speciosis exaratae fuerunt, ut a Livianis Palatinis parum differant. Sic est illud capitalibus litteris carmen ad Carolum Magnum bibliis urbani monasterii s. Callixti agglutinatum, quorum item bibliorum contextus exili rudique scripturae genere digestus est. Exceptis igitur titulis aut elogiis aut praefationibus; rursus excepto aliquo longe rarissimi luxu codice; ego sane me animadvertere memini, scripturam magnam, pulchram, quadratam, et romana quodammodo maiestate praeditam, post sextum aut certe septimum saeculum vix comparere. Quin adeo sexto saeculo et consecutis proxime aetatibus dominari videtur illa in libris scriptura, quam Symmachi, synodi Chalcedonensis, Sedulii, Hieronymi, Gregorijque specimina a me olim impressa docent. Bobiensium codicum, quorum spectabilem numerum in Ambrosiana bibliotheca, breviorum in Vaticana tractavi, scriptura saepius rotundior, inclinatio corruptiorque est, praeterquam in Sedulio, qui nunc est Taurini: quem tamen codicem monachi ipsi Bobienses haud scripserunt, si quidem saeculi sexti est (1). Extra Ambrosianam bibliothecam (cuius numquam sine dulci animi sensu recorder) multos ego Latinos insigni vetustate codices in Italia vidi. Nam, ut de ingenti Vaticanorum codicum copia brevitatis causa nunc sileam, Ambrosianae quidem Mediolanensium basilicae, tum et Modoëtiensis ecclesiae, tabularia pervetustos libros habent. Vercellis, praeter notissimum Evangeliorum *κειμήλιον*, antiquissimum et fere saeculi vi est Clementinarum recognitionum volumen: et quidem in eius Cathedralis archio plus ducenti sunt prisci codices, quos inter homiliarium Anglo-Saxonicum, corpus legum barbararum, collectio canonum insignis, Iustinus pervetus, et copiosum lexicon latinitatis. Neque caret palimpsestis archium Vercellense; quamquam ut puto

(1) Catalog. mss. Taurin. t. II. p. 244.

re bona vacuis. Rem utilem fecisset vir cl. Gregorius si in nupera litteraturae Vercellensis historia catalogum nobis patriorum codicum exhibuisset: vix enim dubito, quin aliquid opis litterarum incrementis ex illo nobili archio repetendum sit. Mitto veteres multarum urbium codices; ad eos mente propero, quos paulo diligentius manu versavi Veronae in patria praeclari magistri mei, et summa mihi pietate colendi rñi P. Aloysii Fortis, a quo nunc Societas Iesu perpetua dignitate regitur. Ibi, praeter iuris civilis palimpsestos, quibus egregie litterati Germani nuper usi sunt; facem popularibus suis preferente illustrissimo Niebuhrio, qui in tanta doctrinae, ingenii, atque artis criticae gloria versatur; ibi, inquam, rescriptos codices alios vidi his fere notis distinctos LI. LIII. LXXXI. LXXXIII. LXXXV. XXVII. CXXXVIII; quamquam scriptura supposita nihil prope novi habere videtur. In voluminibus non rescriptis vetustissima scriptura est codicis xxvi Augustini de civitate Dei, litteris similibus earum, quibus Tullii interpres in Ambrosiano Vaticanoque codice scribitur. Utinam vero is codex mihi nunc ad manus fuisset, ut politica Tullii fragmenta ex eo potius, quam e recentioribus Augustini exemplaribus compilarem! Equidem nova editio Augustiniani operis nobilissimi curanda est ad tanti codicis fidem: idque munus a Veronensi aliquo cive, Norissii, Blanchinii, Maffei, Vallarsii et Ballerini aemulo, expectandum est. Unum adhuc memorabo palimpsestum xxxviii, e quo vehementer opto suscitari fragmenta mathematici latini, litteris apprime pulchris et valde priscis exarata. Sane ex iis plagulis carie admodum terebratis excerpta quaedam mihi confeci: atque in his vocabulum deprehendo, quod Gesneri Forcellinique lexicis deest: cuius rei ut fidem faciam atque ut ad codicem curiosos antiquitatis invitem; pagina 336. b. col. 1. v. 23 legebam *ad QUINQUIPLUM veniet*. Eadem vox occurrit etiam v. 7. Huius vero paginae rectae inscribitur titulus *lib. xv. Tum p. 341. a. col. 2. v. 9—11 legebam: ac duo RECISAMENTA totius pyramidis*. Vox autem

*recisamentam* una hactenus niti videbatur Plinii auctoritate xxxiv. 11. Huic vero paginae superscribitur titulus lib. xiiii; quamquam is liber videtur in eadem explicere, et alius incipere, ita ut verba praedicta in consequente libro sint. Nunc ut Verona Romam, atque ad meum propositum e longiore diverticulo redeam; inter codices a me observatos, Vaticanus de rep. perfectione quidem litterarum nonnullis cedit, magnitudine tamen et splendore prope princeps est. Ergo omnibus consideratis, quamquam res controversa est, atque id grande scripturae genus nulla fere aetate usurpari non potuit; mihi tamen paulo aegrius persuaserim, tam splendidum tamque luxuriosum Tullianae reip. codicem, post imperii Romani excidium, barbaris in Italia regnantibus, fuisse scriptum; et non potius extremis saltem Caesaribus rem Romanam adhuc tenentibus. Haec aio coniectans et ipse meae doctrinae diffidens: quis enim de re tam obscura sciscitantibus dicat: *credite me vobis folium recitare Sibyllae?* aut more Pythagorico, quidquid responderit, rectum putari volet? Ceterum quod plerique sibi facile persuadent hunc et illum codicem ad quintum quartumve saeculum pertinere; seniore[m] antiquitatem valde negant; ego quidem nescio, quo iure id faciant; nisi forte oppressi sunt opinionibus vulgi et illorum praeiudiciis, qui omnem critice[m] vel minima[m] audacia[m] everti clamitant. Porro in re antiquaria usus frequens praecepta magistro-

*Fuisse scriptum;* ] Dubitationi de aetate adhuc locum relinqui, si solummodo ad eiusmodi litterarum ductus iudicium facere velis, monet Censor, quem laudavi, Gottingensis, eiusque sententiae auctorem laudat Niebuhrium. Intelligit, credo, ea, quae Niebuhrius dixit in Notitia Codicis Palatini ad M. T. Ciceronis Orationum pro M. Fonteio et pro C. Rabirio fragmenta, T. Livii Lib. xxi fragm. L. Senecae fragm. Romae 1820. Ibi enim ille p. 12: *Equidem pro-*

*ptum codicem, quem certae temporis notae iuniorum imperio Caroli Calvi demonstrant, nunquam vidi, neque qui ad septimum saeculum referri debeat, quo adhuc pulchrae illae, quas vocant unciales, litterae passim in libris scribendis adhibebantur. Loquor autem de his, quae ipse vidi, neque quicquam pertinaciter affirmo; quippe qui probe sciam, quam lubrica sit fallaxque haec tota de aetate antiquissimorum codicum ratio. Mr.*

rum superat: qui autem pro vietis [Ed. Lond. *victis*] illis adhuc regulis pugnant, iam nullam prope habent arcem argumenti sui, in quam tuto conscendant. Quid enim plerumque obstat, quominus tertii aut secundi saeculi haec scripta dicamus? num forma vel orthographia? atqui vix aliquid in his videmus, quod vetustis lapidibus aut Herculanii monumentis aut aliorum exemplorum copia non nitatur. Num ipsa per se incredibilis videtur tanta membranarum longaevitas, ut sit v. gr. aevi Augustei? verum enimvero si ab aetate Constantiniana aut certe Theodosiana ad nos usque, quindecim fere saeculis, vixisse aliquot schedae sine dubio creduntur, quis iure neget eas potuisse etiam viginti? Quid papyrus, nonne a Symmacho ep. iv. 34 facili senectute corrumpenda dicitur? tum in formulario apud Marinium<sup>(1)</sup> nonne membranae existimantur diutius quam papyri aetatem ferre? nihilominus Aegyptiae papyri canescunt annis innumerabilibus. Quas vero habemus in manibus membranas palimpsestorum, eae, si probe custodiantur, quum multae praesertim crassae sint et materiae satis vivacis, totidem et amplius post nostram aetatem saeculis duraturae videntur.

XV. Etsi operis de rep. amissi partem ampliore

Vaticanus codex nunc primum suppeditat; nihilominus praeclarae reliquiae apud varios auctores supererant, praesertim vero apud Macrobius, Lactantium, Augustinum et Nonium. Sed enim lectis, quae Sigonius aliique collegerunt, fragmentis magnam in his confusionem atque interpolationem esse cognovi. Itaque ad ipsos auctorum fontes confugiens, scripta illorum integra iteratis lectionibus peragravi. Quin adeo fines vulgo tritos saepenumero egressus, reliquias Tullii civiles toto paene litterarum orbe atque omnibus vestigiis indagavi. Quamquam ultro fateor nec ipsum me mihi haud raro placere, et latiore atque asperiore hunc esse campum, quam ut una opera primisque curis satis excoli possit. Quin adeo,

De fragmen-  
tis operis  
iam pridem  
editis.

(1) Papyr. diplom. xi.

ut in longo opere ac vario, complura sunt, quae mihi a lectoribus ignosci pervelim: praesertim ubi magnitudo rei diuturniorem diligentiam desiderabat. Fragmenta edita, si quando in Vaticanum codicem incidant, virgulis (,) distincti: cetera vero partim pura partim interpolata, quae propter codicis tot hiatus nonnisi auctorum veterum testimoniis nituntur, formis paulo minoribus exprimenda curavi. Igitur qui librum meum hac quoque in parte fragmentorum editorum cum prioribus collectionibus comparabit, primum quidem magna additamenta, saltem e Lactantio atque ex Augustino, comperiet; deinde ordinem, ut in re saepe incerta, saltem concinniore; tum multorum errorum castigationem, partim veterum amanuensium, qui falsos titulos librorum scripserunt, partim recentium eruditorum, qui iudiciis labantibus sedes fragmentorum conturbaverunt. Verba etiam multa persanata sunt vel codicum inspectione, vel aliis subsidiis criticis: quamquam tot, praesertim apud Nonium, vitiosissimas varietates quis demum amputabit? qui profecto grammaticus a vertice, ut aiunt, usque ad extremum unguem ulcus est. Postremo interpolationes novorum hominum eiectae sunt, quas ipsi quidem auctores in scholiis plerumque esse iusserant, sed mox audacia typographorum cum genuino textu miscuerat. Equidem fateor me maiorem prope molestiam in conquirendis ordinandisque editis, quam ineditis, fragmentis exantlavisse; nequis harum rerum parum gnarus me ludibundum in editis et quasi in labore lepidi versatum esse putet.

De notis  
editoria.

XVI. Dum codicem Vaticanum exscriberem, dum reliquias Tullii politicas unde unde conquirerem, paulo mihi copiosior ex hac ipsa mora seges scholiorum subnata est, quorum haec genera sunt. Primum scribo observationes, quae pertinent ad codicis varietates, ad eiusdem emendationem, ad grammaticam et ad palaeographiam: hasque omnes minutioribus plerumque typis textui substerno: unde licet cognoscere quantum Latina orthographia in impres-



sis libris a veterum codicum auctoritate recesserit; ut plane in multis ad iustioremodum scribendi modum reverti necesse sit. Alterum genus observationum mearum versatur in coniecturis, circa lacunas videlicet explendas, nec non circa partium dispositionem seriemque sermonis. Tertium genus historicarum notarum est et comparatarum cum aliis praesertim ipsius auctoris locis. Scio equidem quorundam doctorum institutum atque iudicium, qui scholiis tantummodo grammaticalibus, quae ad lectionem constituendam adtinent, delectantur. Sed enim et illam classem historicorum scholiorum, quam in nobilibus editionibus summo adhuc cum fructu legimus, multo sapientius ac gloriosius a maioribus nostris frequentatam fuisse arbitror, quam ut eam iam negligi aut prae doctrinae confidentia expelli liceat. Utique Germani, apud quos haec studia cum primis vigent, utramque scholiorum speciem valde amplectuntur. Utor et alia observationum ratione, quam mihi mediocris auctorum lectio peperit, ut videlicet intento digito monstrem, quos fontes Cicero in hoc opere pangendo gustaverit; vicissimque, quinam auctores ex hoc labore Ciceronis profecerint. Politicorum denique scholiorum comitatus ab eiusmodi libro abesse vix poterat. Sed illi prorsus loci praeteriri nulli debuērunt, sive ipsius auctoris sive aliorum veterum, qui de hoc opere Tulliano loquantur: nam vel eiusdem historiam tradunt, vel haud raro, si minus verba, at certe sententias continent. Itaque haec testimonia, quotquot hactenus reperiri potuerunt, libro praeposui; nisi forte quaedam eiusmodi erant, quae in ipsum potius textum spargenda viderentur. (\*)

(\*) Graecorum veterum ac Latinorum bibliothecam politicam, quam mihi multa lectione confeceram, in calce huius praefationis scribere constitueram, ad eamque interdum in scholiis provo-  
co: sed enim excrescente nimis libri mole, tum ne diutius

publicam Ciceronis expectationem suspenderem, scriptum illud interim praetermittere visum est. Recentiorum autem politicorum bibliothecam minus aegre omitto, quod eam multi post Naudaeum scripserunt.

## PROSOPOGRAPHIA DIALOGORVM DE REP.

Dialogorum de rep. personae novem sunt, quinque scilicet senes, reliqui adolescentes. Inter senes est Scipio; Laelius Scipione natu maior; Laelii aequales Philus et Mummius (Cic. de Am. xxvii); Manilius item senex, quia de Rep. III. 10 dicitur fuisse adolescens ante legem Voconiam, quae lata est anno urbis DLXXXV, quadragesimo ante hunc dialogum. Manilius a Cicerone Parad. vi. dicitur vixisse patrum suorum memoria; secus vero Rutilium et Scaevolam vidit, adolescens Cicero, ut infra dicam. Quatuor fuisse adolescentes ait ipse Cicero ad Att. iv. 16; idque apparet etiam e codice Vaticano. Sed age singulorum hominum paulo accuratorem notitiam scribam.

## S C I P I O.

P. Cornelius Scipio Aemilianus Africanus minor et Numantinus, L. Pauli Aemilii, qui de Perseo triumphavit, filius; adscitus in gentem Corneliam a Scipione Africani maioris filio. Magistros habuit Polybium, Panaetium ac Metrodorum. Latinis Graecisque litteris eximie eruditus fuit. Quidquid autem scripti operis apud veteres dicitur esse Africani, id sine dubiotribuendum est minori; nam superioris Africani nullum extitisse scriptum docet Cicero de Off. III. 1 (1). Fannius in annalibus, teste Tullio de Or. II. 67, dixit Scipionem nostrum εἰργαζα, ob Socraticam dissimulantiam atque leporem. Anno urbis DCVIII Karthaginem delevit; tum anno DCXXI Numantiam. Consul bis fuit; censuram cum L. Mummius Achaico gessit; auguratu etiam potius; legationem unam vel plures obivit ad inspicienda sociorum regna. Laudes eius innumerae in veterum scriptis leguntur. Obiit hiemali tempore, paucis post hanc, quae fingitur, disputationem diebus, anno aetatis LVI, non sine suspitione veneni aut signis elisarum faucium; scelere videlicet Gracchanarum partium, quibus ipse adversabatur. Laudatus est in funere duabus orationibus. C. Laelii amicissimi sui, quarum alteram recitavit Tubero sororis filius, Cic. de Or. II. 84; alteram frater Maximus Aemilianus, Cic. pro Mur. xxxvi, et interpr. ined. Vat. Obitum eius praecessit parelium quoddam; luctum publicum, qui consecutus est, narrat Cicero pro Mil. vii. Scipionis nostri imagines memorat idem Cicero in somnio, nec non Iuvenalis viii. 3, habuitque unam in lapide onychino Kyriacus Anconitanus (2). Sepulchrum eius, teste Acrone ad Hor. epod. x,

(1) Africani tamen maioris epistola quadam ad Philippum regem utitur Polybius hist. x. 9.

(2) Mehusius praef. ad Ambr. cam. p. LIII; tum ipse Ambrosius ep. viii. 45.

in regione Vaticana fuit; pyramis nimirum ingens, quam Alexander Papa VI dirui iussit vel ut via recta fieret, vel ut molis Adrianae oppugnatio difficilior redderetur. Eius autem pyramidis adhuc incolomis imaginem Eugenius Papa IV in valvis aeneis basilicae Vaticanae exprimeadam curaverat (1).

## L A E L I V S.

C. Laelius cognomento sapiens, Scipioni amore summo devinctus, quos Valerius VIII. 8. 1 par verae amicitiae clarissimum appellat. Hic est, qui in Ciceronis dialogo de amicitia praecipuam personam gerit, deque Scipione nuper vita functo copiose miraque cum amoris significatione loquitur. Laelii consilii perpetuis Scipio usus est. Neque tamen Laelius ipse res non gessit: nam et Viriathum bello fregit, et Scipioni Karthaginem oppugnanti legatus adfuit. Caelius Antipater Laelio (sapienti, ut puto; nam Caelius fuit aequalis Scaevolae auguris, Cic. Brut. XXVI) inscripsit belli Punici historiam. Augur fuit celeberrimus et orator. Idem fasces consulares tenuit anno urbis DCXIV.

## P H I L V S.

L. Furius Philus (aut Pilus) consulatum anno urbis DCXVIII administravit. Is est, qui de Numantino foedere antiquando rogationem tulit, Mancinumque in Hispaniam reductum Numantinia dedit. Philii fiduciam, qui consul suos inimicos in provinciam secum ire legatos iussit, miratur Valerius III. 7. 5. De eius eloquentia Cicero Brut. XXVIII: *L. Furius perbene loqui putabatur litteratiusque quam ceteri*. Astronomiae quoque studiosus cognoscitur e primo de Rep. cap. XI. Hunc male quidam appellant *Publium*, quum sit *Lucius*.

## M A N I L I V S.

Manilius ille, cui consuli (anno urbis DCV) in Africam se venisse tribunum militum ait Scipio in somnio, videtur plerisque apud Glandorpium idem vir, qui M. Manilius iuris prudentia clarus: quam sententiam confirmari video dialogis de rep., in quibus Manilium et Scipionis familiarem et iuris consultum agnoscimus, Manilii scientia iuris et saepe a Tullio laudatur, et maxime a Pomponio tit. de or. iuris: *P. Mutius et Brutus et Manilius fundaverunt ius civile. Mutius decem libellos reliquit, Brutus septem, Manilius tres: extant et volumina inscripta Manilii monumenta*. In arte quaestuosissima constat eum fuisse abstinentem et pauperem. Cic. Parad. VI.

(1) Nardinius Rom. antiq. VII. 13. cum testibus vetustioribus ab eo citatis. Id sepulchrum, ut lego in quadam Alexandri VI vita, dicebatur *pyramis burgi*, quia scilicet in burgo Vaticano erat.

## M U M M I U S.

Sp. Mummius L. Mummii Achaici frater. Utrum Spurius legatus fratri apud Corinthum fuerit, an potius unus e decem, qui Corinthum in legationem ierunt, disputat Cicero ad Att. XIII. 5. 6. 3o, memoratque eius versiculos quosdam facetos. Sane et comes Scipioni peregrinanti fuit. De eiusdem eloquentia mediocri et doctrina Stoica Cic. Brut. xxv. Fuit commodis moribus, Scipionis, Laelii, Phili, ac Rutilii amicus, Cic. de Or. II. 67, et de Am. XIX. xxvii.

## T U B E R O.

Q. Aelius Tubero Aemilii Pauli nepos ex Aemilia sorore Africani. Fuit ab adolescentia Laelii amicus, Cic. de Am. xxvii; seque a Ti. Gracchi temp. vexantis familiaritate seiunxit, Cic. de Am. xi: quare et eius orationes in Graecum membrantur, Cic. Brut. xxxi. Philosophiam plus aequo coluit, absurdeque ostentavit paupere apparatu in funere avunculi Africani; ob quam perversitatem praetura deiectus est, Cic. pro Mur. xxxvi. Ceteroqui Pomponius tit. de orig. iuris Tuberonem iuris consultum et stoicum, consulem appellat; Pighius autem retur fuisse consulem suffectum M. Porcio Catoni in ea dignitate demortuo an. dcxxxv (Varroniano vi.) Invisum cum sua secta Stoica fuisse Tuberonem, severum ac durum, aiunt Tacitus Annal. xvi. 22, et Cic. Brut. xxxi. Dialecticum et iuris prudentem fuisse cognoscimus e Gellio I. 22; nulla eloquentia praeditum ex Cic. Brut. xxxi.

## R U T I L I U S.

P. Rutilius Rufus imberbi prope aetate interfuisse fingitur his dialogis de rep.; namque a Laelio de Am. xxvii. admodum adolescens eodem anno appellatur: tum idem Ciceroni multo post nato retulisse dicitur hunc sermonem (1). Is arma contra Saturninum sumpsit (2). Consulatus potitus est anno urbis dcclxxix, post Scipionis obitum xxiv. Rutiliana quaedam constitutio de venditione (2b) citatur in iuris fragmentis Vaticanis, et a Caio (3). Rutilius armorum tractandorum meditationem militibus tradidit (4). Factione equitum Romanorum circumventus in iudicio est, licet innocentissimus; Romaeque pulsus exulavit Smyrnae, ibique civitatis honore donatus consenuit in studiis litterarum: qua in urbe vivebat adhuc, dum Cicero adolescens Asiam peragraret. Eum dicit Velleius (5) non saeculi sui, sed omnis aevi, optimum:

(1) De Rep. I. 8. 11.

(2) Cic. pro Rab. vii.

(2b) Vid. nunc Fragmentum de Empto et Vendito §. 1. p. 1. ed. Berol. Cr.

(3) Inst. iv. 35.

(4) Val. M. II. 3. 2.

(5) Lib. II. 15.

quare nec ipse in iudicio defendi se passus fuerat paulo ornatiore oratione (1); et in exilium eusti omnes Asiaticae provinciae legatos obviam miserant secessum eius opperientes (2): denique revocante Sylla redire ab exilio noluit (3). Rutillii laus prope infinita est non solum apud Ciceronem, verum etiam apud alios auctores, praesertimque apud Senecam. Scripta eius fuerunt: orationes; libri de vita sua; historiarum libri in quibus erat, ut puto, bellum Numantinum, nisi potius fuit in vita ab eo scripta Scipionis, cuius fragmentum citat Isidorus (4).

## S C A E V O L A.

Q. Mucius Scaevola augur, is est ad quem senem Cicero sumpta virili toga deductus fuit a patre: quo mortuo se ad pontificem Scaevolam contulit (5). Consul fuit anno urbis DCXXXVII. Huius filia nupsit L. Crasso oratori (6), ei scilicet, qui primas partes in Tullianis de oratore libris tuetur. Quia ipse hic Scaevola disputat in eiusdem operis libro primo. Ab eodem Scaevola fingit Cicero se audivisse Laelii sermonem de amicitia, uti a Rutilio Rufo de rep. Prudentia iuris maxime inclaruit (7), de qua eo libros edidit (8); quare et Caius libros quosdam proprios memorat (9) quos dicit ex Q. Mucio factos. Pila et alea optime lusit (10): hinc Scaevola dicitur a Cicerone (11) iocularis senex; eiusque memoriam in alea miratur Quintilianus (12).

## F A N N I V S.

„C. Fannius (inquit Cicero Brut. xxvi.) C. Laelii gener et „morbis et ipso genere dicendi durior. Is soceri instituto, quem „quia cooptatus in augurum collegium non erat, non admodum „diligebat, praesertim cum ille Q. Scaevolam sibi minorem natu „generum praetulisset: cui tamen Laelius se excusans, non gene „ro minori dixit se illud, sed maiori filiae detulisse. Is tamen „instituto Laelii Panaetium audiverat. Eius omnis in dicendo „facultas ex historia ipsius non ineleganter scripta perspici pot-

(1) Cic. de Or. I. 53. 54. Brut. xxx.

(2) Val. M. II. 10. 5.

(3) Quintil. Inst. xi. 1.

(4) Lege de his Cic. Brut. xxx; Tacit. Agricol. initio; Athen. vi. 21. xii. 11; Vellei. H. 9; Gell. vii. 14; Appian. hisp. LXXXVIII; Plut. in Pomp. xxxvii; Suid. voc. Πρωτοσος; Charis. et Diomed. saepe; Isid. Orig. xx. 11. 4.

(5) De Am. I.

(6) De Or. I. 7.

(7) Cic. Brut. xxvi; de Or. I. 41. 48; Vellei. II. 9.

(8) Gell. vii. 15; Pompon. tit. de orig. iuris.

(9) Inst. I. 2. §. 116.

(10) Cic. de Or. I. 50; Val. M. viii. 8. 2. A. M. — Errare A. Maium monet alius Censor Gott. (1824. n. 84.) narrantem, pila et alea optime lusiisse hunc Scaevolam. Locum enim Ciceronis respicere alium Scaevolam, videlicet P. Mucium, errorisque causam esse Valerium Maximum; (vide modo Corradum et Perizonium ad Val. M. l. c.) neque aleae fuisse ludum, sed duodecim scriptorum, ut est apud Cic. et Quintilianum; denique huius locum non esse Inst. Or. x. 2. sed xi, 2 (p. 992. sq. ed. Burm. q. v.). *Mr.*

(11) Ad Att. iv. 16.

(12) Inst. x. 2.

„est, quae neque nimis est infans neque perfecte diserta.“ Eiusdem historiae non semel alibi meminit Cicero: cuius epitomen fecerat Brutus, ut ait idem Cic. ad Att. XII. 5; quamquam hoc loco Cicero ait negatum fuisse ab Attico, Fannium historicum eundem fuisse ac Laelii generum. Ea in historia narraverat inter cetera Fannius se comitem fuisse Tib. Graccho moenia Carthaginiis primo conscendenti (1). Locum ex oratione quadam C. Fannii in Gracchum aliquando nos edemus. Athenaeus VI. 31 ait lege Fannia Scaevolam, Tuberonem et Rufum se adstrinxisse, quae sumptus domestici minuebantur. Est tamen alius Fannius eius legis auctor, quae scilicet lata est anno urbis MCCCXVIII, teste Gellio apud Macrobius (2). Fannium non interfuisse disputationi, quae habita est secundo die, docuimus in praefatione cap. III. Quanam tamen probabili cum causa Fannium a dialogo reliquo submovere potuerit Cicero, perobscurum est. Immo in reliquiis de rep. Vaticanis Fannius et Scaevola numquam loquuntur, licet disputationi intersint. Neque tamen idcirco puto eos fuisse *κατὰ πρόσωπα*, cuiusmodi se noluit esse Cicero in dialogo academicorum (3): igitur in lacunis eorum sermonem demersam credo; praesertim quum apud Servium ad Aen. VI. 877 testimonium evidens sit, Fannium versatum esse in dialogo, qui utrum de rep. fuerit, commodius a me disputabitur in fragmentis incertorum de rep. librorum.

---

### TESTIMONIA VETERA OPERIS TVLLIANI DE REP.

1. Ego me in Cumano et Pompeiano, praeter quam quod sine te, ceterum satis commode oblectabam, et eram in iisdem locis usque ad kal. Iunias futurus. Scribebam illa, quae dixeram, *πολιτικά*; spissum sane opus et operosum. Sed si ex sententia successerit, bene erit opera posita; sin minus, in illud ipsum mare deiiciemus, quod scribentes spectamus. *Cicero ad Q. fr. II. 14.*

2. Quod quaeris, quid in illis libris egerim, quos cum essem in Cumano scribere institui, non cessavi, neque cesso: sed saepe iam scribendi totum consilium rationemque mutavi. Nam iam duobus factis libris, in quibus novendialibus iis feriis, quae fuerunt Tuditano et Aquilio consulibus, sermo est a me institutus Africani paulo ante mortem, et Laelii, Philii, Manilii, Q. Tuberonis,

(1) Plutarch. in Tib. Graccho  
cap. IV.

(2) Sat. II. 13.

(3) Ad Att. XIII. 19.

et Laelii generorum Fannii et Scaevolae. Sermo autem in novem et dies et libros distributus de optimo statu civitatis et de optimo cive. Sane texebatur opus luculenter, hominumque dignitas aliquantum orationi ponderis adferebat. Hi libri cum in Tusculano mihi legerentur, audiente Sallustio (1), admonitus sum ab illo, multo maiore auctoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de re publica, praesertim cum essem non Heraclides Ponticus, sed consularis, et is, qui in maximis versatus in re publica rebus essem: quae tam antiquis hominibus attribuerim, ea visum iri ficta esse. Oratorum sermonem in illis nostris libris, quod esset de ratione dicendi, belle a me removisse: ad eos tamen retulisse, quos ipse vidissem. Aristotelem denique, quae de re publica et praestante viro scribat, ipsum loqui. Commovit me, et eo magis, quod maximos motus nostrae civitatis attingere non poteram, quod erant inferiores, quam illorum aetas, qui loquebantur. Ego autem id ipsum tum eram secutus, ne in nostra tempora incurrens, offenderem quempiam. Nunc et id vitabo, et loquar ipse tecum, et tamen illa, quae institueram, ad te, si Romam venero, mittam. Puto enim te existimaturum, a me libros illos non sine aliquo meo stomacho esse relictos. *Ad Q. fr. III. 5.*

3. Varro, de quo ad me scribis, includetur in aliquem locum, si modo erit locus. Sed nostri genus dialogorum meorum, ut in oratoriis, quos tu in caelum fers, non potuit mentio fieri cuiusquam ab iis, qui disputant, nisi eius, qui illis notas aut auditus esset. Hanc ego de rep. quam institui disputationem, in Africani personam et Philii, et Laelii, et Manilii contuli: adiunxi adolescentes Q. Tuberoaem, P. Rutilium, duo Laelii generos Scaevolam et Fannium. Itaque cogitabam, quoniam in singulis libris utor proemiis, ut *Ἀποστροφῆς* in iis, quos *ἐξωρετισμοῦς* (2) vocat, aliquid efficere, ut non sine causa istum appellarem; id quod intelligo tibi placere. Utinam modo conata efficere possim! rem enim, quod te non fugit, magnam complexus sum, et gravem et plurimi otii, quo ego maxime egeo. *Ad Att. iv. 16.*

4. Tuas omni de rei publicae statu litteras exspecto, πολιτικῶν τερον quidem scriptas; quoniam meos cum Thallumeto nostro per-volutas libros. *Ad Att. v. 12.*

(1) *Intellige non Crispum sed Cn. vel P. Sallustium, qui familiares Cicero- ni fuerunt. Cic. ad fam. xiv. 11, ad Att. i. 3. 11. xi. 11. 17.*

(2) *Hos commemorat ipse Aristoteles reip. iii. 6, in usque de variis imperii modis disseruisse se ait. Vi-*

*de eundem vii. 1. Το ἐξωρετισμὸν defuitur a Cic. de fin. v. 5 populariter scriptum; a Gellio autem xx. 5., quod ad rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, civiliumque rerum notitiam conducit.*

5. Irascatur qui volet, patiar; τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ (1): praesertim cum sex libris, tamquam praedibus, me ipsum obstrinxerim, quos tibi tam valde probari gaudeo. E quibus unum ἰστορικὸν requiris de Cn. Flavio Cn. filio. Ille vero ante x viros non fuit, quippe qui aedilia curulia fuerit, qui magistratus multis annis post x viros institutus est. Quid ergo profecit, quod protulit fastos? Occultatam putant quodam tempore istam tabulam, ut dies agendi peterentur a paucis. Nec vero pauci sunt auctores Cn. Flavium scribam fastos protulisse, actionesque composuisse, ne me hoc vel potius Africanum, is enim loquitur, commentum putes (2).  
*Ad Att. VI. 1.*

6. Et ego audebo legere umquam aut attingere eos libros, quos tu dilandas, si tale quid fecero (3)? *Ad Att. VI. 2.*

7. Reliqua plena adhuc et laudis et gratiae, digna iis libris, quos dilaudas; conservatae civitates, cumulate publicanis satisfactum, offensus contumelia, nemo etc. *Ad Att. VI. 3.*

8. Etsi non impediabant mei certe libri: non enim ista largitio fuit in cives, sed in hospites liberalitas. *Ad Att. VI. 6.*

9. Quod si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, quam tu quoque adprobas, nae tu haud multum requireres illum virum, qui in sexto (4) informatus est. Quid enim tibi faciam, qui illos libros devorasti? *Ad Att. VII. 3.*

10. Ego interea admonitu tuo perfecti sane argutulos libros ad Varronem: sed tamen exspecto quid ad ea, quae scripsi ad te: primum, qui intellexeris eum desiderare a me, cum ipse homo πολυγραφώτατος numquam me lacessisset: deinde quem ζηλοτυκεῖν, nisi forte Brutum: quem si non ζηλοτυκεῖ, multo Hortensium minus, aut eos, qui de rep. loquuntur. *Ad Att. XIII. 18.*

11. Si Cottam et Varronem fecissem inter se disputantes, ut a te proximis litteris admoner, meum κωφὸν πρόδωκον esset. Hoc in antiquis personis suaviter fit, ut et Heraclides in multis, et nos in sex de rep. libris fecimus. *Ad Att. XIII. 19.*

12. Velim, domum ad te scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus ac si ipse adesses, cum ceteri, tum Varronis. Est enim mihi

(1) Scripserat prius in epistola Cicero de sua aequitate dicendi iuris in provincia.

(2) Paulo post tamen in eadem epistola videtur fateri Cicero suam quandam ἕνιστορησίαν, eo quod communi sententiae adhaerere voluisset.

(3) Nempe contra aequitatem.

(4) Si respicias Cic. ad Att. VIII. 11. seu apud nos de rep. V. 6. videbitur scribendum quinto pro sexto: quamquam etiam de rep. VI. 1. sermo est adhuc de rectore resp. Codices autem collationis Lagomarsinii, quam inspezi, constantiter retinent sexto.



utendum quibusdam rebus ex iis libris ad eos, quos in manibus habeo (1); quos, ut spero, tibi valde probabo. *Ad Att.* iv. 14.

13. Tui politici libri omnibus vigent. *Caelius apud Cic. ad fam.* VIII. 1.

14. Non deesse (nos) [Ed. Lond. *hos*] siquis adhibere volet, non modo ut architectos, verum etiam ut fabros, ad aedificandam remp., et potius libenter accurrere: sin nemo utetur opera, tamen et scribere et legere *πολιτικάς*, et si minus in curia atque in foro, at in litteris et libris, ut doctissimi veteres fecerunt iuvare (2) remp. et de moribus ac legibus quaerere. *Cic. ad fam.* ix. 2.

15. A te peto, inquit Pomponius, ut scribas aliquid: iampridem enim conticuerunt tuae litterae. Nam ut illos de rep. libros edidisti, nihil a te sane postea accepimus, eisque nosmetipsi ad veterum annalium memoriam comprehendendam impulsi atque incersi sumus. *Cic. Brut.* v.

16. Sed si, qualis sit animus, ipse animus nesciet; dic, quaeso, ne esse quidem se sciet? ne moveri quidem se? ex quo illa ratio nata est Platonis, quae a Socrate est in Phaedro explicata (3), a me autem posita est in sexto libro de re publica (4). *Tusc.* I. 22.

17. Cum a primo urbis ortu regis institutis, partim etiam legibus, auspicia, caerimoniae, comitia, provocationes, patrum consilium, equitum peditumque descriptio, tota res militaris divinitus esset constituta, tum progressio admirabilis, incredibilisque cursus ad omnem excellentiam factus est, dominatu regio rep. liberata. Nec vero hic locus est, ut de moribus institutisque maiorum, et disciplina ac temperatione civitatis loquamur: aliis haec locis satis accurate a nobis dicta sunt, maximeque in iis sex libris, quos de rep. scripsimus. *Tusc.* iv. 1.

18. Atque his libris annumerandi sunt sex de rep., quos tunc scripsimus, eum gubernacula reip. tenebamus: magnus locus, philosophiaeque proprius, a Platone, Aristotele, Theophrasto, totaque Peripateticorum familia tractatus uberrime (5). *De Divin.* II. 1.

19. Quoniam scriptum est a te de optimo reip. statu, consequens esse videtur, ut scribas tu idem de legibus. Sic enim fecisse video Platonem illum tuum (6). *De Legibus* I. 5.

20. Quoniam igitur eius reip., quam optimam esse docuit in illis sex libris Scipio, tenendus est nobis et servandus status;

(1) Scripta est haec epistola anno eodem, quo libros politicos componebat Cicero. VII. 8.

(2) Edd. navare mendose.

(3) Laudat hanc sententiam Pla-

tonis etiam Lactantius inst.

(4) Nempe in somnio.

(5) Confer de fin. iv. 2. 3.

(6) Confer de rep. iv. 4.

omnesque leges accommodandae ad illud civitatis genus, serendi etiam mores, nec scriptis omnia sancienda; repetam stirpem iuris a natura. *De Leg.* I. 6.

21. Hominem natura non solum celeritate mentis ornavit, sed etiam sensus, tamquam satellites, attribuit ac nuntios: et rerum plurimarum obscuras et necessarias intelligentias enudavit, quasi fundamenta quaedam scientiae (1): figuramque corporis habilem et aptam ingenio humano dedit. Nam cum ceteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit, ad caelique quasi cognationis domiciliique pristini conspectum excitavit: tum speciem ita formavit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret. Nam et oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur: et is qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse, praeter hominem, potest, indicat mores: cuius vim Graeci norunt, nomen omnino non habent. Omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis, moderationem vocis, orationis vim, quae conciliatrix est humanae maxime societatis. Neque enim omnia sunt huius disputationis, ac temporis: et hunc locum satis, ut mihi videtur, in iis libris, quos legistis, expressit Scipio. *De Leg.* I. 9.

22. An censes, cum in illis de rep. libris persuadere videatur Africanus, omnium rerum nostram veterem illam fuisse optimam, non necesse esse optimae reip. leges dare consentaneas? A. Immo prorsus ita censeo. M. Ergo adeo expectate leges, quae genus illud optimum reip. contineant. *De Leg.* II. 10.

23. Quoniam leges damus liberis populis, quaeque de optima rep. sentiremus, in sex libris ante diximus, accommodabimus hoc tempore leges ad illum, quem probamus, civitatis statum. *De Leg.* III. 2.

24. Ut cupiditatibus principum et vitiiis infici solet tota civitas, sic emendari et corrigi continentia etc. Quo perniciosius de re publica merentur vitiosi principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem: neque solum obsunt, quod ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusque exemplo, quam peccato, nocent. Atque haec lex dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam potest: pauci enim, atque admodum pauci, honore et gloria amplificati, vel corrumpere mores civitatis vel corrigere possunt. Sed haec et nunc satis, et in illis libris tractata sunt diligentius (2). *De Leg.* III. 13. 14.

25. Non quid hoc populo obtineri possit, sed quid optimum sit, tibi dicendum puto. Nam Cassiae legis (*de populi iudicio*) cul-

(1) De hoc loco admodum controverso vid. nostram librorum de *Legg.* editionem p. 67—69. *Mr.*

(2) *In quinto scilicet atque sexto.*

pam Scipio teus sustinet, quo auctore lata esse dicitur. M. Vos demum, ut video, legem antiquastis sine tabella. Sed ego, etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamen libertatem istam largior populo, ut et auctoritate valeant, et utantur bonis. Sic enim a me recitata lex est de suffragiis: Optimatibus nota, plebi libera sunt. *De Leg.* III. 16. 17.

26. Sed de hoc genere toto (*de liberalitate*) in iis libris, quos de rep. scripai, diligenter est disputatum. *De Officiis* II. 17.

27. Seipio, quasi praesagiret, perpaucis ante mortem diebus, cum et Philus et Manilius adessent, et alii plures, tuque etiam Scaevola mecum venisses, triduum disseruit de rep.; cuius disputationis fuit extremum fere de immortalitate animorum: quae se in quiete per visum <sup>(1)</sup> ex Africano audisse dicebat. *De Amicitia* IV.

28. Tum magis id diceres, Fanni, si nuper in hortis Scipionis, cum est de rep. disputatum, affuisses <sup>(2)</sup>: qualis tum patronus iustitiae fuit <sup>(3)</sup> contra accuratam orationem Philii! *De Amic.* VII.

29. Cum Ciceronis libros de re publicaprehendit hinc philologus aliquis, hinc grammaticus, hinc philosophiae deditus; alius alio curam suam mittit. Philosophus admiratur, contra iustitiam dici tam multa potuisse. Cum ad hanc eandem lectionem philologus accessit, hoc subnotat, duos Romanos reges esse, quorum alter patrem non habet, alter matrem. Nam de Servii matre dubitatur; Anci pater nullus; Numae nepos dicitur. Praeterea notat, eum, quem nos dictatorem dicimus, et in historiis ita nominari legimus, apud antiquos magistrum populi vocatum <sup>(4)</sup>: hodieque id extat in auguralibus libris; et testimonium est, quod, qui ab illo nominatur, magister equitum est. Aequae notat, Romulum perisse solis defectione <sup>(5)</sup>. Provocationem ad populum etiam a regibus fuisse: id ita in pontificalibus libris aliqui putant <sup>(6)</sup>, et Fenestella. Eisdem libris cum grammaticus explicuit, primum *reapse* <sup>(7)</sup> dici a Cicerone, id est *re ipsa*, in commentarium refert; nec minus *sepse*, id est *se ipse* <sup>(8)</sup>. Deinde transit ad ea, quae consuetudo saeculi mutavit, tamquam quod ait Cicero: — quoniam sumus ab ipsa calce, eius interpellatione revocati —: hanc, quam nunc in

(1) *Macrobius ad somn.* I. 3. *observat, Ciceronem, quoties eiusmodi rem appellare opus fuit, semper usum esse nomine visum.*

(2) *Hac de re diximus in praefatione.*

(3) *Laelius.*

(4) *De rep.* I. 40.

(5) *De rep.* II. 10 *et in somnio.*

(6) *De rep.* II. 31.

(7) *De rep.* I. 2. II. 59. *Ergo frustra critici apud Forcellum in hac voce nituntur legere re ipsa pro reapse in aliis Tullii locis tribus.*

(8) *Immo se ipsa valet apud Cic. rep.* III. 8: *quamquam ibi emendator male fecit se ipse, in quo damnabilior est ipso Seneca, qui generatim loquitur.*

circo cretam vocamus, calcem antiqui dicebant. Deinde Ennianos colligit versus, et in primis illos de Africano scriptos:

— Cui nemo civis neque hostis

Quivit pro factis reddere operae pretium.

Ex eo se ait intelligere, apud antiquos non tantum auxilium significasse operam, sed opera. Ait enim, neminem potuisse Scipioni neque civem neque hostem reddere operae pretium. Felicem deinde se putat, quod invenerit, unde visum sit Virgilio dicere (1):

Quem super ingens — porta tonat caeli.

Ennium hoc ait Homero (2) surripuisse; Ennio Virgilium. Est enim apud Ciceronem in his ipsis de rep. hoc epigramma:

Si fas endo plagas caelestium escendere cuiquam;

Mi soli caeli maxima porta patet. *Seneca Epist. VIII.*

30. *Lactantius inst. I. 18 eisdem versus recitat, nisi quod pro endo mendose scribit caedendo, in quam lectionem commentatur sic: scilicet quia magnam partem generis humani extinxit ac perdidit etc. Cui vanitati et Cicero assensit. — Est vero, inquit, Africana; nam et Herculi eadem ipsa porta patuit. [Vid. meam annot. ad I. 40. p. 163. Mr.]*

31. Utitur illa reiectione et M. Tullius extra omnem ingenii aleam positus (3), et, quod miremur, per advocatum defenditur (4). Nec doctissimis: Manium Persium haec legere nolo, Iunium Congum volo. Quod si hoc Lucilius, qui primus condidit stili nasum, dicendum sibi putavit; si Cicero mutandum, praesertim cum de rep. scriberet (5). *Plinius H. N. praef.*

32. Non Ciceroniana simplicitate, qui in libris de rep. Platonis se comitem profitetur. *Plinius ibidem.*

33. Inter Platonis et Ciceronis libros, quos de re publica utrumque constituisse constat, hoc interesse prima fronte perspeximus, quod ille rem publicam ordinavit, hic retulit; alter qualis esse deberet, alter qualis esset a maioribus instituta deseruit. *Macrobius ad somn. I. 1.*

34. Laelii, Scipiones amplissimis de rebus, quoad Romanae litterae erunt, in veterum libris disputabunt. *Macrobius Saturn. I. 1.*

35. Latina quum legeret (Alexander Severus imp.) non alia

(1) *G. III. 261.*

(2) *Iliad. 9. 393.*

(3) *Apud Macrobius Sat. I. 24. Cicero conviciis impenetrabilis.*

(4) *Nempe per Lucilii auctoritatem.*

(5) *Pleniorem hunc locum dat Cicero de Orat. II. 6: C. Lucilius*

*dicere solebat, ea quae scriberet, neque ab indoctissimis neque a doctissimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse, quam ipse de se etc. Rursus haec habet Cicero de fin. I. 3. Hinc facile suppleas, quae nimis abrupta citat Plinius e libris de rep.*

magis legebat quam de officiis Ciceronis et de rep. *Lampridius in Alex. Sev. cap. xxix.*

36. Laudatur in Platone, quod in politica sua posuit, eum, qui contra iustitiam disputandi partes recepisset, postulare veniam dictorum, quae non probaret et veri inveniendi atque examinandae disputationis gratia, illam sibi impositam personam dicere. Quod eousque Tullius probavit, ut ipse in libris, quos scripsit de rep., in eam sententiam dicendum putaverit <sup>(1)</sup>. *S. Ambrosius de officiis I. 12. ff. 43. (\*)*

37. An Publium Scipionem in sexto de rep. de impari numero proferam disputantem? *S. Hieronymus epist. xlviii. 19.*

38. Chalcenterus Didymus, multiplicis scientiae memorabilis, qui in illis sex libris ubi nonnumquam imperfecte Tullium <sup>(2)</sup> reprehendit, sillographos imitatus scriptores maledicos, iudicio doctarum aurium incusatur, ut immania frementem leonem putredulis vocibus canus catulus longius circumlatrans. *Ammianus Marc. xxii. 16.*

39. Τράγκυλλος ὁ Σουητόνιος χρηματίας γραμματικὸς Ῥωμαῖος ἔγραψε περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας ἀντιλίγεσθαι δὲ τῷ Διδύμῳ. *Suidas voc. Τράγκυλλος.*

40. Παράθεσις τῆς κατὰ Πλάτωνα καὶ Κικέρωνα πολιτείας. *Anonymus Vaticanus περὶ τῆς πολιτικῆς ἐκιδότημης λογ. ε κερ. ι.*

(1) Confer de rep. III. 5. Neque enim Ambrosius Augustinum C. D. II. 21 exscribere potuit, quandoquidem Ambrosianum opus Augustiniano plus viginti annis antiquius est. Praeterea Ambrosius haud semel in eodem opere Tullianis de re. locis utitur; nempe de Off. I. 24. ff. 115 ait Ambrosius: iustitia suum cuique tribuit, utilitatem propriam negligit, ut communem aequitatem custodiat; quae videntur sumi e Tullio de rep. III. 7. Tam de Off. I. 28. ff. 136 ait: „magnus iustitiae splendor, „quae aliis nata potius, quam sibi, „excelsitatem tenet etc.“ quae sunt de rep. III. 8. Rursus de Off. I. 28. ff. 137: dum augere opes, aggregare pecunias, occupare terras possessionibus cupimus, praestare divitiis; iustitiae formam exuimus. Nonne et haec sunt de rep. III. 12? Insuper de Off. II. 9. ff. 49: est individuum sapientiae atque iustitiae contubernium. Atqui Cicero de rep. III. 8. iustitiam in divino solio non longe a sapientia collocat. Insuper de Off. II. 14. ff. 67: haec plena laudis et digna primario viro, non communem cum Tyriis negotiatoribus habere turpis lucri cupidinem. His ni-

miram similia exstant in tertio de rep. libri fragmentis incertae sedis. Tum quae dicit ibidem Ambrosius: decet omnes censura frugalitatis, continentiae auctoritas, et maxime eum, qui honore praestet, ne praecminentem virum thesauri possideant sui, et pecuniis serviat, qui praestet liberis; haec quoque e quarto de rep. hauriri videntur. Denique de Off. II. 19. ff. 95: claret ergo quoniam et aequitas imperia confirmet, et iniustitia dissolvat, quae ne unam quidem privatam potest regere familiam. Atqui in his quoque Ambrosius ad Tullium respicit de rep. II. 43. et ad tertii libri disputationem. Hactenus mihi Ambrosium consideravisse placet; alii alia in eo fortasse notabunt. Profecto quum Ambrosius politico Ciceronis opere toties utatur, ego quidem iure suspicatus sum ad Cic. de rep. III. p. 273. not. b. Ambrosium a Tullio alium quoque, de quo ibi sermo est, luculentissimum locum sibi vindicavisse.

(\*) [Ad Ambrosii locos, quibus is Tullium de rep. imitatur, adde exemplum Archytae, de quo dixi p. 98. n. b. et p. 99. n. 1. A. M. in Emma.]

(2) Scilicet de rep. teste Suida.

41. Scripserunt de re publica, etsi diverso modo, Cicero et Plato; cum alter, qualis esse debeat, disernerit, alter, qualis fuerit a maioribus instituta. Hanc tamen uterque et institutae et instituendae praescripsit formulam, ut vita civilis naturam imitetur<sup>(1)</sup>, quam optimam vivendi ducem saepissime nominamus. *Ioannes Saresberiensis policr. VI. 21.*

## MONITVM

### DE PRIMA OPERIS LACVNA.

\* Ciceronis de rep. splendidissimis verbis illuminatum exordium detrimenta duo perincommoda passum est, maximum initio, in medio minimum; sed de posteriore, quum res tulerit, loquar; nunc prius inspiciendum est, studioque aliquo reparandum; non ita equidem, ut ipsa verba reponere audeam, quae inconsulta temeritas foret, sed ut partem sententiarum meditando adsequi nitar. Hoc Tullius copioso exordio dubitationem ad remp. aduandū voluit tollere (de rep. I. 7.); quod dum faceret, occasionem laudandi πολιτισμοῦ nanciscebatur, simulque purgandi sui, qui omisa philosophiae quiete civilibus fluctibus semet commiserat. Atque in primis auctor (ut mihi penitus persuasi) valde commendavit famigeratam illam Platonis sententiam, ab eodem alibi (ad Q. fr. I. 1. ff. 10, expressam: *ille princeps ingenii et doctrinae Plato tum denique fore beatas resp. putavit, si aut docti ac sapientes homines eas regere coepissent; aut ii, qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. Hanc coniunctionem videlicet potestatis ac sapientiae saluti censuit civitatibus esse posse.* Praeterea quod ait Plinius, *Ciceronem in libris de rep. Platonis se comitem profiteri*, id quoque pertinere ad exordium arbitror. Tum nullus dubito, quin initio operis fuerit dictum illud e Lucilio arcessitum, quo se Tullius teste praedicto Plinio negabat (contra ac facit de fin. I. 3) doctissimis hominibus hos libros scribere (Varroni puta aut Nigidio), quorum iudicium publica relectione utebatur. Certe Lucilii versus nusquam fere in his libris citari potuerunt, nisi in prooemiis: nam quo minus hi fuerint in dialogo, Lucilii aetas in causa est, qui adhuc erat adolescentulus vivente Scipione: quamquam fateor, videri ipsum Lucilium dicere apud Cic. fin. I. 5. non aliorum

(1) Confer de rep. I. 36. II. 39. stimat Villemanius contra A. Maii *Maximum initio* Nonnisi aliquot sententiam. *Mr.* paginarum iecturam factam esse exi-

doctorum solum, sed etiam Scipionis iudicium se formidare. Propriam sibi sedem in exordio postulat illa quoque sententia de patriae caritate, quam a Nonio e lib. I. de rep. servatam, in eius libri calce scripsi. Praeterea, quod ibidem est, auctore Lactantio, Tullianum dictum de vanitate philosophici otii et de negotii politici utilitate, id pari iure ad initia operis referre licet. Idem Lactantius quantas opes e Tullianis de rep. libris prompserit, liber meus luculenter demonstrat. Ego vero considerato illius institutionum exordio, quo ait, *magnos et excellenti ingenio viros, contentis omnibus et privatis et publicis actionibus, se doctrinae penitus dedidisse, existimantes multo id esse praeclearius, quam cumulantibus honoribus inhaerere*; valde suspicabar hanc quoque sententiam pertinere ad Tullianum de rep. exordium. Utrum ad remp. accedendum sit, nec ne, controversia celebris fuit Dicaearchi cum Theophrasto, cuius meminit Cicero ad Att. II. 16. VII. 3. Priorem sententiam tuebatur Dicaearchus; eius autem vix dubito, quin in operis exordio mentio fuerit, praesertim auctoris qui plures politias scripserat, quemque Cicero legebat atque in primis probabat (ad Att. II. 2. VI. 2. de rep. II. 4. p. 130. n. 4.) Sed praeter Dicaearchum, proum creditu mihi est, appellatos fuisse alios quoque graecos politicos, ut Socratem, Aristotelem, Theophrastum, Xenophontem, quos omnes in simili opere nominat cum Cicerone atque Platone, cumque huius sententia de rege philosopho, Graecus politicus ineditus Vaticanus, qui libris Tullii de rep. utebatur. Denique quia Cicero (ad Att. IV. 16.) Varronem cogitabat in prooemiis politicis appellare, licet huic quoque homini sedem concedere in priore exordii lacuna. (\*) Superest, ut locum Plutarchi considerem (an sen. sit

*Exordium*] Nimum nonnunquam fuisse A. Maium in subodorandis nostrorum librorum imitationibus vere monet Cens. quem diximus, Lips., praesertim in Lactantio. Hic quidem locus redolet Ciceronem; sed sunt alia Ciceronis loca satis similia in libris aliis, quae iam laudavit Bünnemannus ad Lact. I, I, 1. v. c. de Offic. I, 21, 71. *Quapropter et iis forsitan concedendum sit, rem publicam non capessentibus, qui excellenti ingenio doctrinae sese dediderunt, et iis, qui aut valetudinis imbecillitate aut aliqua graviore causa a re publica recesserunt, cum eius administrandae potestatem alii, laudemque concederent. Quibus autem talis nulla sit causa, si despiciere se dicant ea, quae plerique admirantur, imperia*

*et magistratus, iis non modo non laudi, verum etiam vitio dandum puto.* Similiter de Or. III. 15. 56 sq., quem locum, utpote paulo longiorem, adscribere nolui. In loco Lactantii sunt qui legant *dedisse* pr *dedidisse*: de quarum vocum permutatione vid. Beier. ad Cic. de Off. I. 13, 40. p. 102. *Mr.*

(\*) De familiari sibi Nigidio Tullius ad Att. II. 2; VII. 24; ad Q. fr. I. 2. §. 5; pro Syll. XIV, et praesertim in supradicta ep. ad fam. IV. 13, et de Universo seu Timaeo cap. I, ubi eximie laudatur Nigidius tamquam artibus omnibus et praecipue philosophia praeditus, idemque cognoscitur interfuisse Timaei dialogo cum Cicerone. Nigidium Gellius IV. 9. XIII. 24. XIX. 14. Macrobius Sat. VIII. 8; Servius ad Aen. X. 175. doctissimum Roma-

ger. resp. t. IX. p. 183), apud quem testatur Cicero, se pulcherrima et maxima consilia, quibus egregie in consulatu utens remp. conservaverat, cum P. Nigidio philosopho omnia cepisse: *Κικέρων ὡμολόγει τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τῶν συμβουλευμάτων, οἷς ὀρθῶς ἐνυπατεύων τὴν πατρίδα διέσωζε, μετὰ Ποπλίου Νυγιδίου τοῦ φιλοσόφου συνθῆναι.* Age vero ubinam Cicero tam insigne testimonium Nigidie dedit? Extat eius epistola ad Nigidium (ad fam. IV. 13) in quam tamen, ad rem nostram quod adinet, nihil video praeter verba haec: *per me quondam, te socio, defensa resp.* Atqui eiusmodi laudem compluribus aliis minime fortasse doctis largitus est Cicero, ut Sextio, Flacco, Miloni etc.; mihi autem Plutarchi locus multo plus significare videtur, quam ait Cicero suprascriptis verbis ad Nigidium. Id tamen clarius elucesceret, si Plutarchus pro *ὡμολόγει* scripsisset *ὁμολογεῖ*. Porro in politico exordio, ubi doctos homines et philosophos praeficiendos esse reip. Tullius censuerat, commode in primis commemorasset id exemplum Nigidii, cuius praeclara doctrina ac philosophia tanto usui reip. fuisset. (\*)

nae civitatis et Varroni exaequandum aiunt. Nigidii pauca, e tot voluminibus ab eo scriptis, fragmenta supersunt collecta apud Rutgersium var. lect. III. 16; quae ipsa, utrum omnia Nigidio nostro digna sint, ambigo.

\*) Fieri potest, ut Cicero in priore prooemii lacuna Epicuri nominatim sententiam retulerit, qui suos asselas vetuit accedere ad remp. teste Lactantio inst. III. 17. Suspicionem meam auget Augustinus in loco, quem citavi p. 119. n. 1. A. M. in Emm.

*Haec inseratur specimen palimpsesti Vaticani.*



# M. TVLLII CICERONIS

## DE RE PVBLICA

### LIBER I.

I. ... *Impetu liberavissent* (1); nec C. Duellius (2),

Codicis p. 63. Desiderantur hactenus paginae xxxiiii.

(a) Ita cod. pro *Duilius*. Et quidem ad Cic. de sen. XIII observat Ursinus veterem librum habuisse *Duelium*: monetque ita scripsisse veteres. Nonnullae vero ejus loci editiones exhibent *Duellium*, sicuti diserte legitur in oratore XLV, et in var. lect. de N. D. II. 66, et pro Plancio xxv, quo loco perperam Ursinus malebat scribere *Duilium*. Sed et Quintilianus inst. I, 4. 7. scribit *Duellium*, itemque Plinius xxxiv. 5, Seneca de clem. I. 10. Inscriptiones tamen Gruterianae atque alia monumenta retinent

(1) Priore periodi parte videtur Cicero appellavisse Romanos alios qui superioribus bellis inclaruissent; et quidem haud scio an sic: *nec Italiam* [Malim non *Italiam* propter sequentia, ubi item non praemittitur, *nec* sequitur. Caeterum alibi etiam arcte junguntur hae particulae, ut Cic. de Finib. II. 4. 14. *non dicitur laetitia nec gaudium in corpore* ubi vid. Goerenz. p. 132. Cr.] *M. Camillus Gallorum, nec M. Curius, C. Fabricius, Ti. Coruncanius Pyrrhi impetu liberavissent*. Immo paulo fortasse altius Romanos heroes recensuit; cuius rei indicem habemus ipsum auctorem tasc. I. 37: *si mors timeretur, non L. Brutus arcens eum reditu tyrannum, quem ipse expulerat, in proelio concidisset: non cum Latinis decertans pater Decius, cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos, se hostium telis obiecissent: non uno bello pro patria cadentes Scipiones Hispania vidisset, Paulum et*

*Geminum Cannae, Venusia Marcellum, Latini Albinum, Lucani Gracchum*. [cf. etiam Tuscull. I, 46. Cr.] Mox ibidem Cicero commemorat quoque Camillum. Rursus paradoxo I facem praefert Cicero ad huius lacunae latebras pervidendas enumerata Romanorum illustrium serie a Bruto usque ad Africanum utrumque et ad Catonem: *Brutum siqui roget, quid egerit in patria liberanda?* etc. Eosdem heroes verbis fortasse Tullianis celebrat Augustinus de civit. D. V. 18. Adi et Horatium od. I. 12. De hac denique lacuna videsis quae alibi dicemus.

*C. Duellius*] Ita rescripsi cum Heinrichio pro eo, quod in Cod. est *G. Duellius*. Et prius quidem, quia ipse codex sibi non constat: (conf. etiam not. A. Maji ad proxime subsequens v. *avulsus*;) posterius, quia sequendam duxi eam etymologiam, quam praefert J. G. Vossius in Etymol. Ling. Lat. v. *bellum*. *Mr.* — Conf.

Aulus Atilius, L. (a) Metellus terrore Karthaginis; non duo Scipiones oriens incendium belli (b) Punici secundi sanguine suo restinxissent, nec id excitatum maioribus copiis aut Quintus Maxi-

P. 2.  
Ed. A.  
M.

*Duilius*. Variat haec scriptura apud Servium ad aen. xi. 206. Codices quoque graeci habent *Δουίλιος* vel *Δουέλλιος* apud Dion. Halic. hist. x. 58. xi. 25. 46. Quin adeo Leonardus Aretianus scripturae illius per e memor ep. vii. 7. scribebat *Duelliium*. (a) Praenomina haec in codice scribuntur partim siglis, partim explicata. (b) Cod. e belli; sed mox ibidem deleta littera e.

de Duellio Polyb. I, 23. Sext. Aurel. Victor de Viris ill. cap. 38. Add. Cic. de N. D. II. 66. p. 485. ed. nostr. et Mos. ubi tres libri etiam *Duelliium*, quod fortasse natum ex *Duelium*. Ad locum pro Planc. c. 25. quem laudat A. M. in not (a) cf. Gasp. Garatonii ad Cic. Or. pro Planc. curae secundae. Bonon. 1815. p. 46—49. Cr.

*Aulus Atilius*] *Aulus* dicitur hic Atilius etiam in Fastis Capitolinis itemque a Polybio I, 24. Vol. 1. p. 61. Schweigh., non *Marcus*, unde corrigendi Ernestus in Cl. Cic. in M. Atilius Calatinus, et Perizonius in Animadv. Historic. cap. 1. p. 27. ed. Harles, qui ceteroqui docte de Atiliis exposuit. Cf. interpretes ad Aurel. Vict. de Viris ill. c. 39. et Gernhard. ad Cic. de Senect. cap. xvii. §. 61. p. 119. Cognomen fuit *Calatini*. Fuit Consul a. u. 495. et posteaquam anno sequenti rem prospere gessisset et a Calpurnio Flamma Tribuno Mil. ad Camarinam ex angustiis, quibus a Poenis clausus fuerat, expeditus esset, gloriose triumphavit: [Sext. Aur. Vict. l. 1. cf. Sigonii Fasti Consulares et Triumpho p. 208. ed. H. Steph. Modii Pandect. Triumphal. p. 23. b. Mr.] alterum consul factus a. u. 498. vel 499. Panormum Siciliae cepit (Polyb. II. 38. p. 97. Schweigh.)

Dictator dictus est a. u. 504. Romae idem *Spem* consecravit. Cic. de Legg. II. 11. ibiq. interpr. conf. de N. D. II, 23. p. 297. edit. nostr. et Mos. ibiq. annot. Pro Plancio cap. 25. init. Tullius noster ita: *Quis nostrum se dicit M. Curio, quis C. Fabricio, quis P. Duellio parem? Quis Atilio Calatino? Quis Cn. et P. Scipionibus? Quis Africano, Marcello, Maximo?* Ubi Ernest. in Cl. Cic. (in C. Duellius) post Ursinum et alios recte docet legendum esse C. i. e. *Cajo*. Cr.

*L. Metellus*] De L. Caecilio Metello ejusque magna ad Panormum pugna adversus Poenos, triumpho, honoribus vid. Liv. xviii. 49. sqq. xix. 2. et passim, xx. 46. Cr.

*duo Scipiones*] Cn. Cornelius Scipio *Calvus* ejusque frater P. Cornelius Scipio Consules in Hispania adversus Poenos pugnantibus caesi. Liv. xxii. 19. sqq. xxv. 32 — 36. Cic. Tusc. I, 37. 46. de N. D. III. 32. p. 662. ed. nost. et Mos., qui locus cum nostro conferendus. Cr.

*incendium belli — restinxissent.*] Plane ita est in Or. pro Marcell. 9. 29. *nisi belli civilis incendium salute patriae restinxeris.* Mr.

*Quintus Maximus*] i. e. Quintus Fabius Maximus Cunctator. Cr.

mus enervavisset, aut M. Marcellus contudisset, aut a portis huius urbis avulsum (a) P. Africanus compulisset intra hostium moenia. M. vero Catoni, homini ignoto et novo (1), quo omnes, | qui P. 64. iisdem (b) rebus studemus, quasi exemplari ad industriam virtutemque ducimur (2), certe licuit

(a) Ita [avulsum] prisca scriptura pro avulsum. Sic conuol-  
sis Cicero in Verr. iv. apud Paulum voc. repagula. Memorabile  
est Quintiliani dictum inst. I. 7: quid dicam vortices et vorsus,  
ceteraque ad eundem modum, quae primo Scipio Africanus in  
e litteram secundam vertisse dicitur? Idem Quintilianus ibidem  
monet Gaium notari littera C; id est aliter scribi, aliter enun-  
tari. Secus autem modo vidimus in nostro codice ubi scribitur  
G. Quintiliani doctrinam repetit Cassiodorus comm. de or. cap. I.  
Sic Fronto in epp. ad Verum: equites volsi. (b) Cod. prima  
manu sdem per aphaeresin; tamen secunda factum isdem. Iam  
de scriptura isdem praeclearam habemus Ciceronis ipsius doctri-  
nam in oratore XLVII: idem campus habet, inquit Ennius; et in  
templis isdem probavit. At eisdem erat verius, nec tamen opi-

M. Marcellus] M. Claudius  
Marcellus. V. ind. histor. Fuit  
plebejus: cf. Ascon. Peditan. ad  
Cic. pro Scauro part. ined. 8.  
ibiq. Heinrich p. 28. et Wytten-  
bach. aliosque ad Cic. de Legg.  
I, 7. p. 59. ed. Mos. et nostr. Cr.  
Add. Andr. Schotti Gentes et Fa-  
mil. Romm. in Rosini Corp. Antt.  
Romm. cum not. Dempsteri. Amst.  
1685. p. 882. Mr.

M. vero Catoni] Cic. de Legg.  
II, 2. 5. — ut ille Cato, cum esset  
Tusculi natus, in populi Romani  
civitate susceptus est. Cf. Creu-  
zer. Roem. Antt. p. 250. Mr.

(1) Cato nomen suum, Tusculi  
ignobile, Romae nobilissimum  
reddidit. Valerius M. III. 4. 6.

ducimur] Manum abstinere a  
corrigendo, quamquam proprie-  
tas sermonis requirere videtur  
utimur, cum dicatur saepissime  
exemplar sibi proponere,  
sitque exemplum quidem, mo-  
nente Festo p. LVI. ed. Scal.,  
quod sequamur aut vitemus;  
exemplar, ex quo simile fa-

ciamus. Igitur, cum sit prima-  
ria vocis exemplar significatio,  
ut sit species ad imitandum pro-  
posita, de exemplo quidem, quod  
sequimur, dicitur item proprie,  
nos eo duci: de exemplari idem  
minus proprie dixeris, quo, cum  
ad imitandum ob oculos ponatur,  
uteris, ut simile quid effingas,  
sive illud exprimas. Mr.

(2) De se praesertim ait Cice-  
ro, cui Velleius II. 34. testimo-  
nium hoc dat: Cicero, qui omnia  
incrementa sua sibi debuit, vir  
novitatis nobilissimae.

certe licuit] Cic. Tuscul. I,  
15: Licuit esse otioso Themi-  
stocli, licuit Epaminondae,  
licuit, ne et vetera et externa  
quaeram, mihi: sed nescio quo-  
modo inhaeret in mentibus qua-  
si saeculorum quoddam augu-  
rium futurorum. — Quo quidem  
dempto quis tam esset amens,  
qui semper in laboribus et peri-  
culis viveret? Ubi amens scri-  
bere maluit Tullius quam demens  
propter praegressum dempto. Cr.

Tusculi se in otio delectare, salubri et propin-  
quo loco (1). Sed homo demens, ut isti pu-  
tant (2), cum cogeret eum necessitas nulla, in  
his undis (a) et tempestatibus (3) ad summam  
senectutem maluit iactari, quam in illa tranquil-  
litate atque otio iucundissime vivere (4). Omitto  
innumerabiles viros, quorum singuli saluti  
P. 77. huic civitati || fuerunt: et qui sunt (b) procul

*mins. Male sonabat iisdem. Impetratum est a consuetudine ut peccare enavitatis causa liceret. (a) Ita cod. 2. manu; at 1. undis. (b) Desideratur in codice haud; ego vero hanc particulam scribere non dubitavi. [Particulam haud, quam codex desiderat, haud scio an satius sit omittere. Certum desino dicitur de re non coepta p. 100. v. ult. A. M. in Emm.]*

*Tusculi*] Vid. Horat. Carmm. III, 29, 8. ib. interpr. Epod. I, 29. *Tusculi Circaea* — *moenia*, ibiq. Mitscherl. et Fea. Caeterum ea, quae patriae quisque suae debeat, attingit etiam auctor epistolae nonae in Platonicis p. 558. a. Steph. p. 492. Bekkeri.

(1) Ita Seneca de benef. IV, 12: *Tusculanum aut Tiburtinum paraturus, salubritatis causa et aestivi recessus*. A. M. Horat. Carmm. I, 18, 2. *Circa mite solum Tiburis*: ibiq. Mitscherl. et Fea. Martial. Epigr. lib. IV, epigr. 64. sub fin. *gelidum Tibur*. Adde Statii Sylvas I, 5, ib. interpr. et in his J. Fr. Gronov. p. 114. 115. sq. ed. Hand. *Cr.* — Verba *salubri et propinquo loco* omisit Beierus in versione huius proemii vernacula. *Mr.*

(2) Sic Iuvenalis I, 16: *consilium dedimus Syllae privatus ut altum dormiret*. A. M. — Ubi cf. scholion in Cod. Casp. Barth. p. 575. ed. Cramerii. *Cr.*

*tempestatibus*] i. e. periculis et calamitatibus. Eadem metaphora est in de Orat. I, 1. Catil. I, 9. Cic. pro Balb. c. 27. et pro Plancio cap. 29. ad quem

locum conf. Gasp. Garatonii curas secundas p. 84. sqq. *Cr.*

(3) Intelligit inimicorum potissimum insectationes: nam Cato quater et quadragies postulatus causam dixit, semper absolutus. Plin. VII, 27.

*ad summam*] i. e. usque ad summam. Cic. Sen. 2. *Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit*. *Cr.*

(4) Suam otii fugam adsiduoque in senectute labores praedicat ipse Cato (haud sane detrectator laudum suarum, ut ait Livius XXXIV, 15.) apud Cicer. de sen. XXIII. Confer et de leg. II, 2., de orat. III, 33; nec non Plutarch. in vita Catonis. Ciceroni autem ipsi semper Catonem fuisse in ore constat e primo de leg. cap. II.

*sunt procul*] Servare volebam cum Schütziö et Lehnero vocem *haud*, ab A. M. interpositam, qua non commode carere videbatur posse locus, ut hic sensus exiret. Possem enumerare permultos viros civitati huic utilissimos; sed nolo esse longus, et a recentiorum hominum commemoratione ideo abstinere, ne, cum hunc vel illum praetermisero (aliter enim

ab aetatis huius memoria, commemorare eos desino, ne quis se, aut suorum aliquem, praetermissum queratur (<sup>a</sup>). Unum hoc definio, tantam esse necessitatem virtutis generi hominum a natura, tantumque amorem ad communem salutem defendendam datum, ut ea vis (<sup>b</sup>)

(a) Cod. *quaeratur*. Alibi contra scribitur *que* ubi requiritur *quae*. Is autem error duplici ex causa manuisse videtur, nempe modo a pronuntiatione dictantis, modo a sigillis male lectis: nam *q* notariis valet *quae*, sed interdum a librariis lectum est *que*.

(b) Codicis nostri scriptor saepe pro *u* scripsit *b*, quam scripturam posterior manus passim sustulit reposita *u*, uti heic *bis* correctum fuit *vis*. De promiscuo usu *b* et *u* late agit apud Putschium p. 2295. sqq. Martyrius, qui quidem diserte tuetur *larba*, *besica*, *berna*, *baluae*, *nebus*, *manuvia*. Idem pro *Fabius* legit *Favius*, quam scripturam ego quoque in codicibus vidi. Sic in codice Iust. VI. 28. 1. legitur *Favianus* pro *Fabianus*. Item *Provinus* pro *Probinus* Cassiod. var. II. 11. *B* pro *u*, et contra *u* pro *b*, passim videas in inscriptionibus vaticanis praesertim christiani aevi. A. M. — Ita *bacillat* pro *vacillat*. Vid. Ruhnken. ad Rutil. II. 7. p. 111; ita Barro pro *Varro*. Vid. Scholiast. Iuvenal. Sat. I, 155. ubi cf. Cramer p. 68. *Cr*.

feri nequit), aliquem offendam. Nunc cum Heinrichio omisi *haud*, quod fecit etiam Steinackerus. Quod vero hic conjicit scribendum esse *et quoniam sunt non procul*, non receperim. Si, ut videtur, supplendum censet nonnulli, hoc si voluit intelligi noster, addere debuit. Lehnerus ita distinxit: *Omitto — fuerant, et qui sunt — memoria; commemorare eos desino*, etc. Ita quoque Beierus in versione hujus prooemii vernacula distinxit. Censor *ψευδώνυμος* (*Ψευδόνομος*) in Seebodii Bibl. Crit. 1825. p. 431. item ejici vult vocem *haud*. Neque vero eidem viro parvimus, qui c. 2. in verbis *quod non ab his partum* vocem *non ab A. Majo* additam, ejicere nos jubet. *Mr.* — A. M. *ius* melius scripsisset *non procul. Cr.*

*amorem ad — salutem defendendam*] Villem. itemque inter-

pretes Germanici verterunt, quasi scriptum sit: *tantumque cupiditatem communis salutis defendendae*. Sed cum Cicero se ita abstinuerit a constructionibus, quales sunt apud Horat. Ep. I, 7. 87. *amor habendi* et apud Virgil. Aen. II. 10. *sed si tantus amor casus cognoscere nostros*, ut de Finn. IV. 7. 18. scripserit *cognitionis amor*, neque vero *amor cognoscendi*: non adducor ut credam, Ciceronem jungi velle *amor ad defendendam salutem communem*, sed ita intelligo locum: *tantum esse necessitatem virtutis generi hominum a natura tantumque ejus (virtutis) amorem ad defendendam salutem communem datum*, ut etc. Neque aliquis mihi opponat Cic. de Amicit. 8. 26. *Amor enim princeps est ad benevolentiam conjungendam*: cuius loci plane alia, quam nostri, est ratio. *Mr.*

omnia blandimenta voluptatis otiique (\*) vice-  
rit (').

P. 78. II. Nec vero habere virtutem satis est, quasi  
artem aliquam (\*), nisi | utare; etsi ars qui-  
dem, cum ea non utare, scientiã tamen ipsã

(a) Cod. otiique 1. manu, mox 2. otiique. De unica i pro  
duabus sic Martianus lib. III. cap. de analogia: *consuetudo et  
auctoritas veterum ingeni, consili, imperi, per tres syllabas ma-  
luit dicere.* A. M. — Conf. Morgenstern. ad Cic. Catilin. I. p. 30.  
et Beckii annotat. ad eand. (Cic. Oratt. Vol. III. tom. III. p. 348.)  
Cr.

*blandimenta voluptatis*] Simi-  
liter locutus est noster Acad.  
II. 45. 139. *video, quam suavi-  
ter voluptas sensibus nostris  
blandiatur.* Mr.

1) Nihilominus sapientis Ulyxis  
anima apud Platonem reip. x. p.  
620. [p. 514. Bekk. T. III. 1.] in  
mortale corpus reditura, privati  
otiosique hominis vitam studiose  
eligit, memor nimirum et taedens  
exantlatorum laborum in ambi-  
tiosa vita et regali.

(2) Est enim *virtus bene vi-  
vendi ars*, ut aiunt Stoici apud  
Augustinum C. D. IX. 4, XIX. 1.  
et XII. 24. [p. 500. 1139 et 1379.  
ed. Lud. Vivis. Bas. 1570.] Simi-  
lis fere est Aristotelis locus reip.  
VII. 2: *μόνον ἀνδρός τὸν πρακ-  
τικὸν εἶναι βίον καὶ πολιτικόν·  
ἐπ' ἐκάστης γὰρ ἀρετῆς οὐκ εἶναι  
πράξεις μᾶλλον τοῖς ἰδιώταις, ἢ  
τοῖς τὰ κοινὰ πράττουσιν καὶ πο-  
λιτευομένοις.* Virtutem omnino  
activam vult idem Aristoteles  
apud Themistium or. de praef.  
suscept. cap. VI. Sed Tulliani  
loci sententiam nemo melius ex-  
primit, quam Damascius in Isi-  
dori vita apud Photium cod.  
CCXLII. p. 1071, qui locus lau-  
datur cumlatior a Suida voc.  
*μισοπράγμων* et voc. *Οὐλιανός.*  
En autem perhonorifica viris po-  
liticis verba: *περὺκαθιν ἀνδρω-  
ποι· τῇ μισοπράγμωνι ζωῇ τὴν*

*ἀρετὴν ἐπιφημιζειν οὐχ οὕτως  
ἔχον, κατὰ γὰρ τὴν ἐμὴν κρίσιν ἢ  
γὰρ ἐν μέσῃ τῇ πολιτείᾳ διὰ τῶν  
πολιτικῶν ἔργων τε καὶ λόγων  
ἀναστρεφόμενη ἀρετὴ γυμνάζει τε  
τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ ἐρόωμενέστε-  
ρον, καὶ βεβαιοῦται μᾶλλον ἐπὶ  
τῆς κείρας, ὅσον αὐτῆς ὑγιές τε  
καὶ ὀλοκλήρον ὅσον δὲ κίβδηλον  
καὶ ἐπιπλαστον ἐμφωλεῖται ταῖς  
ἀνθρωπίναις ζωαῖς, τοῦτο πᾶν  
διελεγχεται, καὶ ἐτοιμότερον κα-  
θίσταται πρὸς διόρθωσιν τὸ δὲ  
ἀγαθόν τε καὶ ὠφελητικόν  
ὅσον ἐστὶν ἐν τοῖς πολιτευμασι; τὸ  
δὲ θαρράλειον καὶ βέβαιον ἤλικον;  
nisi utare;] Ita distincti cum  
Heinrichio, cum eodemque in  
seqq. post *potest* plenam distin-  
ctionem posui, cum A. Majus et  
reliqui omnes post *utare* plene  
distinguerint, et post vocem *potest*  
semicolon posuerint. — Tenend-  
um vero, Ciceroni usitatiores  
esse formas *utare, dicare, fa-  
teare, sequerere* etc. quam ple-  
niores *utaris, dicaris* etc. quod  
monuit etiam F. A. Wolfius in  
censura Elogii Hemsterhus. Ruha-  
keniani A. L. Z. 1791. 115. quam  
nunc repeti curavit Seebodius  
in *Archiv f. Philol. u. Paedag.*  
I, 3. p. 559. Mr. — Ejusmodi  
hominem Graeci appellabant *μισο-  
πράγμωνα.* Suid. in v.: *ὁ ἡδύχιος  
[ἡδύχιον] καὶ ἡρεμον βίον ἡρη-  
μένος.* Cr.*

P. 5. teneri potest. Virtus in usu sui tota posita est; usus autem eius est maximus civitatis gubernatio<sup>(1)</sup>, et earum ipsarum rerum, quas isti in angulis personant, reapse<sup>(2)</sup>, non oratione, perfectio<sup>(3)</sup>. Nihil enim dicitur a philosophis, quod quidem recte honesteque dicatur, quod *non* (<sup>a</sup>) ab his partum (<sup>b</sup>) con-

(a) Ausus sum addere *non*; ita enim sententia postulare videtur. (b) Vocem *partum* sollicitandam haud arbitror. Locutionem autem fortasse imitatur Augustinus C. D. II. 2. dum ait, *Romam partam veterum auctamque laboribus.*

in usu sui] Ut paulo superius *scientia* dicitur, quam vulgo nunc *theoriam* nuncupant; ita *usus* h. l. idem est, quod *praxin* vocant. Quae horum verborum significationes addendae Clavi Cic. Ernestinae. Mire vertit Beierus verba *in usu sui*: in *der Anwendung derselben. Mr.*

(1) Plato in *Epinomidis* (quod opus ei vulgariter tribuitur) sine decernit, ut ad eos, qui summam virtutem adepti sint, summa reip. dignitas deferatur, cum senilem tamen aetatem attigerint. Augustinus de ord. II. 25: *remp. nolint administrare nisi perfecti.* Tam idem in operis fine ex Varronis testimonio: *Pythagoras regendae reip. disciplinam suis auditoribus ultimam tradebat iam doctis, iam perfectis, iam sapientibus, iam beatis. Tantos enim ibi fluctus videbat, ut eis nollet committere nisi virum, qui et in regendo paene divinae scopulos evitaret; et, si omnia defecissent, ipse illis fluctibus quasi scopulus fieret.* Haec preesse imitatur Lactantius inst. III. 16. *Bonos enim facere oportet potius, quam inclusos in angulis facienda praecipere, quae ne ipsi quidem faciunt, qui loquuntur.* A. M. in Add.

*personant*] i. e. valde clamant. Cic. pro Coel. 20. *Illae vero non loquuntur solum, verum etiam personant.* Cf. pro Planc. cap. 55. Alibi ita, ut pro Pison. 10. *quum domus cantu personaret.* Cr.

(2) Vocabulum *reapse* in libris Tallii de rep. legebat Seneca ep. cviii. Idem vocabulum recurrit inferius in hoc opere, ubi scribitur *reapse*. Africanus ipse Pauli filius usus est in oratione quadam hoc vocabulo, interposita copula, *reque capse*. Lege Festum in hac voce. [p. cciv. sq. ed. Scal. p. 43s. ed. Dacer. ibiq. Dacer. et Scalig. cf. supra praefat. p. Lii. sq.]

(3) Confer Ciceronem de off. I. 43. 44.

*non ab his partum*] Cf. Tuscul. V. 2. *tu* (philosophia) *urbes peperisti.* Orator. 32. *dialectici spinosiora multa pepererunt.* Cf. Schütz. Lex. Cic. Adde Liv. I, 19. V, 1. ibiq. Drakenborch. Nec aliter Terent. Eunucl. I, 2, 69. *parere amicos*; ita enim recte correxit Bentlej. ubi Ruhaken. (p. 167. ed. Bruns.) »*parere* idem est » quod *parare*, acquirere.« Sed *parata* victoria est *facilis*, se proinde differt a *parta*, docente eodem Ruhkenio ad Rutil. Lup.

firmatumque sit, a quibus civitatibus iura de-  
 P. 123. scripta sunt. Unde || enim pietas? aut a qui-  
 bus religio (¹)? unde ius aut gentium, aut P. 6.  
 hoc ipsum civile quod dicitur (²)? unde iustitia,  
 fides, aequitas? unde pudor (³), continen-

II, 6. p. 109. Cr. — Vocem *non* post A. Majum receperunt Edd. omnes, neque ego ei litem movco, quippe qua sententia loci carere non possit. Monet etiam A. Majus, ne dubitemus de veritate lectionis *partum* et monet idem nota Creuzeri. Sed cum vox *non* absit a Cod., non plane vana esse videtur suspicio, eam in voce *partum* latere, videlicet ut conjecturae locus sit, scriptum fuisse *quod ab his non ortum v. actum v. auctum confirmatumque sit*. Sic Terent. in Andr. III, 2. 9. *Vel hoc quis non credit, qui te norit, abs te esse ortum?* Sed manum abstineo a corrigendo, cum vocem *non* malim eo loco positam, quo eam inseruit A. Majus et praeterea verbum *parere* sententiae sit admodum accommodatum. Quod ad sententiam noster mox eodem capite similiter: *nempe ab his, qui haec disciplinis informata, alia moribus confirmarunt, sanxerunt autem alia legibus*. Mr. *descripta sunt*.] Cic. de Legg.

II, 5. *Iura sunt varie et ad tempus descripta populis*. Or. pro Sextio 42, 91. *nondum civili jure descripto*. Plura Ernest. in Clav. voc. Add. Beier. ad Cic. de Off. I, 34. p. 260. Cr.

*pietas?*] Commode *pietatem* ex ipso Cicerone explicat Wyttenbachius ad I. de N. D. 2. p. 715. ed. nostr. et Mos. Cr.  
 (1) Politicum religionis genus docent apud Augustinum C. D. IV. 27. 31. VI. 5. (et alibi) Scaevola et Varro, quorum utrique etsi politica religio videtur falsa (quippe ficta ab hominibus) tamen

adeo necessaria dicitur, ut expedire existiment falli in religione civitates. Hinc ille politicus veterum mos Servio memoratus ad aen. III. 80: *maiorum haec erat consuetudo, ut rex esset etiam sacerdos et pontifex*. Vide, quae de Numa dicenda sunt inferius in hoc opere lib. II. Ceterum quod quidam aiunt de Deo opinionem a legumlatoribus fuisse inter homines inventam, id egregie coarguit, ut principii petitionem, Sextus Empiricus lib. I. contra phys. sect. 31: licet enim quaerere, undenam ipsi legumlatores, quum nemo Deum esse tradidisset, Dei notitiam hauserint. [*πόθεν οἱ νομοθέται, μηδενός πρότερον παραδόντος αὐτοῖς θεούς, ἢ λαθὼν εἰς ἐπίνοιαν θεῶν;* p. 556. ed. Fabr. Mr.] Confer etiam Lactantium de Ira D. cap. x.

*unde jus*] Cic. de Legg. I, 15. *Est enim unum jus — quod lex constituit una — quam qui ignorat, is est injustus, sive est illa scripta usquam sive nusquam*. Cr.

*civile*] De jure gentium et civili vid. Cic. de Legg. I, 4. p. 34. sq. ed. Moseri et nostr. ibiq. annot. *Continentia* est i. q. *ἐγκράτεια*, quam alibi *modestiam* appellat. Cr.

(2) Digest. I, 2. 2.

(3) Pudoris originem verissime repetit Cicero off. II, 4. ab inita vitae societate. Reapse barbari, praesertim solivagi, verecundia prope omni carent. A. M. — Cic. de Legg. I, 19. *Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia — Quid enim? Possumus eos, qui a stupro arcentur infamiae me-*



tia, fuga turpitudinis (<sup>a</sup>), appetentia (<sup>b</sup>) laudis et honestatis? unde in laboribus (<sup>c</sup>) et periculis fortitudo? nempe ab his, qui haec, disciplinis informata, alia moribus confirmarunt, sanxerunt autem alia legibus (<sup>1</sup>). Quin etiam P. 7. Xenocratem ferunt, nobilem in primis philoso-

(a) Ita [*turpido* pro *turpitude*] scribit etiam Tertullianus de cor. mil. xiv: quo in loco frustra Gesnerus in Thesauro suspicabatur vitium librarii, frustra quidam editores reponebant *turpitude*. Sic obtinuit *pinguedo* pro *pinguitudo*. (b) Ita cod. pro *appetentia*. De his et similibus praepositionibus nunc servatis, nunc ad consonam sequentem reformatis legendi sunt passim orthographi veteres apud Putschium. (c) Ita cod. 2. manu; et 1. *laboribus*.

*tu, pudicos dicere, cum ipsa infamia propter rei turpitudinem consequatur?* ubi vid. annot. in Mos. et nostra ed. p. 121 — 124. p. 582. sq. Cr.

*turpitudinis*] In loco Ciceronis de Legg. I, 19, 51. codex egregius Bruxianus itemque Casellanus habent *torpidinem*, ubi nunc legitur *turpitudinem*. Vid. Goerenz. ad eum locum p. 81. et Moser. p. 124. ed. Mos. et nostr. Cr. Ego vero cum Heinricho et Steinackero rescripsi *turpitudinis*; neque enim credo, Tertulliani usui Ciceronis scriptionem esse accommodandam, cui quidem has delicias Gesnerus invidere non debuit, neque vero noster ad inveniendum faces praetulisse videtur. Ceterum isto Tertulliani loco Rigaltius edidit *turpitude*. p. 109. Verbo *appetentia* in malum sensum usus est Cicero Tuscc. IV. 7, 15. in bonam partem Plinius N. H. xxiii. §. 19. p. 501. Hard. *artium—liberalium appetentia*. Mr.

*informata*] i. e. constituta. Cf. Offic. I, 4. pro Sulla 18. ibiq. Graev. et Ernesti Cl. Cic. Adde Legg. I, 9. fin. *quae etiam nullo docente profecta ab iis, quo-*

*rum, ex prima et inchoata intelligentia, genera cognovit, confirmat ipsa per se rationem et perficit.* Cr.

*unde in — periculis fortitudo? nempe ab his,*] Ita solet noster ponere *nempe* in responsionibus: veluti Philippic. IV, 4. 8. *a quo defenderit? nempe ab hoste?* pro Cluent. 22. 61. in L. Pison. 37. 91. in Verr. Act. II. L. V. 69. 177. Mr.

(1) Sane Plato in politico p. 258 et 293 hominem politicum in sapientium numero collocandum esse decernit. Quin adeo Platonica hominis definitio est apud Sextum Emp. pyrrh. II. cap. 5 et 16, nec non I. contra logic. 281: *ἀνθρώπου εἶναι ζῶον ἐπιστήμης πολυτέλης δεκτικόν, hominem esse animal scientiae politicae capax.* Quamquam idem Sextus, instituto suo contradicendi, definitionem hanc vituperat.

*Xenocratem*] Cod. et Ed. pr. itemque Lehn. *Xenocraten*. Reliqui ut ego rescripsi, motus iis potissimum rationibus, quibus Schneiderus in Gramm. Lat., (Formenl. I. p. 43.) qui nimios saepe fuisse veterum scriptorum editores in recipienda termina-

P. 124. phum, cum quae|reretur (a) ex eo, quid asse-  
querentur eius discipuli, respondisse, ut id sua  
sponte facerent, quod cogerentur facere legi-  
bus (1). Ergo ille, cives qui id cogit omnes

(a) Cod. *queretur*. Ita Cod. 2. manu; at 1. *quod*.

tione *en*, meritoque Ernestum et Wolfium Tusc. III, 4 et 10. restituisse *Socratem* et *Callisthenem*. Ego videlicet Graecam accusativi formam in *en* in iis vocabulis fero, qualia congescit Ruddimannus in Gramm. I. p. 48. not. 28., quae primam sequuntur declinationem; minus probabilis videtur in vocabulis declinationis tertiae, qualia sunt apud Ruddimannum I. p. 76. not. 48. videlicet in prosae orationis scriptoribus Latinis. Quod vero ad nostrum locum attinet, facile largior ante literam *f* commodius efferrī *n* quam *m*; at illud auditum, hoc vero scriptum fuisse credibile est. *Mr.* — Apud Cic. de Off. I, 50. sub fin. Beierus edidit *Xenocratem*, nihil de altera monens formā. Tu vid. de his Heteroclitis Matthiae Gr. Gr. §. 91. ibique *Σωκράτην* primae decl. et *Σωκράτη* tertiae. Ceterum de Xenocrate v. Aelian. V. H. II 41. et III, 19. ib. Perizon. cf. Stud. nostr. II, p. 274. *Cr.*

(1) Locum hunc libere citari a Servio ad aen. VII. 204, omisso Ciceronis nomine, nunc primum videmur cognoscere. En autem Servii verba: *Xenocratis est, qui cum primus philosophiae scholam aperuisset (quod antea in porticibus de philosophia tractaretur) et interrogatus esset, quid praestare posset discipulis, respondit: ut id voluntate faciant, quod alii iure coguntur*. Item nunc primum cognoscimus, hunc locum a Lactantio quoque e politico Tullii prooemio fuisse

decerptum inst. VI. 9: *sed concedamus sane, ut id natura, vel, ut ait philosophus, sua sponte faciant, quod legibus facere coguntur*. De Xenocrate lege Laërtium IV. 2, qui narrat, eum, praeter alios libros, scripsisse de rep. unum, et de discipulis duos. Xenocrati discipulo academiam suam reliquit Plato, teste Augustino ep. cxviii. 16, et C. D. VIII. 12. Xenocraten irridet Aristoteles apud Athenacum XII. 7; at illum cum discipulis philosophantem memorat Plutarchus apoph. reg. ed. Reisk. t. VI. p. 726, et apophth. lac. p. 825. Xenocratis a vitio retrahentis discipulos exemplum proferit Hieronymus comm. in Os. I, 1. Eadem super re legatur, praeter Horatium sat. II. 5. 254, Fronto ad M. Caes. I. 1.; Val. M. VI. 9. ext. 1; Augustin ep. cxliv. 2. nec non contra Julian. pelag. I. 12. Xenocrates *severissimus philosophorum*, Cic. off. I. 50; *gravissimus*, tusc. v. 18.

*Ergo ille, cives qui id cogit omnes*] Solon. Herodot. I. 29. *Cr.* — In Ed. pr. est: *ergo ille civis qui — omnis sine interpositione, quam dicunt. Unde fecit Villem. ergo ille civis qui id cogit omnes*, Schützius, nihil monens: *ergo ille civis, qui cogit omnes*, omisso *id*. Cujus scriptionis velim rationes nobis reddidisset vir cl. Nobiscum faciunt Steinackerus et Heinrichius. Lehnerus ut A. M. scripsit. Vir quidam doctus, cujus nomen silentio premo, coniecit: *Ergo ille civis,*

imperio legumque poena, quod vix paucis persuadere oratione philosophi (<sup>a</sup>) possunt, etiam his (<sup>b</sup>), qui illa disputant, ipsis est praefertendus doctoribus (<sup>1</sup>). Quae est enim (<sup>1\*</sup>) istorum

(a) Cod. *filosofi*; mox antiqua manu factum *philosophi*. Superior quoque vox *philosophum* in codice interpolata fuit. Litteram *ph* olim a Latinis non fuisse adhibitam monet nos Cicero or. XLVIII. Tum Martianus lib. III. cap. de coniug. ait: *nec F excludent, cum dicamus triumpho, quamquam a Graecis veniat, et per p et h potius scribatur.* (b) Cod. prima manu videtur habere *is*.

quem id cogit omnis imperi legumque poena, infaustis avibus, si quid video. *Mr.*

*philosophi*] Pythagoras, Plato. *Cr.*

*etiam his*] Cum Cod. a pr. manu videatur habere *is*, praefertendum fortasse fuit *iis*. De vocabulorum *his* et *iis* permutatione non est quod plura addam post ea, quae monui ad Cic. de N. D. I, 5. p. 23 et 808. ed. maj. et in primis in ed. min. p. 11. not. 37. conf. Index ad Goerenzii Ed. Cic. de Finn. Bene distinguuntur haec vocabula a nostro in Epist. ad Quint. Fr. I, 1. 15. *Non est tibi his solis utendum existimationibus ac iudiciis, qui nunc sunt, hominum, sed iis etiam, qui futuri sint.* Coniunguntur illa pronomina Acadd. I, 1. 2. *Sed habeo opus magnum in manibus, quod jam pridem ad hunc eum ipsum (me autem dicebat) quaedam institui, quae et sunt magna sane et li-*

*mantur a me politius: ubi vide egregiam Goerenzii ejus lectionis defensionem p. 4. sq. Mr. illa disputant,] Cic. de N. D. III. 40. quae disputavi, disserere malui, quam iudicare: ubi vid. not. p. 692. 803. ed. nostr. et Mos. Disputare proprie est philosophorum. Schütz. in voc. Cr.*

*doctoribus*] Cic. de Orat. I,

44. *Bibliothecas me hercule omnium philosophorum unus mihi videtur XII tabularum libellus — superare. Cr.*

(1) Hoc Tulliani operis caput sine dubio prae oculis Lactantius habuit (ut nunc primum innotescit) cum inst. III. 16. scripsit: *sapientia autem, nisi in aliquo actu fuerit, quo vim suam exerceat, inanis et falsa est: recteque Tullius civiles viros, qui remp. gubernent, qui urbes aut novas constituent, aut constitutas aequitate tueantur; qui salutem libertatemque civium vel bonis legibus vel salubribus consiliis vel iudiciis gravibus conservent, philosophiae doctoribus praefert.* (1\*) *Est enim emendatum est in Cod. a 2. manu. A. 1. est quae etenim. A. M. in Add.*

*Quae est enim*] Ita corrigendum fuit, etiamsi ipsius codicis corrector vitiosam illud *quae etenim* non sustulisset, quod est in contextu Ed. princ. Nusquam enim Cicero *etenim* ita ponit in quaestione, paucissimis locis post initium, plerumque in principio propositionis. Recte autem scriptum est *quae est enim*, non *quae enim est*; eo sensu ut sit i. q. *nulla sane est*, qua significatione in hac formula verbum *est* in medio poni solere docuit Goerenz. ad Cic.

oratio tam exquisita, quae sit anteposenda bene constitutae civitati publico iure (a) et moribus? Equidem || quemadmodum urbes magnas atque imperiosas, ut appellat Ennius (1), viculis et castellis praeferendas puto, sic eos, qui his urbibus consilio atque auctoritate praesunt, his, qui omnis „negotii publici expertes(2) „ sint, longe duco sapientia ipsa esse

(a) Cod. prima manu *jure*; mox factum *secunda juri*. Si illud retineas, mutabis interpunctionem.

de Legg. I, 12, 34. p. 52. Ita noster de Fin. II. 5. 16. p. 139. Goer. *Quis est enim, qui non videat* —? pro *nemo enim sane est*. Lehnerus quidem in nota ad h. l. dicit: »lectio *quae etenim*, etsi postponenda, nihil vitii habet. Conf. Liv. XXI, 39. »*Otium etenim ex labore, copia ex inopia... corpora varie movebant*. — « Sed alia est ratio ejusmodi enunciationis affirmativae, quam dicunt, alia interrogativae. Illius generis exempla vel e Cicerone nonnulla petere licet, v. c. Pro Coel. 3, 6. *sunt etenim ista maledicta pervulgata in omnes*: Add. de Senect. IX. 1b. Gernh. p. 55. et Epp. ad Fam. XI. 21. ubi Edd. vet. *sim etenim impudens*: hujus nulla. Mr.

*bene constitutae civitati publico jure et moribus.*] Ita cum Heinr. Steinack. et Sch. primae manus scriptio restituenda fuit, quam A. Majus ex correctoris sententia in pejus mutavit: *civitati, publico juri, et moribus*, quemque secutus est Lehn. Recte enim Sch. monet Cicero- nem loqui de civitate, quae sit publico *jure* et moribus bene constituta. Quae cum ita sint, probari etiam non potest Ville- manii versio: *qu'un état sage-*

*ment ordonné, qu'une constitution sociale, que des mœurs publiques?* qui de suo quaedam addere non dubitavit. Mr.

*imperiosas*] Videri Ennium in Annalibus, existimat Sch., hexametrum hac clausula finisse:

--- *urbes magnas atque imperiosas*:

cui suspicioni nihil obstat. Mr.

(1) Perit Ennii locus. Augustinus C. D. xv. 19. Romam ipsam dicit *imperiosissimam civitatem*. Item XIX. 21. Apud Tullium orat. xxxiv *imperiosi populi*. A. M. — Cf. Schütz. L. C. ibiq. etiam Cic. de Fin. II. 32. §. 105. *nimis imperiosi philosophi*, de Epicuro. Cr.

*viculis et castellis*] Liv. XXI, 33. fin. *Castellum inde viculosque circumjectos capit*. Cr.

(2) Verba haec virgulis inclusa citat libere Fronto ex Tullii opere de rep. (omissa libri nota) in exemplis elocutionum voc. *expers*.

*ipsa esse anteposendos*] Ita Cic. Epist. ad Fam. IV. 7. *quae non aliena esse ducerem a dignitate*: ita certe Martiny-Laguna. Sch. in L. C. omisit *esse*, non item Facciolatus. Muretus Epist. III, 22. p. 585. ed. Ruhnk. *qui eum haud ita pridem ne resolutandum quidem esse duxis-*

anteponendos. Et quoniam maxime rapimur  
 P. 9. ad (a) opes augendas generis humani, studemus-  
 que nostris consiliis et laboribus (b) tutiorem et  
 opulentioram vitam hominum reddere (1), et ad  
 hanc | voluntatem ipsius naturae stimulis inci- P. 126.

(a) Ita Cod. ad 2. manu; sed tamen 1. manu at.

(b) Ita Cod. 2. manu; at 1. laboribus.

sent. Aliter sensisse videtur Ernestus: vid. ejus not. ad Cic. de Legg. I, 17. sub fin. Equidem hoc Ciceronis de Legg. loco cum Victorio legerim: *facta esse dicimus*. Liv. xxxiv. 2. *Equidem fabulam et fictam rem ducendam esse*, ubi Hellenus in Pro- lusione Erlang. 1824. recte tuer- tur esse. Librarii intulisse videntur *dicimus*, quod esse cum *ducere* junctum non probum putarent. In quo errore est etiam Ernestus ad locum de Legg. laudatum. In eadem opinione esse videtur Goerenz. ad Legg. III. 17. p. 268. De *dicere* et *ducere* confusis vid. Drakenb. ad Liv. xxxviii. 43. p. 250. Cr. — Infra cap. VI. extr. in simili locutione omittit esse: *Tamen arbitrari hanc rerum civilium minime negligendam scientiam sapienti*. Sed de eo quidem non dubitatur, in hac locutione vel addi vel omitti posse infinitivum esse. Illud vero, et recte, ut existimo, negatur a viris Grammaticis, dici posse *hanc rem veram esse duco*, cum sit dicendum *hanc rem veram duco*, quia *duco* non adsciscat infinitivum. Quae etiam est sententia Reisigii in annotatione ad hujus libri c. 58. de qua suo loco videbimus. Eadem de causa nos apud Cic. de Legg. I, 17. 4. p. 113. coll. p. 115. restitimus *facta esse dicimus*, ubi Dav. invitis libris scripserat *dicimus*. Ceterum de hac re nondum plane ad liquidum perducta

vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. I, 21, 71. p. 101. Creuzer. ad Cic. de Legg. I, 17. p. 578. In locis certe, qualis est Cic. ad Fam. V. 18. (al. 17.) *si illius pietatem, virtutem — tecum esse, tuam esse duces*: nihil est novandum. Mr.

*vitam hominum*] Ex Graeco βίος ἀνθρώπων ductum, i. e. genus hominum s. homines. Wyttenb. ad Cic. de N. D. I. 2. p. 716. coll. I. 24. p. 753. Villem. vertit: *existence humaine* additque in annotatione, memorabilem in primis esse hunc locum, quia haec sententia de excolendo toto genere humano eoque ad altiorem perfectionis gradum evehendo rarissima sit apud veteres scriptores. Mr.

(1) Haec eadem disputat Cicero de off. I, 44. et II, 24.

*voluntatem*] Cod. *voluptatem* et sic Edd., quae adhuc prodierunt, omnes. Et primo quidem ad aspectu nihil naturae stimulis accommodatus videri possit, quam voluptas. Sed accuratius inspicienti locum apparebit, nihil ei minus convenire, et Ciceronem certe, proprietatis sermonis, si quis alius, studiosissimum, de eo, quod fit consilio et labore, dicere vix posse, nos ad eam voluptatem incitari. Quare facere non potui, quin crederem a Cicerone profectum esse voluntatem. Volumus enim id, ad quod naturae stimulis incitatur; volumus id, quod efficere stu-

tamur; teneamus eum cursum, qui semper fuit optimi cuiusque, neque ea signa audiamus, quae receptui canunt, ut eos etiam revocent, qui iam processerint (1).

III. His rationibus tam certis tamque illustribus opponuntur ab his, qui contra disputant, primum labores, qui sint re publica (2) defendenda sustinendi: leve sane impedimentum P. 10.

(a) Scribo separatim duo verba *re publica*, non conjunctim unum verbum, ut vulgo jam fit. In codice quidem tituli sunt DE REP. vel DE RE PVB. interiectis spatiis, vel DE RE PVBLICA item interiectis spatiis: in codicis autem ipso contextu RESP. vel R. P. Verum *res publica* duo esse vocabula, tum grammatica declinatio docet, tum Ciceronis exemplum de off. I, 44: *quo meliores cives, utilioresque rebus suis publicis essent*. Tum ad fam. IV. 9: *Si re publica non possis frui, stultum est nolle privata*. Praeterea VII. 28. *rem publicam vocat rem communem* (ut etiam Augustinus C. D. V. 18.) Denique in Vatin. IX. simpliciter *rem*, uti legitur in antiquissimo palimpsesto ambrosiano: *eam rem quae auspiciis constituta est*. Sane etiam Gracchus apud Festum in fragm. ed. Gotofr. p. 177. haec verba distinxisse videtur, cum dixit: *cae nationes res publicas suas amiserunt*.

demus. Ita noster Tuscul. IV, 6. 12. *Simul objecta species cuiuspiam est, quod bonum videatur, ad id impellit ipsa natura. Id cum constanter — fit, ejusmodi appetitionem Stoici βούλησιν appellant, nos appellamus voluntatem. — Voluntas est, quae quid cum ratione desiderat*. Tale quid etiam sensisse videtur interpret Gallicus, qui vertit: *nous sommes excités à cette heureuse tâche*. Mr.

receptui canunt] Cic. Orator. 12. fin. *Thucydides — de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum* (sc. signum). Cr.

(1) Atqui Cicero ipse signa haec, quae receptui canerent, audienda sibi aliquando putavit, veluti ad Att. II, 5. 16. quibus in locis grave prae se fert politicae vitae taedium, privataeque

amorem. De re deliberat etiam tusc. v. 1. Neque id mirum in variis vitae humanae vicissitudinibus; praeter quam quod Cicero, academicae sectae adductus, diserte de se ait tusc. v. 11: *nos in diem vivimus; quodcumque animos nostros probabilitate percussit, id dicimus: itaque soli sumus liberi*.

*re publica defendenda*] Sch. nihil monens dedit in *re publica defendenda*. Et ita ego dudum conjeceram, addideramque: vix credo, Ciceronem dicere voluisse: *labores, qui propter rei publicae defensionem sint sustinendi, sed potius: labores, qui sint sustinendi in rei publicae defensione, vel si quis rem publicam defendere velit*. Scribendum igitur videtur, in opere praesertim tanta cura ab auctore

vigilanti et industrio, neque solum<sup>(a)</sup> || in tantis rebus, sed<sup>(b)</sup> etiam in mediocribus vel studiis vel officiis, vel vero etiam negotiis contemendum. Adiunguntur pericula vitae, turpisque ab his formido mortis fortibus viris opponitur: quibus magis id miserum videri solet, natura se consumi et senectute, quam sibi<sup>(c)</sup> dari tempus, ut possint eam vitam, quae tamen esset<sup>(d)</sup> red-

(a) Cod. *neque tai solum*; sed *tai* deinde expunctum, quae fuit metathesis *rou ita*, vocabuli hoc loco minime ferendi.

(b) Ita [set] cod. pro *sed*, quod alibi tamen in codice occurrit. Verumtamen *set*, non *sed*, praecepto grammaticorum esse scribendum, quamquam vulgo aures audiant *sed*, testis est Longus p. 2231. Cornutus autem de hac scriptura litem esse ait p. 2283. Ego quidem utramque *set* et *sed* scripturam in antiquissimis mss. reperio. (c) Cod. prima manu *sivi*; mox factum *sibi*.

(d) Cod. *essed*, quum contra paulo ante viderimus *set* pro *sed*.

elaborato: *in re publica*. Neque nunc me ejus suspicionis poenitet, quamquam manum a corrigendo abstineo. Villem. ad nostram sententiam vertit *dans la defense de l'état*. Mr.

*vigilanti et industrio*] Iunxit haec Cicero etiam in Epist. ad Att. VIII, 11. p. 726. Ed. Ern. min. *vigilantem hominem et industrium*. Or. pro Coel. 31. 74. *quae nisi vigilantes homines, nisi sobrii, nisi industrii, consequi non possunt*. Mr.

*neque solum in tantis rebus*] Quod ait A. Majus in nota critica, *ita ferri non posse*, id quidem est certissimum. Sed undenam scit vir doctissimus, *tai* esse per metathesin scriptum pro *ita*? Nonne fieri potest, ut in *tai* sit vestigium vocis *tantis* jam prius vel in priore ἀνοργαφῶ oblitteratae; quam cum legere non posset aliquis, ejicere tamen noluit: sed cum sentiret *tantis* requiri, reposuit ante *rebus*: ut fortasse antiquitas scriptum fuerit: *neque tantis so-*

*lum in rebus*. Praeponi autem *tantus* cum emphasi notissimum est, nostro etiam valde usitatum; v. c. de N. D. I, 1. 2. *Qui vero deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate et dissensione*. Mr.

*natura se consumi et senectute*,] Similiter locutus est in Or. pro Planc. 37. 90. *si me vis aliqua morbi aut natura ipsa consumsisset*. Ad v. *vitam, quae — esset reddenda naturae* conferri potest Tuscc. I, 59. 93. *At natura dedit usuram vitae, tanquam pecuniae, nulla praestituta die*. Quod h. l. dicit *copiosos et disertos* variavit in Or. pro Caecin. 23. 64. *ubi est mihi, non copioso homini ad dicendum*. Mr.

*quae tamen esset*] Noli litem movere lectioni *esset* ejusque loco desiderare vel *est* vel *sit*, videlicet ut consecutioni, quam dicunt, temporum satisfiat. Quae de re ne longus sim, laudare sufficiat nostram annotationem ad Ciceronem de Legg. III. 17. 38. p. 453. Non plane accommodata

denda naturae, pro patria potissimum reddere (¹).  
 P. 92. Illo vero se loco copiosos et (²) disertos | pu-  
 tant, cum calamitates clarissimorum virorum,  
 iniuriasque iis ab ingratis impositas civibus col- P. 11.  
 ligunt (²). Hinc enim illa et apud Graecos ex-  
 empla, Miltiadem victorem domitoremque Per-

(a) Cod. ed.

vertit vocem *potissimum* Beierus  
*am erwünschtesten. Mr.*

(1) Cicero tusc. I, 48: *clarae  
 mortes pro patria appetitae non  
 solum gloriosae rhetoribus, sed  
 etiam beatae videri solent.* Con-  
 fer Cic. pro Sextio XXI. Idem fin.  
 II. 30. queritur, quod philoso-  
 phi in suis lectulis plerumque  
 moriantur. Iuvenalis tamen x, 120.  
 Ciceronis necem ob eloquentiam  
 in reip. tutela collocatam, deplorat:  
*ingenio manus est et cervix  
 caesa — ridenda poemata malo,  
 quam te conspicuae divina Phi-  
 lippica famae.* Sic ait et Lactan-  
 tius inst. II, 5. VI. 18.

*Illo vero se loco*] Fuit, qui  
 me admoneret, ut *illo vero se  
 esse loco* scriberem, vel, omissa  
*se*, ut *illo vero esse loco* reponerem;  
 ego vero prius non necessarium,  
 alterum ne probabile quidem esse  
 respondi. Exquisitam enim et raram  
 locutionem vel Graecismum etiam  
 Cicero abscque necessitate obrudere non  
 licet. Cf. quae ad eam rem disputavi  
 ad Cic. de Legg. III, 19. 43. p. 465.  
 Non displiceret *Illo vero se se loco. Mr.*

2) De his legendus Aristoteles  
 reip. III. 13. qui in multis populis  
 hunc morem observat insectandi  
 claros viros propter eorum nimiae  
 gloriae vel invidiam vel metum.

*illa et apud Graecos exempla*] Cf. F. A. Wolf. ad de N. D. I, 5. p. 810. ed. post. et Mos. cf. I, 39. p. 179. et ad de Legg. I, 7.

p. 57. sq. ed. Mos. et nost. Fortasse  
 tamen legendum: *illa tot apud  
 Graecos exempla* vel et transponendum  
 hinc ante vocem *Miltiadem. Cr.* —  
 Neutra ratio displicet. Sed neque  
 aliquid mutandum, neque hunc locum  
 in iis esse ponendum existimo, quibus  
 Cicero et scripserit pro *etiam*,  
 ut est in locis a Cr. ex Cic. de N. D.  
 laudatis. Sed scripsit et *apud  
 Graecos*, postea additurus: *et apud  
 nostros v. nos*: quod facere omisit,  
 postquam longiora interposuerat  
 exempla, et mutata constructione  
 perrexit infra: *Nec vero levitatis*  
 etc.

*quae — etiam in etc.* Tale quid  
 sensisse videtur etiam Beierus,  
 qui superius et vertit *nicht nur*,  
 deinde postquam *adfluxerat* pergit  
*sondern auch fehlt es nicht an  
 Beispielen.* Sed hoc quidem  
 posterius adversante et nostrae  
 linguae ratione et loci sensu. Non  
 enim sibi invicem opponuntur illa  
 apud Graecos exempla et Atheniensium  
 levitas et crudelitas: nam illa ipsa  
 exempla levitatis Atheniensium sunt  
 exempla: sed Graecos (Athenienses  
 potissimum) Romanis volebat opponere.  
 Neque vero est, quod exemplis  
 comprobem, quam saepe apud Cic.  
 et optimos quosque scriptores post  
 longiorem sententiam interjectam  
 constructio immutetur de qua re et  
 alii locuti sunt et Goer. ad Cic. de  
 Legg. I, 15. 38. p. 58. id. ad Acad. II. 51. 99.  
*Mr.*



sarum, nondum sanatis vulneribus<sup>(a)</sup> iis, quae corpore adverso in clarissima victoria accepisset, vitam, ex hostium telis servatam, in civium vinculis profudisse: et Themistoclem patria, quam liberavisset, pulsum atque proterri || tum, p. 73. non in Graeciae portus per se servatos, sed in barbariae sinus confugisse, quam afflixerat. Nec vero levitatis Atheniensium<sup>(1)</sup> crudelitatisque in amplissimos cives exempla deficiunt<sup>(2)</sup>,

(a) Ita [*vulneribus*] cod. pro *vulneribus*. Scriptum o pro u maxime dominatur in libris Lucretianis. Apte autem monet Longus pp. 2216, 2222 apud Latinos o et u fuisse interdum confusas, ita tamen ut, etiam cum scriberent o, legerent u. Lege et Valerianum p. 2289—90, Papirianum p. 2292.

*vulneribus iis*] Non fuit illa, quam narrat, clarissima victoria Marathonia, sed vulneratus fuerat in expeditione in Paron insulam. Tu vid. Herodot. VI, 132—136. adde Marx ad Ephorum §. 107. p. 212. Corn. Nep. I, 7. ib. interpr. Cr.

*proterritum*] Nihil litis moveo lectioni, neque adsentirem, si quis *protritum* mallet advocato Cic. pro Flacco 22, 53. *sin istum—illi proterendum esse et conculcandum putaverunt*. Illud moneo, patrocinari nostrum locum lectioni Lambini in Or. pro Caecina IX, 24. ubi est: *Ferro, inquit, ferro—te rejeci et proterruui*, ubi pleraeque omnes Edd. habent *perterrui*. Ut enim optime nostro loco junguntur *pulsum atque proterritum*, ita non minus bene sese excipiunt *rejeci et proterruui*. Neque est, quod aliquis verbum hoc poetis tantummodo vindicet; imo recte Caesari vindicavit Oudendorp. Bell. Gall. V, 58. 4. p. 483. sq. ed. Stuttg. *proterritis hostibus atque in fugam coniectis*. Mr.

*Nec vero—exempla deficiunt,*

Mirum est, quod post enarrata duo levitatis Atheniensium et crudelitatis in amplissimos cives exempla addit, exempla non deficiere. Quare fortasse aliquis conjiat legendum esse: *nec vero plura vel alia etiam vel alia praeterea levitatis*. Sed haec, credo, possunt intelligi. Mr.

(1) Graecorum levitatem a Cicerone passim suggillari videmus, observante etiam Hieronymo comm. ad Galat. lib. I, 3. et Lactantio inst. III, 14. Tum idem Hieronymus loco cit. et ep. x. 3. verba ex oratione mutila pro Flacco laudat, quae nondum inter ejusdem reliquias relata video. Ea textum Hieronymi: *doctissimi quippe* [Ed. Lond. et Par. quique] *Graecorum, de quibus pro Flacco agens luculenter Tullius ait »ingenita levitas et erudita vanitas.* Cur Graeci sint leves dicit Servius ad aen. vi. 724: *Afros versipelles, Graecos leves videmus: quod natura climatum facit, sicut Ptolemaeus deprehendit*. Confer Cic. in Rull. II, 55.

(2) Atheniensibus crudele vi-

quae, nata et frequentata apud illos, etiam <sup>P. 12.</sup> in gravissimam civitatem nostram dicuntur redundasse. Nam vel exilium Camilli, vel offensio commemoratur Ahalae<sup>(1)</sup>, vel invidia Nasicae<sup>(2)</sup>, vel expulsio Laenatis, vel Opimii |  
 P. 74. damnatio, vel fuga Metelli<sup>(3)</sup>, vel acerbissima

sum utile, dicit Cicero de off. III, 11. Quare merito ait de or. III, 34. doctrinae quidem a Graecis, sed virtutis a Romanis exempla esse repetenda; quorum clementiam belle opponit Graecorum crudelitati Graecus auctor Dionysius Halic. in fragm. ed. mediol. XIV. 8. seqq.

quae, nata] Viden' quam calide velare studeat Romanorum paria facinora. Cr.

in gravissimam civitatem nostram] Nihil monens Schützius omittit nostram. An fortasse existimavit gravissimam civitatem in ore hominis Romani nullam aliam intelligi posse, quam Romanam civitatem, et vocem nostram interpretis esse glossam? Quod si credidit, ego me ab ejus partibus alienum profiteor, eodisque lectionem vel maxime esse Ciceroniaam contendo. Id enim vult noster: etiam in nostram civitatem dicuntur redundasse, quam gravissimam appellare non dubito. Sed vereor, ne hic unum ex plurimis sit operarum vitiis vel correctoris vel festinantis editoris, qualia et reliquis in tomis Opp. Cic. reperiuntur et in hoc non pauciora. — Operarum etiam est error, quod exilium in versione Beieri redditur Achtung, sed scriptoris, ut videtur, quod offensio vertitur Verstossung, quae fuit causa offensionis (der Kränkung). Mr.

offensio commemoratur Ahalae.] Monet ad h. l. Kobbius, interpretes Germanicus, voce offensio significari videri, Ciceronem

cum Livio facere, qui L. IV. 21. Aham accusatum quidem neque vero damnatum fuisse narrat: cum Valer. Maximus V, 5. eum in exilium ejectum et auctor orationis spuriae pro Domo (32) honorifice revocatum esse referant. Idem K. laudat ad locum de Mario Cic. de Orat. III, 2. 8. ubi est: Non vidit (Crassus) flagrantem bello Italiam, non ardentem invidia senatum, non sceleris nefarii principes civitatis reos, non luctam fidae, non exilium generi, non acerbissimam C. Marii fugam, non denique in omni genere deformatam eam civitatem, in qua ipse florentissima multum omnibus gloria praestitisset. Quem ego locum plenius adscripsi, quam A. Majus in notula, ut ejus cum nostro similitudo clarius appareat. Mr.

(1) M. Furius Camillus et M. Servilius Ahala, cum essent optime de rep. meriti, tamen populi incitativim iracundiamque subierunt, damnatique comitibus centuriatis, cum in exilium profugissent, etc. Cicero pro domo xxxii.

(2) Nasica, ut invidia subtraheretur, per speciem legationis in Asiam ablegatus est. Aur. Victor cap. LXIV. Vide etiam Val. M. v. 3; Plin. vii. 34; Cic. pro Flac. xxxi.

(3) Popilius Laenas, Opimius, et Metellus damnati sunt ob rem fortiter, quamquam justo crudelius, gestam contra partes Gracchanas: namque unus Opimius tria millia civium iudicaria in-

C. (<sup>a</sup>) Marii clades, principum caedes<sup>(1)</sup>, vel eorum multorum pestes, quae paulo post secutae sunt<sup>(2)</sup>. „Nec vero iam meo nomine abstinent<sup>(3)</sup>“; et credo, quia nostro consilio ac

(a) Ita [C. Mari] codex, qui tamen superius habet G. pro Gajus: contra inferius cap. xii.

quisitione occidisse perhibetur apud Augustinum C. D. III. 24. De his viris saepissime Cicero, ut in Cat. I, 2. ad Quir. III, pro Domo xxxi, pro Sext. Lxvii, pro Planc. xxviii. xxxix, in Pis. xxxix, pro Mil. III. xxx, de aere al. Mil. v. phil. viii. 4, Brut. xxxiv, de or. II. 25. 30. 31. 39. 40, part. xxx.

*principum caedes, vel eorum multorum pestes*] Habes enumerationem eorum, qui qualicumque modo vel seditionibus vel factionibus sive patria pulsati sive ad perniciem acti sunt. Unumquodque exemplum inducitur particula *vel*; solum illud, quod dicitur *principum caedes*, ea caret, neque etiam aliud quidpiam narrat, nisi quod statim subsequitur: *vel eorum multorum pestes* etc. Mihi quidem veri videtur simillimum, verba *principum caedes* e margine, ut explicationem illorum, fuisse adscripta, indeque in orationis seriem esse recepta: praesertim cum singulari usu *pestes* h. l. ponatur, plurali numero, pro *interitu*. Mr. — Fortasse tamen ista verba ita defendi possunt, ut *principum caedes* per ἐκείνων accipias, ac de optimatum nece, a Mario post reditum irrogata; verba autem *eorum multorum* ad multa illa millia referas, quae a Sulla deinde cum in bello, tum inermes occisa sunt. Aut excidit *vel* ante *principum*? Cr.

(1) Paulo aliter Cicero de or. III. 2. dicit, *acerbissimam C. Marii fugam, et illam post reditum ejus caedem crudelissimam.*

*vel eorum multorum*] Stein-ackerus edidit *vel eae multorum*, neque vero *eorum* defendi posse negat. Quod si verum est, ut est: servandum fuit *eorum* in contextis, et conjectura intraadnotationis limites coercenda. Mr.

(2) Intellige clades Syllae, Catuli, Lepidi, Sertorii etc. Exin Cicero ad loquendum de proprio consulatu transit, quod facit etiam pro Mil. III et XXX. postquam Ahalae, Nasicae, Opii, Mariique, ut haec, nomina commemoravit. Consulatum decimo anno ante hoc opus de rep. scriptum Cicero gessit.

(3) Hic locus laudatur a Frontone exempl. eloc. voc. *abstinet* e I. de rep. [Front. Vol. II. p. 497. ed. pr. Mediol. ubi ex Terent. Hecyr. I. 2. 64. *Plus potius, sese illa abstinere ut potuerit*. Sequitur alterius constructionis exemplum noster locus. Cr.] Sed vocabulum *meo*, quod est prorsus necessarium, abest a codice de rep. Vaticano; id tamen miro casu suppletur a Frontone, qui codice Ciceronis meliore utebatur. Revera vocem *meo* habent, praeter Mediolanensem, quatuor Vaticani codices Frontonis.

*et, credo,*] Ironice dictum. Vid. Annot. ad Cic. de N. D. I. 24. p. 108. ed. nostr. et Mos. coll. p. 736. Goerenz. ad de Fin. I, 3. 7. p. 9. Cr. — Mihi quidem serio potius loqui videtur, ut in Bruto 93, 320: *Nam is post consulatum (credo quod videret, ex consularibus neminem esse secum comparandum —) summum illud suum stadium remisit.* Mr.

periculo sese in illa vita atque otio conservatos putant, gravius etiam de nobis queruntur et amantius (1). Sed haud facile dixerim, cur, cum ipsi discendi aut visendi causa maria transmittant (2) (3) || . . . . .

Desiderantur paginae duae.

P. 259.

III. . . . . salvam esse consulatu (3) abiens P. 14.

(a) Ita [transmittant] cod. Docet autem Longus p. 2228 hoc verbum ab aliis plene poni, ab aliis lenitatem intuentibus minui; nempe dici *transmisit* et *tramisit*.

(1) In his amicis admonitoribus erat Atticus. Cic. ad Att. II, 19: *dices, fortasse, dignitatis aliis, tamquam divos; salutis, si me amas, consule*. In primis vero Quintus frater. Cic. de or. III, 4: *mihî sententia saepe tua vera ac sapiens videri solet, qui me semper ab omni contentione ac dimicatione revocasti*. Ceteroqui Brutus ep. xvii. gloriationem Ciceronis timiditatemque simul objurgat.

[transmittant.] Finit Villem. hanc periodum ita, ut addat: *s'elonnent de voir braver de plus grands périls pour servir la patrie*: additque non esse difficile ad conjiciendum, quid in hac parva duarum paginarum lacuna interciderit. Ciceronem existimat pergere in disputando, quanti sit habendus animus pro patria cuncta et facere et perferre paratus, cujus ipse satis ampla ediderit specimina: quantum praestet illud studium ceteris, quibus homines trahantur: quantos sibi honores decreverint cives grati, quam honorificum fuerit de se consulatu decedente populi iudicium; cujus sententiae vestigia supersunt in verbis, a quibus proximum, quod sequitur, fragmentum incipit. — *Maria transmittere* dixit Cicero etiam de N. D. II. 49. 125. *Mr.*

(a) An haec Cicero ad Atti-

cum refert, qui adolescens Athenas olim concesserat causa obsequendi studiis suis, ut loquitur Nepos? Sic idem Cicero acad. I, 2: *meos amicos, in quibus est studium, in Graeciam mitto, id est* etc. An potius philosophorum, sapientiae acquirendae causa, peregrinationes et labores narraturus erat? Sane de fin. v. 29: *cur Plato Aegyptum peragravit?* etc. *Cur Pythagoras et Aegyptum lustravit, et Persarum magos adiit? cur tantas religiones barbarorum pedibus obiit, tot maria transmisit?* Quae sunt quodammodo politicae huius lacunae supplementa. Sic loquitur Hieronymus ep. LIII. 1. de itineribus Platonis, Apollonii, et aliorum eruditionis causa. Sed enim hoc politico loco vox *ipsi* fortasse refertur ad Romanos Ciceronis admonitores: nisi forte sequebatur *philosophi*. Iam in sequenti hiatus quid amiserimus, ex utriusque limitis vestigiis haud obscure cognoscitur.

(3) En ille recursat hoc quod iam opere *consulatus Ciceronis non sine causa, sed tamen sine fine ab ipso laudatus*, ut verbis Senecae utar, de brev. vitae cap. v. Illud videtur mirari Quintilianus inst. xi. 1. ante med., quod Cicero rerum a se gestarum major, quam eloquentiae, fuerit iactator. Verum his

in concione, P. R. idem jurante, juravissem<sup>(a)</sup> (1), facile injuriarum omnium compensarem curam et molestiam. Quamquam nostri casus plus honoris habuerunt, quam laboris<sup>(b)</sup>, neque tantum molestiae, quantum gloriae, majoremque laetitiam ex desiderio honorum percepimus, quam ex laetitia improborum dolorem. Sed si aliter, ut dixi<sup>(c)</sup>, accidisset, qui possem queri<sup>(c)</sup>, || cum mihi nihil P. 160.

(a) Cod. *jurassem*; sed mox factum ibidem *juravissem*.

(b) Ita cod. 2. manu; at 1. *lavoris*. (c) Cod. *quaeri*.

fere gloriari non solemus, in quibus aemulum haud extimescimus.

in concione] A. Maj. ex cod. edidit *contione*, probante Lehnero. Conf. Vossii Etymolog. in voc. *cicio*; et est *contio* in Inscriptt. ap. Gruterum p. 506. 507. Alii tamen refragantur, a *con* et *cicio* repetentes et laudantes Varron. de L. L. lib. V. cap. 6. Cr. — Add. Heusinger. ad Cellarii Orthogr. p. 212. sq. Grotend. Lat. Orthogr. §. 159. (in Gramm. T. II. p. 175.) Ramshorn. Gr. L. p. 17. Mr.

P. R. idem jurante] Schützius nihil monens edidit *curante*, cujus correctionis neque causam neque rationem facile aliquis idoneam reperiat. Quare eam hypothetae deberi suspicor. Mr.

(1) Quenam huic loco in lacuna praecesserint, docet fere Cicero in Pis. III: *ego cum in concione, abiens magistratu, dicere a tribuno plebis prohiberer, quae constitueram, cumque is mihi tantummodo, ut jurarem, permetteret, sine ulla dubitatione juravi, resp. atque hanc urbem mea unius opera esse salvam. Mihi populus Romanus universus illa in concione non unius diei gratulationem, sed aeternitatem immor-*

*talitatemque donavit, cum meum jusjurandum, tale atque tantum, juratus ipse una voce et consensu approbavit.* Eadem narrat Cicero ad fam. v. 2.

*neque tantum molestiae, quantum gloriae,*] Non possum, quin verba haec mihi aliquantum suspecta esse profitear. Quo enim diutius considero locum, eo magis videntur supervacanea. Amat quidem noster copiam quandam et variationem sermonis; neque vero Hebraeorum poetarum modo eadem, quae in priore versiculi parte dixerat, in altera aliis quidem verbis, sed eodem plane sensu recinit. Quid autem, quae so, interest hoc loco inter *honorem* et *gloriam*? quid inter *laborem* et *molestiam*? nisi quod alterum quodque prioris interpretatio, et quae plane otiosa, esse videtur. Egregiam contra dilationem primi membri (*quamquam — laboris*) habent verba *majoremque — dolorem*, quibus nihil est Cicerone dignius. Ad rem facit de Or. III. 4. 14. *summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur.* Mr.

(2) Perit id dictum in lacuna. Confer autem post red. in sen. xiv. *qui possem queri?*] Ita distinguit A. Majus, et cum eo Heinr.

improviso, nec gravius, quam expectavissem<sup>(1)</sup>, p. 15. pro tantis meis factis evenisset? <sup>(2)</sup> Is enim fueram, cui cum liceret aut maiores ex otio fructus capere, quam ceteris, propter variam suavitatem studiorum, in quibus a pueritia vixeram<sup>(3)</sup>, aut si quid accideret acerbius<sup>(4)</sup> universis, non praecipuam, sed parem cum ceteris

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *acervius*.

Steinack. et Lehn. Schützius autem distinctionem minorem posuit, neque interrogandi signum post *evenisset* rejecit, quod factum vult censor Lips. l. c. p. 48. Ego vero huic obsequendum duxi. Desinit enim quaestio in voce *evenisset*, cujus signum etiam huc pertinet. Quod pergit *cum mihi sequentibus conjunctivis satis* demonstrat, constructionem eandem sine interruptione usque ad finem periodi continuari, quae tota est interrogativa. *Mr.*

(1) Quanam mala sibi expectaret a Catilinae, quem oppresserat, partibus, dicit ipse Cicero in tertia et quarta Catilinaria.

(2) Consulatus sui facta narravit Cicero commentario Graeco, quem Latinum quoque perficere cogitabat, ad Att. I, 19, 20: tum poemate, ad Att. I, 19., ad fam. I, 9; quod poema Ambrosiano Tullii interpreti ad Planc. xxx. 2. videbatur minus dignum talis viri nomine: tum longa epistola ad instar voluminis ad Pompejum, ut ait idem Ambrosianus vetus interpretes ad Planc. xxxiv. Praeterea non sine ejusdem, ut puto, hortatu de consulatu illo scripsit Atticus commentarium Graecum, qui non satis ornatus Ciceroni visus est, ad Att. II, 1. Denique Lucejus historicus Ciceronis precibus exoratus idem argumentum se tractaturum recepit, ad fam. v. 12,

ad Att. iv. 6. De aliis, quos Cicero sperabat super suo consulatu scripturos, vide ad Att. I. 20. Multa de consulatu suo dicturum fuisse denuo Ciceronem in Latina, quam moliebatur, historia, cognoscimus ex primo de leg. cap. III.

*Is enim fueram, cui cum liceret — non dabitaverim*] Paulorarior est haec constructio, pro *qui, cum ei v. mihi liceret* etc. *Mr.*

*propter variam suavitatem*] Nonnemo, credo, expectaverit *variorum*, ut ad *studiorum* referatur. Sed ut a corrigendo absterneam, facit tum minus gratus auribus sonus, tum vero ipsius Ciceronis locus de Fin. II, 3. 10. ubi est: *Varietas — Latinum verbum est, idque proprie quidem indisparibus coloribus dicitur: sed transfertur in multa disparia: varium poema, varia oratio, varii mores, varia fortuna. Voluptas etiam varia dici solet, quum percipitur e multis dissimilibus rebus, dissimiliter efficientibus voluptates.* (Ubi cf. Goerenz. p. 125. 126.) Et eodem certe jure, similique sensu *suavitatem* h. l. *variā* dici posse, quis negaverit? Ceterum *varius* Graeca vox est a *βαλιός*. *Mr.*

(3) Confer Cic. ad fam. xv. 4. post. med.

fortunae conditionem subire, non dubitaverim me gravissimis tempestatibus \*) || ac paene (a) fulminibus (b) ipsis obvium ferre conservando- P. 49.

(a) Cod. *paenae*. (b) [Corr. *fulminibus*; sic enim emendatus est codex 2. manu (a 1. est *fluminibus*). Favet tamen priori lectioni vulgare proverbium; tum etiam sacri Ecclesiastici III, 32. locutio, *nec coneris contra ictum fluvii*. A. M. in Emm.]

*conditionem*] Ita scripsimus etymologiam secuti, quam comode monstrat Seneca Consolat. ad Helviam c. V. *Bona conditione conditi sumus*. A. Majus ex Cod. scripsit *condicionem*, quod factum probat Lehn., sine dubio, quia haec est multorum librorum veterum et inscriptionum scriptio. Sed ex his discimus, quodam tempore eam scribendi rationem in usu fuisse, neque vero eam probam esse. Accedit, quod inscriptiones etiam *conditio* scriptum exhibent. Vide modo Cellar. Orthogr. p. 213. ed. Harles., qui perperam laudat, quem supra adscripsimus, Senecae locum. Add. Grotend. l. c. §. 139. *Mr.*

*non dubitaverim*] Ante haec verba excidisse videtur *qui*. *Cr.* — Mihi quidem non excidisse videtur *qui*, sed ex superioribus *cui cum liceret* subaudiendum, quasi dictum sit: *qui, cum mihi liceret* etc. *Mr.*

\*) Confer Cic. pro Sextio XX. *ac paene fulminibus*] Ita primo statim obtutu legendum censueram, neque me poenituit ejus suspicionis postquam A. Maji notulam in Additam. legi, qui favere dicit lectioni *fluminibus* vulgare proverbium et sacri Ecclesiastici (4, 32.) locutionem. Egregie vero a viro doctissimo in subsidium vocatur versio Bibliorum vulgata, ubi haec est elegans latinitas: *Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluvii*. Neque melius fulcit il-

lam lectionem tritissimum istud proverbium *adverso flumine natantem v. contra torrentem nili* (de quo v. Erasmi et all. Adagia p. 529.), cum nihil fere illa habeat, quo se commendet. Nam primum voce *paene* gradationem significat, quasi dicat: obvium se ferre tempestatibus difficile est, neque cujusvis; sed fulminibus etiam sese opponere, majus. Tum vero vox *ipsis* certissimam facit nostram lectionem: significat enim i. q. ac paene fulminibus tempestatum v. fulminibus, a quibus vel ii sibi cavere solent, qui tempestatibus se obvius ferunt. Laudare etiam, si res posceret, possemus Cic. Philipp. V. 6. 15. p. 115. sq. ed. Wernsd. *En causam, cur lex tam egregia, tamque praeclara, maximo imbri, tempestate, — inter fulmina et tonitrua ferretur*. Ubi de vera quidem tempestate loquitur, et ad augendam rem *fulmina* addit, tempestatum comites. De se ipso autem loquens dicit Tuscul. II. 27. 66. *Non modo stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunae contemnamus*. Schützius cum rell. recepit *fulminibus*, additque: Equidem si Cicero metaphoram sumsisset a tempestate maritima, pro *fluminibus* mallet *fluctibus*. Sed si ad procellam ac tonitrua in itinere terrestri respexit, utique praestat *fulminibus*. — Et praefert *fluctibus* Censor Lips. l. c. a. 7. cum a pr. m. fuerit *fluminibus*. Poterat laudare in suam rem duo insignia Ciceronis loca,

rum civium causa, meisque propriis periculis parere commune reliquis otium<sup>(1)</sup>. Neque enim hac nos patria lege genuit aut educavit, ut nulla quasi alimenta exspectaret a nobis, ac P. 16. tantummodo nostris ipsa commodis serviens tutum perflugium otio nostro suppeditaret et

quae admodum favent conjecturae Schützi. Prior est pro Milon. II. 5. *Equidem ceteras tempestates et procellas, in illis duntaxat fluctibus concionum, semper putavi Miloni esse subeundas*. Posterior pro Planc. IV. 11. *Nostrum est autem, qui in hac tempestate populi jactamur ac fluctibus, ferre modice populi voluntates*. Mr. — Cf. Annall. litterarr. Heidelbb. ubi item fulminibus conieceram. At Villem. nil monito lectore vertit: *Et n'était-ce pas volontairement que j'avais couru au-devant des plus terribles tempêtes et des fleuves débordés*. In libr. de Legg. I, 7. p. 53. ed. Mos. et nostr. Cod. Monac. vice versa dat fulminum pro fluminum. Cr. — Beierus in libro qui inscribitur *Archiv für Philol. und Pädag.* I, 3. p. 509. fluctibus praefert, cum in versione hujus prooemii germanica scripserit: *Stürmen und fast Wogen*. Mr.

*meisque propriis*] *Κλίμαξ* est; neque glossa existimanda vox *propriis*. Opponitur voci *commune*, ut *meis* voci reliquis. Ita Caesar de B. C. III. 30. *calamitatem aut propriam suam aut temporis queri*: ubi Oudendorp., quamquam abest ea vox ab uno Cod., merito non motus est, ut eam tolleret. Mr.

(1) Hinc Capito apud Senecam controv. III. 17: *Romulus horum moenium conditor, et sacratus caelo parens, non tantam urbem fecit, quantam Ci-*

*cero servavit*. Confer Cic. in Cat. III. 1. Ceterum Sallustius apud Quintil. IX. 3. post med. Ciceronem amara ironia dicit *Romulum Arpinatem*. Sed amanter Plinius VII, 50: *salve primus omnium parens patriae appellate*. Tum Iuvenalis VIII, 244: *Roma patrem patriae Ciceronem libera dixit*.

*nulla quasi alimenta exspectaret*] Adnotandus est singularis plane vocis *alimenta* usus in aliis scriptoribus nondum, quod sciam, repertus, in reliquis Ciceronis libris non obviis. Est enim i. q. Graecum τροφή, merces educationis, sive quod nutritionis causa rependitur; quod vocabulum Ulpianus in Pandect. lib. 50. Tit. XIII. leg. I, 14. voce *nutricia* reddit. Ibi enim ille: *Ad nutricia quoque officium praesidis vel praetoris devenit: namque nutrices ob alimoniam infantium apud praesides, quod sibi debetur, petunt*. Noster cum latinam linguam carere vidisset vocabulo, quod τροφή accurate exprimeret, addito quasi abusus verbi *alimenta* excusare studuit. [Hoc non sensisse videtur Beierus verrens: *keinen Pflgelohn gleichsam von uns erwarten*.] Ita etiam paullo superius (c. 3.) voce *pestes* pro *caedes* s. *interitus* usus est, cujus usus plane simile exemplum vix repertum iri credo; quamquam hoc non moveor, ut vel corruptum locum vel spurium existimem. Mr. — Colorom duxit Tullius a Platone de Rep.



tranquillum ad quietem locum; „sed ut plurimas et maximas nostri ani | mi, ingenii, con-  
„siliū partes (a) ipsa sibi ad utilitatem suam P. 89.  
„pigneraretur(1)“, tantumque nobis in nostrum

(a) Ita [partis] cod. pro partes. Id saepe fit, casu tamen accusativo. [Edd. Cic. ex Nonio prima. pro partes. Mr.]

VII, p. 519. sq. p. 336. Bekkeri, ubi hoc ipsum vocabulum τροφεια legitur. De hoc conf. Valckenarius ad Eurip. Phoeniss. v. 45. Similiter θρεπτήρια Graecis usitata. Est tamen, ubi significat nutrimentum, ut in Sophoclis Oedipo Coloneo v. 1263. ηθδύος θρεπτήρια, ubi cf. interpr. ; similiter atque vox τροφεια ibid. vs. 341. Ex hoc usu graecae vocis θρεπτήρια duplici videtur Ciceronis ille usus fluxisse. Tenendum insuper hoc, nutritium esse proprie idem quod nutritio. Vid. v. c. Senec. Consol. ad Helv. cap. 17. illius pio maternoque nutritio per longum tempus aeger convalui. Villem. vertit: pour n'avoir à esperer aucun retour de notre part. Cr. — Exstat vero super hac re prolusio B. Bendtsenii, bonae frugis plena, quae inscribitur Θρέπτρα Graecorum. Havniae MDCCCXII. 29. pp. ubi p. 5. laudatur locus Iliad. δ, 477. οὐδὲ τοκεῦσι θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε, quem imitando expressit Valer. Flacc. Argon. 6, 570. sq. nec reddita caro nutrimenta patri. Mr.

pigneraretur] Conf. Sueton. Claud. cap. 10. fin. Cicero Philipp. XIV, 12. Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet: ubi vid. Garaton. ed. Wernsd. p. 577. Nazarius in Panegyri. in Constantin. xxxv. 2. cum ex omnibus provinciis optimates viros curiae tuae pigneraveris: ubi Activum pro

Deponente, annotante Jaegero ad eum locum p. 97. T. II., qui nostrum etiam locum laudavit. Attingit eundem Gibbon. Hist. III. cap. I. p. 74. cujus tamen de ironia hujus loci suspicio vana est. Imitatus videtur Ciceronis scriptor anonymus Itinerarii Alexandri cap. XVI. p. 11. ed. pr. A. Maji (p. 29. ed. Crf.): Is (Alexander) igitur magnus usu sibi Peloponnesi vires viritum oppidatimque multa benivolentia pigneratus est. Cr.

(1) Haec esse a Platone monet Cicero de off. I, 7. §. 22. Locum citat e I. de rep. Nonius voc. pigneraretur. Eundem se legisse satis significat Nectarius doctus ethnicus apud Augustinum ep. xc. et ciii; immo id adfirmat Augustinus ep. xci ad eum scribens: intueri ipsos de rep. libros, unde illum affectum amantissimi civis ebibisti. Locum imitatur etiam Lucanus II. 382: patriaeque impendere vitam — Nec sibi sed toti genitum se credere mundo. De patriae caritate eximia est sententia apud Platonem reip. ix. p. 575, itemque apud Plut. in sen. sit ger. resp. t. ix. p. 166, Cretensium videlicet effatum, qui patriam μηρίδα και πατριδα appellabant, ut eam amore utriusque parenti debito colendam esse suaderent. Hinc Cicero off. I. 17: omnes omnium caritates patria una complexa est.

privatum usum, quantum ipsi superesse posset, remitteret (a).

V. Iam illa perfugia quae sumunt sibi ad P. 17. excusationem, quo facilius otio perfruantur, certe minime sunt audienda, cum ita dicunt, accedere

(a) Ita [*remitteret*] cod. consona haud duplicata, quam lectionem idcirco retinui, quia huiusmodi mihi aliae se in antiquis codd. obtulerunt: u. gr. in Ambrosiano Plautinae Vidulariae palimpsesto *narravisti* pro *narravisti*; et in Ciceronis fragmentis pro Tullio VI, et in Clodium I, 4. *aderet* pro *adderet*.

*remitteret*] Mira est causa, ob quam A. M. se scriptionem codicis *remitteret* retinuisse dicit, videlicet quia huiusmodi ipsi aliae lectiones se in antiquis Codd. obtulerint. Quod si etiam aliquando illa vox et aliae similes simplici litera pro duplicata exaratae fuerunt, quid inde sequitur? Certe non illud: contra constantem aliorum verborum scriptionem et analogiam esse aliquid inducendum, quod potius in vitiis librariorum ponendum est. Accedit, quod antiquitus, cum una litera esset duplicanda, simpliciter ea quidem poni, sed maioribus ductibus scribi solebat, ut ESE pro ESSE, quo factum est, ut, illa differentia literarum neglecta, saepius in ejusmodi vocabulis una litera periret. cf. Gasp. Schoppii de Arte Critica Comm. plag. H. fol. 2 et 6. (caret enim Ed., quae ad manum est, Norib. MDCCC. 8. paginarum numeris). *Mr.*

*Iam illa*] *Iam* in periodi principio transitioni inservire et idem fere esse, quod *tum*, *porro*, *praeterea* et notissimum est et monuerunt permulti: sed ideo tantum verbo rem attingimus quia Facciolatus in Lexico T. II. p. 458. ait, *jam primam* esse i. q. *primum* laudatque Terent. Adelph. III. 2. 40. Liv. I, 1. quocum facit Ernestus (*Lat. Syno-*

*nymik* T. II. p. 139.) laudato Sall. Catil. 15. *Iam primum Catilina adolescens multa infanda fecerat*. In his enim et innumeris aliis locis *jam* minime est supervacaneum, sed a praecedentibus ad sequentia quasi transitum munit. Cf., ut unum addam, nostrum infra I, 28. extr. *Mr.*

*perfugia quae sumunt sibi*] Delevimus cum Schütziio distinctionem minorem, quam post A. Majum servant reliqui Edd.; ut sit quasi dixerit Cic.: *Iam illa, quae sumunt sibi ad excusationem perfugia, — minime sunt audienda*. Cui haec minutiae esse videntur, ei respondeo, aegre ferre me Ciceronem dicentem *perfugia non esse audienda*, quale dictum ne in ferreae quidem aetatis scriptore facile inveneris. *Mr.*

*certe minime sunt audienda,*] *Certo* alicui fortasse magis arderet, quia persuasum habet noster, haec minime esse audienda, et alios non minus quam ipsum hac de re persuasos esse vult; quia ne minimum quidem dubium inesse debet, quin illa rejicienda sint. Eodem modo supra cap. I. in verbis: *certe licuit Tusculi se in otio delectare* magis placeret *certo*. Sed de discrimine utriusque vocis res nondum plane ad liquidum perducta est, cum in multis locis lectio dubia sit,

ad rem publicam plerumque homines nulla re bona dignos, cum quibus comparari sordidum, configere || autem, multitudine praesertim (a) in- P. 89.  
citata, miserum et periculosum sit (1). Quam ob rem neque sapientis esse accipere habenas (2),

(a) Cod. -presertim.

in aliis, ubi constans librorum est lectio, certe contra grammaticorum sanctiones pro certo accipiendum esse videatur, in aliis denique dubius haerere possis, utrum scriptor plenam certitudinem an dubitationem intelligi velit. In ejusmodi locis controversis est Cic. de Legg. I, 1. p. 6. sq. ed. nostr. et Cr. ubi v. annot. Herzog. in Comm. ad Caes. de B. G. VI. 31. p. 353. ad v. sed certe clam dimissis per agros nunciis, sibi quemque consulere jussit: probabiliter de discrimine verborum certe et certo disputans, monet etiam voce certum significari certitudinem, si ad totam sententiam et enunciationem referatur; certo autem referri non nisi ad unum praedicatum: certe item significare certitudinem, quam barbaram dicunt subjectivam et individualem. Quae si vera sunt, ut sunt, non erit, quod certe nostro loco mutatum velis in certo. Est enim ipsum illud, quod sibi persuasum habet, veram esse suam sententiam, neque vero audent dicere, fieri non posse ut cuiquam aliter res se habere videatur, illud ipsum, inquam, argumento est, certe Ciceronem scripsisse et scribere debuisset. Conf. Cic. Philipp. XII. 12. ante med. ubi Edd. fluctuant inter certe scio et certo scio; et recte Wernsdorf. p. 460. posterius dedit Philipp. III. 6. extr. p. 52. ubi Garaton. scriptioem certe scio praefert. Quid intersit inter certo scio et certe scio,

de eo v. disputantem Ernest. Lat. Synonym. T. I. p. 196. Mr. comparari sordidum, configere — miserum — sit.] Comparat Villem. h. l. verba Taciti ex Vita Agricolae, illumque inde colorem duxisse existimat: Procul a contentione adversus procuratores et vincere inglorium et atteri sordidum arbitrabatur. Locus est cap. IX. p. 608. ed. Oberlin. ubi vid. not. Ernesti. Mr.

(1) Symmachi consularis et Romanae urbi praefecti memorabilem sententiam legimus ep. x. 25: amabile est praeesse civibus, sed placere difficile.

(2) Controversiam, utrum sapienti sit gerenda respub., attingit etiam Aristoteles reip. VII. 2. Eandem prolixè versat, atque in sententiam Ciceronis concedit Themistius in oratione adversus eos, a quibus ob praefecturam susceptam vituperabatur. Ipse Cicero ad Att. II. 16. hac super re contrarias memorat Dicaearchi et Theophrasti opiniones, quorum ille τὸν πρακτικὸν βίον longe omnibus anteponebat, hic autem τὸν θεωρητικόν. Socraticorum Aristippi et Antisthenis, quorum prior fugiendam, alter administrandam sapienti aiebat esse remp., scribit Augustinus C. D. XVIII. 41. Ceteroqui apud Laërtium II, 5. 14. ipse Socrates otium rerum omnium pulcherrimam esse statuit. Peripateticis vitae degendae quietam rationem sapientiae dignissimam visam esse, quia

cum insanos atque indomitos impetus vulgi<sup>(a)</sup> p. 18. cohibere non possit, neque liberalis, cum impuris atque immanibus adversariis decertantem vel contumeliarum verbera subire, vel exspectare sapienti non ferendas injurias<sup>(1)</sup>: proinde quasi

(a) Ita [vulgi] cod. pro vulgi.

deorum vitae sit simillima (quare et Epicurus providentiam sustulit, ut Deum otiosum faceret) docet idem Cicero de fin. v. 4; qui tamen iv. 3. 3. et de divin. II. 1. et acad. iv. 36. ait multos Peripateticos de capessenda rep. scripsisse, eorumque praeceptis politicis claros viros instructos, magistratibus bene esse perfunctos. Tulliani hujus prooemii controversiam, ejusque confirmationes et ἐνδράσεις operae pretium erit cum Platonis sexto de rep. libro conferre, ad quem Cicero respexisse videtur. Legatur etiam Plutarchus de Stoicorum repugnantis.

*impetus — cohibere*] Ita dixit in Philipp. III, 2. 5. nisi unus adolescens illius furentis impetus crudelissimosque conatus cohibuisset. Mr.

*cum impuris — adversariis decertantem*] Omisit Steinackerus vocem cum nescio an non consulto. Neque enim credo, poeticam eum constructionem Cicero obtrudere voluisse, qualis est in trito Horatii loco I. Od. 3, 13. nec timuit praecipitem Africum decertantem Aquilonibus. Alibi autem Cicero semper dicit decertare cum aliquo vel contra aliquem; semel decertant inter se et decertare disceptando. Mr.

*contumeliarum verbera subire,*] Poëticam fere hanc locutionem esse, quisque videt; neque eo tantum, quod dixit moster verbera subire, ut est

apud Ovid. Amor. I, 13. 18. ut subeant tenerae verbera saeva manus; et apud Horat. Serm. I, 3. 120. sq. Nam ferula ut caedas meritum majora subire Verbera: nam Plinius quoque ita locutus est H. N. XX, 13. 49. p. 206. Hard. Ajunt verbera subituris potum ex vino duritiam quandam contra sensum inducere; sed quod composuit contumeliarum verbera. Facile igitur aliquis, cui in mentem venerit loci Cic. Philipp. XI, 12. quum verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacerasset, tum verberibus ac tormentis quaestionem habuit: facile, inquam, in animum inducat legendum esse contumelias verborum subire; praesertim cum Cicero eodem illo loco, ut semper alibi, voce verber proprio huic vocabulo utatur sensu. Sed nihil plane est mutandum. Nam primum Cicero non dicturus fuisset vel contumelias verborum subire, sed vel verborum contumelias subire; deinde idem dixit isto loco lacerare contumelias; denique aequae audaci metaphora dixit de Orat. II, 55. 222. in quo nulli aculei contumeliarum inerant. Mr.

(1) Utile erit, hac super re librum Senecae lectitare, quod in sapientem non cadit injuria s. de constantia sapientis.

*proinde quasi*] Plene distinguit Lehnerus ante haec verba, eum tamen in hac constructione, ubi

bonis et fortibus et magno animo praeditis | ulla <sup>P. 90.</sup>  
 sit ad rem publicam adeundi causa iustior, quam ne  
 pareant improbis, neve ab iisdem <sup>(<sup>a</sup>)</sup> lacerari <sup>(<sup>b</sup>)</sup>

(<sup>a</sup>) Ita [*isdem*] cod. pro *iisdem*. (<sup>b</sup>) Cod. *lacialari*, quod retinendum non iudicavi, quamquam codicis emendator nihil mutavit. Confer infra de rep. I. 14. Scaurus tamen p. 2252. probe observat, hasce consonas inter se mutuis vicibus fungi; cujus rei maximum argumentum esse ait, quod qui R exprimere non possunt, aut L dicunt aut S. Ita ait etiam Plutarchus qu. rom. t. VII. p. 122. (Sic apud Cic. ad fam. IX. 21. *Papirii* pro *Papirii*, et apud Liv. II. 31. *Vetusii* pro *Veturii*. Confer Quintil. inst. I, 4. Ita variaverunt etiam Etrusci. Lanz. L. E. t. I. p. 258.) Nec minus quod *capra* per diminutionem *capella* dicitur; et *frater fratellus*. Iam postremam hanc vocem vernacula Italorum lingua retinet, neque tamen *fratrem* abiecit: at *capram* contra retinet, diminutivo *capella* non gaudet.

*proinde quasi* continuat orationem et est i. q. *perinde ac si v. perinde quasi*, ad ea, quae prius sunt dicta, sint referenda iisque annexenda, ut v. c. Tuscul. I. 56. 86. *Metelli sperat sibi quisque fortunam: proinde* (ita Davis.; sed Wolf. cum Ern. dedit *perinde*) *quasi aut plures fortunati sint, quam infelices*. Alia res est, ubi *proinde* ponitur in orationis continuatione pro *igitur* cum quadam vi, ut Or. Catil. II, 5. 11. *Proinde aut exeant aut quiescant*. Ceterum non defuturos credo, qui nostro loco scriptum velint *perinde quasi*, Heindorfii videlicet praeceptum secuti, ad Cic. de N. D. II. 38. 96. momentis, *proinde* antiquitus non nisi pro *igitur* fuisse usurpatum cum exhortatione quadam. Sed vid. quae ad hanc rem disputavimus ad eundem Cicero nis locum ed. nostr. min. p. 137. add. Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 19. extr. et nos ad eund. loc. p. 310. sq. Hotting. ad Cic. Eclog. p. 7. ed. Ochs. Denique quod ad distinctionem vid. Goerenz. ad Cic. Acad. II, 34. 109. p. 198. sq. qui reprehendit Ernestum, quod verba *proinde quasi* a praece-

dentibus colo<sup>n</sup> distinjerit, quia sint cum cavillatione quadam rejicientis et responsionis loco ponantur: ipseque puncto minori distinxit. Quo ipso indicavit, ad praecedentia tamen annexi debere hanc responsionem, neque plene esse distinguendum: nam illud ipsum punctum minus, quid aliud volebat in Edd. seculi 16—18 quam quod nunc ponimus colon? Vid. Grotfend. de distinct. l. c. p. 190. §. 156. *Mr. ad rem publicam adeundi*] Ad argumentum et loci sententiam v. quae A. Majus supra posuit in monito de prima operis lacuna. p. LV. sq. *Mr.*

*neve ab iisdem*] Correxist Schützius nihil monens *neque ab iisdem*. Qua correctione non est opus. Nam aliud quid facit, qui *paret improbis* i. e. eorum voluntati obsequitur, aliud, qui *patitur* tantum *ab iis lacerari rem publicam*. Commodè igitur distinguendi particula usus est noster, neque conjungendi et continuandi. Ita apud nostrum saepissime *ne—neve* se excipiunt v. c. de Amic. XVIII. *primam ne quid fictam sit, neve simulatum*. Conf. Cort. ad Sallust.

rem publicam patiantur, cum ipsi auxilium ferre, si cupiant, non queant<sup>(1)</sup>.

VI. Illa autem exceptio cui probari tandem P. 19. potest, quod negant, sapientem suscepturum ullam rei publicae partem, extra quam si eum tempus et necessitas coëgerit? quasi vero major cuiquam necessitas accidere possit<sup>(a)</sup>, quam accidit nobis<sup>(b)</sup>; in qua quid facere potuis-

(a) Ita cod. 2. manu; at 1. *posset*. (b) Ita *nobis*, et mox *potuissem*; cujusmodi locutio haud infrequens in Tullio est. Legatur autem de or. I. 1. 2. ubi similes et dictiones et sententiae sunt.

Catil. 34, 2. p. 208. sq. Wyttenbach. ad Cic. de Legg. II, 8. 19. p. 203. ed. nostr. et Cr. Mr.

*auxilium ferre, si cupiant, non queant.*] Ita bene distinxerunt Heinr. et Steinack. Reliqui cum A. Majo post *ferre* distinctionem omittunt. Ceterum de usu praesentis temporis, ubi vulgo minus recte in tali constructione usurpant imperfectum Conj. vid. Wyttenbach. ad Cic. de N. D. II. 13. p. 745. ed. Cr. et nostr. maj. eund. ib. p. 758. et 777. Ita mox cap. seq. *quasi vero — accidere possit*; et nostro loco paulo superius: *proinde quasi — sit.* Mr.

(1) Bona est in primis et Platonica (reip. I. p. 347.) capessendae reip. causa haec, qua neglecta homines egregii haud raro habenas deterioribus permiserunt cum publico incommodo. Quare et Augustinus C. D. iv. 15. ait: *pejus esset, ut injuriis justioribus dominarentur.* Tum v. 19: *illi, qui vera pietate praediti bene vivunt, si habent scientiam regendi populos, nihil est felicius rebus humanis, quam si Deo miserante habeant potestatem.* Cicero de off. I. 21: *uis, qui habent a na-*

*tura adjuncta rerum gerendarum, abjecta omniconcuntatione, adipiscendi magistratus et gerenda res publica est.* Confer Cassiodorium var. II. 2. Cato minor, ut improborum potentiae resisteret, tribunatum affectavit. Plut. in eo cap. xx.

*extra quam*] Hanc exceptionis formulam non nisi ter, semper voce *exceptionis* praecedente, a Cicerone usurpatam esse reperio: videlicet de Invent. I, 33. 56. *et addat exceptionem hanc: extra quam si quis rei publicae causa exercitum non tradiderit*: de Invent. II, 20. 59. *postulat — a praetore exceptionem, extra quam in reum capitis praejudicium fiat*: et ad Att. VI, 1. *habeo exceptionem — extra quam si ita negotium gestum esset, ut eo stari non oporteat, ex fide bona.* Conf. Drakenborch. ad Liv. XXXVI, 54. p. 382. ed. Stuttg. ibiq. laud. Brisson. 5. de Formul. 404. Ex illa igitur formula judiciali noster quoque locus explicandus erit, ut sit *extra quam* i. q. *praeter quam.* Mr.

*quasi vero*] Plane eodem modo, quo paulo superius *proinde quasi* conjunguntur haec

sem, || nisi tum consul fuisset (¹)? Consul au- P. 83.  
tem esse qui potui, nisi eum vitae cursum  
tenuissem a pueritia, per quem equestri loco  
natus pervenirem ad honorem amplissimum (²)?  
Non igitur potestas est ex (³) tempore, aut cum  
velis, opitulandi rei publicae, quamvis ea pre-  
matur (⁴) periculis, nisi eo loco sis, ut tibi id

(a) Ita cod. 1. manu; sed 2. haud scio an in. (b) Cod. 1.  
manu praematur; 2. inpremat, nempe ab inpremo.

cum antecedentibus, et ironice quasi respondent adversariis, videlicet Epicureis. Quare nolui cum Lehn. scribere *Quasi vero*, littera majuscula. Mr.

(1) Notissimum est, consulum concordibus optimationum plebisque suffragiis idcirco potissimum Ciceroni homini novo fuisse mandatum, quia feruente Castilinae coniuratione, necesse erat virum egregium in reip. specula collocare. Lege Sallustium Cat. xxiii, Plutarchum in Cic. xi. xii. Verum tamen Augustinus contra acad. III. 35. sic Ciceronem alloquitur: *si ex alieno probabili vivimus, nec tu debuisti administrare remp., quia Epicuro visum est non esse faciendum.*

*Consul autem esse qui potui* | Ne quis cogitet de emendando, ut videlicet Ciceronem recentiorum hominum more scripsisse existimet *potuissem*. De illa constructione optimo cuique scriptori in simili sententia usitata nuper disputavit G. Stallbaum. ad Ruddimanii Institt. Gramm. Lat. II. p. 378. sq. qui *indicativum* in ejusmodi structura *veritatem subjectivam* indicare ait, itemque *indicativum* verborum *posse, debere, oportere, satius, melius, aequius esse* itemque gerundivorum in — *das* cum esse conjunctorum simili modo explicandum videri. Quae verba (in

fine addit St.) cur ita poni soleant, ut subjectivae veritatis ubique fiat significatio, altioris est indaginis, quam ut hoc loco explicari possit. Et indagavit nunc acute et accurate A. G. Gerhardtus in Progr. quod nuperrime scripsit de Latiorum indicativo et Germanorum conjunctivo in usu verborum *debere, melius, aequius esse*, aliorum hujus generis (Commentatt. Grammat. Particul. III.) 4. Vimariae 1824. pp. 16. Obiter rem attigerunt Kreuz. ad Cic. de N. D. III. 31. p. 659. et Geer. ad Cic. de Legg. I, 21. 55. ibiq. laudat. Mr.

(2) *Amplissimus* sollemne est epitheton consulatus, idque frequens est apud Froatoneum et in iure.

*ex tempore*] Ita recte edidit A. Majus, ut patet ex subsequentibus. Nam quod ab altera manu scriptum videtur *in tempore*, esset *ἐν καιρῷ, τὴναικῶς*, opportune; sed vult *ἐκ τοῦ παρὰκαιῶς, ἐκ τοῦ παρὰχροῦμα*. Ita noster de Orat. III. 50. 194. *versus hexametros-fundere ex tempore*. cf. Or. pro Arch. poet. c. 8. Mr.

*premat*] Non videtur displicere A. Majo correctoris ineptum illud *inpremat*, quod corrigendum fuisset etiam sine proba prioris manus scriptione. Illud, credo, ne infimae quidem acta-

facere liceat. Maximeque hoc in hominum docto- P. 20.  
 rum oratione mihi mirum videri solet, quod, qui  
 P. 84. tranquillo | mari gubernare se negent posse,  
 quod nec didicerint, nec umquam scire curave-  
 rint, iidem ad gubernacula se accessuros pro-  
 fiteantur excitatis maximis fluctibus (1). Isti  
 enim palam dicere, atque in eo multum etiam  
 gloriari solent, se de rationibus rerum publi-

tis scriptor commiserit, ut scri-  
 bat *imprimitur res publica*  
*periculis*, ut dici potest *inscri-*  
*bere statim literis*. Mr.

*in hominum doctorum oratio-*  
*ne*] i. e. in philosophorum de  
 re publica disputationibus. Hoc  
 sensu dicit noster *homines doctos*  
 et alibi et de Legg. I, 10. 28.  
 p. 75. sq. ed. nostr. et Cr. ubi  
 v. annot. nostr., ubi pro *oratio-*  
*ne* est *disputatio*. Sed *oratio*  
 eodem sensu ter scribitur supra  
 cap. II. Mr.

*tranquillo mari — excitatis*  
*fluctibus*] Ita noster in princi-  
 pio libri, eadem metaphora usus,  
 de Catone dixit: *in his undis et*  
*tempestatibus — maluit jactari;*  
 et de se ipso c. 4. *non dubita-*  
*verim me gravissimis tempesta-*  
*tibus ac paene fulminibus ipsis*  
*obvium ferre:* qui locus prop-  
 rius ad nostrum accederet si  
 legeremus cum Censore Lips.  
*fluctibus*. Quod cur non pla-  
 ceat, dixi ad eum locum. *Fluctus*  
*excitare* noster etiam dixit in  
 proverbiali locutione *fluctus in*  
*simpulo excitare* de Legg. III.  
 16. 36. p. 449. sq. ed. nostr. et  
 Cr. q. v. coll. p. 755. Omisit  
 Beierus in versione haec omnia:  
*quod nec didicerint, nec unquam*  
*scire curaverint*. Mr.

(1) Hac super re suo more  
 divine disserit, et cum Cicerone  
 consentit, conficta etiam navis  
 imagine, Plato reip. vi. p. 487—

489, qui rebus publicis omnino  
 praeesse vult doctos philosophos,  
 nos homines aliis forte dotibus  
 praeditos, sed ingenio et doctrina  
 carentes. Praeclare et Proclus,  
 quem nos luce aliquando imper-  
 tiemur, ad Platonis reip. librum  
 x: *καυδείας λυθείσης ἢ συμφωνίας*  
*λύεται· καὶ ταύτης λυθείσης τῆς*  
*πολιτείας γίγνεται λύσις· ἐκ τούτων*  
*ἄρα δῆλον, ὅτι ταῖς οὐκ εὐφροσίν*  
*ἀρχεσθαι μᾶλλον ἢ ἀρχεῖν εὐτυ-*  
*χεστέρον· ὅπως μὴ καὶ ἑαυτοῖς*  
*τοῦ μὴ ἐπιδοῦναι καὶ ἄλλοις τοῦ*  
*κακὸν θῆναι γένωνται πατέρες.*  
 lam et stultam eam opinionem,  
 quod homini politiae ignaro gu-  
 bernare liceat remp., peracute  
 refellit Socrates apud Xeno-  
 phontem memorab. iv. 2. Cicero  
 tamen pro Plancio xv. more  
 vel academico vel oratorio: *vir-*  
*tus, inquit, probitas, integritas*  
*in candidato, non linguae volu-*  
*bilis, non ars, non scientia*  
*requiri solet. Quotus enim quis-*  
*que disertus? quotus quisque*  
*juris peritus est?* Non tamen  
 agit hoc loco orator de summo  
 magistratu reip., sed de iefimo,  
 id est de aedili Plancio. Alioqui  
 non solum sibi ipsi sed com-  
 muni adversaretur sensui Cicero.

*in eo multum — gloriari so-*  
*lent*] Similiter locutus est et  
 alibi, et Tusc. I, 21. 48. *Non*  
*pudet philosophum in eo glo-*  
*riari?* Aliae hujus verbi con-  
 structiones sunt notiores. Mr.



carum aut constituendarum aut tuendarum nihil nec didicisse umquam, nec docere; earumque rerum scientiam non doctis hominibus || ac sapien- P. 85.  
tibus, sed in illo genere exercitatis concedendam putant (¹). Quare qui convenit polliceri operam suam rei publicae tum denique, si necessitate cogantur, cum, quod est multo proclivius, nulla necessitate premente rem publicam regere nesciant (²)? Equidem, ut verum esset sua voluntate sapientem descendere ad rationes

(1) Commodum erit Cicero- nis locum conferre de or. III. 33, ubi summos homines sapientissimosque memorat qui romanae reip. praefuerunt. Sublimis item est sententia Porphyrii ad Marcellam cap. xvi: *μόνος ἱερῆς ὁ σοφός, μόνος Θεοφιλῆς, μόνος εἰδῶς εὐξασθαι.*

*Quare qui convenit*] *Quare* sic saepe in principiis locum habet, summam sententiae praecedentis colligens, ut Graecum *διότι, διὰ τοῦτο*. Multos ex aliis libris in hanc rem conguessit Facciolatus in Lexico, quibus ex nostris addi possunt I. 32. sub fin. *Quare cum lex sit civilis societatis vinculum* etc. I. 26. med. *Quare cum penes unum est omnium summa rerum*, I. 24. *Quare quoniam de re publica loquimur*: et hic locus praeceteris videtur notandus, quod *quare* et *quoniam* in eo conjuncta sunt, quorum illud ad praecedentia, hoc ad sequentia verba trahendum. Itidem in initiis usurpatur *quapropter* et *quam ob rem*, de quo usu monuit Goerenz. ad Cic. de Legg. I, 21. fin. p. 92. et III. 15. extr. p. 264. De minus noto vocis *quoniam* usu loquitur Wytenbach. ad Cic. de N. D. III. 16. p. 783. ed. nostr. et Cr. Mr.

*regere nesciant?*] Monente

Cens. Lips. l. c. p. 48. huc reposuimus interrogandi signum, quod minus bene posuerat A. Majus post *cogantur*. Mr.

(2) Cum Ciceronis sententia conspirat ad amussim Damascius apud Photium cod. ccxlii. p. 1073, qui locus emendatior cumlaturque apud Suidam voc. *Οὐλπιανός* ita se habet: *οἱ ἐν γωνίᾳ καθήμενοι λόγοι καὶ φιλοσοφοῦντες πολλὰ μάλα σεμνῶς περὶ δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης, ἐκβαίνουσιν ἐπὶ τὰς πράξεις ἀναγκαζόμενοι, ἀσχημονοῦσιν ὡς ἀπασ λόγος, ἀν' ἀπὴ τὰ ἔργα, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν.*

*ut verum esset*] Rarior hic usus est et observandus; cujus tamen non desunt exempla apud nostrum: v. c. de Nat. Deorr. II. 35. ubi v. nostras notas p. 342. ed. maj. p. 129. sq. ed. min. de Divin. I, 6. II, 14. ubi vid. Hotting. Tusc. I, 39. in primis vero de Legg. I, 14. 40. ib. nostr. annot. p. 98. cf. etiam Ern. in Cl. Cic. et Gronov. Observatt. III. 6. Sensus est: *Finge hoc esse verum v. etiamsi verum esset*. Tenendum etiam Imperfecto Conj. uti nostrum ad declarandum, hanc non suam esse sententiam eamque a se non probari. Cujus usus cum sint exempla innumera, nullum adscribere lubet. Mr.

*descendere ad rationes civita-*

civitatis non solere<sup>(1)</sup>, sin autem temporibus  
 P. 86. cogereetur | tum id<sup>(a)</sup> munus denique non re-  
 cusare; tamen arbitraret hanc rerum civilium  
 minime negligendam scientiam sapienti propte-  
 rea, quod omnia essent ei praeparanda, quibus  
 nesciret an aliquando uti necesse esset<sup>(2)</sup>.

VII. Haec plurimis a me verbis dicta sunt

(a) Ita [it] cod. pro id.

tis] Offendit primo aspectu vox *rationes*, facileque inducatur aliquis, considerans verbum *descendere*, quod proprie conjungitur cum vocibus in *certamen* (Tusc. II. 26, 62.), in *dimicationem* (ad Herenn. IV. 42. 54.); inducatur, inquam, ut conjiciat *factiones*. Sed adversante re ipsa id faceret, quod patet ex antecedentibus iisque, quae statim subsequuntur. Probam autem esse locutionem *descendere ad rationes civitatis* vides ex locis, qualia sunt haec: pro Rosc. Amer. 51, 149. *Fori iudiciiue rationem Messalla suscepit*. Plin. Epist. X. 40. *descendas oportet ad meas curas*. Cic. de Orat. I, 59. 252. *ad juris civilis perdiscendi occupationem descendere*: et infra de Rep. I, 8. *rationes rerum civilium*. Mr.

*non solere*,] Proclive est corrigere *debere pro solere*, quia significatur placitum s. decretum vel praeceptum scholae v. sectae philosophicae, cui adversatur Cicero probans *debere* unumquemque, et sapientissimum quemque maxime, patriae quasi *alimenta* (*τροφεία*) persolvere, ideoque ad rem publicam accedere. Sed optime se habet illud *solere*. Philosophi enim in scholis, sapientis omnibus numeris absoluti quasi imaginem effingentes et describentes, huic non praecepta dabant, quae sequeretur: praeceptis enim cui opus esset, is nondum in sa-

pienibus ponebatur: sed tali viro ad imitationem proposito exponebant, quomodo in quocunque vitae statu se esset gesturus; igitur quid facere *soleret* explicabant, ut haberent sapientiae studiosi, quod sequerentur. Hoc Graeci exponebant Futuro tempore utentes v. c. *μη δοξάζειν τὸν σοφόν*: non *opinaturum* sapientem; *οὐδ' ἐν ἐρήμῳ βιώσειαι ὁ σπουδαῖος*: neque in solitudine *vivet* sapiens. Eodem modo Latini utebantur Futuro, ut capitis nostri initio p. 19. *sapientem suscepturum ullam rei publicae partem*: vel verbo *solere*, ut nostro loco. Mr.

(1) Symmach. ep. x. 22. sqq.; qui et ep. 37. vult eligi invitos ad magistratum; aut nihil desiderantes III. 81.

(2) Nimirum etiam Plutarchus inter reip. gerendae praecepta t. ix. p. 189. hoc ponit, ut ne in remp. subito et temere, tamquam in puteum, ruamus, sed ad eam parati pedetemptimque accedamus. Confer Cassiod. var. I, 4.

*Haec plurimis a me verbis dicta sunt*] Offendit superlativus *plurimis*. Neque in subsidium vocari possunt loca, qualis est de Orat. I, 35. 150. *Caput autem est quam plurimum scribere*. Primum enim additur *quam*; deinde est praeceptum, quo, qui orationis facultatem comparare sibi velit, *quam plurimum* scribere jubetur: neque aliter res se habet

ob eam causam, quod his libris erat instituta et suscepta mihi de re publica disputatio<sup>(1)</sup>; P. 22. quae ne frustra haberetur, dubitationem ad rem publicam adeun||di in primis debui tollere. P. 79. Ac tamen si qui sunt, qui philosophorum auctoritate moveantur, dent operam parumper

in alio praecepto de Invent. I, 18. 25. *Exordium sententiarum et gravitatis debet plurimum habere — splendoris minimum.* Sed solet noster tali in locutione, ut optimi plerique, uti comparativo, quem rei accommodatiorem esse quilibet, opinor, mecum sentit. Superlativum si posuisset, significaret, satis se scripsisse, neque esse, cur quisquam plura desideret; comparativo significat id, quod vult; videlicet, ne quis credat justo longius esse prooemium; quia consilio suo breviori exordio satisfacere non potuerit. Malim igitur: *haec pluribus a me verbis dicta sunt.* Ita noster pro Cluent. 41. 115. *quoniam apud homines peritissimos dico, pluribus verbis docere non debeo.* Phaedr. III. 10. 59. sq. *Haec executus sum propterea pluribus, Brevitate nimia quoniam quosdam offendimus.* Corn. Nep. Att. 21. 5. *nihil necesse est pluribus verbis commemorare.* Ex quibus Phaedri locus maxime facit ad nostrum propositum. Mr.

*erat instituta*] Videtur res flagitare est, cum de libro ipso loquatur, quem in manibus habet, neque de alio jamjam absoluto. Sed videtur tantum. Est enim comparanda haec locutio cum simili usu in epistolis, in quibus, quod in scribendo faciebant, praeterito tempore efferebant, quippe quod praeteriisset, cum is, ad quem scriberent, lecturus esset epistolam. Ita noster de proposito h. l. loquitur et consilio jam prius suscepto. Mr.

*disputatio*] i. e. expositio v. commentatio theoretica. Quod vero nos *disputationem* dicimus Ciceroni est *disceptatio.* Cr.

(1) Notemus verum operis titulum, qui quidem in Vaticani palimpsesti membranis passim elucet, et ab ipso Cicerone aliis in scriptis nec non a multis auctoribus confirmatur: quamquam id opus diversis quoque aliquoties nominibus appellatum fuit, ut collecta a nobis testimonia auctorum demonstrant.

*dubitationem ad rem publicam adeundi*] Elegans est brevilocutione pro: dubitationem s. quaestionem, utrum ad rem publicam sit adeundum. Similis est in Or. pro Caecin. 4. 9. *sive juris dubitatio* (i. e. dubitatio penes quem sit jus) *tardiores* (vos) *fecit adhuc ad judicandum.* Mr.

*Ac tamen*] Ita solet noster dicere pro *sed tamen* in tali nexu. Quare ne quis legi velit *attamen*, conferat Cic. de Fin. II. 27. 85. *ac tamen, ne cui loco non videatur esse responsum, pauca etiam nunc dicam ad reliquam orationem tuam:* ibique legat egregiam Goerenzii notam p. 250. sq. Mr.

*parumper*] Tenendum discrimen inter *parum* et *parumper*. Illud significat *non satis*, hoc *aliquantum*, vel *certe quantum satis est.* — Haec dicit reputans plerosque tum temporis Romanos Epicureos esse; in his Atticum etiam, qui eam ipsam ob causam rem publicam nunquam attigit: hisque cum verbis leviter videtur tangere. Cr.

atque<sup>(a)</sup> audiant eos, quorum summa est auctoritas apud<sup>(b)</sup> doctissimos homines et gloria: quos ego existimo, etiam si qui<sup>(c)</sup> ipsi rem publicam non gesserint, tamen, quoniam de re publica multa quaesierint et scripserint, functos esse aliquo rei publicae munere<sup>(1)</sup>. Eos p. 80. vero septem, quos Graeci sapientes nominaverunt, omnes paene video in media re publica esse versatos<sup>(2)</sup>. Neque enim est ulla res, in qua propius<sup>(d)</sup> ad deorum numen virtus p. 23. accedat humana, quam civitates aut condere novas,<sup>(3)</sup> aut conservare jam conditas<sup>(4)</sup>.

(a) Ita cod. modo *adque* modo *atque*. (b) Ita cod. variat *aput* vel *apud*. Sed prior scriptura frequentior in antiquis codd.

(c) A. M. in Emm. corrigi volt *siqui*. Praeter necessitatem. Mr. (d) Cod. *proprius*; sed altera *r* videtur expuncta.

[*aliquo rei publicae munere*] Villem. existimat hunc locum observatum esse Senecae, cum tertium libri de Tranquillitate animi caput scriberet: quem sane cum nostro comparare loco operae pretium est. Ad constructionem memorabilis est huic similis, et tamen valde diversus, locus in Verr. Act. II. L. III. 86. 199. *quid — ipsum — muneris in re publica* (Victor. *rem publicam*) *fungi ac sustinere velit*. Noster infra cap. 17. *muneris fungendi gratia*. Mr.

(1) Puta Platonem, Aristotelem, Xenocratem, Chrysippum, aliosque multos politicae scriptores, qui nullum fere publicum munus gesserunt. Plato noluit attingere remp., quia videbat se contra civium suorum vitia frustra pugnaturum, uti observat Cicero ad fam. I. 9. Sic demum ipse Cicero ad Varronem (ad fam. ix. 2.) scribens, postquam dixit se et scribere et legere *politeiaca*, addit: *et si minus in curia atque in foro, at in litteris et libris, ut doctissimi veteres*

*fecerunt, iuvare remp. et demoribus ac legibus quaerere*. Sic fere loquitur Cicero etiam de divin. II, 2. aliisque in locis. Cum Cicerone tantopere conspirat Seneca de tranquill. cap. III, ut hoc politicum prooemium prae oculis habuisse videatur.

(2) Hos omnes, praeter Milesium Thaletem, civitatibus suis praefuisse dicit Cicero de or. III. 34. E septem unum Solonem leges scripsisse observant idem Cicero ep. ad Brut. xv, et Augustinus C. D. xviii. 25. De his sapientibus deque multorum philosophorum magistratibus gestis legatur Themistii oratio de praefectura suscepta.

*Neque enim est ulla res etc.*] Non in septimo tantum libri primi de Legibus capite noster in eandem sententiam disputat, sed etiam in sequentibus 8—10. Cr.

(3) Quin adeo divino nutu constitutam esse inter homines societatem censebat Cicero de off. III. 6; idemque summa jura societatis ejusdem a Deo repetebat de leg. I. 7.

(4) Cicero pro Lig. xii: *ho-*

VIII. Quibus de rebus, quoniam nobis contigit, ut iidem (<sup>a</sup>) et in gerenda re publica aliquid essemus memoria dignum consecuti, et in explicandis rationibus rerum civilium quandam facultatem non modo usu, sed etiam studio discendi (<sup>b</sup>) et docendi essemus adepti (<sup>c</sup>); cum

(a) Ita [*idem*] cod. pro *iidem*. (b) Cod. *discedendi*. (c) Ita cod. [*auctores*]. Atque haud scio utrum aliquod in hac periodo vocabulum aut membrum desideretur; an potius illud *quoniam* praetermittendum sit. Id si forte verum esset, perfecta pausa ante illud *nec vero*, quod sequitur, facienda foret, id quod ego maxime velim. Ad loci sententiam quod attinet, consonat apte Augustinus C. D. III. 30, a quo Cicero perbene definitur *disertus artifex regendae rei publicae*.

*mines ad deos nulla re propius accedant, quam salutem hominibus dando.*

*quoniam nobis contigit* | De *quoniam* soni causa postposito vid. Goerenz. ad *Academ.* II. 9. 29. p. 58. *quam rationem quoniam susciperent.* Quod ad loci hujus manifestam corruptionem attinet, equidem suspicor delenda esse verba *quandam facultatem*, quae ut interpretamentum verborum antecedentium *aliquid* — *memoria dignum* et margine in textum videntur tractata. Praeterea post *rudes* lacunam suspicor hac sententia: *contuli me ad eam ipsam de re publica disputationem.* Ad verba *discendi* — *auctores* confero *Orator.* 3. *non solum intelligendi, sed etiam dicendi gravissimus auctor.* — *Discendi* autem dicit noster, quia veterum scriptis politicis legendis operam dederat. Verbo *superiores* intelligit *Romanos.* Cr.

*essemus adepti* | Ita scribendum esse conjeci ad *Cic. de Legg.* III. 7. 15. p. 407. antequam aliquam aliorum sententiam (ne A. Maji quidem adnotatione inspecta) vidiissem. Postea, operis tradito illo libro, oblitus emendationis, quam subito fuderam, hanc ad

eundem locum notam conscripsi: Haec [*essemus auctores*] corrupta esse nemo est quin videat; et vidit A. Majus, ut ex annotatione subjecta cognoscimus. Difficilius dixeris, quo modo locus sit persanandus. Quod A. Majus ei consultum credit ejecto *quoniam* et plena distinctione posita ante *nec vero*, id non satisfacit. Nam ut praeteream, familiarissimum esse Ciceroni hujus particulae post initium periodi inferendae usum (v. c. ad *Fam.* II. 4. *Quam ob rem, quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est* etc.): quid, quaeso, facies verbis *quandam facultatem*? an ea contra Ciceronis morem loquendi ad antecedens *consecuti* referes? quid sibi vult *auctores*, ita absolute absque Dativo positum? an *studio* Dativus est? an emendabis *studii*, ut oratio ambigua fiat? Quid autem proficitur, si ante *nec vero* plene distinxeris? Nempe illud, ne apodosi incipiat a *nec vero*, quod plerumque ponitur ab initio. Sed in apodosi quoque poni docet Goerenz. ad *Acad.* I, 11. 39. p. 62., qui ad eosdem libros II. 7. 19. p. 42. monuit, *nec vero* Ciceroni multo frequentius esse, quam

superiores alii<sup>(a)</sup> fuissent in disputationibus perpolit<sup>(b)</sup>, quorum res gestae nullae invenirentur, alii in gerendo probabiles<sup>(c)</sup>, in disserendo rudes<sup>(1)</sup>: nec vero nostra quaedam est insti-

(a) Ita [ali] cod. pro alii. (b) Coeptum in codice scribi expoliti; mox factum perpolit. (c) Cod. prima manu probabiles; mox factum probabiles.

neque vero. Ego igitur, ut meam qualemcunque de h. l. sententiam proferam, excidisse aliquid credo, idque hoc vel simili modo esse suppleendum, donec casu quodam fausto vera Ciceronis manus reperiat<sup>r</sup>: — *quam facultatem non modo usu assecuti, sed etiam studio discendi et docendi ejusdem rei aliis essemus auctores* etc. ita ut, cum remotius sit illud *quoniam*, paulo negligentius et quodammodo ἀναξολούθως apodosis incipiat a verbis *nec vero nostra* etc., quasi praecessisset: *nos utrumque conjunximus, ideoque nostro quodam jure de his rebus disputationem instituimus: quamquam nobis non nostra quaedam est instituenda* etc. Ad rem cf. Cic. de Legg. III. 6. extr. — Quorum quamquam nondum poenitet, simplicior tamen nobis prior ratio visa est, ideoque amplectenda, ut scriberemus *adepti* et post *rudes* nostrum ἀναξολούθως pergere statueremus. Verbo *adipiscendi* utitur Cicero simili modo de Legg. I. 22. 59. p. 143. ed. nostr. et Cr. *quanta instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamque sapientiam*. Ceterum cum in Cod. pro *discendi* sit *discedendi*, haud adversari si quis mallet *disserendi*. — Heinr. in contextu nihil mutavit, sed post *rudes* plene distinxit, asterisco, ut lacunae signo, apposito. Censor Jenensis (1823. 34.) non nisi vocem *auctores* in *assecuti* mutatam voluit, in quo ei obsecutus est Lehnerus, distinctione majore

post *rudes* posita. Steinackerus pro *auctores* reposuit *nacti*, quod cum antiquitus scriptum fuerit *nancti*, facile abire potuisse in *auctores* existimat, additque, anacoluthon excusari et usitata quaedam in hoc dialogi genere negligentia et quaedam modestiae speciem prae se ferenti silentio. Schützius denique primum *quoniam* genuinum esse censet, deinde verba *cum superiores* — in *disserendo rudes* perspicuitatis gratia parentheses signis includenda, tum apodosin excidisse ita fere explendam: *visum est nobis universam de re publica doctrinam explicare. Nec vero* etc. Denique pro *discendi* in praecedentibus coniecit *dicendi*; ut hoc pertineat ad orationes, ubi saepe Ciceroni de iis, quae rei publicae utilia essent, fuerit loquendum: *docendi* vero ad scripta philosophica, qualia erant de legibus, de re publica. *Mr.*

(1) Intelligent Cicero Romanos homines; Graecos enim permultos temp. factis simul et scriptis tractavisse ante Ciceronem exploratum est, de quibus legendus Aristoteles reip. II. 12. Iam vero utramque laudem, nempe et recte administratae reip. et excellentis doctrinae sibi vindicat tacite sed gloriosissime idem Cicero de leg. III. 6. 7., ubi quae de Demetrio Phalereo ipse praedicaverat, eadem sibi tribuenda curat ab Attico, qui cum Marco Quintoque in iis loquitur libris. Eadem jactat Cicero ad fam. vi. 6.

*nec vero nostra quaedam]*

P. 24. tuenda nova et a nobis inventa ratio, sed unius aetatis clarissimorum (¹) ac sapientissimorum nostrae civitatis virorum disputatio repetenda memoriâ | est (²), quae mihi tibi que quondam P. 55. adolescentulo (³) est a P. Rutilio Rufo, (⁴) Zmyr-

*Quaedam* — nova i. e. magna et excellens: cf. de Orat. II. 74. *excellentis cujusdam ingenii*; ad Att. VII. 16. Legg. I. 7. *praeclara quaedam condicione*. Nam quidam nonnunquam intendit, ut Graecorum *ris*, de quo vid. Ast. ad Platon. Rempubl. IV. 10. p. 491. sq. qui tamen hunc usum Latinorum ignorasse videtur. Cr. Ceterum quid de toto hoc loco senserit Villem., utrum sanum eum, an corruptum existimaverit, ex versione ejus non plane patet, quippe qui loci structuram plane immutaverit saeque linguae accommodaverit, et apodosin in media periodo abrupta incipiat. Attamen credo eum tale quid cogitasse, quod meae qualicumque emendationi consentaneum sit; (*adepti*) vertit enim: *et que nous avons acquis quelque facilité pour essorir les mouvemens et les ressorts de la politique*. Ad verba in gerendo probabiles, in disserendo rudes conferri potest versus Ovidii Trist. II. 424: *Ennius ingenio maximus, arte rudis*. Mr.

*ratio*] i. q. nunc dicunt systema vel theoriam; vel, ut veteres, *ars*. Cf. Orat. c. 74. Cr.

*sed unius*] Non possum ad stipulari viro cuidam docto, qui totam hujus capitis difficultatem esse sublatam censeat, si deleatur *sed* et apodosin incipiat ab *unius*: nam quae praecedunt verba *neq. vero nostra quaedam* etc. non possunt esse finis *ἡρώδωος* ab initio capitis incipientis: ut alias difficultates taceam. Mr.

*clarissimorum*] Wytenbach. ad Cic. de Legg. I. 5. p. 43. ed. Mos.

et nostr. „*Clarus* vir apud Romanos dicebatur, qui inclaruisset summis honoribus gerendis, i. e. qui praetura et consulatu functus esset.“ Cr. — *Structura memoriâ repetere disputationem* nostro consueta est ejusque exempla ubi vis obvia. Rarior ea est, quam posuit de Or. I, 2. 4. *Ac mihi repetenda est veteris — memoriâe — recordatio*. Rarior item pro Arch. poet. I, 1. *quoad longissime potest mens mea — pueritiae memoriâ recordari ultimam, inde usque repetens, hunc video* etc. *Repetere* autem simpliciter pro *recordari* nunquam dixit, ut Ovid. Trist. I, 3. 3. *Cum repeto noctem, qua tot mihi cara reliqui*. Mr.

(1) Nihil aliud hoc nomine designat, ut puto, Cicero, nisi *laudatissimos*. Ceterum vel sub primis Caesaribus *clarissimi* dicti sunt senatores, eorumque uxores ac filiae. Deinde vero dignitatis cujusdam nomen evasit. Haec constant e cod. Iust. XII. 19. 5; tum ex Lampridio Heliog. IV; Tertulliano ad Scap. IV; Augustino C. D. XXI. 8, ep. CLXXXII; Isidoro orig. IX. 4. 12. aliisque auctoribus.

(2) Sic fere exorditur Cicero etiam de or. I, 2. 6.

(3) Recole quae de persona, cui hoc opus *ἡρώδωος* attribuitur, disputavimus in praefatione.

*P. Rutilio Rufo*] De eo loquitur A. M. in prosopographia horum dialogorum ad calcem praefationis. Plura de eo vid. apud Ern. in Clav. Cic. s. v. Mr.

(4) In voc. *Rutilium* commode observat Festus, *Rutilium*

nae (a) cum simul essemus complures dies, exposita; in qua nihil fere, quod magno opere (b) ad rationes omnium rerum pertineret, praetermissum puto (1).

### VIII. Nam cum P. Africanus hic (c), Pauli

(a) Ita cod. prima manu; sed mox superposita fuit S pro Z. Attamen *Zuvēva* pro *Zuvēva* occurrit in inscriptione apud Gruterum cccxiv. 1, et in alia apud Muratorium MLXXXII. 1. Tum apud Donium cl. iv. 60. nomen Smyrnaeae mulieris scribitur cum Z ante Mnempe *Zueprouaqa*: quae ne errata fabrilia putemus (utor Tullii verbo ad Att. vi. 1.) patronus adest Martianus Capella lib. III. cap. de mutis, ubi diserte ait, Z praeponi M litterae, ut *Zmyrna*. Denique Sextus Emp. contra gramm. l. 9. nihil interesse ait *Smyrnane* scribatur an *Zmyrna*. Adde quod Graeci scribunt *Zaxavθav* quam urbem Romani dicunt *Sagantum*; quae videlicet a *Zacynthiis* condita fuit, teste Livio xxi. 7. et Hieronymo comm. ad Gal. prolog. lib. II. Ad scripturam *Zmyrna* quod attinet, adde nummos ejusdem urbis apud Eckhelium; tum et Luciani auctoritatem in vocalium judicio [v. Lucian. T. I. p. 94. Ed. Hemst. ib. Solanus et Hemst. Mr.] A. M. in Emm. (b) Cod. prima manu *magnopere*; mox factum *magno opere*, quae posterior scriptura sapit magis antiquitatem, et in palimpsesto Frontonis non semel occurrit. (c) Ita pro *ille*. Nempae et pro Ar-

*significare rufum, cujus coloris studiosae etiam antiquae mulieres cognomina Rutilias traxerant, ut indicat frequenter Afranius. Igitur Rutilius Rufus videtur quaedam tautologia. Confer etiam Probum de nom. imposit. Apud Servium aen. iv. 698 ait Cato de matronarum crinibus: flavo cinere unctitabant, ut rutilae essent. Ejus coloris sunt interdum crines matronales in Homeri Ambrosianis picturis. Iam de Rutilio, quem reapse Smyrnae loquentem audivit Cicero, recole dicta in praefatione.*

*Zmyrnae]* Vid. Eckhel Doctr. Num. Vet. II. p. 538. sq. Osann. Sylloge Inscr. I. p. 6. not. 19. Eadem scriptio hujus nominis in numo antiquo est, quem in meis servo. Cr. Nos, cum distinctio A. Maji inde a verbis *quae mihi* usque ad *exposita* esset nulla, post *Ruso* et *dies* cum Steinackero distinximus; Heinrichius

vero distinxit post *Ruso* et *essemus*. Schützius nihil monens omisit *dies* et distinxit post *complures*. Illud nescio an invidus: delendi enim illius vocabuli nullam plane videmus causam justam. Mr.

*magno opere]* Steinack. scripsit *magnopere*: sine dubio obsecutus Gernhardo, qui ad Cic. de Off. I. p. 4. ubi minorem vim habet, post negationem in primis, *magnopere* scribi vult, in majori vi contra *magno opere*. Mr.

*rationes omnium rerum]* Ita locutus est noster de Fato 5, 6. *cum sine fato ratio omnium rerum ad naturam fortunamve referatur.* Mr.

(1) Hinc apparet Ciceronem nihil praecipuum in hoc opere omisisse, quod ad politicam artem pertineret.

*Africanus hic]* Hic i. q. ille Vid. Bentl. ad Terent. Adolph.



filii, feriis Latinis <sup>(1)</sup>, Tuditano cons. et Aquilio <sup>(2)</sup>, constituisset in hortis esse <sup>(3)</sup>, familiarissimique ejus ad eum frequentes per eos dies

chia VII hunc pro illum scribit loquens de eodem Africano Tullius.

V. 8. 24. et nost. annot. ad Cic. de N. D. III. 7. p. 513. Cr.

feriis latinis] Videlicet exeunte hieme anni u. c. 625. a. C. n. 129. C. Sempronio Tuditano et M. Aquilio [abHeinr. scribitur Aquilio, apud C. Sigonium in Fastis Cons. p. 410—413. ed. Steph. dicitur Manius Aquilius] Coss. De feriis Latinis vid. quae congesta sunt ex scriptt. vet. apud Rosinum in Corp. Antiqq. Romm. cum not. Dempsteri cur. Schrevelio. (Amst. 1685. 4.) p. 296. sq. et a Hofmanno in Lex. Universali v. Latinae feriae Add. Alex. ab Alexandro Genial. Dier. IV. 7. Mr.

(1) Feriis latinis celebratur a Cicerone disputatio quoque de uatura deorum. Vide id opus I. 6. A. M. — Vid. ej. Praef. ad hos libros p. IX. et X. Cr.

(2) Tuditanus eloquentia et laude historica claruit. Cic. in Brut. xxv; Gell. vi. 4, XIII. 15, aliique auctores, [quos laudat Vossius de Historr. Latt. I. 7. p. 31. Mr.] Aquilius is est, qui bellum debellavit Aristonici, eumque in triumpho duxit. Vell. II. 4. Flor. II. 20. in hortis esse] Ita Graeci *ἄγροισι*. Cf. Cic. de Fin. V. 1. ad Qu. Fr. III. 1. Quod vero A. Majus laudat Cic. de N. D. II. 4. de ejus loci admodum incerta lectione vid. ed. nostr. et Mos. p. 224. sq. Cr.

(3) Scipionis horti extra urbis pomoerium memorantur a Cicerone N. D. II. 4, et de am. VII. Villa Scipionis ab eodem Cicer. Phil. II. 42; rus Tiburtinum v. 7; ad Lavernium ab eodem rursus Cicerone apud Macrobius Sat. II. 12. quo tamen loco legendum

esse Laurentum docet ipse Cicerone de or. II. 6. et Val. M. VIII. 8. 1. Horti quidem Romanorum suburbanii fere erant: itaque Ulpianus de litigioso decernit (digest. III. 3. 5.) praesentem haberi et qui in hortis est.

frequentes — ventituros] In Cod. est frequenter et ita est in Edd. quae adhuc comparuerunt omnibus. Sed quid, quaeso; hoc ad rem propositam, si frequenter veniunt familiares, aliis hoc alius illo tempore? Ita sane nihil in commune consulitur; interpellatur potius semper, quod instituit is, ad quem ventitant. Imo vero legendum frequentes; ita enim fieri poterat, quod factum est, videlicet ut de re gravioris momenti inter se colloquerentur; et ita re vera accidit. Venerunt enim ad Scipionem frequentes. Primum Tubero (c. 9.) deinde L. Furius Philus et P. Rutilius (c. 11.); tum Laelius (c. 12.), Sp. Mummius, C. Fannius, Q. Scaevola (ib.), denique M. Manlius (c. 12. extr.), quibus demum congregatis initium fit sermonis de re publica. At, ais, nihil magis convenit verbo frequentativo ventituros, quam adverbium frequenter. Speciosum hoc, verum non item. Nam primum cod. ipse a pr. m. habet ventituros, cui posterior superscripsit ti: deinde vero, si corrigenda fuit illa verbi forma Ciceroni non usitata, aequè proclive fuit corrigere venturos, quod fortasse Ciceronis est. Nam ventitabant, et frequenter quidem, alio quoque tempore; his feriis Latinis frequentes ad eum venie-

P. 273. ventitaturos (a) se esse dixissent; || Latinis ipsis (1) P. 26.

mane ad eum primus sororis filius venit, Q. Tubero (b) (2); quem cum comiter Scipio appellavisset (c) libenterque vidisset, Quid tu, inquit (d),

(a) Cod. prima manu *ventaturos*; mox superadditum *ti*. Porro si prima lectio retineatur, ea quidem non caret exemplis Varronis Festique. (b) Cod. *Tuero*, mox factum *Tubero*. Atqui paulo post omnino scribitur prima manu *Tubero*: librarius enim ne in suis quidem vitiis constans est, ut alia plurima codicis exempla docent. (c) Cod. *atpellavisset*; mox *p* pro *t* scripta fuit posteriore manu. Superius cap. II. scribitur prima manu *appellat*. (d) Ita [*inquit*] cod. pro *inquit*.

*bant*. Omnes vero eodem tempore venire propositum habuisse, vides ex fine capitis hujus et principio sequentis. *Mr.*

*ventitaturos*] Gr. *ποιῶν*. Cf. Cic. de Legg. I, 4. p. 31. et 540. ed. Mos. et nostr. *Cr.*

(1) Nempse primo feriarum die, id quod docet ratio dialogi in tres dies tributi. [Conf. cum hoc loco verba fragmenti ex libro sexto servati apud Macrob. in Somn. I, 4. *Tum Scipio, Patimini me [inquit] quoniam tertium diem jam feriatu sumus. Cr.*] Apud Livium XLIV. 19. 22. pridie kal. vel pridie idus Aprilis Latinis feriis est constituta dies. Dialogus tamen de repub. habitus est hierno tempore, ut mox dicitur.

*primus*] Pro *primo*: cf. in hanc rem Goerenz. ad Cic. de Fin. I. 13. p. 61. *Cr.*

*Q. Tubero*;] De eo vid. prosopograph. p. XLVI. Post hoc nomen Lehn. plene distinxit. Ad verba *appellavisset libenterque vidisset* ego in schedis haec adnotaveram: Equidem nolo nimius esse in dubitando et corrigendo. Sed explicet mihi, quaeeso, aliquis, primum quomodo Cicero istud *ὑστερον πρότερον* scribere potuerit, *appellavisset — vidisset?* quod sentiens Villem. verborum ordine inverso vertit: *charmé de la voir, et l'accueillant avec amitié.*

Deinde quid sibi velit Plusquamperfectum Coniunctivi (*vidisset*) in re, quae praeteriisse non poterat, cum loqui inciperet. Equidem tentabam *liberaliterque obviam isset*. — Sed mox abjecto hoc consilio brevilloquentiam esse existimavi, ut *libenterque vidisset* sit i. q. *libenterque se videre dixisset. Mr.* — Plato de Legg. p. 678. p. 282. Bekkeri: *Ἄρ' οὐκ ἄσμενοι μὲν ἑαυτοῦς ἑώρων*; Cato de re rustica cap. 4. p. 14. Schneideri: *Si te libenter civitas videbit. Cr.*

(2) De Tuberone et de aliis dialogi interlocutoribus lege dicta in praefatione. A. M. — Probus apud Gellium VII. 9. p. 397. sq. Gron. ejus verba servavit ex libro ad Oppium: *si generalis species occurrat*: quod fragmentum non neglexit Dirksen. in Bruchst. Roem. Juristen §. XI. p. 54. *Cr.*

*Quid tu — tam mane, Tubero?*] Est imitatio Platonica. Ita enim ille in principio dialogi Criton.: *τί τῆνικαδε ἀπίσαι, ὦ Κρίτων; ἢ οὐ πρῶτ' ἐρεῖ ἐστί;* Conf. Phaedon p. 59. ed. Steph. p. 7. ed. Bekk. Et egregie admonet noster hoc dialogi initio ultimi Socratis cum amicis sermonis, cum Scipio quoque quarto die post eos, quibus hic sermo habitus fuisse fingitur, mortuus repertus fuerit mane in lectulo. V. Cic. de Amic. IV. *Cr.*

tam (a) mane, Tubero? Dabant (b) enim hae feriae tibi opportunam sane facultatem ad explicandas tuas litteras. Tum ille, Mihi vero ~~omne~~ tempus est ad meos libros vacuum; nunquam enim sunt illi occupati; te autem permagnum est nancisci (c) otiosum (1), hoc praesertim motu | P. 274.  
P. 27. rei publicae (2). Tum Scipio, Atqui (d) nactus es, sed mehercule otiosiore opera, quam animo.

(a) Ita cod. [*tan pro tam.*] Vitiosae autem scripturae causa fuit, quod *n* ante *m*, vel etiam alibi, sonabat ut *m*. Sic apud Caium iv. 160. *uin* pro *uim*. At contra ibidem in addendis p. 360. *forsitam* pro *forsitan*. (b) Cod. *dauant*; mox factum *dabant*. (c) Cod. 1. manu *nancisci*, 2. *nancisci*. Ejusmodi alia certiora errata et emendationes notare saepius praetermittam. Manifesta enim menda, quae vetus manus jamdiu sustulit, commemorare scrupulose et lectoribus numerare quid demum interest? (d) Ita cod. [*adqui*] pro *atqui*.

*Dabant*] Non infrequens elegantia pro eo, quod nostri homines scriberent: *dedissent*. De ea locuti sunt Heusinger ad Mallium Theod. p. 55. Beierus ad Cic. de Off. I. 9. 28. p. 65. II. 1. 2. p. 11. et Gernhardus in Progr. laud. De Latinorum Indicativo p. 11. sq. Ita Horatius loco tritissimo A. P. 328. *Side quincunce remota est Uncia, quid superat? Poteras dixisse, triens.* Mr.

*explicandas*] Hoc proprie intelligendum de codicibus vel voluminibus evolvendis atque in tabula, ut legi possint, *explicandis*. Conf. Herm. Hugo de prima scrib. origine ib. C. H. Troitz. p. 589—594. C. G. Schwarz. de Ornamentis Librorum p. 95. ib. Cic. ad Fam. IX. 25. conf. ejusdem libri p. 178. sq. Mr.

*mihi vero*] *Vero* est i. q. *δη*-*xore* et habet significationem responsionis cum admiratione quaedam prolatae. V. etiam Ern. Cl. Cic. Cr.

*nunquam*] Ita scripsimus cum Steinack. pro *numquam*: quod fa-

ciendum praecipit Grotefend Orthogr. Lat. I. c. p. 180. §. 146. coll. Cellar. Orthogr. p. 299. 386. Mr.

*nancisci otiosum.*] Amat hanc loquendi formulam Cicero; similiter enim et alibi scripsit, et plane, ut hic, de Finn. I. 5. 14. *Quoniam nacti te, inquit, sumus aliquando otiosum.* Mr.

(1) Idem fere est ingressus dialogi de finibus I. 5: *deinde Torquatus, quoniam nacti te, inquit, sumus aliquando otiosum, certe audiam etc.*

(2) Disputatur scilicet eo tempore, quo C. Gracchus triumphatum [*Ita scrib., non tribunatum.* Errat enim ipse Cic. de amic. XII. quando quidem eo tempore triumphum, non tribunus, C. Gracchus erat. A. Maj. in Emm.] gerebat turbulentissimum (quem commemorat apud Tullium Laelius paucis diebus post obitum Scipionis de amicitia disserens cap. XII.) quo tempore dixerat publice Scipio Tib. Gracchum jure caesum videri. Vide Livii epitomen LIX. Sed de his turbis dicemus inferius.

Et ille, At tu<sup>(a)</sup> vero animum quoque relaxes oportet; sumus enim multi, ut constituimus, parati si tuo commodo fieri potest, abuti tecum hoc otio. Libente<sup>(b)</sup> me vero, ut aliquid aliquando de doctrinae studiis admoneamur.

X. Tum ille, Visne igitur, quoniam et me  
\* quodammodo invites, et tui<sup>(c)</sup> spem das, hoc  
Q. III. (1) P. 97. primum, Africane, \* || videamus, ante quam ve-

(a) Cod. *at ut*; tum expunctum *ut*. Fortasse metathesis fuit prima scriptura *at ut* pro *at tu*, quam lectionem retinere malui.

(b) Cod. *libenter*. Valde suspicor scribendum esse *libente*. Equidem Cicero de or. II. 73. similiter loquitur: *sed Caesar de isto ipso quiddam velle dicere videbatur. Me vero lubente, inquit Antonius, dixerit.* [Scribendum omnino *libente* pro *libenter*. A. M. in Emm.] (c) Ita cod. prima manu tui; sed mox laevo consilio extrita fuit *i* littera, quam ego restituendam iudicavi.

*At tu vero*] Servavi cum Heinr. scriptionem A. Maji: cum Steinack. deleverit *tu*, Lehnerus cum Cens. Jen. ejecerit *at*. Non nego, saepissime dicere nostrum *At vero*, v. c. de N. D. III. 56. 87. *At vero* — *diis gratias agimus*: saepissime item *tu vero*; sed cum dixerit Tusc. II, 11, 27. *At vero nos*, (ubi sensus loci verbo *nos* tertium locum postulat, nostro voci *tusecundum*) et vocem *vero* tertio loco posuerit de Legg. I, 22, 58: *Est hujus vero disputationis*, et ipso nostro loco statim: *Libente me vero*; nihil lectioni nostrae, cujus vel minima vocula sensus aegre caruerit, obstare videtur. *Mr.*

*si tuo commodo fieri potest,*] Ita saepe noster, v. c. Ad Att. I. 4. *Nunc vero censeo, quod commodo tuo facere poteris, venias ad id tempus.* *Mr.*

*abuti*] i. q. uti: cf. Cic. de N. D. II. 60. ibiq. Davis. et me p. 464. Est Graecum ἀποχρησθαι i. e. consumere, conficere. Male Villem. à nous emparer de votre loisir. De hoc usu compositorum plura

habet Jo. Cannegieter de Notis p. 346. *Cr.*

*Libente me vero,*] Ita recte scribi monet Steinack., si in verbis *si tuo commodo* pronomem voce non extollatur vel acuat. Hoc vero si fiat, scribendum esse *me vero libente*. Schützius vero *Lubente* scripsit et ita scribendum esse Majum praecepisse narrat: in quo omnium oculos adversantes habebit. Ad seqq. conf. de Orat. I, 21. 95. *non despero fore aliquem aliquando.* Epp. ad Fam. VII. 13. *ut ego quoque te aliquid admoneam de nostris cautionibus.* *Mr.*

*et tui spem das,*] Rarior constructio, conferenda cum ea, quae est ad Att. I, 4. *Crebras expectationes tui commoves.* *Mr.*

(1) Ex hac quaternionis quarti desinentis nota, quae est in secunda post absolutum prooemium pagina, constat prooemii paginas fuisse LXII, quarum nonnisi XXVI supersunt. Id facili supputatione demonstratur. Nam unusquisque quaternio habet paginas XVI; primus autem et alter quaternio de-

niunt alii <sup>(a)</sup>, quidnam sit, de isto altero sole  
 P. 28. quod nuntiatum est in senatu <sup>(b)</sup>? neque enim  
 pauci, neque leves sunt, qui se duo soles vidisse  
 dicant; ut non tam fides non habenda, quam  
 ratio quaerenda sit <sup>(1)</sup>. Hic Scipio, Quam vellem  
 Panaetium nostrum nobiscum haberemus <sup>(2)</sup>, qui  
 cum cetera, tum haec caelestia vel studiosissime

(a) Ita cod. 1. manu; 2. *alii*. (b) In codice saepe scribitur *saenatus*; superaddita *a*, si quando omissa fuerat. Sed tamen, quum et lex quantitatum, et ipsa etymologia nominis diphthongum excludat, mendum retinere pisculum fuisset.

sunt; deest etiam folium extimum tertii, nempe paginae quatuor; denique postremae duae circiter paginae quaternionis quarti ad prooemium non adtinent.

*quidnam sit, de isto altero sole quod nuntiatum est*] Ita distinxit cum Steinackero et Lehnero, cum Heinr. distinxerit post *sole*, A. Majus plane nihil hic distinctionis habeat. Noster saepissime pronomen relativum post plura verba ponit, quibus praeponi debebat: v. c. ad Att. XIII. 51. *Ad Caesarem quam misi epistolam*; in primis vero memorandus, et rarioris exempli, est locus infra cap. XVII. *agros vero et aedificia et pecudes et immensum argenti pondus atque auri qui bona nec putare nec appellare soleat*. Mr.

*altero sole*] Recte monet censor, quem dixi, Lipsiensis, (p. 51.) loco Ammiani (XX, 5.) quem laudat A. Majus, jam illud vocabulum (*intermenstruum*) legi, quod hactenus ex Plinio solo allatum dicat Niebuhrius in Indice Latinitatis: legi item apud Varronem R. R. I, 37. 1. quem locum vel Lexica exhibent; Plinium vero exhibere XVI. med. c. 39. sect. 75. ex Catone R. R. 37, 3. *intermestri lunaque dimidiata* [ubi vid. Harduin. p. 43. extr. et sq.] et XVIII. c. 32. sect. 75. *luna intermenstrua*. Mr.

(1) Rei dat praeclarum testimonium ipse Cicero N. D. II. 5: *sole geminato, quod Tuditano et Aquilio cons. evenerat, quo quidem anno P. Africanus, sol alter, extinctus est*. Item de divin. I. 43. *geminis solis portentum populo Romano perniciosas seditiones denuntiavisse dicitur*. De pareliis autem legatur inter veteres Aristoteles meteor. III. 2. 6; Plinius hist. II. 31; Seneca q. nat. I. 11. Ammianus XX. 3. A. M. [ibiq. Ruhkopf. Tom. V. p. 52. „*Historici soles vocant, Graeci παρῆλια et παρήλιοι et ἀνθήλιοι*— Adde Posidonii Fragm. (ap. Schol. Arati ad Diosem. v. 148.) p. 77. Bakii, ibiq. laudd., in his Scalig. ad Euseb. Chron. p. 159. Cr.]

*Quam vellem*] Ita noster de Fin. V. 22. 61. *quam cupiunt laudari!* Virg. Aen. VI. 436. sq. *quam vellent aethere in alto Nunc et pauperiem et duros perferre labores!* Omnes tam varias vocis *quam* significationes J. G. Vossius in Etymol. L. L. p. 425. inde explicat, quod *quam κατ' ἀποκοπήν* dictum sit pro *quantum*. Mr.

(2) Panaetius Rhodius hospes comesque Scipionis Aemiliani fuit. Legatur Cicero acad. IV. 2, fin. IV. 9, ad Att. IX. 12, pro Mur. XXXI; Symmachus ep. I. 21, et laud. in

P. 89. solet quaerere (¹). Sed ego, Tubero, (nam tecum | aperte, quod sentio, loquar,) non nimis assentior in omni isto genere nostro illi fami- P. 29.  
liari, qui, quae vix conjectura, qualia sint, possumus suspicari, sic affirmat, ut oculis ea cernere videatur (²), aut tractare plane manu (³). Quo etiam sapientio rem Socratem soleo iudicare,

(a) Cod. *videantur*; sed *n* videtur deleta.

Gr. VII; Velleius I. 13; Plutarchus quod philosopho disp. cum princ. t. IX. p. 108. [Plura dabit van Lynden in Disputat. de Panaetio Rhodio philosopho Stoico. Lugd. Bat. 1802. §. XI. p. 39. sqq. Cr.] Ejusdem Panaetii auditores fuerunt quatuor saltem ex his de rep. interlocutoribus, nempe Scipio, Laelius, Rutilius, Fannius. Legatur Cicero off. I. 26. III. 2; fin. II. 8; Brut. xxvi, xxx. Denique Panaetii scriptorum ad Q. Tuberonem meminit Cicero fin. IV. 9, tusc. IV. 2. Porro Scipionem Panaetii praeceptis eruditum fuisse testatur etiam Sulpicia in satyra vers. 45: *Numantinus Libycusque Scipio qui Rhodio crevit formante magistro.*

(1) Panaetium rei astrologicae haud ignarum fuisse cognoscimus etiam de divin. I. 3. 7, II. 42; et N. D. II. 46. Iam qui sequitur sermo de Socrate, is fortasse a Panaetii libris accersitur, quos de Socrate ab eo scriptos memorat Plutarchus in Aristide cap. xxvii. Nobiles Panaetii libros cum Socraticis conjungit Horatius od. I. 29. 14.

*nam — loquar*] Haec verba cum Heineo parentheseos signis fuerunt coerenda, accuratiusque, quam ab A. Majo factum est, distinguenda. In distinctionibus vero, quod semel monebo, vel omittendis vel alieno loco ponendis, quantopere et quam saepe ab A. Majo peccatum sit, animadverterunt, opinor,

omnes, qui vel obiter editionem principem lustraverint. *Mr.*

*non nimis*] Eodem sensu, quo hic ponitur *nimis*, nimirum pro *vehementer*, legitur (si lectio sana est) apud Cic. de Legg. I. 9. 27. p. 70. sq. ubi vid. nostr. annot. Plane, ut nostro loco, ponitur ad Att. VII. 24. *Philotimi literae me quidem non nimis delectant.* *Mr.*

*aut tractare plane manu*] Locutio ducta ex Platonis Theaet. p. 155. d. p. 327. Heindf. *εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ οὐδὲν ἄλλο οἰόμενοι εἶναι ἢ οὐ ἂν δύνωνται ἀπρίξ τὰν χερσῶν λαβέσθαι.* Ibid. Heind. laudat Plat. Sophist. p. 245. e. sq. [Bekk. p. 190.] *οἱ μὲν εἰς γῆν ἐξ οὐρανοῦ καὶ τοῦ ἀοράτου πάντα ἔλκουσι, ταῖς χερσὶν ἀτεχνῶς πέτρας καὶ θύρας περιλαμβάνοντες.* Cr. — *Tractare* de tactu dixit noster etiam Tuscul. V. 58. 111. *ut ea, quae gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus, in ea ipsa, ubi sentimus, parte versentur.* *Mr.*

(2) Locum hunc Tullii imitatur aperte Lactantius de opif. D. cap. I, et inst. III. 5; quin etiam Ovidius fast. I. 305. Hinc Diogenes apud Laërt. vi. 2. 6. cuidam de caelestibus audacius disputanti: quam dudum, inquit, caelo advenisti? Adhuc subdubitabat in caelestibus Augustinus ep. xiv. 3; quam scientiam nunc tot maximis

qui omnem ejusmodi curam deposuerit, eaque, quae de natura quaerentur, aut maiora, quam hominum ratio consequi possit, aut nihil omnino ad vitam hominum attinere dixerit (1). Dein Tu- P. 33.  
 bero, Nescio, Africane, cur ita memoriae proditum sit, Socratem omnem istam disputationem reiecis-  
 se, et tantum de vita (2) et de moribus P. 30.  
 solitum esse quaerere (3). Quem enim auctorem de illo locupletiore Platone laudare possumus? cuius in libris multis locis ita loquitur Socrates, ut, etiam cum de moribus, de virtutibus, denique de re publica disputet, nunc | ros tamen et P. 34.  
 geometriam et harmoniam studeat Pythagorae

(a) Cod. bita; mox ibidem factum vita.

et certissimis incrementis adultam videmus.

qui — deposuerit] Eadem constructio est infra VI. 10. (Somn. Scip.) p. 316. et qui ad multam noctem vigilassem. De verbo cura dicunt Grammatici curam esse mentis, curationem medicinae, curaturam diligentiae (v. c. patris familias): cf. Ruhnk. ad Terent. Eunuch. II. 3. 24. Quam vero distinctionem non constanter servant scriptores. Add. Bentlej. ad Horat. Ep. I, 1. 94. Cr.

quam hominum ratio consequi possit] Conjecerit aliquis, ait Lehnerus, posset. At vero, qui ita conjecerit, vereor ut temporum justam consecutionem servet. Imo vero, si in Cod. A. Majus scriptum reperisset posset, eque- dem, ut praesens tempus restitueretur, auctor fuissem. — Ad sensum hujus loci illud tenendum, plane idem, quod hic, velle Ciceronem, cum dicit Tuscc. V. 4. 10. Socrates autem primus philosophiam devocavit e caelo: ubi

Wolfius edidit evocavit, cujus emendationis, si qua est, causas nobis invidit adhuc editor, nunc fatum, quo literis nostris ereptus est vir summus. Mr.

(1) Ita prorsus de Socrate loquitur Cicero etiam Acad. I. 4. et Tusc. V. 4; itemque Valerius M. III. 4. ext. 1; Laërtius II. 5. 6.; Themistius de praef. cap. v; Augustinus C. D. VIII. 3.

(2) Augustini ep. CCXXXIII memorabilis locus est: solere aiunt quendam veterum dicere; quibus satis persuasum esset, ut nihil mallent se esse, quam viros bonos, his reliquam facilem esse doctrinam. Hanc sententiam, nam si rite recolo, Socratica est etc. De unico studio virtutis mira dicit Porphyrius in sua nobili ad Marcellam epistola.

harmoniam—Pythagorae more] Ad rem facit de N. D. III. 11. 27. nisi vero — putamus, — ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras existimat: ubi v. annot. Creuz. p. 530.. Mr.

more coniungere (¹). Tum Scipio, Sunt ista (²), ut dicis; „sed (³) audisse te credo, Tubero (⁴), „Platonem, Socrate mortuo, primum in Aegyp- „tum discendi causa (⁵), post in Italiam et in „Siciliam contendisse, (⁶)“ ut Pythagorae in-

(a) Ita [set] cod. pro sed. (b) Ita, cod. Tubero, uti felicissime emendaverat Cuiacius obser. xi. 9. Nonii, qui hunc citat voc. contendere, corruptam lectionem tum vero in antiquis editionibus. Parisiaca tamen anni MDCXIII Nonii editio habet Tubero.

(c) Vocabulum causa deest in codice; id tamen legebat Nonius loco citato. Neque prorsus necessarium est: namque ejus brevitatis exempla apud alios auctores occurrunt, quos inter est Fronto laud. fumi et pulueris. Nonius omittit et in Siciliam.

(1) Vide ex. gr. reip. vii. p. 522. sqq.; leg. v. p. 737. 747.; vide etiam Epinomidem. Plato in geometria et musica praestantissimus dicitur a Tullio de or. I, 50. Eadem laus tribuitur illi a Themistio or. de praef. cap. v. Pythagoras numero tantum tribuit, ut etiam Deum ex numeris constare crediderit. Vide Augustinum C. D. vi. 5. Eadem est sententia Porphyrii in poetico fragmento libri decimi oraculorum. De numeri virtute copiose disserit Proclus in inedito ad decimum Platonis de rep. librum commentario. Adi et Cassiodorium variar. I, 10. et de art. liberal. cap. iv.

Tum Scipio] In Ed. Sch. post haec verba positum est semicolon: invito, opinor, editore. Mr.

(2) Ita Cic. acad. I. 3: tum ego, sunt, inquam, ista, Varro. A. M. — Vid. ib. Goerenz. p. 16. ibiq. laud. Lael. II. 6. Sunt ista, Laeli. Adde Acad. I, 4. p. 23. Goer. Est, inquit, ut dicis. Ita Plato saepissime: Έστὶ ταῦτα. Cf. Cic. de Legg. II. 3. 7. p. 171. ubi bis eadem fere locutio redit. Cr.

Audisse te credo, Tubero,] Recepit jam Lambinus Cujacii conjecturam Tubero: sed Edd. Cic., ne Schützio quidem excepto, in Ed. Opp. Cic. xvi. 2. (a. 1817.) servarunt Nonii tum vero. Mr.

in Aegyptum discendi causa — contendisse] Quod ait A. Majus in nota critica vocem causa, quae abesta Cod. sed legitur apud Nonium Marcellum p. 1325. Ald., non prorsus esse necessariam, quia ejus brevitatis exempla apud alios auctores (i. e. scriptores) occurrant (i. e. reperiantur): in eos non habet adsentientes. Nam id ipsum, quod apud alios scriptores reperiantur ista exempla, apud Tacitum in primis, qui amat graecismos et archaismos, neque vero apud Ciceronem (nam quod est de N. D. I, 22. 60. deliberandi sibi unum diem postulavit; ibi non omissum esse causa, sed conjungenda esse verba deliberandi diem, monuimus in utraque nostra editione p. 96. et p. 40.); id ipsum, dico, admonere potuit A. Majus, non univere spectari debere, quid fieri, quidve dici possit, sed quomodo is scriptor, quem tractamus, loqui soleat. Ceterum de hac Graeca Ellipsi (vocis ένεξα) vid. Lamb. Bos. Ellips. Gr. p. 704—709. ed. Schäfer. ibiq. Latinorum scriptorum exempla collecta a Schwebe-lio p. 707. sq. ubi perperam illud, quod huc non pertinere diximus, Ciceronis exemplum irrepsit. Mr.

(3) De Platonis itineribus similia scribunt Cicero fin. v. 39. Tusc.



P. 31. venta perdisceret, eumque et cum Archyta Tarentino, et cum Timaeo Locro multum fuisse, et Philolai (<sup>a</sup>) commentarios esse nactum (<sup>b</sup>) (<sup>c</sup>); cumque eo tempo || re in his locis Pythagorae P. 275.

(a) Ita cod. 2. manu; at 1. *Philoteo*. (b) Ita cod. [*nactum*]; at superius cap. VIII. et libro II. *nactus*, quam inconstantiam in Caii quoque scriptura notavit diligentissimus editor. *Nactus* legitur a me in copiosis quoque fragmentis antiquioris Iustiniano iuris, quae inedita in Vaticano palimpsesto perantiquo reperi, quaeque in publicum commodum vulganda curabo. Et sane Caper de orthograph. edit. Putschii pag. 2241. vetat retineri *n* in *roû nanciscor* supino; verumtamen id ipsum Capri vetitum indicio est, aliquando contrariam obtinuisse scripturam.

I, 17. de sen. XII; Lucanus x. 181; Valerius M. VIII. 7. ext. 3. Utrum Hebraeorum quoque libros Plato cognoverit, nec ne, disputat Augustinus C. D. VIII. 11. XI. 21; negat Lactantius inst. IV. 2. Mos hic fuit sollempnis, ut eruditionis causa Graeci Aegyptum viserent, Romani Graeciam. De Romanis testis paulo ante Cicero, et Symmachus ep. v. 55. Nunc Europaei litterati Italiam lustrant.

et *Philolai*] Vid. quae de descriptione hujus nominis dixit Niebuhrus in ind. Lat. v. *Graeca declinatio*. Mr.

(1) Philolai Pythagorici, qui Archytae fuit discipulus [Cf. *Philolaus des Pythagoreers Lehren nebst den Bruchstücken seines Werks von A. Boeckh*. Berl. 1819. p. 5. sqq. et *Tentamen de Archytae Tarentini vita atque operibus a Josepho Navarro, Academiae Regiae Neapolitanae socio conscriptum*. Hafniae. 1820. p. 11. sqq. Cr.] (Cic. de or. III. 54.) libros tres emptos a Platone centum minis, sive, quod idem est, decem millibus denarium, tradunt Laërtius III. 11, Gellius III. 17. Iamblichus vit. Pythag. xxxi. Hinc apud Timonem et Aristoxenum et Proclum plagiarium audit Plato, quod videlicet Timaeum suum e Philolao, rempublicam e Protogora, aliosque ex

aliis auctoribus dialogos vel sententias videretur expressisse. Leges Gellium III. 17; Athenaeum XI. 15; Suidam voc. *Νουμήσιος*; Eusebium praep. evan. x. 5; denique Holstenium ep. XVII. p. 115. [Alii Timaeum Platonis ex Timaeo Locro expressum ajunt eoque nomine Platonem plagii reum faciunt: v. Fabric. B. Gr. III. p. 94. ed. Harles: coll. J. Thomasia Diss. de Plagio Literario p. 232—234. ubi laudantur praeter eos, quos A. M. excitavit, Lips. Manud. ad Stoic. Philos. I, 6. Tzetzes Chil. x. histor. 555. et XI. 562. Apud Eusebium locus est Porphyrii, apud Athenaeum Theopompi Chii. Mr.] Philolai annum maiorem, annis LIX constantem, memorat Censorinus cap. XVIII; eiusdem Philolai dictum Cassiodorius in ps. VIII. fin. Iam hic pythagoricus Philolaus a Crotoniensibus civibus suis interfectus est ob affectatae tyrannidis suspicionem; leges Laërtium VIII. 7, et Suidam voc. *ἑτόνοια*. Porro et Philolai Corinthii scriptam Thebanis politiam cognoscimus ex Aristotele reip. II. 12. In transitu moneo, ab Asopi civibus Aesculapium deum pulchro nomine appellatum fuisse Philolaum, quasi Publicolam. Pausan. III. 22.

*Pythagorae nomen vigeret*] Simili modo locutus est Tullius

nomen vigeret, illum se et hominibus Pythagoreis (a) et studiis illis dedisse. Itaque cum Socratem unice dilexisset (1), eique omnia tribuere voluisset (2), leporem Socraticum subtilitatemque sermonis cum obscuritate Pythagorae et cum illa plurimarum artium gravitate contexuit (3).

(a) Ita cod. prima manu; sed mox videtur factum *Pythagoreis*. Sic in antiquis mss. lego *Aristarchii*, *Epicurii*; quae melior scriptura est et Graeco de fonte manans.

Tuscull. I, 16. fin. *Multaque saecula postea sic vixit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti viderentur: ubi itidem est celebrari, excellere. De vi et origine verbi vigere conf. Goerenz. ad Cic. de Fin. V. 14. 39 p. 579. Cr. — Eodem modo scriptis de Univ. 1. post illos nobiles Pythagoreos, quorum disciplina extincta est — cum aliquot saecula vixisset. Mr.*

(1) Lege Pausaniam I. 30, nec non Athenaeum XI. 15, qui cetero qui postremus auctor vehementer prolixique invehitur in Platonem.

(2) Dialogosne intelligit, in quibus omnibus scire Socrates exprimitur, ut Tullii verbis utar de or. III. 4? an omnigenam philosophiam, uti observat Sextus Emp. lib. I. contra logicos sect. 9? A. M. [Recte ad hanc A. Maji notam movet Sch. phrasin illam *omnia alicui tribuere* nihil aliud significare, quam omnia praeclara de aliquo praedicare vel in aliquem conferre: quo sensu est in Bruto s. de claris oratoribus c. 51. *Tum Brutus: quid tu quaeris alios? De te ipso* (non ipse, ut Sch. dedit) *nonne, quid optarent rei, quid ipse Hortensius judicaret, videbamus? qui quum partiretur tecum causas — perorandi locum, ubi plurimum pollet oratio, semper tibi relinquebat — Faciebat ille quidem, inquam, et mihi benevolentia, credo, (Sch.*

*scripsit benivol.) ductus tribuebat omnia; h. e. me aliis et sibi ipsi adeo praeferere solebat. Conf. ad Quint. Fr. III. 8. Pompejus ei nihil tribuit, omnia Guttiae. Mr.]*

*subtilitatemque*] De sensu huius vocis apud Ciceronem vid. Ernest. Clav. Cic. vv. *subtilis, subtiliter, subtilitas. Cr.*

*gravitate*] Pythagorae πολυμαθίαν memorat etiam Heraclitus apud Diog. Laërt. IX. 1. πολυμαθίῃ ἡ νόον οὐ διδάσκει. Ἡσιόδον γὰρ ἐν ἐδίδαξε καὶ Πυθαγόρην, αὐθις τε Ξενοφάνει τε καὶ Ἐκκράτῳ. De qua sententia vid. disputantem Schleiermacherum in Mus. d. Alterthw. I, 5. p. 341 — 346. Mr.

(3) Hunc Ciceronis locum legisse videntur Hieronymus et Augustinus, quod ut demonstrarem, eorum verba hic ponere necesse est. Hier. contra Rufin. III. 40: *Plato post academiam et innumeras discipulos, sentiens multum suae deesse doctrinae, venit ad magnam Graeciam, ibique ab Archyta Tarentino et Timaeo Locrensi Pythagorae doctrina eruditus, elegantiam et leporem Socratis cum huius miscuit disciplinis.* Confer et ep. LIII. 1. Iam Augustinus contra Acad. III. 57: *Plato dicitur post mortem Socratis magistri sui, quem singulariter dilexerat, a Pythagoreis etiam multa didicisse. Igitur*

XI. Haec Scipio cum dixisset, L. Furium repente venientem aspexit, eumque, ut salutavit, amicissime | apprehendit et in lecto (') suo collocavit. Et cum simul P. Rutilius venisset, qui est nobis laudatus (a) sermonis auctor, „eum „quoque, ut salutavit, propter Tuberone[m] iussit

(a) [Cod. *lautus*] Nempe *abundans*, vel *competens*, vel *elegans*, vel *suavis*: has quippe notiones omnes Nonius voci *lautus* tribuit.

*adiiciens lepori subtilitatisque Socraticae naturalium divinarumque rerum scientiam* etc. Item C. D. VIII. 4: *Et quia magistrum Socratem singulariter diligebat Plato, eum loquentem fere in omnibus sermonibus suis faciens, etiam illa* etc. *cum illius lepore temperavit.* Valerius quoque M. VIII. 7. ext. 5. respicere videtur hunc de rep. locum.

L. Furium] De eo vid. Prosopographiam p. XLV. Plures de eo locos laudat Ernest. Cl. Cic. Adde Car. Sigonii Fastos Consulares p. 584 — 587. ed. H. Steph. in opere, quod inscribitur: Varii Historiae Romanae Scriptores. (Paris.) 1568. 8. Lud. Vives ad Augustin. de C. D. II. 21. p. 134. *Mr. repente venientem aspexit*] *langerepente aspexit*, neque vero *repente venientem*. *Mr.*

(1) *Lecto* dicit, non *lectica*; etsi etiam domi lectica vel ad quietem vel ad lucubrations utebantur Romani. Id autem moneo, quia Rutilius (is qui loquitur in his dialogis) teste Isidoro orig. xx. 11, in vita Scipionis scripserat, *primum ipsum contra consuetudinem imperatorum pro lectis lecticis esse usum.* [Ad rem conf. Abram. ad Cic. Philipp. II. 24. in primis vero de lecticis Lipsium Electt. I, 19. *Mr.*] Loquebatur ergo in illa historia Rutilius de Scipionis militia, quod ipsum per se apparet.

*qui est nobis laudatus sermonis auctor,*] Ita dedimus Cruzero monente praecunteque Steinackero, quamvis A. Majus in nota critica lectionem Codicis *lautus* interpretando, adhibito Nonio Marcello, nobis commendat. Laudavit enim Cicero eum ut hujus sermonis auctorem, i. e. ut eum, qui Ciceroni, Sinyrnae cum esset, hunc sermonem a Scipione cum amicis habitum, exposuerit, cap. VIII. extr. Ita noster locutus est de Or. III. 18. 68. *Cujus (Carneadis) ego etsi multos auditores cognovi Athenis, tamen auctores certissimos laudare possum.* Or. pro Flacco 37. 95. *tu igitur, illo absente auctore laudato, tantum te crimen probaturum putasti?* Villem. verüt: *celui qui nous a si heureusement conservé cet entretien.* Plane otiosum esset *lautus*, etiamsi significaret *probabilis* et *fide dignus*; nam non erat, quod Cicero fidem auctoris laudaret, de qua neque quisquam dubitare poterat, et quae in re manifesto ficta (nam volebat Cicero ipse horum omnium, quae in libris de Rep. dicuntur auctor haberi), quae, inquam, fides ne requirebatur quidem. *Mr.*

*propter Tuberone[m]*] De hoc usu vocis *propter* cf. Ruhnken. ad Terent. Eunuch. II, 3. 76. ibiq. laudd. interpret. ad Liv. Epit. XLIX. Adde Ruddimanni Institut.

„assidere (¹)“. Tum Furius, Quid vos agitis? num sermonem vestrum aliquem diremit noster interventus? Minime vero, Africanus (²); soles enim tu haec studiose investigare, quae sunt in hoc genere, de quo instituerat paulo ante Tubero quae||rere (³). Rutilius quidem noster etiam sub ipsis Numantiae moenibus (⁴) solebat mecum interdum ejusmodi aliquid conquirere. Quae res tandem inciderat, inquit Philus (⁵)? Tum ille,

(a) Subintellige *inquit*.

(b) Cod. *querere*, et inferius *querendus* et *querimus*. Alibi tamen plerumque cum diphthongo.

(c) In codice scribitur modo *Philus*, modo *Pilus*; et quidem posterior manus plerumque refecit in codice *Pilus*, quae est scriptura magis propria Latini sermonis. Apud Augustinum quoque C. D. II. 21. legitur *Pilus*; nec non in variis lectionibus chronici Cassiodorii. Quin adeo Eanius annal. x. 2. scripsit *Pilippus* pro *Philippus*: nec alia vetera ejusmodi exempla desunt.

Gramm. Lat. ed. Stallbaum II. p. 352. Cr.

(1) Locum citat Nonius voc. *propter* e. l. de rep.

*sermonem — diremit noster interventus*] Iungit noster Orat. Partit. 8, 30. *interventus alicujus aut interpellatio. Mr.*

(2) Rutilium Scipionis in militia fuisse comitem, et quidem apud Numantiam, testatur etiam Appianus Hist. LXXXVIII, atque ex eo Suidas in *Πορτίδιος*. Scripsisse Rutilium de bello Numantino de qua vita Scipionis diximus in praefatione.

*ejusmodi aliquid conquirere*] Cur *conquirere*? Loquitur de sermonibus Scipio, quos habuerit cum Rutilio, quibusque de rebus collocuti sint. Dicat fortasse aliquis, Ciceronem suum uti verbo composito *conquirere* pro *quaerere*, et praepositionis vim propriam in illo verbo non majorem esse, quam in verbis

*concedo, contueor, concredo*. In his quidem nihil repugno: illius similem usum desidero. Loca enim pleraque omnia, quibus Cicero usus est *conquirendi* vocabulo, ejusmodi sunt, ut praepositio vi sua non destituatur. Neque aliter se habet de Or. I. 46. 202. *Non enim causidicum, nescio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus*: quem locum fortasse aliquis ad nostrum fulcendum laudet. Malim igitur *anquirere*, quod in ejusmodi quaestionibus proprium est, facillimeque cum illo frequentiore vocabulo permutari potuit. Vide modo Cic. de Fato IX, 17. *Sed ad illam Diodori contentionem—revertamur, in qua quid valeat id, quod fieri possit, anquiritur*. Conf. Beier. ad Cic. de Off. I, 3. 9. p. 22. Goerenz. ad Cic. de Fin. IV. 7. 16. p. 440. sq. Davis. ad Cic. de N. D. II, 38. p. 560. ed. Cr. et nostr. Mr.

P. 34. de solibus istis duobus, de quo (<sup>a</sup>) studeo (<sup>b</sup>), Phile, ex te audire, quid sentias.

XII. Dixerat hoc ille, cum puer „nuntiavit, „venire ad eum Laelium, domoque iam exisse (<sup>1</sup>)“  
Tum Scipio, calceis et vestimentis sumtis (<sup>2</sup>), e cubiculo est egressus; et cum paululum inambulavisset in porticu, Laelium advenientem saluta- P. 210.

(a) Ita codex, non *quibus*. (b) Ita cod. 2. manu; at 1. studio, ideoque fortasse fuit scriptum *de quo*, pro *de quibus*, quae postrema lectio adsumenda videtur.

*de quo studeo, Phile, ex te audire, quid sentias.*] Quod pro studio, factum est errore saepius obvius. Quod vero inde efficere vult A. Majas, videlicet *quo* tum demum ex vera lectione *quibus* a librariis correctum fuisse, postquam pravam illud studio irrepserat, eo nihil mihi videtur minus. Quomodo enim credat aliquis, postquam scriptum fuerit studio ab homine imperito, ab alio, peritiore scilicet, istam mutationem esse factam, qua plane nihil proficiebatur, nisi novum adderetur verbum, vetere oblitterato, scribereturque *ex te velim audire*? Quis porro putet, aliquem hominem vel ita sanatum existimare potuisse locum? an potest illud *de quo studio* commode referri ad *duos soles*? Non sunt *studium* duo soles, sed *prodigium, ostentum, portentum*. Et hoc ipsum h. l. subaudiendum est servandaque scriptio: *de solibus istis duobus, de quo* (sc. ostento) *studeo — audire, quid sentias*. Ita saepissime relativum ad rem, non ad verba refertur, vid. modo Goerenz. ad Cic. de Fin. II. 6. 17. p. 140. sq. Ita Corn. Nep. in Cimone III. 1. *Nam testarum suffragiis, quod* (sc. genus poenarum) *illi ὀφραξιόμων vocant, decem annorum exilio multatus est*: add. Perizon. ad Sanctii Mi-

nerv. IV. 4. 80. p. 616. ed. Amst. 1733. Id ideo pluribus monui, quia A. Majas sententia et laudatorem nacta est Schützius, qui eam acutam appellat, et obsequentem Lehnerum, qui receptum ejus conjecturam supervacaneam *quibus*. Quod ad verba cum nostro loco convenit initium Oratt. Partitt. *Studeo, mi pater, Latine te audire ea, quae mihi tu — Graece tradidisti*. Cum seqq. de Orat. II. 3. 12. cum — *Antonius — inambularet cum Cotta in porticu*. Qui locus universe nostro est valde similis: ibidem etiam est, quod in hujus capituli fine eodem fere modo legitur: *qui cum inter se, ut ipsorum usus ferebat, amicissime consalutassent. Mr.*

(1) Locum e. l. de rep. libere citat in exem. eloc. Fronte voc. *exit* sic: *nuntiatum est venire Laelium, domoque iam exisse*.

(2) Namque, uti dictum est, in lecto erat Scipio, sicut Crassus de or. II. 5, III. 5, praeter quam quod Romani domi quidem utebantur soleis, prodibant autem cum calceis. Sic M. Aurelius ad Frontonem lib. IV. ep. 5. in Vaticano palimpsesto a me proxime edendo ait: *a secunda in tertiam horam soleatus libentissime inambulavi ante cubiculum meum. Deinde calceatus, sagulo sumpto etc.* Et nota idem verbum *inambulare*, quo utitur etiam Cicero.

vit<sup>(a)</sup>, et eos, qui una venerant, Spurium Mummi-um, quem in primis diligebat, et C. Fannium et Quintum Scaevolam, generos Laelii, doctos adolescentes, iam aetate quaestorios<sup>(1)</sup>. Quos cum omnes salutavisset, convertit se in porticu, et coniecit in medium Laelium<sup>(2)</sup>. Fuit enim hoc in amicitia quasi quoddam ius inter illos, ut militiae, propter eximiam belli gloriam, || Afri- P. 35. canum ut deum coleret Laelius<sup>(3)</sup>, domi vicissim Laelium, quod aetate antecede-<sup>(4)</sup>, observaret in parentis loco Scipio. Dein cum essent

(a) Cod. *salutabit*; mox ibidem factum *salutavit*.

*generos Laeli*] Major nimirum Laelii filia nupserat Scaevolae, minor Fannio. De hoc v. Voss. de Historicis Lat. p. 82. L. I. c. 7. Cr.

(1) Iuvenili ergo aetate adibatur quaestura, ut ex hoc quoque de rep. loco cognoscitur. Sed tamen quem discrete aetatis gradum lex Villia annalis decreverit quaesturae, obscurum est; quamquam certe anno aetatis septimo supra vigesimum licuisse quaesturam adipisci, extra controversiam videtur. Legesis Pitiscum voc. *aetas quaestoria*. In potestatibus obcundis leges annariae a Romanis sua demum aetate neglectas ait Arnobius lib. II. ed. Lug. Bat. p. 91. Ex Valerio M. II. 1. 1. apparet a quaestura patuisse viam ad ordinem senatorium impetrandum. Diserte vero Cassiodorius var. VIII. 19: *quaestura vere mater senatoris est*. Tum idem var. VI. 5. *quaesturam defuit gloriam litterarum, genitricem omnium dignitatum* etc. Contra Asconius ad div. in Ver. x. ait: *haec erat prima senatoris administratio, quaestorem fieri*.

*coniecit in medium Laelium*] l. e. Laelium in medium coniecit.

Similis locus est Platonis Protag. p. 314. e. 515. a. Heind. p. 480—482. Cr.

(2) Fuit enim is apud Romanos honoratior locus; itemque apud alias gentes aliquot, ut Salustii locus docet Iug. XI. Lege tamen Plutarchum quaest. conviv. I, 3. Lipsium elect. II. 2. Est autem loci huius magna similitudo cum de or. II. 3: nam et ibi Crassus est in lecto, et Sulpicius apud eum sedet, et Antonius inambulatur in porticu, et Crassus adventu Catuli senis commotus surgit, et amicissime inter se consulant etc.

(3) Scipionis excellentiam in amicorum grege memorat ipse Laelius apud Cic. de am. XIX.

(4) Scipione seniore se dicit Laelius apud Ciceronem de am. IV. Haec autem attingitur ius Romanum, de quo Gellius II. 2; nempe ut publice magistratui, privatim aliis praerogativis honor esset habendus.

*observaret*] Ita etiam Graecum *Σπαρτιάται* usurpatur: vide modo Xenoph. Cyri Discipl. VII, 5. 45. VIII, 2. 4. 7. VIII, 5. 20. Exped. Cyr. I, 9. 20. Mem. Socr. II, 1. 12. Conf. Ern. Cl. Cic. Cr.

perpauca inter se uno aut (<sup>a</sup>) altero spatio collocuti, Scipionique (<sup>b</sup>) eorum adventus periu-  
cundus et pergratus fuisset, placitum est, ut in

(a) Ita [an] cod. pro aut vel sive [Sive ante an est apud Tacit. Ann. xi. 26. ib. interpr. Cr.] cujusmodi alia exempla non desunt; itemque viceversa. Vide Gesnerum in an et aut.

(b) Ita cod. [quo] 1. manu; 2. autem male quorum. Suspicor dicendum quod eorum. [Malim scribere quoi, ut Lib. III. 11. A. M. in Emm.]

uno aut altero] Nullus editor vitiosum illud uno an altero correxit: prohibuit eos, credo, A. Maji auctoritas, qui laudato Gesneri Thesaurō lectioni an patrocinari videtur. Sed ex ipso Gesnero discere poterat A. Majus, non poni an pro aut, nisi in interrogationibus disjunctivis, quod nemo est, qui nesciat. Cicero autem in tali locutione semper dicit unus aut alter v. unus et alter pro complures, aliquot. Cujus usus exempla afferre supervacaneum est, cum ubique praesto sint. Mr.

Scipioni, quo] Scribendum fortasse quoi, ut vult A. Majus in Emendd. Ita Cato R. R. 139 (140) p. 92. Schneider. quojum pro cujus. Plautus Mil. Glor. I, 1. 17. quojus. Ita quoi pro cui dictum. Vid. Gerh. Vossius de Gramm. lib. vi. cap. 6. Nisi quo h. l. pro quia accipere malis. Quoi in eadem Plauti fabula est III. 4. 81. Ita in Cic. de Legg. I, 24. p. 150. ed. Mos. et nostr. aliquot Codd. nostri habent quojus pro cujus. Cr.

Scipionique] Itā, cum neque primae neque secundae manus scriptio stare potuerit commode, et ad conjecturam confugiendum visum esset editoribus adhuc omnibus, ea amplectenda visa est prae ceteris, quae esset et facilissima, et rei sermonique aptissima: eaque est Steinackeri. Cui receperunt Heinr. et Lehn. Sed Sch. maluit recipere primam A. Maji conjecturam quod, quam ita probat censor Gottingensis, ut dicat,

merito Schützium junxisse verba: Scipioni quod eorum adventus periu-  
cundus et pergratus fuisset: neque Scipioni jungendum esse cum placitum est, cum Cic. dicere velit, omnibus placuisse hoc, ut in aprico etc. Et hoc quidem viro isto facile largimur (quamquam aliquis, Scipioni cui placitum est conjungere volens, in subsidium vocare posset Cic. ad Fam. xi. 1. placitum est mihi, ut postularem legationem liberam mihi reliquisque nostris:) facile, inquam, largior et verissimum existimo, placitum est de universis dici pro decreverunt, statuerunt, inter eos convenit. Sed quod idem ait verba Scipioni quod — fuisset continere argumentum brevis, quod praecesserit, colloquii, id ei, quod ad rem, concesserim, ut videlicet dixerit, sibi eorum adventum periu-  
cundum et pergratum esse, ut supra est cap. ix. quem cum comiter Scipio appellavisset libenterque vidisset: sed incommodum esse illud quod ad grammaticam rationem contendo, quia aliter intelligi nequit, quam ut sit i. q. quoniam. Quocumque autem te veritas, Cicero aliquid diceret, quod dicere velle non potuit. Si ad superiora trahas, ait: eos perpauca inter se esse collocutos, quia eorum adventus Scipioni fuerit gratus; si ad posteriora, dicit: quia Scipioni eorum adventus pergratus fuit, ideo statuerunt, ut in aprico etc. Quorum neutrum vo-

aprico maxime pratuli loco, quod erat hibernum tempus anni (<sup>1</sup>), considerent. Quod cum facere p. 36. vellent, intervenit vir prudens (<sup>2</sup>) omnibusque  
 11. 198. illis et iucundus et carus, M. (<sup>a</sup>) Manilius, qui a Scipione ceterisque amicissime consalutatus as-  
 sedit proximus Laelio (<sup>3</sup>).

XIII. Tum Philus, Non mihi videtur, inquit, quod hi venerunt, alius nobis sermo esse quae-  
 rendus (<sup>b</sup>) sed agendum accuratius, et dicendum dignum aliquid horum auribus. Hic Laelius, Quid

(a) In codice manifeste gemino cum puncto ·M· id est *Mar-*  
*cus*, non ·M· id est *Manius*. Item in codice 1. manu *Manlius*,  
 sed 2. *Manilius*. Id diligenter mihi fuit monendum, quia praeno-  
 men aequae ac nomen huius (vel homonymorum virorum) vehe-  
 menter variant in antiquis scriptis, uti vides apud Pighium, ad  
 annum urbis DCIV, et in Glandorpii onomastico. Et quidem con-  
 trario mendo inferius de rep. lib. II. 27. scribitur 2. manu *Mani-*  
*lio pro Manlio*, illo nempe, qui regnum occupare voluisse dictus  
 est. (b) Cod. *querendus*.

luit, si quid video. Censor, quem diximus Ienensis lectioni cui cal-  
 culum suum adjecit. *Mr.*

*aprico maxime pratuli loco* ]  
 Cic. Brut. cap. 6. *Tum in pra-*  
*tulo propter Platonis statuam*  
*consedimus*. Ita Graeci *ἐν λειψω-*  
*νίω*. Cr. — *Loci aprici* legitur  
 in Partitt. Oratt. 10. 36. *Mr.*

(1) Hinc cognoscimus, quo tem-  
 pore anni obierit Scipio, quando-  
 quidem is perpaucis diebus post  
 politicum hunc dialogum mortem  
 cum vita commutavisse dicitur a  
 Cicerone de am. IV.

(2) Nempe *iuris prudens*. Hinc  
*responsa prudentum*, pro *iuris*  
*prudentum*. A. M. [vid. Justinian.  
 Institution. L. I. Tit. II. 8. *Mr.*]

*M. Manilius* ] De eo praeter A.  
 Maji prosopographiam v. Ern. Cl.  
 Cic. et Car. Sigon. Comment. in  
 Fast. et Triumph. Rom. p. 355. sqq.  
 Iunguntur adjectiva *iucundus* et  
*carus* de Orat. II. 75. 304. in Catil.  
 IV. 6. 11. ib. 7. 16. *Mr.*

(3) Fortasse propter aetatem,  
 qua Laelio esset aequalis. Itaque  
 Rutilius iuvenis adedit Tuberoni  
 compari suo, ut nuper vidimus.

*sed agendum accuratius* ] Sae-  
 pius Cicero de disputatione lo-  
 quens utitur verbo *accurate*: v. c.  
 de N. D. I, 6. 15. *cum — accu-*  
*rate sane et diligenter de diis*  
*immortalibus disputatum est*:  
 Brut. 80. 277. *cum — accurate*  
*et exquisite disputavisset*. ib. 82,  
 285. *accuratius quoddam di-*  
*cendi et exquisitius afferebat ge-*  
*nus*. Adverbio comparativi usus  
 est et alibi et de Legg. I, 2. 6. *ad-*  
*monere reliquos potuit, ut accu-*  
*ratius scriberent*: ubi, si Cice-  
 ro vocabulo simplici alibi usus  
 esset, aliquis fortasse malit: *ut*  
*curatius scriberent*: ut dixit  
 Tacitus Ann. II. 27. *eius negotii*  
*initium, ordinem, finem cura-*  
*tius disseram*. *Mr.*

*Quid tandem agebatis, aut*  
*cui sermoni nos interveni-*



tandem agebatis, aut cui sermoni nos intervenimus? PH. (a) Quaesierat ex me Scipio (b), || quidnam sentirem de hoc, quod duo soles vi- P. 269.  
sos esse constaret. L. Ain vero, Phile (c)? iam explorata nobis sunt ea, quae ad (d) domos  
P. 57. nostras, quaeque ad (e) rem publicam perti-

(a) In hoc et similibus locis, ubi frequenter taciteque mutatur loquentis persona, interponendam censui litteram ipsius personae initialem, pro qua superius p. 27. u. 6. duxi lineolam.

(b) Cod. post *Scipio* repetit *ex me*; verum id postea expunctum fuit.

(c) Ita cod. 1. manu; at 2. *Pile*.

(d) Cod. *at*. Rei causa est, quod *t* ante *d* uno eodemque sono efferebatur. Revera mox librarius scribit *ad rem* non *at rem*; cum contra rursus scribat *at domos*.

(e) Ita cod. *ad*.

*mus?*] Utroque verbo in eadem re usus est noster de N. D. I, 7. 17. *Sed ut hic, qui intervenit, — ne ignoret, quae res agatur. Mr.*

*de hoc, quod duo soles visos esse constaret*] Verbo moneandum est de sensu loci. Non vult dicere Philus, quaesierat ex me Scipio, quidnam de constantia famae vel testimoniorum (ut locutus est Auct. ad Herenn. II, 6. 9.) sentirem, qua duo soles visos esse referretur? sed hoc vult: quidnam sentirem de duobus istis solibus, quos visos esse constans sit fama? *Mr.*

*Ain vero — jam explorata nobis sunt etc.*] Bene monet Villem. in eo conspici artificium vere Platonium, quod, ubi longissime abesse videatur Cicero a proposito dialogi argumento, una interjecta quaestione lectores admonet, non tam longe se abesse a re ipsa tractanda. *Mr.*

*quaeque ad rem publicam pertinent,*] Restitui primae manus scriptionem, quamquam A. Majus litteram *a* superadditam recepit scripsitque *pertineant*, addens: recte an secus, non definitio. Hoc

vero est ingenue loqui, et in re haud admodum difficili. Haud parum certe interest inter utramque scriptionem, et eo sensu, quem vult Cicero, una tantum stare potest: sed quam arripuit A. M., ea Cicero non convenit, eamque ab Heinr. et Schützius esse servatam miror, itemque quod Schützius dicit a prima manu in Cod. esse *pertineat*. Coniunctivum si posuisset Cicero, primum melius omisisset *ea*, tum id diceret: *nondum exploratum est in rebus, quae ad domos nostras et quae ad rem publicam pertinent, quorum unaquaeque pertineat, utrum ad domos, an ad rem publicam?* Quod ineptum esse nemo non videt. At vero vult: *Scimus omnes, quid ad domos nostras et quid ad rem publicam pertineat, idque probe distinguimus: an vero ea, quae ad utrumque pertinent, jam satis explorata sunt omnia?* Restituendus igitur fuit Indicativus *pertinent* invito etiam Codice, ne Laelius diceret aliquid, de quo ne cogitare quidem potuit. Indicativum restituerunt Steinack. et Lehn. *Mr.*

ment<sup>(a)</sup> (1), siquidem, quid agatur in caelo, quaerimus<sup>(b)</sup>? Et ille, An tu ad<sup>(c)</sup> domos nostras non censes pertinere scire, quid agatur et quid fiat domi? quae non ea est, quam parietes nostri cingunt, sed mundus hic totus, quod domi-  
 P. 270. micilium quamque patriam dii non bis communem secum dederunt<sup>(2)</sup>; cum praesertim, si haec ignoremus, multa nobis et magna ignoranda sint. Ac me quidem, ut hercule etiam te ipsum, Laeli, omnesque avidos sapientiae „cognitio ipsa rerum „consideratioque delectat<sup>(3)</sup>“<sup>4</sup>. Tum Laelius, Non impedio, praesertim quoniam feriati sumus. Sed possumus audire aliquid, an serius venimus?

(a) Cod. 1. manu *pertinent*; sed mox superaddita „, recte an secus, non definió. (b) Cod. *querimus*. (c) Cod. *at*.

(1) Haec Cicero incipit captare occasionem dicendi de rep. uti apud Platonem reip. I, p. 355. Socrates ad idem viam sibi sternit dicens, iustitiam non solum ad privatam, sed etiam ad generale hominum inter se commercium esse idoneam.

*mundus hic totus, quod domicilium quamque patriam*] Ita recte scribitur, neque est, quod quisquam desideret, *que in domi quemque patriam*. Qua de re disputavimus in utraque Ed. Cic. de N. D. ad II. 55. 138. p. 442. ed. maj. p. 163. ed. min: coll. p. 788. ed. maj. ib. Wytt. et p. 431. ib. Cr. Add. Wytt. et meam notam ad Cic. de Legg. I, 7. 22. p. 55. sq. Ceterum h. l. cum Heinr. interrogandi signum posuimus post *domi*, neque vero post *dederunt* cum A. Majo, Sch. Steinack. et Lehn. neque, quod Cens. Lips. p. 48. velle videtur, post *ignoranda sint*. In eo vero me non obsequentem habuit Heinr., quod distinctionem minore[m] posuit post *sapientiae*;

certe periculum non est, ne non statim sentiat lector attentus, iungenda esse verba *avidos sapientiae*, neque vero *sapientiae cognitio*. Cum seqq. *an serius venimus* convenit de Or. II. 20. 75. *biduo serius veneram*. Mr.

(2) Nectarius apud Augustinum ep. cIII. 2. hunc Ciceronis locum se legisse demonstrat his verbis: *non enim illam mihi civitatem dicere videbare, quam muralis aliquis gyrys coërcet, nec illam, quam philosophorum tractatus mundanam memorans communem omnibus profitetur*. Lactantius item Tullium imitans inst. II. 5. §. 37: „*ajunt (philosophi) deorum et hominum causa mundum esse constructum, quasi communem domum*. [Cf. Cicero de N. D. II. 62. p. 469. ed. nostr. maj. ib. Ursin. et Cr. Add. Turneb. ad Cic. de Legg. I, 7. p. 551. coll. p. 758. ed. nostr. Mr.]

(3) Locum libere e. I. de republica Fronto exem. eloc. voc. *delectat*.

*PH.* Nihil est adhuc disputatum; et || quoniam P. 43. est integrum, „libenter tibi, Laeli, ut de eo dis-  
 P. 38. „seras, equidem concessero (1)“. *L.* Immo vero te audiamus; nisi forte Manilius interdictum aliquod inter duo (2) soles putat esse componendum, ut ita caelum possideant, ut uterque possederit (3). Tum Manilius, pergisne eam, Laeli, artem (3) illudere, in qua primum excello

(a) Ita cod. [*duos*], quum alibi scribatur eodem casu *duo*.

*libenter tibi — concessero.*] Futurum exactum pro futuro simplici positum haud admodum rarum est. De eare vide disputantem Ruddimannum in Institt. Gramm. Lat. II. p. 583. ibiq. Stallbaum., qui recte monet, esse loca, ubi futurum primum exacti loco non magno sententiae discrimine poni possit, esse ubi fut. exact. indicet, rem celeriter peractum iri, quod non inuitt fut. simplex, esse denique, ubi urbanitatem quandam prodat futuri exacti usus. Praeter ea permulta in quibus ita ponitur *videro*, cf. Cic. Tusc. I, 30. 74. *cum vero causam justam deus ipse dederit, nae ille medius fidius — laetus ex his tenebris in lucem illam excesserit, nec tamen illa vincla carceris ruperit.* Mr.

(1) Apud Macrobius de diff. et soc. gr. et lat. verb. cap. de con. mod. locus hic citabatur e I. de rep. corruptus sic: *libenter tibi, Laeli, uti eum desideras, equidem concessero.*

*inter duo soles*] In Cod. est *duos*, quod servavit A. Msjus: quod ei vitio non verterim, quamquam in servanda vel mutanda Codicis scriptione parum constantem se praebuit. Id vero etiam atque etiam miror, a Sch. Steinack. et Lehnero relictam esse in uno eodemque capite duplicem ejusdem vocis scriptionem; quasi

Cicero ipse secum tam parum concordet, ut paucis lineis interjectis scriptionem mutet, cum in principio capitis scripserit: *quod duo soles visos esse constaret.* A Cicerone vero et optimis quibusque scriptoribus *ambo* et *duo* saepissime scribi casu accusativo monuerunt Gronov. ad Liv. xxxv. 21. p. 294. Ed. Gron. et Graev. ad Sueton. Claud. xiv. p. 80s. ed. Graev. et post eos Stallbaum. ad Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. I. p. 57. Mr.

(2) Indulget more suo facetiis Cicero, quarum laudem ipse sibi vindicat, interpositis etiam interdictis, ad fam. vii. 32: *urbanitatis possessionem, amabo, quibusvis interdictis defendamus; in qua te unum (Volumnium) metuo, contemno ceteros.* De Tullianis facetiis Plutarchus in eius vita, [videlicet in comparatione ejus cum Demosthene. Mr.] Macrobius sat. II. 1. 3. alique auctores, quos inter Petrarcha rer. memor. II. 3 et 4. Interdicti formulam exhibet Caius IV. 160, ubi praetor pari sermone cum utroque litigatore loquitur sic: *uti nunc possidetis, quominus ita possideatis, vim fieri veto.*

(3) Nempé iuris civilis.

*excello ipse*] Si aliunde constaret, Laelium juris fuisse peritum, (quod certe nusquam, quod

ipse (¹), deinde sine qua scire nemo potest, quid  
 P. 44. sit suum, quid alienum (²)? | Sed ista mox:\*) nunc  
 audiamus Philum, quem video maioribus iam  
 de rebus, quam me, aut quam P. Mucium, (³)  
 consuli.

XIII. Tum Philus, Nihil novi vobis afferam,  
 neque quod a me sit cogitatum aut inventum.  
 Nam memoria teneo, C. Sulpicium Gallum, doc- P. 59.  
 tissimum, ut scitis, hominem (⁴), cum idem hoc  
 visum diceretur (⁵), et esset casu apud M. Marcellum,  
 qui cum eo consul fuerat (⁶), sphaeram (⁷),  
 P. 103. quam M. Marcelli avus, (⁸) captis || Syracusis, ex

(a) In codice modo scribitur *sphaera*, modo *sphaera*, modo *sphaera*. (b) Cod. 1. manu *Marcellus*; 2. *Marcelli avus*, quae est emendatio certissima.

sciam, negatur) aptius et convenientius rei, modestius etiam, loqueretur Manilius dicens *excellis ipse vel excellis tu ipse*. Sed nihil muto. Quod h. l. dicit *artem illudere* frequens est: rarius illud, quod dixit de Or. III. 43. 171. in *Abucium illudens*. Mr.

(1) Vide, quae de Manilio in praefatione diximus.

(2) Etiam pro Caecina xxv ait Cicero: *iure civili sublato, nihil est quare exploratum cuiquam possit esse, quid suum, aut quid alienum sit*.

\*) Quinto demum in libro sermo fiet de iure.

(3) Iuris item prudentem, de quo homine recolere praefationem. *Tum Philus*] Edd. Rom. Stuttg. et Lond. *tum Pilus*. Villem. correxit. Mr.

(4) C. Sulpicium Gallum passim laudat Cicero Brut. xx, de am. II et VI, pro Mur. xxxi, ad fam. IV. 6. Huius Galli scientia astrologica memoratur apud Cic. off. I. 6; tum de sen. xiv commenda-

tur ab ipso Catone interlocutore sic: *mori videbamus in studio dimetiendi paene caeli atque terrae C. Gallum familiarem patris tui, Scipio. Quoties illum lux, noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit, cum mane coepisset? quam delectabat eum defectiones solis et lunae multo nobis ante praedicere?* Galli sententia de siderum a terra intervallis recitatur a Plinio II. 21.

*Idem hoc visum*] Conf. Cic. de N. D. I, 25. ib. Wyttenb. p. 753. ed. Cr. et nostr. Mr.

(5) Iulius Obsequens cap. XII, consulibus Graccho et Iuventio, anno ante Scipionis Aemiliani obitum trigesimo quarto, narrat Formiis duos soles interdiu visos. De ejus igitur fortasse anni parelio loquitur haec Cicero.

(6) Anno urbis DLXXXVIII. *sphaeram*] Est in Ed. Stuttg. post h. v. semicolon, et in corrigendis jubemur scribere *sphaera*. Utrumque invita totius orationis structura. Mr.

urbe locupletissima atque ornatissima<sup>(1)</sup> sustulisset, <sup>(2)</sup> „cum aliud nihil ex tanta praeda domum suam deportavisset, <sup>(3)</sup>“ iussisse proferri. Cuius ego sphaerae cum persaepe, propter Archimedi<sup>(4)</sup> gloriam, nomen audissem, speciem

(a) *Archimedi* in secundo casu more suo Tullius, ut pro Balbo xxv *Theophani*; ad Brut. ep. xv, et de or. II. 74. *Themistocli*; ad Att. xiiii. 28. *Aristoteli*; Brut. vii. lxxxiii. *Thucydidi*; Tusc. I. 41. *Ulyxi*; de or. II. 22. 25. Brut. xv. lxxxiii. *Demostheni* et *Pericli*: unde etiam Persius iv. 3. *magni pupille Pericli*. Lege et Quintilianum inst. I. 5. Sic loquitur etiam Fronto.

(1) Imitatur haec verba Augustinus C. D. I. 6: *Marcus Marcellus, qui Syracusas, urbem ornatissimam, cepit*. [Egregia et elegantissima Syracusarum descriptio est apud nostrum in Verr. Act. II. L. iv. 52. 117. sqq. inde a verbis: *Urbem Syracusas maximam esse Graecarum urbium pulcherrimamque omnium, saepe audistis. Mr.*]

(2) Prudenti consilio; virum enim imperatorium seu politicum sphaeram probe callere inbet Polybius hist. ix. 15. Quin adeo fortasse Cicero totam hanc de Archimedis sphaera narrationem e Polybii deperditis historiis derivat, qui auctor libro octavo de Marcello et de Archimede scripserat, uti nos docent Athenaeus xiv. 8, itemque Polybii reliquiae. Sphaerae quoque terrestris, seu geographicae, studiosum vult esse hominem seu politicum seu militarem Strab. I. p. 17, cui revera studio deditum fuisse Scipionem tradit idem geographus iv. p. 289. Laudes astrologiae legis apud Plinium II. 12, et apud Cassiodorium var. I. 45.

*domum suam deportavisset*] Ed. Stuttg. exhibet *domum suam portavisset*, qua usi sine dubio Heinrichus, Schützius et Lehnerus idem repetiverunt. Ego vero, qui item, cum primum legerem hos libros, eadem editione

utebar, statim offensus sum verbo simplici in re, in qua solet Cicero composito uti, quippe qui memoria tenerem, quod ait Gesnerus in Thesaurο v. *deporto*, peculiariter hoc verbum de iis dici, qui ex provincia aliqui secum Romam auferant. Statim igitur, inspecta A. Maji nota, qui locum a Frontone v. *deporto* laudari ait, legendum esse vidi *deportavisset*, quod postea in Ed. Rom. ita scriptum esse deprehendi, et habent Edd. Londin. Villem. Steinack. Ita noster ad Fam. vii. 15. *Mihi crede, nihil ex ista provincia potes, quod jucundius sit, deportare*. Conf. Ern. Cl. Cic. h. v. *Mr.*

(3) Locum citat Fronto exm. eloc. voc. *deportio* e. II. de rep. tam in Ambrosiano codice quam in quatuor Vaticanis; quae mendi constantia valde inueneret, cunctos hos Frontonis codices ab unico exemplari manavisse, nisi alibi varietates occurrerent in his ipsis codicibus. Sed jam in Frontone scribatur I pro II. Paupertatem Marcelli innuit Cicero in oratore Lxx.

*Archimedi*] Adde ad ea, quae A. Majus dixit in nota critica, egregiam de hoc Genitivo disputationem i. C. L. Schneideri Gram. Lat. (Formenl. I.) p. 163—167. et quos ille laudat scriptores, in iis in primis Ruddimannum Gr. Lat. I. p. 58. not. 71. Quod mox dicit

ipsam non sum tanto opere admiratus; erat enim illa venustior et nobilior (<sup>a</sup>) in vulgus, quam, ab eodem Archimede factam (<sup>1</sup>), posuerat in templo Virtutis (<sup>2</sup>) Marcellus idem. Sed postea  
 P. 104. quam | coepit rationem hujus operis scientissime Gallus exponere, plus in illo Siculo ingenii, quam videretur natura humana ferre potuisse, judicabam (<sup>b</sup>) fuisse (<sup>3</sup>). Dicebat enim Gallus, sphae- P. 41.

(a) Cod. 1. manu *novilior*, 2. *nobilior*. (b) Cod. *judicam*; sed mox factum *judicabat*. Mihi videbatur scribendum *judicabam*.

*nobilior in vulgus* Tusc. II. 26. 65. dixit *valet in vulgus opinio*. Mr.

(1) Habemus igitur duas, vanciam alteram, ut mox dicitur, alteram plenam, Archimedis sphaeras; qui vir summus a quibusdam apud Plutarchum in Marcel. XIX traditur Syracusis interemptus miserabiliter dum ipsa instrumenta sua mathematica, inter quae nominatim sphaeras, ad Marcellum placandi ejus causa deferret. Sphaerae figuram positam fuisse in summo Archimedis sepulchro, quod Cicero detexit (Tusc. V. 23.) nemo est, qui nesciat. [Cuidam amico meo una videbatur sphaera Archimedis, non duae A. M. in Emm.]

templo Virtutis] De eo vid. Creuz. ad Cic. de N. D. II. 23. p. 297. sq. Wyttenb. ad eund. locum p. 752. Add. I. P. Tomasini de Donariis ac Tabellis votivis p. 25. in primis vero accurate de ea re disserentem J. de Rhoer in Otio Daventr. s. selectis de Templis Romm. cap. xxx. p. 226—231. Mr.

(2) Vulgo id dicitur templum Honoris atque Virtutis, quod unicum fabricare coepit Marcellus; verum impediens pontificibus, duplex effecit: Plutarch. in Marcel. xxviii, Val. M. I. 1, 8. Sphaera igitur posita fuit in aede propria Virtutis. Aedes istas Vespasianus

Augustus reparavit, Cornelius Pinus et Accius Priscus pioxerunt. Plin. xxxv, 10. fin.

*scientissime — exponere*] Ne cui in mentem veniat corrigere *scitissime*, quod ut faciam moneor a viro quodam, qui ab hujus libri lectione recens est, verbo moneo, Ciceroni illud, quod in codice est, vocabulum in tali sensu proprium esse. Vide modo de Divin. I, 41. *Etruria autem de caelo tacta scientissime animadvertit; eademque interpretatur, quid quibusque ostendatur monstris atque portentis*. Mr.

in illo Siculo] Magis ex consuetudine Ciceronis esset: *plus in illo homine Siculo* etc. Ita dixit Epist. ad Att. x, 8. *et regnum non modo Romano homini, sed ne Persae quidem cuiquam tolerabile*. Plura exempla exhibet Hadrian. Cardin. de Serm. Lat. p. 217. sq. ed. Nor. 1681. Adde de Or. I, 11. 47. *Verbi enim controversia jam diu torquet Graeculos homines, contentionis cupidiores, quam veritatis*. Mr.

(3) Sic Lucretius Empedoclem pari doctrina fulgentem laudans I, 734: *ut vix humana videatur stirpe creatus*. Lucretianam igitur locutionem imitatus videtur Cicero; qui tamen etiam de N. D. II. 55. ait: *Archimedem arbitran-*

rae illius alterius solidae atque plenae vetus esse inventum, et eam a Thalete Milesio primum esse tornatam (a): post autem ab Eudoxo Cnidio, discipulo, ut ferebant, Platonis (1), eandem illam

(a) Ita cod. 2. manu; at 1. *ornatam*. Cicero in arateis 304: *tam tornare cate contortos possiet orbes*.

*tur plus valuisse in imitandis sphaerae conversionibus, quam naturam in efficiendis.*

*sphaerae illius alterius*] Sch. dedit *ulterius*, nihil monito lectore. Sed hoc etiam, ut complura alia, invito editore in illa editione legi existimo; quale etiam linea praeced. Steinackero accidit, qui in nota vitiosam Codicis lectionem *judicabam* ab A. Majo correctam esse ait. *Mr.*

*a Thalete Milesio primum esse tornatam*] Duo sunt loca, quibus legitur verbum *tornare* apud Ciceronem. Primus est Arat. 304. *Tam tornare cate contortos possiet orbes*; Graece: *τοιά τε και τόσα πάντα περισφαιρηδόν ἐλίθσω* alter in libro de Univ. 6. *ita tornavit* [mundum Deus], *ut nihil effici possit rotundius*; Graece: *και κυκλωτερες αὐτὸ ἐτρονεύσατε, πάντων τελειότατον κ. τ. λ.* Vides, utroque loco Ciceronem non ipsum loqui, utroque eum interpretem agere, primo poetae, altero philosophici Platonis libri, Timaei. Prior locus adhiberi non potest ad demonstrandum, vocabulum *tornare* ex usu Ciceronis esse; neque magis posterior: ibi enim vocabulum Graecum Latine reddendum fuit, et redditum est commode ejusdem radices verbo. Cum vero nostro loco a prima manu in Cod. M. S. sit *ornatam*, unde secunda fecit *tornatam*, videlicet quia de sphaera sermo est: suspicioni est locus, a Cicerone profectum esse *adornatam*, ut dixit Verr. Act. II, 1. 22. 58. *vidi forum comitumque adorna-*

*tum*; cum non id voluerit narrare noster, ipsum Thaletem *torno* perfecisse illam sphaeram, sed eum sibi sphaeram comparasse et ad eum usum destinasse atque *adornasse*, cui inserviret. Neque tamen ego correctionem necessariam existimo. Nam et revera poterat *tornavisse* Thales sphaeram illam, et Cicero, si alibi isto verbo non usus est in libris  *suis*, quia causam non habebat ejus usurpandi, quidni eo uti potuerit eo loco, cui proprie et optime quidem convenit? *Mr.*

*ut ferebant*] Ita lectionem codicis *ferebat* correxit Heinr. merito plaudente censore Lipsiensi 1824, n. 12. p. 91. Correxerat videlicet aliquis genuinam lectionem, quia praecedit: *Dicebat enim Gallus. Mr.*

(1) Cicero de divin. II. 42: *Eudoxus, Platonis auditor, in astrologia iudicio doctissimorum hominum facile princeps*. Eudoxum cum Platone tredecim annos in Aegypto esse versatum dicit Strabo XVII. p. 1159, unde idem reversus anni rationem Graecos docuit; quam deinde Julius Caesar emendatiorem Romanis tradidit; ex quo illa ejusdem gloriatio apud Lucanum x. 187: *nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus*. Confer et Servium Aen. V. 49, qui tamen Aen. III. 526. frustra criminatur Lucani flexionem grammaticam *fastibus pro fastis*, quod iamdiu critici docuerunt.

*astris-esse descriptam*] De lectionis hujus probitate si quis dubitet, habet, quo dubitationem

\* Q. V. astris (a) caelo inhaerentibus (b) es\* || se descri-  
 P. 65. ptam; cuius omnem ornatum et descriptionem,  
 sumptam ab Eudoxo, multis annis post non astro-  
 logiae scientia, sed poetica quadam facultate ver-  
 sibus Aratum extulisse (1). Hoc autem sphaerae P. 42.  
 genus, in quo solis et lunae motus inessent, et  
 earum quinque stellarum, quae errantes et quasi

(a) Cod. 1. manu *illam stellisque caelo*; 2. vero *deletum stel-  
 lisque et scriptum astris*. (b) Cod. sine diphthongo, *inherenti-  
 bus*, sed deinde haud scio an sit superaddita *a*. Terminatio vo-  
 cis *inherentibus* in codice est obscurata.

excuset. Offendit enim locutio  
*sphaeram astris describere pro  
 sphaerae astra inscribere vel  
 sphaeram astris inscribere*, ut  
 est in Or. pro domo sua, 37, 10.  
*non monumentum urbis sed se-  
 pulchrum inimico nomine  
 inscriptum*: quam tamen ora-  
 tionem spuriam esse demonstra-  
 vit F. A. Wolfius: vel, ut Tibullus  
 dixit I, 3. 54. *Fac lapis his  
 scriptus stet super ossa no-  
 tis*: ubi Muretus legebat: *Fac  
 lapis inscriptus* etc. I. H. Vos-  
 sius autem dedit: *At lapis in-  
 scriptus* etc. q. v. p. 185. Sed  
 cum ipse noster statim delineatio-  
 nem istam (sit venia verbo Ter-  
 tulliani) recte *descriptionem* ap-  
 pellet, ipsum quasi delineandi  
 actum, quamquam constructione  
 paulo insolentiore, non incom-  
 mode verbo *describere* significare  
 videtur. De sideribus Cicero lo-  
 quens *descriptionis* vocabulo (sed  
 eo sensu, ut sit i. q. distributio,  
 ordo) utitur de N. D. II. 44. 115.  
*Haec omnis descriptio side-  
 rum atque hic tantus coeli orna-  
 tus ex corporibus huc et illuc-  
 cursitantibus potuisse effici, cui-  
 quam sano videri potest? Mr.  
 Aratum extulisse*] Conf. infr.  
 I. 36. et Cic. de Legg. II. 3. fin.  
 p. 175. sq. ed. Mos. et nostr. ibiq.  
 annot. Cr.

*cujus omnem ornatum — ver-  
 sibus Aratum extulisse*] Nemo,  
 opinor, hac locutione offendetur,  
 qui reputaverit *cujus* poni  
 pro *ejusque*, et consimilem plane  
 esse structuram apud Corn. Nep.  
 Themistocl. VII. 5. *illorum urbem  
 ut propugnaculum oppositum esse  
 barbaris, apud quam jam bis  
 classes regias fecisse nau-  
 fragium*: ubi vid. Heusing. et  
 Bremi. Quid quod ipse Cicero ita  
 locutus est in Verr. Act. II. Lib. v.  
 62. 160. *Esse civem Romanum,  
 qui se Syracusis in lautumiis  
 fuisse quereretur: quem, jam  
 ingredientem navem, — a se re-  
 tractum esse et asservatum,  
 ut ipse in eum statueret,  
 quod videretur. Mr.*

(1) Sic etiam de or. I. 16. Ci-  
 cero: *constat inter doctos, homi-  
 nem ignarum astrologiae orna-  
 tissimis atque optimis versibus  
 Aratum de caelo stellisque dixisse*.  
 Porro autem hujus poematis  
 extat partim Ciceronis ipsius in-  
 terpretatio satis mediocribus ver-  
 sibus.

*quae errantes — nominaren-  
 tur,*] Falso eas stellas errantes  
 vocari ait de N. D. II. 20. 51. *Iner-  
 rantibus* eas opponit ib. III. 20.  
 51. *ceteraque errantes nume-  
 rum deorum obtinebunt: igitur  
 etiam inerrantes. Ad verba*



vagae nominarentur, in illa sphaera solida non potuisse finiri<sup>(1)</sup>: atque in eo admirandum esse inventum | Archimedi, quod excogitasset, quem- P. 66. admodum in dissimillimis motibus inaequabiles et varios cursus \*) servaret una conversio<sup>(2)</sup>. Hanc sphaeram Gallus cum moveret, fiebat, ut soli luna totidem conversionibus in aere illo, quot<sup>(a)</sup> diebus in ipso caelo, succederet; ex quo et in

(a) Cod. habet *quod*, ob sonum videlicet similem sequentis litterae *d*. Profecto Longus p. 2231. jam observavit, *quot* et *quod* male aliquoties confundi.

*inaequabiles et varios cursus* conferri potest Oratt. Partt. 4. 12. ubi in Edd. ante Ern. plerisque est *inaequabili varietate*, quod Ern., sine dubio, quia alibi apud Cic. non legitur, mutavit ex uno Cod. et duabus Edd. in *inaequali varietate*, Sch. vero, hoc aut nullum sensum aut certe frigidissimum habere dicens, scripsit *aut haec inaequalia varietate distinguimus*: quod ad sensum optime: sed fortasse noster locus patrocinatur voci rariori scribendumque *aut haec inaequalia varietate distinguimus*. Mr.

*non potuisse finiri.*] Receptit Lehnerus A. Maji emendationem *feri*, ut sit i. q. *perfici*. Sed et hoc modo esse, quod offendat, fatetur. Et certe non commode dicitur: *Hoc sphaerae genus — in illa sphaera non potuit fieri*. Negligentius igitur hoc dictum esse existimat pro: *Id autem, quod in hoc sphaerae genere fieret, in quo solis et lunae motus inessent in illa sphaera solida non potuisse fieri*. Sed singularis mihi videtur ea emendandi ratio, qua in librum summa cura elaboratum negligentia emendando infertur. Si loquendi ratio minus consueta Ciceroni conceditur, quidni feramus, quod in Codice est, *finiri*,

quod item potest intelligi *perfici, absolvi*. Et tulerunt Heindr. Sch. et Steinack. Sed Heinrichii nobis cum Cens. Lips. l. c. p. 91. recipienda visa est emendatio *in eo* pro *in ea*, ut sequens *quod* non ad *inventum* referatur, quasi sit relativum, sed ad verba *in eo*, ut sit conjunctio. Mr.

(1) Concava ergo erat haec, de qua nunc sermo fit, sphaera Archimedis. Sphaeras vero Aegyptiacas atque Chaldaicas, in quibus non tam motus caelestes quam fata hominum et nativitates superstitiosa curiositate expressae erant, vidisse se ait Proclus in comm. ad Platonicae reip. librum x. \*) [Locationem imitatur Lactantius inst. VII. 14. §. 8. „et septem sidera quae vocantur errantia, quorum dispares cursus et inaequabiles motus rerum ac temporum varietates efficere creduntur.“ Ceterum pro *finiri* videtur scribendum *feri*. A. M. in Emm.]

(2) Confirmat Cicero Tusc. I, 25: *cum Archimedes lunae. solis, quinque errantium motus in sphaeram illigavit, effecit, ut dissimillimos motus una regeret conversio*. Archimedis sphaerae, in qua sol decurreret, meminit etiam Cassiodorius var. I, 45.

*ex quo et in ea sphaera*] Ed. pr. ex Cod. pro *ea* habet *caelo*. Quid A. Majus de hoc loco sen-

ea sphaera<sup>(a)</sup> solis fieret eadem illa defectio, et incideret luna tum in eam metam, quae esset P. 43. umbra terrae, cum sol e regione<sup>(1)</sup> || . . . . .

(a) Cod. *sphela*, quamquam *l* non caret interpolatione. Superius cap. v. vidimus *lachelari*. Sed enim vox ipsa *sphaera* heic omittenda videtur, vel scribendum *caeli sphaera*.

tiat, in notula exposuit. Sed quid dicam<sup>o</sup> de ejus emendatione? Utrage ratione nihil videtur minus en sui et loco accommodatum. Priorem sequens si deleveris *sphaera*, sensus hic exit mirus: *ex quo*, i. e. ex hac sphaerae Eudoxi conversione, *fieret* i. e. efficeretur eadem illa defectio in caelo. Posteriorem si adoptaveris, scribendo *in caeli sphaera* primum idem sensus exiret plane singularis, quasi aliquid in caelo fiat per illam sphaeram ab Eudoxo excogitatam et a Gallo motam: si *caeli sphaera* diceretur pro caelo ipso. Deinde si de Eudoxi machina ea verba intelligi vult, incommode ita dicitur hoc loco, postquam de ea saepius locutus est Cic., neque prius eam ita appellavit. Igitur vel temere repetitum esse credo *caelo* ex linea antecedente ejiciendumque, ut fecit Heincr., vel scribendum, ut nos fecimus, *et in ea sphaera* [ut est apud Cic. de Legg. II. 23. 58. p. 340. *Ad eam cum lamina esset inventa et in ea scriptum lamina* etc.] ut sit sensus: ex quo in illa Eudoxi sphaera eadem illa, quae in caelo, fieret solis defectio. Schützius pro sano habere videtur locum: nam nihil plane monet. Lehnertus scripsit: *ex quo, et in caelo, sphaera solis* etc. Quod, si sensum commodum habere velis, certe scribendum fuit *ex quo, ut in caelo, in sphaera solis* etc. quae scriptio mihi ipsa haud parum placeret. Sed in annotatione conjicit: *et quae et in caelo, in sphaera*; ubi et pro etiam positum non satis ex more Cicero-

nis est. Steinack. correxit: *ex quo et in caelo et in sphaera*: non absone: sed magis tamen place-ret quod supra posui *ex quo, ut in caelo, in sphaera* etc. Mr.

*in eam metam*] Cic. de Divin. II. 6. extr. *Vident ex constantissimo motu lunae, quando illa, e regione solis facta, incurrat in umbram terrae, quae est meta noctis, ut eam obscurari necesse sit*: ubi vid. quae laudant Davisius et Hottingerus ad locutionem hanc singularem veterum loca, in primis Ammian. Marcellin. xx. 3. et Plin. H. N. II. 10. ubi est: — *nihil aliud esse noctem, quam terrae umbram: figuram autem umbrae, similem metae ac turbini inversa*. Mr.

*e regione*. . .] Monet Censor Lips. l. c. p. 51. in hac decem paginarum lacuna sine dubio comprehensam fuisse Philii explicationem parelii, ad quam decimi septimi capituli principio respiciatur: inde vero sumsisse Ammianum Marcellinum ea, quae narraverit L. xx. c. 5. — Ad rem conf. etiam Ovid. Fast. vi. 277. sq. Mr.

(1) Lacuna incidit in rem notissimam; et quidem veterem et satis congruentem doctrinam tradit etiam Hieronymus comm. in Is. lib. xviii. cap. 66. vers. 23: *luna ab ea semper orbis parte completur et fulget, a qua soli vicinior est, nec umbra terrae obscuratur*. Supplementa quaedam lacunae (nempe de siderum in illa sphaera cursu) videtur dare ex ipso Tullio, quem saepe expilat, Lactantius inst. II. 5: *Archime-*

XV. . . . . fuit, quod et<sup>(a)</sup> ipse hominem diligebam<sup>(1)</sup>, et in primis patri meo Paulo probatum et carum fuisse cognoveram. Memini, me admodum adolescentulo<sup>(2)</sup>, cum pater in Macedonia consul esset, et essemus in castris, perturbari<sup>(b)</sup> exercitum nostrum religione et metu, quod serena nocte subito candens et plena luna defecisset. Tum ille, cum legatus noster esset P. 60. anno fere ante, quam consul est declaratus<sup>(3)</sup>,

P. 59. Desiderantur sexti huius quaternionis paginae decem. Ex his haec quidem decem videntur paginae octo.

(a) Cod. ed; quamquam haec neque sequitur consona similis soni, ac mox recte scribitur et. (b) Cod. *pertubari*, sed videtur superaddita r.

*des Siculus conoavo aere similitudinem mundi ac figuram potuit machinari; in quo ita solem ac lunam composuit, ut inaequales motus et caelestibus similes conversionibus, singulis quasi diebus efficerent: et non modo accessus solis et recessus, vel incrementa diminutionesque lunae, verum etiam stellarum, vel inerrantium vel vagarum, dispares cursus orbis ille, dum vertitur, exhiberet.*

(1) Loquitur Scipio de C. Sulpicio Gallo, de quo ipso antea loquebatur Philus. Porro ut C. Sulpicium dilexit Scipio, sic idem P. Sulpicium, ejusdem fortasse fratrem, delicatum hominem, probrosa admodum oratione insectatus est, teste Gellio VII. 12.

*me admodum adolescentulo*] Notum est, Ciceronem de se ipso ut *adolescentulo* loqui Orat. 30. 107. *Quantis illa clamoribus adolescentuli diximus de supplicio parricidarum!* (ubi peperam Ern. et Sch. interrogandi signum posuerunt): *adolescentulum*, inquam, se fuisse ait Cic., cum ageret Roscii Amerini causam sex et viginti annos natus, ut narrat Quintilian. Inst. XII. 6. ib. Bur-

mann. p. 1072. vel septem atque viginti, ut vult Gellius N. A. xv. 28. ubi vid. Gronov. p. 703. ed. Gron. *Adolescentem* item se dicit Ciceron quadragenarium rhetorica quadam auxesi, siquidem recte interpretatus est Abramius locum Philipp. II. 46. p. 649. Wernsd. ubi est: *Defendi rem publicam adolescentens, non deseram senex. Mr.*

(2) Quippe Scipio annos natus XVII versabatur in Macedonico patris exercitu, quod ait Livius XLIV. 44.

*luna defecisset.*] Idem, sed rariore et poetico fere usu, dixit Tuscc. I. 38. 99. *quum Luna laboret*, nisi haec ipsa verba sunt exitus hexametri, poetae nescio cuius. Ita Iuvenalis dixit: Sat. VI. 442. *una laboranti poterit succurrere lunae.* Conf. etiam Harduin. ad Plin. H. N. II. 9. s. 6. p. 76. coll. p. 79. — *Declarare consulem* in hac re proprium est: vid. de Leg. Agr. II. 2. 4. pro Muren. 1. 2: sed eadem actio ibid. 1, 1. dicitur *renunciare consulem. Mr.*

(3) Bellum Macedonicum delatum est AN. DLXXXVI; Sulpicius autem consul fuit anno DLXXXVIII, sed designatus de more anno priore.

haud dubitavit postridie palam in castris docere, nullum esse prodigium (<sup>1</sup>), idque et tum factum esse, et certis temporibus semper futurum, cum sol ita locatus fuisset, ut lunam suo lumine non posset attingere. Ain tandem? inquit (<sup>2</sup>) Tubero; docere hoc poterat ille homines paene agrestes, et apud imperitos audebat haec dicere? s. Ille vero (<sup>3</sup>), et magna quidem cum (<sup>3</sup>) || . . . . .

D- siderantur  
paginae sal-  
tem duas.

P. 71. *neque insolens ostentatio, neque oratio abhor-* P. 45.

(a) Ita [*inquit*] codex, quia scilicet sequitur *t*, ut superius p. 26. u. 4. Nimirum *d* ante *t* sonabat *t*. Aliter tamen p. 33. u. 14.

(1) Solis et lunae defectiones Plinius II. 10. appellabat *rem in tota contemplatione naturae maxime miram et ostento similem*. Et quidem omni fere vel eruditissima aetate populum ea re commoveri solitum novimus.

*docere hoc poterat — audebat haec dicere?* Consimilis est locus Cic. de Fin. I, 6. 19. *neque tamen id, cujus causa haec finxerat, assecutus est*: ubi Ern. ita: „Immo hoc legendum pro *haec*, de declinatione atomorum a recta linea: „Goerenz. vero ad eum locum p. 26. docet *haec* esse *hoc et talia*, coll. Acad. II, 29. 95. p. 175. sq. Goer. Ne igitur nostro loco aliquis in eandem opinionem incidat, videlicet ut, cum in initio et in fine de eadem re sermo sit, legi velit vel *docere hoc poterat — audebat hoc dicere*, vel utroque loco *haec*: verbo monendum videtur, optime se habere descriptionem Codicis. *Docere hoc* i. e. *hoc*, quod docuit, videlicet *prodigium esse nullum*: *audebat haec dicere* i. e. talia v. ejusmodi quid, quod homines imperiti non facile probaturi videntur. In or. pro Sex. Rosc. Amer.

49. 145. jungit *homo imperitus — agricola et rusticus*. Mr.

(2) Iterum loquitur Scipio.

(3) Videtur statim supplendum *exercitus nostri salute*; reliqua oratio quae fuerit, docent historici. Plinius in primis II. 12: *et rationem quidem defectus utriusque primus Romani generis in vulgus extulit Sulpicius Gallus, qui consul cum Marcello fuit: sed tum tribunus militum, sollicitudine exercitu liberato, pridie quam Perseus rex superatus a Paulo est, in concione ab imperatore productus ad praedicendam eclipsim, mox et composito volumine*. Rem narrat etiam Polybius apud Suidam voc. *κολλὰ πηνά*, et Livius XLIV. 37, a quo item Gallus dicitur fuisse tribunus militum. Rursus rem habes apud Frontinum strat. I. 12, Valerium M. VIII. 11. 1, qui Gallum dicit legatum Pauli, ut Cicero: nec non apud Plutarchum in Aemil xvii, qui tamen totam illam eclipseos prudentiam atque doctrinam perperam tribuit ipsi Aemilio Paulo. Contra Christ. Columbus lunae defectu prudenter abusus est ad terrendos animos Americanorum.

rens a persona hominis gravissimi<sup>(1)</sup>; rem enim magnam assecutus, quod hominibus perturbatis<sup>(a)</sup> inanem religionem timoremque deiecerat.

XVI. Atque ejusmodi quiddam etiam bello<sup>(b)</sup> illo maximo, quod Athenienses et Lacedaemonii<sup>(c)</sup> summa inter se contentione gesserunt, Pericles ille, et auctoritate et eloquentia

(a) Cod. *pertubatis*, sed mox superaddita *r.* (b) Cod. 1. manu *vello*, 2. *bello*. (c) Ita in Cod. constanter [*lacedaemonius* et *Lacedaemon*] cum diphthongo in secunda syllaba, quum vulgo scribatur in tertia. Vaticanae scripturae favet gentile *lacaena*, et vocis etymologia, si qua est, ex *δήμος*. [Ceterum *Lacedaemonii* Cod. habet a 2. manu; at 1. *Lacedaemoni* A. M. in Add.]

Robertsonus hist. Americ. lib. II. fin. Porro astronomiam esse utilem rei militari confirmat Plato reip. VII. p. 527. D.

a persona hominis gravissimi] *Gravitate et severitate persona* dixit pro Muren. 3. 6. Mr.

(1) Adhuc Scipio defendit Sulpicium contra Tiberonis exceptionem. Itaque lacuna haec brevis admodum fuisse videtur, nempe paginarum quarum; major vero illa anterior, paginarum scilicet octo, praesertim cum in illa priore mutetur interlocutoris persona.

rem enim magnam assecutus,] Heinr. dedit: *rem enim erat magnam assecutus*: neque commode caret locus eo verbo. Nolumus tamen aliquid addere, quia lacuna est ita propinqua, ut, utrum ita sit scribendum, an, omisso enim, reponendum *rem erat magnam assecutus*, certo discerni non possit. Mr.

quod hominibus perturbatis — timoremque deiecerat.] Simili modo locutus est noster Tuscul. II. 5. 14. *Videsne igitur, quantum, breviter admonitus, de doloris terrore deieceris?* et in Verr. Act. II. Lib. v. 49. 150. *Hunc ego si metum Siciliae, da-*

*mnatione istius, per vestram fidem et severitatem deiecero.* Mr.

*Lacedaemonii*] Mira sane et inexpectata est nota A. Maji critica de hujus scribae descriptione. Errorem scribae vel indocti vel inepti defendere velle videtur vir Graece doctissimus. An fugit eum, nomen *Λακεδαιμών*, quod est proprium filii Jovis et Taygetae (v. Apollodor. III. 10. 3. Pausan. III. 1. 2. p. 350. ed. Fac. Schol. Eurip. Orest. 624.) vel derivandum esse a *λαχέιν* i. e. *κελαδέιν* et *δαίμων*, vel, ut est in Etymolog. M. p. 555. 25. Sylb. et Etymol. Gud. p. 361. 23. coll. p. 68. 5. *ἀπό τοῦ λαχέιν, ὅτι πρῶτον ἐν αὐτῇ ἔλαχον οἱ θεοὶ (οἱ δαίμονες) καὶ ἐκληρώσαντο τὰς πόλεις*, quasi sit *Λαχεδαίμων*, itemque Femininum *Λαίαινα* ita derivari a *Λαίων*, ut *Λαίαινα* derivatur a *Λίων*, *Θεράπαινα* a *Θεράπων*, neque vero a vocabulo inaudito *Λακαίδημων*? Mirum item accidit, quod addit duarum posteriorum syllabarum verbum (*ἔνυμον*) *δήμος*, cui etymologiae subtimide addit *si qua est*, quam dubitationem post tantam audaciam vix expectaveris. Sed his omnibus, credo, vulgus eruditorum a consueta descriptione vix abduci se patietur. Mr.

P. 72. et consilio princeps civitatis suae<sup>(1)</sup>, cum obscurato | sole tenebrae factae essent<sup>(a)</sup> repente, Atheniensiumque animos summus timor occupavisset, docuisse cives suos dicitur id, quod ipse ab Anaxagora, cuius auditor fuerat, acceperat<sup>(2)</sup>, P. 46. certo illud<sup>(b)</sup> tempore fieri et necessario, cum tota se luna sub orbem solis subiecisset: itaque, etsi non omni intermenstruo, tamen id fieri non posse, nisi certo intermenstruo<sup>(c)</sup> tempore<sup>(3)</sup>.

\* Q. VI. Quod cum disputando ratio<sup>2</sup>||nibusque docuisset, P. 279.

(a) Eadem locutio est in sacris litteris Matth. xxvii. 45, Marc. xv. 33. (b) Ita cod. [*illut*] pro *illud*. (c) *Intermenstruo* superadditum est 2. manu.

(1) Politici perfectissimi exemplar Pericles, sub quo Thucydides II. 65. observat verbo Athenas fuisse liberas, reapse vero principem et moderatorem civitatis ipsum extitisse. Idem eximio testimonio orator πάντων τολωραος dicitur a Platone Phaedr. p. 269. E.

[*obscurato sole*] Conferre nos jubet Censor Lips. (1824. 6. p. 46.) Valerium Max. viii. 11. ext. 1. ubi est: *cum obscurato repente sole inusitatis perfasae tenebris Athenae sollicitudine agerentur, interitum sibi caelesti denunciatione portendi credentes, Pericles processit in medium, et, quae a praecceptore suo Anaxagora pertinentia ad solis et lunae cursum acceperat, disseruit: nec ulterius trepidare cives suos vano metu passus est.* Ubi manifesto Ciceronis manum agnoscis. *Mr.*

[*animos — timor occupavisset*] Ita locutus est Tullius in Verr. Act. II. L. iv. 51. 113. *tanta superstitio — mentes omnium Siculo-rum occupavit.* *Mr.*

(2) Pericli ab Anaxagora ait Plutarchus in illius vita cap. vii. de-

tractam fuisse superstitionem; qua tamen egregie idem Pericles non sine politico astu usus est, quum objecta militibus Ditis patris falsa imagine, victoriam illam praedicendam sibi curavit, quam reapse consecutus est. Lege Frontinum strat. I. 11.

[*se luna — subiecisset — solem lunae oppositum*] Propius haec conjuncta sunt de Divin. II. 6. 17. *luna subjecta atque opposita soli* *Mr.*

[*intermenstruo*] Vid. quae de hoc vocabulo monuimus ad hujus libri caput decimum. *Mr.*

(3) Lege Thucydidem II. 28, Plinium I. 13, Ammianum xx. 5. Augustinum C. D. III. 15, ibidemque Coquaeum et Vivesium; deque eadem hac re disserentem Petavium doctr. temp. I. 8. II. 11.

[*disputando rationibusque docuisset*] Variavit hanc loquendi formulam in libris philosophicis noster saepius: videlicet Acadd. II. 36. 116. *rationes, — quae disputationibus hac illuctrahuntur*: de Fin. I. 9. 31. *rationibus conquisitis disputare.* *Mr.*

populum liberarit metu<sup>(1)</sup>; erat enim tunc<sup>(2)</sup> haec nova et ignota ratio, solem lunae oppositum solere deficere; quod Thaletem Milesium  
 P. 47. primum vidisse dicunt<sup>(3)</sup>. Id autem postea ne nostrum<sup>(3)</sup> quidem Ennium fugit, qui<sup>(b)</sup> ut scribit, anno trecentesimo et quinquagesimo<sup>(4)</sup> fere post Romam conditam

— *Nonis Iunis*<sup>(c)</sup> *solis luna obstitit et nox*<sup>(5)</sup>.

(a) Cod. 1. manu *tum*, 2. *tunc*. (b) Ita cod. [Delenda videtur praep. (?) *ut*, sive potius transferenda ante *nonis*; sic enim fiet integer Ennii versus. *Tum* et *lineola* transferenda esset ante *ut*. A. M. in Emm.] (c) Ita cod. pro *iuniis*.

(1) Plutarchus in Pericle xxxv. ait, classe Atheniensium ob solem deficientem territa, Periclem narcho chlamydem prae oculis obtendisse, ac porro rogavisse num id ei prodigium videretur? quo negante, Atqui, inquit Pericles, cur hoc ab illo differt, nisi quia illud, quod tenebras orbi offudit, maius chlamyde est? Eodem astus genere terrorem fulminis sustulit Pericles. Suid. voc. *Περικλῆς*. Sapienter vero observat Polybius ix. 19, Niciam contra, qui haec ignoraret, lunae defectu territum, se copiasque suas in Sicilia interfectioni obtulisse; quam rem habes apud Thucydidem vii. 50. sq. et apud Plinium II. 12. Eadem de Gallo, Pericle, et Nicia refert Quintilianus inst. I. 10, qui praeterea notat, Dionem illum Platonis discipulum et familiarem cum ad destruendam Dionysii tyrannidem venit, non esse pari casu deterritum.

*erat enim tunc*] Bene recepit A. Majus scriptionem sec. manus *tunc* pro *tum*: de quarum particularum differentia disputavit Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 8. 28. p. 37. conf. Gernhard. ad Cic. de Senect. xix. 69. p. 152. *Mr.*

(2) Laërtius I. 1. 2, Plinius II. 12.

(3) *Nostrum* dicit nontam quia Latinus, quam ob notam Scipionum cum Ennio familiaritatem.

*fugit, qui ut scribit, anno*] Ita

distinximus cum Heinr. et Lehn. cum A. Majus et Sch. distinctionem posteriorem omiserint. Recte monet Lehn. verba *qui ut scribit esse i. q. apud quem, ut scribit i. e. apud quem, ut ejus verbis utar.* Steinackerus in Ed. edidit *qui adscribit anno* etc. sed postea in libello, quem ad Niebuhrum refellendum scripsit (*Replik für H. Staatsrath Niebuhr, Lpz. 1824.*) p. 15. ad Heinrichii rationem se applicuit. *Mr.*

*trecentesimo et quinquagesimo*] A. Majus, cum numerum CCC. supra lineam positum reperisset, scripsit *quinquagesimo CCC.* Nos cum Heinr. numeros transponendos esse duximus, quod, cum major numerus in Cod. a prima manu omissus fuerit, eo magis facere licebat. *Mr.*

(4) Litterae CCC. superadduntur 2. manu. Re autem ipsa solis defectum vides apud Petavium doc. temp. hoc anno (period. Jul. 4310.) mense tamen Septembri.

— *Nonis Iunis soli luna obstitit et nox.*] Habes, una syllaba deficiente, Ennii Hexametrum, ut ediderunt Steinackerus et Lehnurus. Reliqui cum A. Majus versus fragmentum a verbo *soli* incipiunt. Hnr. scripsit *Iunius*, quod nos item fecissemus, nisi eam vocem versus adscribendam crederemus. *Mr.*

(5) Ita Plutarchus in Romulo

Atque hac in re tanta inest ratio atque sollertia, |  
 P. 280. ut ex hoc die, quem apud Ennium et in maxi-  
 mis annalibus (1) consignatum videmus, supe-  
 riores (2) solis defectiones reputatae sint, usque P. 48.  
 ad illam, quae nonis Quinctilibus (3) fuit reg-  
 nante Romulo (2): quibus quidem Romulum te-  
 nebris etiamsi natura ad humanum exitum abri-  
 puit, virtus tamen in caelum dicitur sustulisse (3).

(a) Cod. 1. manu superioris, 2. superiores. (b) Cod. 1. manu quinctilibus; mox deleta c, quod fieri non fuit necesse, propter alia in vetustis codicibus exempla.

XXVII: τοῦ μὲν γὰρ ἡλίου τὸ φῶς ἐκίλιπεν, γύρα δὲ παρασχέιν.

maximis annalibus] De iis vid. Turneb. ad Cic. de Legg. I, 2. 6. p. 533. et nos p. 16. ibidemque Cr. — Ut h. l. junguntur ratio et sollertia ita de N. D. II. 48. 123. machinatio et sollertia. Mr.

(1) Maximi annales appellabuntur non magnitudine, sed quod eos pontifex maximus consecrasset, ut ait Paulus voc. maximi. Horum annalium naturam perspicue docent Tullius de or. II. 12, et Servius aen. I. 375. Praeter res gestas singulorum annorum, observationes quoque caelestium φαινόμενων ibidem fuisse scriptas testatur apud Gellium II. 28, Cato. Defectuum solis et lunae canonicas supputationes, quae litteris essent mandatae, memorat etiam Augustinus ep. Lv. 7, deque iisdem ait C. D. III. 15, locutum fuisse in Hortensio Tullium. Perfecto eclipsium notatio percommoda historiae est: eam igitur diligenter scripserunt in utroque chronologico operis corpore ante et post Christum natum Gallici auctores. Utrum vero Urbis anno CCCL. nonis Iuniis solaris Romae eclipsis contingere potuerit, id videlicet astronomi dispiciunt. Nobiliores quidem solis defectiones, quae Ro-

mae visae sunt ab anno MDCCLIV, III. id. febr. retro usque ad Romulum, recensuerunt cl. duumviri Iosephus Calandrellus et Andreas Comes, Romanae astronomiae moderatores.

reputatae] Hoc sensu, ut sit i. q. calculo inito retro computare, hoc vocabulum apud Ciceronem alibi non legitur. Mr.

(2) Non de nihilo est, quod Cicero solis defectum in Romuli tantum obitu memorat, non item in ejusdem conceptu, qui videtur quibusdam error Dionysii hist. II. 56, traditioni praeae fidentis. Astronomi autem nonnulli negant Romae accidere potuisse solis defectionem anno, quo Romulus ex vulgari sententia procreatus fuit: vel certe annus, quo Urbem is condidit, transferendus est. Nonis Quinctilibus obiisse Romulum solemque defecisse ait etiam Plutarchus in Rom. xxvii.

exitum] Hac voce Cicero, quamquam ad eam nihil de hac significatione monuit Ern. in Cl., de morte non semel usus est: veluti de N. D. III. 37. 89. de Divin II. 9. 24. Mr.

(3) Romulum virtutibus suis in caelum ascendisse ait Cicero parad. I. [cap. II, 11. ibiq. Gernhard. p. 180. sq. Mr.]



XVII. Tum Tubero, Videsne, Africane, quod paulo ante secus tibi videbatur, doc (1) || . . . .

. . . . .  
 . . . . . lis, quae videant ceteri. / Quid, porro aut praeclarum putet in rebus humanis, qui haec deorum regna perspexerit (2), aut diuturnum, qui cognoverit, quid sit aeternum (3), aut gloriosum, qui viderit, quam parva sit terra, primum universa, deinde ea pars eius, quam homines incolant; quamque nos in exigua ejus parte affixi, plurimis ignotissimi gentibus, speremus tamen, nostrum nomen volitare et vagari | latis

Fr 121.  
 Desiderantur  
 paginae duae.

P. 49.

(1) Quid lateat in sequente lacuna, haud difficili coniectura adsequemur. Quum enim superius cap. x. se segre adsentiri astronomorum affirmationibus dixisset Scipio, iam eam dubitationem Tubero dicit praesenti confabulatione fuisse sublatam. Scipio autem, qui nunc loquitur, e caelestium consideratione occasionem capiendam ait contemnendi terrestrium parvitatem. [In hac lacuna optime collocabitur locus ex incerto Tullii opere ab Augustino prolatus de vita beata §. 22: *An vero (quod ait Tullius) multorum in terris praediorum dominos divites appellamus; omnium virtutum possessores pauperes nominabimus?* (Sane ibi Augustinus §. 23. consentit cum Cic. de rep. l. 12. ait enim sibi et sodalibus placuisse ut in pratulo considerent). Sententia tamen haud fere absimilis est apud Cic. Parad. VI. A. M. in Emm.]

qui haec deorum regna perspexerit] Alio modo idem dixit noster Tusc. V, 24. 69. cum — sidera — viderit innumerabilia caelo inhaerentia. Mr.

(2) Seneca quaest. nat. I. praef. iuvat inter sidera ipsa vagantem

*divitum pavimenta ridere, et totam cum auro suo terram.* Lege cetera huiusmodi, quae ibidem dicuntur magnifice, multoque magis in consol. ad Helviam cap. ix.

(3) Cicero Tusc. IV. 17: *quid videatur sapienti magnum in rebus humanis, cui aeternitas omnis totiusque mundi nota sit magnitudo?*

*quam parva sit terra* etc.] Ad rem facit notissima illa de Socrate Alcibiadis fastum perstringentis narratio, quam servavit Aelianus Var. Hist. III. 28. Mr.

*quamque nos* etc.] Haec structura cum paulo sit impeditior, ne cui emendandi ansam praebet vellibidinem excitet, [qualem mihi is non probavit qui me scribere jussit: *quamque*, i. e. quantopere, nos — plurimis ignoti simus gentibus, sperantes tamen] ne igitur ita, vel simili modo, aliquis offendat, verbo moveo jungenda esse: *qui viderit, in quam exigua ejus parte adfixi — nihilo minus speremus* etc. Superlativo *ignotissimus* noster usus est or. pro Flacco 17, 40. *dubitatis, iudices, quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimum civem vindicetis?* Mr. *volitare et vagari*] Poetice hoc

P. 122. sime (¹), agros vero et aedificia et pecudes et immensum argenti pondus atque (²) auri qui bona nec putare nec appellare soleat, quod earum rerum videatur ei levis fructus, exiguus usus, incertus dominatus, saepe etiam terribiorum hominum immensa possessio (²)? Quam est hic fortunatus putandus, cui soli vere liceat omnia,

(a) Cod. adque. Mr.

dictum est ad imitationem Ennii, cuius hi versus exstant apud nostram de Sen. 20, 73. Tusc. I, 49 et 15. *Nemo me lacrimis decoret, nec funera fletu Faxit. Quur? volito vivo' per ora virum.* Mr.

(1) Haec dicuntur a Scipione copiosius in somnio. Scipionis in gloria modestiam animi et moderationem confirmat ex ejus dicto Cicero off. I. 26.

*agros vero et aedificia etc.*] Lehnerus ab his verbis novam incipit periodum, post *possessio* ponit semicolon, et post *putandus* signum exclamandi: quo demum facto, neque vero aliter, intelligere se locum fatetur. Ego vero, quamquam ita distinctum locum probe intelligo, aliam hancce, quam dedit Heinr. et volebat Cens. Lips. l. c. p. 48. non pejorem, sed meliorem etiam existimo. Neque vero A. Maji distinctio servari potuit, quod fecerunt Sch. et St., ut, positus interrogandi signis post *perspexerit*, post *aeternum* et post *latissime*, plene distingueretur post *possessio*. Sed St. in corrigendis post hanc vocem interrogandi signum reponi jubet. — Ad v. *qui bona etc.* conf. Cic. Parad. I, 1. 7. Mr.

*saepe etiam terribiorum hominum immensa possessio?*] Haec spuria esse suspicatur Zachariae in libro, quem inscripsit: *Staatswissenschaftliche Betrachtungen*

*über Cic. — Werk vom Staate*, p. 59. sq. tum, quia cum propositione primaria non cohaereant, tum quia vocabulum *immensa* in eadem periodo jam superius positum fuerit, ideoque hoc certe corruptum videri existimat. Mihi quidem haec optime cohaerere videntur. Ita enim locum interpretandum censeo: bona ista neque putanda neque appellanda sunt, cum et fructus eorum sit levis, et usus exiguus, et dominatus incertus, et possideantur etiam immenso saepe pondere et numero ab hominibus terribioribus. Quae item est sententia loci modo laudati Parad. I, 1. 7. An vult fortasse *immanis* possessio? ut est ad Att. II. 9. *qui immanes pecunias paucis dederunt*: et Or. pro Rosc. Com. 8, 23. *et illa fuit pecunia immanis*. Ego nihil desidero: Mr.

(2) Immo Plato leg. v. p. 742. ait: *κλουσιους δ' αυ σφοδρα και αγαθους, αδύνατον*. Apte autem sic loquitur Scipio, qui, tantis rebus gestis, patrimonio satis mediocri contentus fuit. Cic. or. Lxx, parad. vi. Sed Scipionis abstinentiam pecuniaeque contemptum nemo certius praedicat quam ocularis testis Polybius xxxii. 12. Rursus Cicero off. II. 22, [ubi vid. quos laudat Beier. p. 148. Mr.] de am. III, parad. vi. [c. II. 48. ib. Gernhard. p. 257. sq. Mr.] Diodorus excerpt. de virt. et vit. ed.

non Quiritium, sed sapientium jure, (¹) pro suis P. 139.  
vindica || re! nec civili nexo, sed communi lege  
P. 50. naturae, quae vetat ullam rem esse cuiusquam,  
nisi ejus, qui tractare et uti sciat; qui imperia (²)  
consulatusque nostros in necessariis, non in ex-  
petendis rebus, muneris fungendi gratia subeun-  
dos, non praemiorum aut gloriae causa appe-  
tendos putet (³); qui denique, ut Africanum,

(a) Ita cod. modo per *n* modo per *m*.

Wessel. p. 586. sqq.; denique Aur. Victor de Vir. ill. cap. LVIII. ih. interpr.

(1) Formula *ex jure Quiritium* notissima in jure, sive de dominio sermo sit, sive de acquisitione, sive de aliis quibusdam rei familiaris negotiationibus. De nudo jure Quiritium tollendo extat lex Iustiniani eod. VII. 25. 1. [De jure Quiritium vid. Car. Sigonius de ant. jur. civ. Rom. p. 47 et 50. de ant. jur. Ital. p. 130. Ed. Wechel. 1593. Lexicon Iuridicum ex Brisson. Hotom. et Pratej. p. 977. Mr.]

*nec civili nexo*] *Nexum* vel *nexus* est obligatio quaedam civilis, quae fiebat adhibitis testibus, civibus Romanis, idque per aes et libram i. e. aere nummove aliquo percussa libra: quo facto solutio repraesentabatur: sicque non minus corpus, quam bona, obligabatur, ut pignus; praesertim si quis pro pecunia, quam debebat, operam suam corpusque servituti subjecerat. Plura vide apud Ern. in Clav. Cic., apud Sigonium de Ant. Iure Civ. Rom. L. I. c. XI. XII. p. 45. sq. et 49. Ed. Wechel. et in Lexico Iurid. ex Brisson. Hotom. Pratej. et Cujac. p. 759. (Genev. 1615. 8.) Ceterum, quamquam *nexum* dicit Cicero et *nexus*, eum tamen ejus usum observasse mihi videor, ut Genitivo casu plerumque dicat *nexi*, casu ablativo *nexu*,

utrumque ambiguitatis vitandae causa: v. c. de Har. Resp. 7, 14. *multae sunt domus — jure mancipi, jure nexi*. [Quamquam haec oratio in spuris habetur, nihil tamen impedit, quo minus hoc exemplo utar.] Paradox. V. 1. 35. *quae sunt — facta nexu, aut alio quo jure civili*. Mr.

*in necessariis, non in expetendis rebus*,] Alibi noster *necessarias* res et *voluntarias* sibi invicem opponit: v. c. De Invent. II. 49. 145. *nam id, quod imperatur, necessarium, illud, quod permittitur, voluntarium est*: pro Rosc. Com. 5, 15. *Illa superior fuit oratio necessaria, haec erit voluntaria*. Cf. Philippic. x, 9. 19. Ad verba *muneris fungendi* vid. quae monuimus ad cap. 7. add. Ruddimana. Inst. Gr. Lat. II. p. 195. Mr.

(2) Plato reip. I. p. 347: οὔτε χρημάτων ἔνεκα ἐθέλονσιν ἄρχειν οἱ ἀγαθοὶ οὔτε τιμῆς· οὐ γὰρ εἰσὶ φιλότιμοι· δεῖ δὲ αὐτοῖς ἀνάγκην προσεῖναι καὶ ζημίαν εἰ μὴλλονσιν ἐθέλειν ἄρχειν. Cicero off. II. 22: *habere quaestui remp. non modo turpe est, sed sceleratum etiam et nefarium*. Hinc et Maximus (inter Aug. serm. suppos. LXXXII. 1.) *nec remp. gerere criminisum est; sed ideo agere remp., ut rem familiarem potius augeas, videatur esse damnabile*. Denique ad

- P. 140. avum meum, scribit Cato solitum esse dicere, possit idem de se praedicare, numquam | se plus agere, quam nihil cum ageret, numquam minus solum esse, quam cum solus esset (¹)! Quis enim putare vere potest, plus egisse Dionysium tum, cum omnia moliendo eripuerit civibus suis libertatem, quam ejus civem Archimedes, cum istam ipsam sphaeram, de qua modo dicebatur, nihil cum agere videretur, effecerit? Quis
- P. 141. autem non magis solos esse, qui in foro turbaque, quicum colloqui libeat, non habeant (²), quam qui nullo arbitro vel secum ipsi loquantur, vel quasi doctissimorum hominum in con-

gloriam quod adinet Augustinus C. D. xix. 19. ait: *locus superior, sine quo regi populus non potest, etsi ita teneatur atque administratur, ut decet, tamen indecenter appetitur.* Confer eundem Aug. C. D. v. 3. et ep. ccxxx1.

*solitum esse dicere; possit idem de se praedicare*] Schützius nihil monens et invitus, ut existimo; omisit verba *dicere, possit idem*, quo facto verba *qui denique* non habent, quo referantur. Idem statim scripsit *quam quum nihil ageret pro quam nihil cum ageret*, quod cur fecerit, non facile dixeris, cum paulo post verborum ordinem in locutione *nihil quam agere videretur* intactum reliquerit. *Mr.*

(1) Id dictum repetit Cicero off. III. 1. De otio clarorum virorum atque magnorum videsis, quae docte collegit Pareus in electis Symmachianis. p. 31. [coll. p. 91. sq. *Mr.*]

*omnia moliendo*] Simili modo locutus est noster Catilin. II, 1. 1. *E. Catilinam — pestem patriae nefarie molientem.* *Mr.*

*de qua modo dicebatur, nihil*

*cum agere videretur*] Ita cum Steinackero has propositiones transposuimus, cum in Cod. MS. et in reliquis Edd. sit: *nihil cum agere videretur, de qua modo dicebatur*: et ita demum verba *cum istam ipsam sphaeram* propositionem suam relativam sibi adjuuctam habent. *Mr.*

(2) Cicero ad Att. I. 18: *cum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quocum aut joculari libere aut suspirare familiariter possumus.*

*vel quasi doctissimorum hominum in concilio adsint, cum*] Tria sunt, quamvis minoris momenti, quae monenda videntur. Primum, ne quis comma positum velit post *vel*, quo facto *cum* esset delendum; nam alia ratio est loci de Orat. II. 14. 61. *cum his me oblecto, qui res gestas aut qui orationes scripserunt suas*: alterum, *cum* esse conjunctionem; tertium denique, optime se habere structuram verbi *adesse*: ita enim noster pro Quinto 25. 79. *et a vobis, qui adestis in consilio, quaeso.* *Mr.*

cilio adsint (<sup>a</sup>), cum eorum inventis scriptisque (<sup>a\*\*</sup>) se oblectent? Quis vero divitiorem quemquam putet, quam eum, cui nihil desit, quod quidem natura desideret (<sup>1</sup>)? aut potentior, quam illum, qui omnia, quae expectat (<sup>a\*</sup>), consequatur? aut beatiorem, quam qui sit omni perturbatione animi liberatus? aut firmiore fortuna, quam qui ea possideat, quae secum, ut aiunt, vel e naufragio possit efferre (<sup>b</sup>)? Quod autem imperium, qui magistratus, quod regnum potest esse praestantius, quam despicientem omnia humana, et inferiora sapientia ducentem (<sup>2</sup>), nihil

(a) Ita [atsint] cod. pro adsint. (a\*) Ita Cod. 2. manu; at 1. expectat. Loci sententia Cicero de sapiente item loquens fin. III, 22. [(a\*\*) scribitisq. Mr.]

(b) Ita [efferre] cod. pro efferre. Contradicit autem Scaurus p. 2260, qui mavult geminare ff, quamquam aliter quosdam putavisse non negat.

divitiorem] De hac comparativi forma vid. Gernhard. ad Cic. Parad. vi. 3. 49 et 50. p. 239. sq. De superlativo divitissimus vid. v. Staveren ad Corn. Nep. Phocion. I, 2. p. 65. ed. Bard. et ad Alcib. II, 1. p. 225. et Beier. ad Cic. de Off. II, 17. 58. p. 113. Mr.

(1) Spretis iis, ut Lacr. I, 457: quorum — adventu manet incolumis natura abituque.

omni perturbatione animi liberatus?] De Off. I, 20. 67. dixit: omni animi perturbatione liber, et ib. 69. vacandum est omni animi perturbatione: ib. 66. neque perturbationi animi — succumbere. Mr.

fortuna, quam — e naufragio possit efferre?] In hanc sententiam dictum est illud Biantis philosophi, qui interrogatus, cur nihil ex suis bonis secum ferret, Ego vero, inquit, bona mea mecum porto. Valer. Max. VII, 2. ext. 3. Conf. Cic. Parad. I, 2. 8. sq.

qui melius Valerio sensum sententiae illius perspexit. Mr.

despicientem omnia humana] Explicat haec ipse Cic. de Finn. III. 8. 29. — eum, qui magno sit animo atque forti, omnia, quae cadere in hominem possint, despiciere ac pro nihilo putare. Ita verba sequentia: et inferiora sapientia ducentem conferenda cum Cic. de Amic. II. 7. Hanc esse in te sapientiam existimant, ut omnia tua in te posita ducas, humanosque casus virtute inferiores putes. Add. de Offic. I, 20. 66. Fortis animus — cernitur — in rerum externarum despicientia: et ib. 18. 61. animo magno elatoque, humanas res despicientem, ubi vide Beier. p. 141 et 152. ibiq. laudd. Mr.

(2) Scipionis nostri ceteroqui ambitiosorem animum dicit Cicero off. I, 30: [ibiq. Beier. p. 232.] in C. Laelio multa hilaritas, in eius familiari Scipione ambitio

- P. 127. unquam, nisi sempiternum et divinum, animo || P. 52.  
 volutare? cui persuasum sit, appellari ceteros  
 homines, esse solos eos (<sup>a</sup>), qui essent politi  
 proprii (<sup>b</sup>) humanitatis artibus (<sup>c</sup>)? ut mihi Pla-  
 tonis illud (<sup>c</sup>), seu quis dixit alius (<sup>2</sup>), perele-  
 gans esse videatur; quem cum ex alto ignotas ad ter-  
 ras tempestas et in desertum litus detulisset, timen-  
 tibus ceteris propter ignorationem locorum, ani-  
 madvertisse dicunt, in arena geometricas formas  
 P. 128. quasdam esse descriptas; | quas ut vidisset, exclamavit

(a) Cod. *solo deos*, sed mox expuncta *d*; erat autem faci-  
 endum *s ex d*.

(b) Ita [*propriis*] codex, non *propriis*.

(c) Cod. *illut. Mr.*

*major, vita tristior.* Et sanctorum  
 minum ambitiosorum tristissimos  
 saepe vultus videmus. Multi autem  
 omni aetate fuerunt, qui Curios  
 simularunt. Leges de rerum hu-  
 manarum despicientia Epicureos  
 vel vita vel secta homines u. gr.  
 Lucretium II, 7. V. 1116. [ ibiq.  
 Creech.] Virgilium Georg. II, 458;  
 Horatium, Sallustium et Senecam  
 passim. Ciceronis etiam sextum  
 paradoxon in hoc argumento ver-  
 satur. [Universe de hac re et co-  
 piose disputat Petr. Gassendus in  
 Philosophiae Epicuri Syntagmate  
 Part. III. in primis capp. 4. 18—23.  
*Mr.*]

*animo volutare*] Ita dixit Li-  
 vius XL, 8. *multa secum animo*  
*volutans*: et lib. IX, 17. *quibus*  
*saepe tacitis cogitationibus vo-*  
*lutavit animum.* *Mr.*

*appellari ceteros homines,*  
*esse solos eos, qui etc.*] i. e., si  
 quid video, *ceteros quidem homi-*  
*num nomen gerere, revera autem*  
*homines esse solos eos, qui etc.*  
 Quae quamquam sunt satis per-  
 spicua, Heinrichus tamen post  
 eos asteriscum, sive lacunae sive

depravationis signum, posuit, et  
 duo viri eruditi, quorum nomina  
 silentio premere praestat, con-  
 jecturis tentarunt locum, alter scri-  
 bere me jubens: *appellari veros*  
*homines posse solos eos, qui etc.*  
 alter: *appellari ceteros homines*  
*esse solitos eos, qui etc.* quibus  
 ego conjecturis, posteriore prae-  
 sertim, nihil vidi infelicius.—  
 Quomodo h. l. dicit *homines poli-*  
*tos humanitatis artibus*, ita dicit  
 de Or. II. 37. 154. *humanitate po-*  
*litos.* *Mr.*

(1) Hinc illa Diogenis adrogan-  
 tia, qui, quum in publico clama-  
 visset, heus homines, complures-  
 que convenissent, baculo eos ab-  
 egit dicens, se homines non ster-  
 quilinia advocasse. Laërt. VI. 2. 6.

(2) Nempae Aristippus. Profe-  
 cto Laërtius II. 8. 4. aliud item di-  
 ctum refert Aristippi, quod qui-  
 dam Platoni tribuere malebant.

*geometricas formas*] Ita de  
 eadem re voce *forma* pro *figura*  
 utitur noster de Orat. I, 42. 187.  
*in geometria lineamenta, for-*  
*mae, intervalla, magnitudines.*  
*Mr.*

mavisse (<sup>1</sup>), ut bono essent animo; videre enim  
 P. 53. se hominum vestigia: „ quae videlicet ille non  
 „ ex agri consitura, quam cernebat, sed ex do-  
 „ ctrinae iudiciis interpretabatur (<sup>a</sup>) (<sup>2</sup>)“. Quam  
 ob rem, Tubero, semper mihi et doctrina

(a) Cod. *interpretabatur*, quod verbum cum diphthongo passim occurrit in antiquis codicibus, prosodia invita. Error inde fluxisse videtur, quod *p̄* significat *prae* et *pre*, librarii autem de more notas male vel intellexerunt vel pronunciauerunt.

*exclamavisse, ut*] i. e. exclamantem monuisse, ut etc. Neque vero hic locus in iis est ponendus, ubi post verba dicendi ponitur *ut* pro accusativo cum infinitivo, quae de constructione loquitur Goerenz. ad Cic. de Fin. II. 35. 108. p. 284. sq. et, quem laudat, Gesnerus ad Quintil. VII, 1. 35. idemque in Thesouro L. L. v. *ut. Mr.*

(1) Vocabulum *exclamavisse* superadditum est in codice, quamquam aegre admodum legitur. Alioqui supplementum loci petivissem e prooemio Vitruviani libri sexti, cuius initium est: *Aristippus philosophus Socraticus naufragio cum ejectus ad Rhodiensium litus animadvertisset geometrica schemata descripta, exclamavisse ad comites ita dicitur: bene speremus, hominum enim vestigia video.* De hoc Aristippi naufragio loqui puto Augustinum C. D. IX. 4. Geometriae scientiam non solum humanae naturae diserte propriam voluerunt philosophi, verum etiam divinae. Cassiodorus de art. cap. IV: *geometriam philosophi ut praeconiis celeberrimis efferrent, Jovensum in operibus propriis geometram fuisse testantur.*

*consitura*] Est vocabulum alibi non obvium, ideoque etiam a Nonio Marcello loco ab A. Majo laudato notatum. *Mr.*

*sed ex doctrinae iudiciis*] Dedit Schützius *iudiciis*, nihil minus: quod nemini probatum iri

existimo. Sed tales permultas ejusmodi in ejus editione delicias, correctori deberi persuasum habeo, qui vir accuratissimus eas quoque notulas concinnavisse videtur, quae sunt in editione Schützius Davisiana Ciceronis de N. D. inde a p. 491. *Mr.*

(2) Locum e I. de rep. citat Nonius voc. *consitura*.

*et doctrina et eruditi homines et tua ista studia*] Potes quidem acquiescere in hac lectione, et, si velis, in subsidium vocare Cic. Ep. ad Fam. IV, 4. post med. *a prima aetate me omnis ars et doctrina liberalis et maxime philosophia delectavit.* Neque tamen de nihilo esse videtur mea suspicio, cum primum incidens in hunc locum conjeci *et doctrina eruditi homines*: primum, quidem, quia, quod post primum et dicitur *doctrina*, post tertium denuo eodem fere sensu redit in verbis *ista studia*, deinde vero, quia Cicero verbo *eruditus* saepissime talem ablativum adjungere solet. Videmodo Brut. 67. 236. *M. Piso — Graecis doctrinis eruditus fuit*; de Nat. Deor. III. 9. 23. *omni — doctrina eruditus*; ad Qu. Fratr. I, 1. 7. *hominis — doctrina eruditi*; pro Arch. poet. 7, 15. *istane doctrina — eruditi fuerunt*? — Beierus cur verba *tua ista studia* verterit *ihre Bestrebungen*, nisi, quod non debebat, delevit *tua*, ipse non facile dixerit. *Mr.*

et eruditi homines et tua ista studia placuerunt (1).

XVIII. Tum Laelius, Non audeo quidem, inquit, ad ista, Scipio, dicere; neque tam te

Desideran-  
tur paginae  
duae.

P. 285.

aut (a) Philum aut Manilium (2) || . . . . .  
. . . . . in ipsius paterno genere fuit noster P. 54.  
ille amicus, dignus huic (3) ad imitandum

(a) Cod. 1. manu pro *aut* habet *quam*; quae lectio sententiam contrariam et improbabilem faceret. Itaque secunda manus delevit tres litteras *q u m*, ac superposuit *ut*, ita ut fieret *aut*.

(1) Dignum principe reip. dictum! Huc pertinet Constantii et Iuliani lex cod. xiv. 1. 1: *ne litteraturae, quae omnium virtutum maxima est, praemia denegentur, eum, qui studiis et eloquio digno primo loco videbitur, honestiorem faciet nostra provisio*. Alii tamen legunt *virtutum magistra*, quibuscum consentit Augustinus C. D. xix. 3, qui ait virtutem a doctrina inseri velut artem vivendi. Et quidem Isocrates (or. de permut.) magnopere iubet, ut magistri non sine virtute doctrinam alumnos doceant. Pleni vero omnes sunt libri, plenae sapientium voces, plena exemplorum vetustas (liceat verbis Tullianis loqui) ut minime dubitemus, eum, qui praecipuis reip. fungatur muneribus, debere litterarum ornamentis florere. Duos interim imperii iam ruentis aut lapsi summos homines consulere sufficit; nempe Symmachum ep. I, 21. x. 21; Cassiodorum var. v. 4. viii. 12. ix. 7. x. 3. 6. 7. xi. 1. 13.

*Non audeo quidem*] Si, quae mox sequitur, lacuna conjecturae locum concederet, ego quidem crediderim Laelium ita loqui coepisse: *Non audeo equidem*. Possis etiam conjicere: *non audeo quidquam — ad ista — dicere*: ut *dicere* habeat suum accusativum. Sed item sine Accusativo idem verbum posuit noster Phi-

lippic. V, 19. 53. *dixi ad ea omnia, consules, de quibus retulistis*. Mr.

(2) Sapienter Laelius satagit, quominus Scipioni, Philo, et Manilio, tantis viris ac senibus, adversari videatur. Totam vero reprehensionem in lacuna convertisse eum puto contra Tuberonem adulescentem, qui caelestia illa de Scipione quaesierat et plus aequo philosophiae vacabat: quod non modo ex his de rep. libris constat, verum etiam de or. III. 23. *dies et noctes virum summa virtute et prudentia videbamus, philosophiae cum operam daret, Q. Tuberonem; at ejus avunculum vix intelligeres id agere, cum ageret tamen, Africanum*. Scilicet Africanus, secus ac Tubero, retinuit, (ut cum Tacito Agr. iv. loquar) *quod est difficillimum, ex sapientia modum*.

*paterno genere*] De Scipionis gente ait Cic. in Bruto 58. 212. *Etenim Scipionis genus est ex ipsius sapientiae stirpe generatum*. Mr.

*dignus huic ad imitandum*] Similis est structura loci de Divin. I, 54. 123. *tibi enim nota sunt, mihi ad commemorandum non necessaria*. Plura dabit Vorstius de Latinitate falso suspecta cap. xx. p. 212. Mr.

(3) Q. Aelio Tuberoni praesenti.



*Egrege cordatus homo, catus Aelii* (a)  
*Sextus* (1);

qui egregie cordatus et catus (1) fuit et ab Ennio dictus est, non quod ea quaerebat, quae nunquam inveniret, sed quod ea respondebat, quae eos, qui quaesissent, et cura et negotio solverent: cuique contra Galli studia disputanti in ore semper erant (b) illa | de Iphigenia (3) p. 186.

(a) Ita [*Aelius*] cod. pro *Aelii*. (b) Ita [*erat*] codex, non *erant*. [Malo scribere *erant*. Tum certe *Iphigenia* corr. *Ifigenia*; ita enim habet codex. A. M. in Emm.]

(1) Superest hic versus ex annali Ennii decimo, legiturque apud Tullium etiam tusc. I, 9. et de or. I, 45. De hoc Aelio Sexto, qui fuit in maioribus Q. Tuberonis, legis etiam de or. III, 33. ad fam. VII, 22, et Val. M. IV, 3. 7.

(2) De hoc vocabulo sic Varro LL. VI, 3: *cata, acuta; hoc enim verbo Sabini dicunt: quare catus Aelius Sextus, non, ut ajunt, sapiens, sed acutus*. Consentit Augustinus C. D. IV, 21. *cato*q; id est *acutus*. Quare haud scio an recte Plutarchus in Cat. majore cap. I. doceat, Catoni factum esse nomen a voce latina *cato*, quae ipsi est *ἔκαστος*. Varronis liber logistoricus, qui inscribebatur *catus*, citatur a Gellio XX, 11. A. M. — [Conf. Goerenz. ad Cic. Acad. II, 30. p. 178. et Wytt. ad de Legg. I, 16. p. 111. ed. Mos. et nostr., qui in aliam sententiam abit. Cr.] *cura et negotio solverent*] Barissemi exempli est apud Ciceronem verbum hoc finitum *liberandi* significatione, neque nisi conjunctum cum vocibus *religione* et *legibus*, ut pro Caecina 34. *ut religione civitas solvatur, civis Romanus traditur*; ad Herenn. III, 2. 2. *solvat ne legibus Scipionem*; vel, singulari usu, pro Sextio 7, 16. *hanc taetram immanemque bellum — solvit*

*subito legum consul*, ubi plerique Editores recentiores uncinis incluserunt *legum*. Sed usitatissimum est idem verbum finitum ea significatione poetis, usitatissimum item Tullio nostro in forma participii *solutus*, cujus ubivis obvia sunt exempla. — Mox Ed. Stuttg. pro *disputanti* habet *disputandi*. Mr.

(3) Iphigeniam tragoediam scripserant Ennius et Naevius. Et sane in Ennianae Iphigeniae fragmentis editis mentio stellarum fit: quia scilicet Agamemnon, filiae immolandae horam expectans, sidera contemplatur. Confer Euripid. Iph. in Aul. 6. et 717. Sed et Achilles tragoedia Accii itemque Ennii memoratur a Festo et Nonio. Heic tamen de Iphigenia tragoedia cogitandum omnino est, ita ut hi versus verba sint Achillis, qui Iphigeniae adversus Agamemnonis crudelē superstitionem supplicias ferebat. Res satis constat ex Euripide. Neque tamen caret suspitione corruptionis hic locus. Versus certe scribuntur in codice continui; neque eos sine quadam animi perplexitate sive a Ciceronis verbis, sive ipsos inter se dispesco. Venit enim mihi in mentem Aemilius Portus, qui Menandri historici prosaicum locum (apud Suidam voc. *αἰστος*) comici

Achillis (a): *Astrologorum signa in caelo quaerit* (b); *observat Iovis* (c) P. 55.

(a) Cod. *Achilles*. (b) Ita [quid sit] cod. [Sine dubio corrigendum quaerit: observat. Sic enim loquitur ipse Cicero p. 57. A. M. in Emm.] (c) Cod. perspicue habet *observationis*, quicum satis congrueret praecedens *quid sit*. Verumtamen ego ausus sum facere *observat Iovis*. Ovidius fast. V. III. *prima mihi nocte videnda-stella est in cunab officiosa Iovis. -Nascitur Oleniae signum pluviale Capellae*.

esse putavit, atque ex eo versus jambicos facere nisus est: nec non contrarius error Herueti, qui comici nescio cujus versiculos, Sexti Empirici verba putavit lib. vi. 55. Rem igitur criticis versandam permitto.

*Achillis*] Cum supra cap. xiv. his scribatur *Archimedi* pro *Archimedis*, facile in scriptione Cod. M. *Achilles* vestigia scriptiois antiquae *Achillei* extare suspiceris: quod item in mentem venit Steinackero. Conf. Schneideri Gr. Lat. II. 1. p. 164. Quod vero nos A. Majus ex codice *Ifigenia* rescribere jubet, singulari consilio facit: eodem jure in eodem capite servavit codicis sui elegantiam in scriptione *filosofari. Mr.*

*Astrologorum — plagas.*] Ita nobis, si minus recte, melius tamen aliquantum prioribus editoribus restituisse videmur, neque tamen ita nobis placemus, ut meliora afferentem rejecturi simus. Pro *quid sit* recepimus A. Maji *quaerit*; recepissemus Heinrichii *quaesit*, si hoc vocabulum alio sensu, quam ut sit i. q. *rogat*, legeretur apud veteres, ut est apud Lucret. V, 1228. *ac prece qua e sit Ventorum pavidus paces*: de eo verbo vid. Ruddimannus in Inst. Gr. Lat. T. I. p. 269. ed. Stallb. In versu secundo cum Heinr. scripsimus *beluae* pro *beluarum*, quod factum probavit Censor Lips. n. 12. p. 91. (1824.), dicens requiri singularem pronomine aliquod i. e. aliud quod *astrologorum* (ab astrologis descriptum) *signum* s.

nomen *beluae*. Tertium versum, qui legitur in Cod. *Quod est ante pedes nemo spectat* etc. et plane ita apud Cic. de Div. II, 13. ubi Davis. dicit: „versus est Trochaeus, nam vox secunda pro brevi syllaba passim numeratur. Vid. Chr. Wasii Senar. cap. 2: “tertium igitur versum scripsi ut Steinackerus. Schützius continua oratione et plane, ut suat in Cod. MS. describi jussit hos versus, respiciens, credo, A. Maji notam ad v. *Iphigenia*: in nota vero addidit tertium versum exstare apud Ciceronem de N. D. III. 16. ubi non nisi nomen *nepae* legitur: reprehensus jam eo nomine a censoribus Gottingensi (1824. 84.) et Lipsiensi (1824. 7.) Steinackerus primum didicit a G. Hermanno (cui viro artis metricae principi, cum obloqui non audeam, non obtemperare tamen sum ausus) jambicos esse hos versus et alteram syllabam in voce *Astrologorum* apud Ennium produci, ut apud Cic. de Div. I, 58. in versu:

Non haruspices vicanos, non de circo astrologos:

(ad quae v. cens. Lips. 1824. 8. p. 58.): deinde ipse nos docet, nulla emendatione opus esse: ad verba *quid sit* ex tertio versu intelligendum esse *sciant*: tum familiari ac domestica veteribus poetis, praesertim comicis, constructione *signa observationis*, quasi uno verbo scriptum esset, ita copulari oportere [videlicet ut *signa-observatio* sit i. q. *signorum observatio*, substantivo rectionem verbi

*Cum capra, aut nepa<sup>(a)</sup>, aut exoritur nomen aliquod beluae.*

*Quod 'st ante pedes, nemo spectat; caeli scrutantur plagas<sup>(1)</sup>.*

P. 30. Atque idem (multum enim illum audiebam et libenter) Zethum illum Pacuuii nimis inimicum doctrinae esse dicebat: magis eum deletabat Neoptolemus Ennii, qui se ait *philoso-*

(a) In codice scribitur *nlupa*, obscurata est tamen *u* et *l* videtur inflexa in *e*. Est autem prorsus insignis haec scriptura, quae innuit varias lectiones duas *nepa* et *lupa*; quae varietas eadem occurrit apud Tullium etiam N. D. III. 16: *singulas enim stellas numeras deos, eosque aut beluarum nomine appellas, ut capram, ut lupam*. Ibi vero Ursinus aliique critici observant, non sine codicum auctoritate, legendum esse *nepam*, non *lupam*; praesertim quum *lupae* signum caeleste nullum sit. *Nepae* signum apud Cic. in Arateis. [Cf. nostr. et Cr. ed. Cic. de N. D. maj. p. 549. sq. Mr.] [Add. de Finib. V. 15. 42. ibiq. Goerenz. *Nepa* in sideribus est scorpius. cf. Columella de r. r. x. vs. 57. p. 476. Schneider. Cancerne sit, an scorpius, in caelo dubitat Paulus ap. Fest. in voc. p. 275. Dacer. Alibi tamen manifesto cancer est, ut in Sereno Sammon. XIII. vs. 199. ibiq. not. p. 43. ed. Ackermann. Adde Schneideri indic. ad Scriptores r. r. in *nepae occasus* p. 260. sq. Cr.]

servante: } quod genus sit *rem curatio*: interpretandum igitur esse: Quid astrologi de coelo observent, eo respiciunt, id scire curant, quod ante pedes est, nemo spectat. Quod ad sensum non repugno: de scriptione suum cuique iudicium sit liberum: mihi non probatur. Denique quod St. pro *quod est* scripsit *quod 'st*, in eo mihi ab ejus partibus standum esse visum est. Lehnerus primum versum scripsit: *astrologorum signa, in caelo quid sit, observat: Jovis*. Versu secundo vult: *cum capra aut scorpius aut exoritur nomen aliquod beluae*; videlicet ut sit versus jambicus, quem eundem jambicum esse dicens Steinackerus tamen edidit ut A. Majus. Si versus essent jambici, recte se haberet metrum apud Lehnerum: sed mutare ne-

*pam* in *scorpium* i. e. minus usitatum nomen in usitatus, hoc vero est agere (sit venia verbo) glossatorem. Mr.

(1) Postremum hunc versum recitat Cicero etiam de divin. II, 13. Plagium ludicrum Senecae licet agnoscere qui verba *caeli scrutatur plagas* e poeta tragico sumpsit, et salse ad Claudium irridendum transtulit in *ἀποκολοκυντώσει*. Sed enim de astrologia honorificentius Achille indicat Ulyxes apud Homerum notante Polybio IX. 16. Lege et Virg. G. II. 477.

*multum enim — libenter*] Haec verba, cum interrumpant orationis progressum, cum Heinr. parentheseos signis coercui. Quinque haec verba *idem, multum enim illum audiebam* in *m* desinentia *καχοφωνίας* arguit Lehnerus. Mr.

\* Q. VII. *phari* (a) \* || *velle, sed paucis; nam omnino haud placere* (1). Quod si studia Graecorum vos tanto opere delectant, sunt alia liberiora et transfusa latius, quae vel ad usum vitae, vel etiam ad ipsam rem publicam conferre possumus. Ista quidem artes, si modo aliquid, valent, ut paulum acuunt et tamquam irritent ingenia puerorum, quo facilius possint maiora discere (2).

P. 181. XVIII. Tum Tubero, | Non dissentio a te, Laeli: sed quaero, quae tu esse maiora intelligas (b)? L. Dicam, me hercule (c), et conte-

(a) Ita [*filosofari*] cod. per f. (b) Cod. 1. manu *intelligas*; sed 2. factum *intellegis*. Utramlibet lectionem eruditi amplectantur. (c) Cod. *hercule*; mox superadditum *me*.

*philosophari* etc.] De hoc versu vid. Davis. ad Cic. Tusc. II. 1. 1. — Verbum *transfundere* eo sensu, ut sit fere i. q. *diffundere*, alibi non facile reperias. Mr.

(1) Sic Cicero de or. II. 37: *miror cur philosophiae, sicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indixeris. Minime, inquit Antonius; ac sic decrevi philosophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium, paucis; nam omnino haud placet.* Tum Tusc. II. 1: *Neoptolemus apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis; nam omnino haud placere.* Apud Propertium III. 15. 29. dicitur *durus Zethus*; apud Horatium ep. I. 18. 42. *severus*.

*ad usum vitae*] Simili modo noster de Off. I, 8. 24. *Expetuntur—divitiae—ad usus vitae necessarios.* Ad finem capitis conf. Cic. Brut. 33, 126. *Legendus—hic orator—jamentuti. Non enim solum acuere, sed etiam alere ingenium potest.* Ep. ad Brut. 17. *pueri cupiditatem—esse irritatam.* Mr.

(2) Imitari ac prope exscribere

videtur Cicero dilecti sibi Isocratis orationem de permutatione, quae paucos ante annos Mediolani primum integra edita est. Sic autem ibi p. 117: *οἱ πλείστοι τῶν ἀνθρώπων ὑπεκλήραβιν ἀδολεσχίαν καὶ μικρολογίαν εἶναι τὰ τοιαῦτα τῶν μαθημάτων κ. τ. λ. περὶ τὴν περιτολογίαν καὶ ἀκριβείαν τῆς ἀστρολογίας καὶ γεωμετρίας διατρίβοντες καὶ δυσκαταμαθήτοις πράγμασιν ἀναγκάζομενοι προσεχειν τὸν νοῦν κ. τ. λ. ἐν τούτοις γυμνασθέντες καὶ παροξυνθέντες, ἔβρον καὶ θάπτον τὰ σπουδαιότερα καὶ πλεονος ἀξία τῶν πραγμάτων ἀποδέχεσθαι καὶ μανθάνειν δύνασθαι.* Sed enim geometriam in primis commendabat imperatorio viro Polybium IX. 20. 21: quae omnia nostris temporibus extra controversiam sunt.

*sed quaero, — intelligas?*] Hanc ego cum Heinr. Sch. et St. praetuli codicis a 1. manu scriptionem; Lehn. cum A. Majo dedit *sed, quaero, — intelligis*. Ad scriptionem vocis *me—hercule* vide quae disputavi ad Cic. de Legg. III. 14. 33. p. 444. ed. nostr.

P. 57. *mnar a te fortasse, cum tu ista caelestia de Scipione quaesieris*(<sup>a</sup>), ego autem haec, quae videntur ante oculos, esse magis putem quaerenda. Quid enim mihi L. Pauli nepos (<sup>1</sup>), hoc avunculo (<sup>2</sup>), nobilissima in familia (<sup>3</sup>) atque in hac tam clara re publica natus (<sup>4</sup>), quaerit, quomodo duo soles visi sint, non quaerit, cur in una re publica duo senatus et duo paene jam populi

(a) Cod. *quesieris*.

et Cr. *Mr.* — Ad v. et *contemnar* v. Lambin. ad Muretum Vol. I. p. 399. sq. ed. Ruhnk. *Cr.*

*de Scipione quaesieris* ] Ita noster ad Att. I, 11. *Messala de Pompejo quaesivit, quid de religione sentiret*; de Legg. I, 1. 3. p. 7. ed. Mos. et nost. *an ita factum de Mario, ut scribis, acceperis*. Conf. Non. Marcell. XII. 35. *Cr.*

*ante oculos, esse magis* ] *Malim distinctionem ita positam: ante oculos esse, magis* etc. *Cr.* — *Rarior videlicet est usus verbi videri propria i. e. passiva significatione, ut est Acad. II, 25. 81. Dicet me acrius videre, quam illos piscis fortasse, qui neque videntur a nobis, et nunc quidem sub oculis sunt, neque ipsi nos suspicere possunt.* Sed talis locutio non tam infrequens, quam ea, quae in contextu est, si servas A. Maji distinctionem, nimirum ut dicatur: *videri ante oculos*, quod vix alibi apud Ciceronem inventum iri existimo. Nam quod est *Orat.* 29. 101. *quam nullis, nisi mentis oculis videre possumus*: hoc non falcit singulare illud dictum. *Mr.*

*Quid enim mihi L. Pauli nepos — quaerit,* ] Eodem modo tibi ponitur ad *Fam.* IX. 2. *At tibi repente paucis post diebus, cum minime exspectabam, venit ad me Caninius.* Ita mihi *Parad.* V,

2. 36. *An ille mihi liber, cui mulier imperat? Ad quem locum Wyttenbachius in Dictatis ad Cic. Parad., quae ad manum habeo et aliquando editurus sum, haec: „Est Dativus Atticus, qui significat admirationem, item meo iudicio, veluti h. l. an illum ego „liberum iudicem?“* *Mr.*

(1) Natus ex Aemilia, Pauli filia, sorore Africani.

(2) Scipione Aemiliano praesente. [ *Hoc avunculo sunt Abl. abs. plane iidem, quales sunt de Legg. III. 16. 37. hoc populo, ubi vid. meam notam p. 452. cf. item de Off. I. 39. 139. alio domino, ubi vid. Heusinger. Mr.* ]

(3) Aelia.

(4) Eleganter Cicero facit Laelium haec verba dicentem, similia partim iis, quae sunt in oratione ipsius Laelii in funere Africani dicta; cujus orationis, quam recitavit Q. Maximus frater ipsius Africani (Cic. pro Mur. xxxvi.), nobilem particulam e palimpsesto Tulliani interpretis Vaticano nos posthac excitabimus.

*duo soles — duo senatus* ] Alio modo sed item egregio illud de duobus solibus portentum ad rem publicam applicat noster in libris de N. D. II. 5. *sole geminato — quo quidem anno P. Africanus, sol alter, exstinctus est.* *Cr.*

*duo senatus* ] Varro apud Non.

P. 213. sint (<sup>1</sup>)? Nam, ut vi || detis, mors Tiberii Gracchi (<sup>2</sup>), et jam (<sup>a</sup>). ante tota illius ratio tribunatus' divisit populum unum in duas partes (<sup>3</sup>): obtretractores autem et invidi Scipionis (<sup>b</sup>), iniitiis (<sup>c</sup>) factis a P. Crasso et Appio Claudio (<sup>d</sup>),

(a) Ita malo legere, quam etiam. (b) Cod. *Scipiis*; sed videtur superadditum *on*. Item scriptum *invidis*, mox deleta *s*. Si legas *Scipionis*, vox *invidi* est substantiva. Factionem adversam Scipionibus memorat Livius xxxviii. 55. (c) Cod. *initionis*; sed mox expunctae litterae *on*. Nimirum librarius quod detraherat priori verbo, adjunxit posteriori. Hujusmodi metatheses aliquot aliae inferius recurrent.

cap. 6. nr. 36. *civitas biceps*: cf. etiam Flor. III. 17. Plato de Re- publ. viii. p. 551. p. 391. Bekkeri: τὸ μὴ μίαν, ἀλλὰ δύο ἀνάγκη εἶναι τὴν τοιαύτην πόλιν. Cr.

(1) Senatus auctoritatem et ordinem concordiam dicit Cicero ad Att. I, 18. duo firmamenta reip. a se constituta.

(2) Augustinus C. D. II. 21. ait: eo quippe tempore disputatur (de rep.), quo jam unus Gracchorum occisus fuit, a quo scribit seditiosus graves coepisse Salustius: nam mortis ejus fit in eisdem libris commemoratio.

(3) Neque enim plebs cuncta romana Graccho favebat, sed intactam perniciosis illis consiliis partem tradit Vellejus II 5. Apte huic loco Aristoteles reip. v. 9. queritur, a plebeiis demagogis, qui locupletes in politia libera oppugnant, scindi in duas partes remp. solere. [Imitatur Cicero Varronem apud Nonium voc. bicipitem; tum ipse semet repetit de am. XII. A. M. in Add.]

*obtretractores autem et invidi Scipionis*] Ita noster ad Fam. I, 4. a tuis invidis atque obtretractoribus nomen inductum fictae religionis: eadem constructione, ut nostro loco, Orat. 4, 140. non invidios solum — sed fautores etiam mearum

*laudam*: pro Flacco I, 2. *beneficii* — *obtretractor* — *aut laudis invidus exstitisset*. Mr.

*in itis factis a P. Crasso*] Est Graeca loquendi ratio q. d. ἀρξάμενοι ἀπὸ Π. Κράσσου: de qua v. Matthiae Gr. Gr. §. 557. p. 811. Buttin. ad Platon. Alcib. I, p. 115. Sturz. Lex. Xenoph. I. p. 427. — De P. Crasso ad locum Cic. ab A. Majo laudatum (Acadd. II, 5. 13. p. 29. ed. Goerenz.) vid. Davis. et Gronov. Observv. II, 6. p. 198. ibiq. laud. eum locum et Cic. de Orat. I, 37. 170. Adde Jac. Perizonii Animadverss. Historr. cap. 9. Est P. Crassus Mucianus, nimirum P. Mucii Scaevolae frater, adoptatus a P. Licinio Crasso Divite. Cf. etiam Ernesti Cl. Cic. in P. Crasso. Cr.

(4) Tib. Graccho ferenti legem agrariam adfuerunt consiliarii Appius Claudius princeps senatus, socer eiusdem, nec non P. Crassus Mucianus, et P. Mucius Crassi frater. Plutarch. in Gracch. ix. De postremis testis quoque Cicero Acad. iv. 5: duos sapientissimos et clarissimos fratres P. Crassum et P. (Mucium) Scaevolam aiunt Tib. Graccho auctores legum fuisse; alterum quidem, ut videmus, palam, alterum, ut suspicamur, obscurius. Ap-

tenent nihilo minus, illis mortuis<sup>(1)</sup>, senatus alteram partem dissidentem a nobis, auctore Metello<sup>(2)</sup> et P. Mucio; neque hunc<sup>(3)</sup>, qui unus potest, concitatis sociis<sup>(4)</sup> et nomine Latino<sup>(5)</sup>, foederibus violatis, triumviris seditiosissimis ali-

(a) Ita [*sociis*] cod. pro *sociis*.

pius Claudius fuit praeterea Scipionis nostri competitor in censura, quem etiam convicio appetiit. Plutarch. in Aemil. xxxviii. Inimicitiam inter Africanum et Appium Claudium innotuit etiam Cicero in fragmentis or. pro Scauro. [cap. 7. ubi tamen consulendi Cramer. et Heintz. Cr.]

(1) Appium ante Tuditani consulatum, id est ante hunc de rep. dialogum, vita excessisse docet Appianus B. C. I. 18. 19. Crassum autem biennio antepetisse in proelio adversus Aristonicum ajunt Livius epit. lxx. Vellejus II. 4. Orosius v. 10. aliique passim historici. Crassi hujus laudes eximias legitur apud Val. M. viii. 7. 6. Gell. I. 13. Cic. in Brut. xxvi.

*Dissidentem a nobis*] Ita Cic. in Verr. Act. II. L. V. 71. 182. *ita dissident a nobis animo ac voluntate*. Nostro loco cur Steinackerus, nihil monens, scripserit *dissidentem a vobis*, nulla apparet causa idonea. *Mr.*

*Metello*] De eo v. Ern. Clav. Cic. s. v. Q. Metellus, Q. fil. L. nep. Macedonicus; et in ind. legum v. Leges Semproniae. Ad v. *qui unus potest* vid. quae disputavit Goerenz. ad Cic. de Fin. I. 13. 44. p. 61. *Cr.*

(2) Inter Africanum et Metellum (Macedonicum) sine acerbitate disensionem extitisse docet Cicero off. I. 25. Item Horatius sat. II, 1. 65: *num Laelius, aut qui duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen-ingenio offensi? aut laeso doloere Metel-*

*lo?* [Vid. ad. h. l. interpretes Horatii, Heindorfium et, qui nuperime suam Horatii editionem ab solvit, Doeringium, itemque Bothium. *Mr.*] Idem Metellus et Africani mortem aegre tulit, suosque filios feretro portando subire jussit, deque mortuo perhonorifice locutus est. Plutarch. apophth. t. vi. p. 761; Plin. viii. 44; Val. M. iv. 1. 12.

(3) Scipionem, qui creandas erat dictator reip. constituendae, nisi violento obitu fuisset oppressus. *Lege somnium.*

*et nomine Latino*] Ita ubi Livius. Vid. v. c. I. 58. II, 22. et interpr. ad xxiii. 6. p. 708. ed. Drakenh. p. 586. Stgt. ad v. *nomen Romanum*. *Cr.* Infra noster vl. 12. (Som. Scip. 2.) *te socii, te Latini intuebuntur*. *Mr.*

(4) Confer inferius de rep. lib. III. sup. Laeliani sermonis aene. Socii Italici patrocinium Scipionis invocaverant contra triumviros, qui possessores agris exturbabant, et omnia per Italiam suadeque miscebant. Appian. B. C. I. 19. Ab his sociis Italicis et a Latinis Scipio et senatu domum perhonorifice deductus est pridie quam excessit et vita. Cic. de am. III. Sed enim quod haec Cicero ait, concitatos fuisse socios et nomen Latinum, fortasse intelligit spem civitatis Romanae, quam iis Gracchani obtulerant contra sententiam senatus. Appian. B. C. I. 21. 23.

*triumviris seditiosissimis*] Ita dicuntur tribuni plebis *seditiosi*

quid quotidie novi moventibus (1), bonis viris locupletibus perturbatis (2), his tam periculosis rebus subvenire patiuntur(2). Quam ob rem, si

(a) Cod. *pertubatis*; sed mox superaddita *r.*

de Legg. III, 19. 44. p. 465. ed. nostr. et Cr. *Mr.*

*aliquid* quotidie novi *moven-*  
*tibus*,] Fieri potest, ut ita scripserit Cicero. Ita enim ad Q. Fratr. II, 3. med. *Itaque magna mihi res jam moveri videbantur*: quocum conf. Liv. xxiii. 39. *Dum haec Romani parant aguntque — prius se aestas circumegit, quam movere ac moliri quidquam rex posset.* Sed tamen suspicor a Ciceronis manu scriptum fuisse: *aliquid* quotidie novi *molientibus*. Primum enim inter duo illa vocabula quod ad descriptionem nihil fere interest, eaque facillime inter se potuerunt permutari; tum vero nostro in tali re verbum *moliri* proprium est: videmodo Or. pro Sex. Rosc. Amer. 8, 22. *ut — aliquid hujusmodi moliantur*; pro Cluent. 64. 178. *quam struere et moliri aliquid calamitatis videretur*; Acad. II. 7. 22. *ut moliat* *aliquid* *et faciat*; ad Att. xiv. 22. *minime enim obscurum est, quid isti moliantur*. Isque usus Ciceroni ita constans est, ut hoc sensu, quo nostro loco, verbo *movere* vix ac ne vix quidem unquam fuisse usum contendere auserim. At, *ais*, usus est eo ipso, quem ex Epp. ad Qu. Fratrem laudasti, loco. Sed hic ipse locus tantum abest ut infringat meam sententiam, ut confirmet etiam. Usus enim est illo loco verbo *moveri*, quia passivo opus fuit; quod cum in verbo illi rei proprio non exstet, minus proprie locutus est, ut Livius xxxv. 13. *ne quid absente se — moveretur*; et I, 17. *Quum sensissent ea moveri patres*. Ubi

vero Livius infinitivo activi usus est (25, 39.), ibi verbo minus proprio addidit proprium: *quam movere ac moliri quidquam — posset. Mr.*

(1) C. Graccho, Papirio Carbone, et Fulvio Flacco agro dividendo triumviris. App. B. C. I. 18. Mendose autem apud Aur. Victorem cap. Lxv. pro C. Carbo scribitur C. Crassus.

*bonis viris locupletibus perturbatis*] Ad v. *locupletibus* v. Schütz. Lex. Cic. III. p. 321. Fortasse scribendum *et locupletibus*, nisi gravior menda subest, ut scribendum sit *loco pulsatis*; [ut sit i. q. Or. pro Mil. 27. 74. *optimum civem — pellere possessionibus. Mr.*] Cr. — Equidem ferri posse crediderim Codicis lectionem, si verba *bonis viris* ita conjuncta cogites, ut sint quasi unum substantivum, at scripsit noster ad Fam. vi. 6. circa fin. *etiam externos multos claros viros nominarem* et participio etiam, ut nostro loco, addito ap. Corn. Nep. Datam. III. 2. *agresti duplici amiculo circumdato*; ubi vid. Staveren. et Bardili p. 400. ed. Bard. coll. Eumen. xiii. 4. p. 60. ejusd. Ed. T. II. Est igitur locus ita intelligendus: *perturbatis bonis viris*, inprimisque *eis*, qui locupletes sunt. *Mr.*

*Periculosis rebus subvenire*] Ita in simili re simili modo dixit de Off. I, 43. 154. *periculum patriae, cui subvenire possit. Mr.*

(2) Pervulgata sententia est, unius in summo discrimine auctoritati esse parendum. Sic Cic. N. D. I. 4: *cum is esset reip. status, ut eam unius consilio atque cura*



P. 60. me audietis, adolescentes, solem alterum ne mē-  
 tueritis: aut enim nullus esse potest; aut sit sa-  
 ne, ut visus (<sup>a</sup>) est, modo ne sit molestus; aut  
 scire istarum rerum nihil (<sup>b</sup>), aut, etiamsi ma-  
 xime sciemus, nec meliores ob eam scientiam,  
 nec beatiore esse possumus: sena||tum vero et P. 273.  
 populum ut unum habeamus, et fieri potest, et  
 permolestum est, nisi fit, et secus esse scimus,  
 et videmus, si id effectum sit, et melius nos esse  
 victuros et beatius.

XX. Tum Mucius, Quid esse igitur censes,  
 Laeli, discendum nobis, ut istud efficere pos-

(a) Ita emendatur 2. manu codex, cum 1. esset *ut sius*.

(b) Nempe *possumus*, quod verbum paulo post sequitur;  
 nisi mavis subintelligere *interest*.

*gubernari necesse esset. Quin etiam Tacitus annal. I, 9. ait, non aliud interdum discordantis patriae remedium esse, quam ut ab uno regatur.*

*istarum rerum nihil,] Mireris A. Majum, postquam recte dixit, huc trahendum esse possumus, quasi recti iudicii poeniteret, in notula critica addere: nisi mavis subintelligere interest. Quod certe nemo malit: nam id si intelligi voluit Cicero, addere debuit. Mr.*

*etiamsi maxime sciemus] Dubitari potest, an non potius sit scribendum sciemus, ut pote de re incerta et tali, quam ad liquidum perducere posse vix sperat. Accedit quod etiamsi in tali significatione Subiunctivum postulare dicunt Grammaticorum filii: vid. Goerenz. ad Cic. de Fin. III. 5. 17. p. 351. Neque tamen aliquid mutandum est, quamquam apud Cic. de Fin. I. c. legitur: id autem in parvis intelligi potest; quos delectari videamus, etiamsi eorum nihil intersit, si*

*quid ratione per se ipsi inven- runt: nam et temporum consecutio ita modo justa est: sciemus- possumus (sciemus enim requireret possemus); et illud ipsum scire non in rebus ponit, quae fieri non possint, sed concedere potest etiam, id aliquando nobis cognitum iri (prouti revera nunc cognitum est), et tamen asseverare, nos ob eam scientiam non meliores futuros: denique ipse noster futurum tempus posuit post etiamsi, ad Att. VII. 7. ego bonos viros sequar, etiamsi ruent. Mr.*

*et secus esse scimus, et videmus etc.] Schützius, nihil monito lectore, ad lubricitatem scripsit: et secus esse videmus, et videmus etc. Hoc vero est violenter agere. Ratio fortasse excogitari posset, si invertisset lectionem scripsissetque et secus esse videmus et scimus: quamquam hoc quoque aullo modo est necessarium. Paulo superius Steinack. incommode distinguit inter esse et possumus. Mr.*

simus ipsum, quod postulas? *L.* Eas artes, quae efficiant, ut usui civitati simus: id enim esse praeclarissimum sapientiae munus, maximumque

P. 216. virtutis | vel documentum vel officium puto<sup>(1)</sup>.

Quam ob rem, ut hae feriae nobis ad utilissimos reipublicae sermones potissimum conferantur, Scipionem rogemus, ut explicet, quem existimet esse optimum statum civitatis<sup>(2)</sup>. Deinde alia quaeremus, quibus cognitis, spero nos ad haec ipsa via perventuros, earumque

*virtutis vel documentum vel officium*] *Virtus* h. l. est praestantia virorum: cf. de Finib. V. 13. et Lindemann. ad Plaut. Capt. II. 2. 74. Possis etiam de perfecta ratione cogitare, ut noster de Legg. I, 15. ubi vid. nott. p. 110. ed. Mos. et nostr. *Cr.* — *Documentum virtutis* appellat P. Rutilium in Or. pro Babir. 10. 27. *Mr.*

(1) Id argumentum nobilissime tractat Cicero in oratione pro Sextio, cujus luculeatum et plenum varia eruditione commentarium ineditum e Vaticano palimpsesto daturus sum. Ibi sane (cap. x.) interpres observat dogma hoc Stoicorum esse et Platoniorum dissentiens ab Epicuri auctoritate. Recole superius p. 19. n. 1.

*ut hae feriae — conferantur,*] Rursus, nihil monens, Schützius correxit nostrum, omissa voce *ut*, et post *conferantur* plene distinxit: quod si in Cod. ita esset, probarem: eum non sit, non desidero. Ad verba similis est locus de Off. II. 1. 2. *omnes meas curas — in eam (rem publicam) conferebam. Mr.*

*rogemus — quaeremus*] En consonantiam parum consonentem! Expectes certe vel *rogabimus — quaeremus*, vel *rogemus — quaeramus*. A corrigendo tamen manu abstinui. *Mr.*

(2) Confer Ciceronis ad Q. F. III. 5. locum a nobis in testimoniis laudatum.

*Spero nos ad haec ipsa via perventuros,*] Dubius haerere potes, atrum jungas *ad haec ipsa* i. e. quae volumus, cogitamus, videlicet eum, qui nunc est rei publicae status, et quidem *viâ* i. e. quod vulgo dicitur *methodice*: ut est de Nat. Deorr. II, 22. 57. *Zeno igitur ita naturam definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum, ad gignendum progredientem viâ*, ubi vid. notam Creuzeri in ed. maj. p. 291. et Davisii ibid., nostram in ed. min. p. 112; an excidiase credas *haec post haec propter similitudinem vocum, ut legendum sit: nos ad haec hac ipsa via perventuros*, videlicet *quam significavi*: denique an cum Steinackero jungas *ipsâ viâ*, ut sit *ad haec* i. q. ad nostrae reipublicae status, et quidem *ipsâ viâ* i. e. ipso disputationis progressu, vel *sermonis itinere*, ut dixit noster de Legg. I, 13. 57. p. 92. *sed iter hujus sermonis quod sit, vides*: quae tamen lectio dubia est. Villem. omisit *via* in versione Gallica, in contextu scripsit, ut Steinackerus, *ipsâ viâ*. Nos rem in medio relinquimus. *Mr.*

rerum rationem, quae nunc instant, explicatu-  
ros (1).

XXI. Cum id et Philus et Manilius et Mum-  
mius (2) admodum approbavissent || (a) . . . . .

Descendantur  
paginae duae

Nullum est exemplum; quasi alius assimilare rem pu-

(a) Cod. 1. manu adprova . . secunda adproba . . [Lacu-  
nam sic fere explere ausim: *adprobavissent*; tum Scipio, partes  
quidem de rep. disputandi sic ad me defertis, quasi alius assi-  
mulare remp. aut melius non possit, aut omnino non possit,  
ueluti Laelius noster et me major natu et regendae reip. peri-  
tissimus, et qui mihi perpetuo a consiliis fuit. Sane, inquit Lae-  
lius, sermonem hunc de rep. sic ornare possum, ut ualde spe-  
rem me uobis etiam superfuturum. Hae tamen praecipuae par-  
tes, Scipio, tuae sunt. Quare, si placet, deduc orationem tuam  
de coelo ad haec citama. Cum enim te ad hunc sermonem hor-  
tatus sum id quidem non solum ob eam causam etc. Legesis  
Cic. de Or. I, 48. Plut. an seni ger. resp. T. ix. p. 183. Vell.  
Pat. II. 127. A. M. in Add.]

quae nunc instant] i. e. im-  
minent et praesentem curam po-  
stulant. Cf. Cic. de Invent. II. 11.  
37. Virg. Eclog. IX. fin. Cr. —  
Ad Atticum scripsit Tullius I, 18.  
*Instat hic nunc ille annus*  
*egregius.* Ad verba consonat  
etiam Or. pro Flacco 19. 44. *nisi*  
*mihi totam rationem — expli-*  
*caris. Mr.*

(1) Notanda est haec rursus  
propositio operis. Nam revera  
primo et atero libro disputabit  
Scipio, quinam sit optimus civi-  
tatis status. In reliquis alia quae-  
rentur; nimirum in tertio de ju-  
stitia quaestio erit inter Laelium  
(qui nunc opus proponit) et Phi-  
lum; quartus erit de moribus. In  
quinto autem aut sexto fortasse  
attigerat inter cetera Scipio, vel  
quivis alius, paulo accuratius res  
Gracchanas, quae nunc instabant,  
quia sermo fuit in iis libris de  
optimo reip. principe (cujusmodi  
Scipio erat, quem propterea con-  
tra illos tumultus ducem boni ex-  
petebant) et de cavendis reip.  
commutationibus.

(2) Behe est, quod annosiores  
post Laelium hujus dialogi perso-  
nae, quid sit dicendum, statuunt  
atque adprobant: nam quatuor  
adolescentes, quae visa essent se-  
nioribus, auscultare par erat.

*Nullum est exemplum;*] Omi-  
serunt haec et talia fragmenta ab  
A. Majo lacunis interposita Villem.  
Heinr. Sch. et Steinack. Onisit vi-  
delicet ea Sch., quae jam dedit in  
Fragm. (Ed. Opp. Cic. xvi. 2. a.  
1817.) Nobis cum non esset pro-  
positum, ut vel plura fragmen-  
ta conquiremus, vel conquisita  
conjectando in alium ordinem re-  
digeremus, quod, si totum spe-  
ctes, probabilius A. Majo non fa-  
cile quispiam fecerit, sed cum illu-  
strare quod ad orationem et sen-  
tentias haec fragmenta statueri-  
mus, qualia sunt, donec fausta  
quaedam fortuna reliqua, quae  
desunt adhuc, luci reddat; nos  
igitur omnia, quae collegit A. Ma-  
jus, reddenda duximus, et eodem,  
quo ille has naufragii tabulas dis-  
posuit, ordine servato. — Verbum  
*assimulare* intellige, quasi sit

blicam. *Diomedes lib. I. (1)*. [Pergunt Edd. Ciceronis: *aut melius non possit, aut omnino non possit. Mr.*]

Quare, si placet, deduc orationem tuam de caelo ad haec P. 62. *cituma. Nonius voc. cituma et voc. deductum (2)*.

adumbrare vel imagine exprimere, vel informare: quo sensu est apud nostrum de Invent. I, 28. 42. *Simile autem ex specie comparabili, aut ex conferenda atque assimulanda natura judicatur. Mr.*

(1) Editum jamdiu fragmentum heic insero. Verba *nullum est exemplum* sunt quidem in Putschiana Diomedis editione p. 362, sed absunt a codice Diomedis Vaticano, et a tribus antiquioribus, quas consului, editionibus. In Putschiana tamen pro *quasi* est *quam*, cui mendo contradicunt praedictae auctoritates, quae habent *quasi*. Citat autem Diomedes Ciceronem de rep. incerto libro. Iam verba *nullum est exemplum* (nisi forte obtrusa immerito sunt) videntur Scipionis negantis exemplum nescio quod a Laelio vel a quovis interlocutore sibi propositum, suadendi causa ut de rep. disputaret. Patricius legebat breviorum hunc locum, ut diximus haberi reapse in codicibus et in antiquis editionibus, putabatque recte verba esse Scipionis recusantis prvinciam de rep. disputandi, ut sit sensus „sic „ mihi hoc a vobis de rep. disse- „ rendi onus imponitur *quasi alius „ assimilare remp. aut melius non possit, aut omnino non possit. (Assimilare remp. ut Horatius simulare cupressum.)* Verburgius autem totum id Patricii glossema pessimo instituto exhibuit in editione sua tamquam textum Tullianum inter fragmenta de rep. p. 3938.

*ad haec cituma*] i. e. humana. Cic. Tuscul. V. 25. 71. *quanta rarus animi tranquillitate humana et ceteriora considerat!* de Legg. III. 2. 4. *Atque ut ad*

*haec ceteriora veniam*, ubi vid. Turneb. Mos. et nos p. 374 et 696. ubi ipsum nostrum hunc locum laudat Turnebus. Cr. — Ipso Superlativo noster usus est infra VI, 16. (Somo. Scip. 3. 8.) [luna] *ultima caelo, cituma terris; de Univ. 7. 22. hanc autem citumam a media linea direxit ad laevam.* Heinr. hoc fragmentum ad calcem libri primi rejectit. Est vero ad h. l. haec Patricii annotatio: Bis in Nonio citatur locus, semel dictione *cituma*, sic, ut quidem habet Selogae liber et alii: *Quare, si placet, deduc orationem tuam de eo loco ad haec cituma.* Iterum dictione *deductum*, sic: *Quare, si placet deducere rationem tuam de coelo ad haec exteriora.* Signius, ut videtur, legit sic: *Quare, si placet, deduc orationem tuam de coelo ad haec cituma.* Ego vero sic: *Quare, si placet, deduc, oro, rationem tuam de coelo ad haec cituma.* Nam illud *exteriora* pro *ceteriora* positum fortasse est. Quod si sic, hoc quidem in loco abundaret, ubi verbum *cituma* necessario est retinendum. Quod autem Scipio, ut opinor, rogatur hic, ut rationem vel orationem suam de coelo deducat, idem est fortassis, quod de Socrate in praefatione V. Tusculanae ita affirmatur: *Socrates, inquit, primus philosophiam devocavit a coelo, et in urbibus collocavit, et in domos etiam introduxit: videlicet in haec cituma. Mr.*

(2) Locum e I. de rep. laudat Nonius cum varietate, nempe *deducere et deduc: de eo loco et de caelo; cituma ceteriora et exteriora.* Patricius vero legebat

. . . (1) . . . non solum ob eam causam fieri p. 295.  
 volui, quod erat aequum (2), de re publica potissimum principem rei publicae dicere; sed  
 P. 63. etiam, quod memineram, persaepe te cum Panaetio disserere solitum coram Polybio (3), duo-

(a) Ita [aecom] cod. pro aequum. Lectio exemplis aliis non caret, ut olim notavi ad fragmenta or. pro Tullio cap. III. [p. 64. ed. Cramer. et Heinr., ubi ille in MSS. similiter inicum et in inscriptionibus anticum (pro antiquum) legi docet. Cf. eosdem ad Cic. pro Flacco p. 94. Cr.]

deduc, oro, rationem tuam etc. quae lectio improbabilis est. Mihi haec item verba visa sunt heic collocanda, ita ut Laelius Scipionem hortetur ad omittendum de rebus caelestibus sermonem (quod de Socrate dicitur superius cap. x.) atque ad agendum de terrestribus seu civilibus negotiis. Sic Cicero N. D. II. 47: *age ut a caelestibus rebus ad terrestres veniamus*. Locum de rep. videtur imitari politicus Graecus Vaticanus (de quo in praefatione locutus sum) in quinti libri fragmentis: *τοῦτων δὴ τοὶ θεωράτων θεωριῶν ἐκότης ὁ νοῦς γινόμενος, κατέσθι διὰ τῶν αὐτῶν, δι' ὧν εἴνησι κ. τ. λ.*

(1) Quid in hac brevi lacuna perierit, haud absurda conjectura is adsequetur, qui ad locum similem de or. I. 21: respiciet, in quo Crassus, ut dicat de oratore, rogatur. Ergo sententia huius loci fuisse videtur: nempe quum seniores ad sententiam Laelii de rogando Scipione accessissent, adolescentes autem, qui aderant, valde idem optare prae se tulissent, tum Laelius Scipionem impensius hortari coepit, ut ne de rep. dicere gravaretur. De modesta et brevi detractatione Scipionis, quae in hac lacuna delitescat, locus a Diomedea citatus facit, ut merito suspicemur.

● ●  
*de re publica — dicere;* ] Similia persuadendi momenta amicis

suis erga se ipsum tribuit Cicero, quibus, ut historiam Romanam conscribat utque de legibus disputet, excitatur, de Legg. I, 2—4. — Ad v. *potissimum* tenendum, eam non jungendam esse cum praecedentibus *de re publica*, quo facto is exiret sensus ineptus: aequum esse, principem rei publicae non de aliis rebus, sed de re publica potissimum loqui. Sed *potissimum* ad sequentia trahendum, ut dicat: *principem potissimum rei publicae, neque vero alium, de re publica loqui debere*. Postponitur ea vox plerumque ei, cum qua iungenda est: ut pro Murena 5, 11. *cum sedere in equis triumphantium praetextati potissimum filii soleant*. Mr.

*memineram, — disserere solitum*] Aliter alibi Cicero, v. c. de Legg. I, 20. 53. p. 127. ed. Mos. et nostr. *Quia me Athenis audire ex Phaedro meo meminero, Gellium — Athenis philosophos convocasse*. Conf. Ruhnken. ad Terent. Andr. II, 5. 18. p. 76. ed. Bruns. ibiq. laud. Sanct. Minerv. lib. I. cap. 14. et Drakenb. ad Liv. xxxvi. 34. — De Panaetio conf. van Lynden de Panaetio p. 84. et p. 118. Cr.

(3) Ut Scipio se in disciplinam familiaritatemque Polybii adolescens admodum, nempe annos natus xviii, tradiderit, narrat ipse Polybius xxxii. 9. sqq; nec non Diodorus excerpt. de virt. et vit.

bus (<sup>a</sup>) videlicet Graecis peritissimis rerum civilium (<sup>1</sup>), multaue colligere ac docere, optimum

(a Cod. vel graecis; sed vox vel fortasse expuncta est.

ed. Wessel. p. 585. Lege etiam Aelianum tact. cap. I: Suidam voc. *Παναίτιος ὁ νεώτερος*.

videlicet Graecis peritissimis] Velim A. Majus in notula critica nos edocuisse, utrum vel Graecis vel scriptum fuerit in Cod., an ipse vocem vel, semel scriptam, post Graecis transposuerit. Dedit enim Graecis vel peritissimis. Ut ut sit, locum corruptum esse manifestum est. Sive enim semel scriptum fuit vel ante Graecis, sive repetitum post Graecis; utrumque est vitiosum. Dedit quidem Steinackerus vel Graecis vel peritissimis, ut dictum sit pro non solum Graecis, sed iisdem rerum civilium peritissimis. Sed hujus particularum disjunctivarum usus exempla addere debuit: et dedisset fortasse, nisi deessent. Id, credo, vult noster Scipionem ideo cum iis esse collocutum de re publica, quia eos rerum civilium valde esse peritos sciret. Ego igitur credo, antiquitus scriptum fuisse, ut edidi, ita ut vox videlicet compendio scripta, legente librario imperito, abierit in vel. Quod autem vel ante Superlativum nonnunquam significat adeo, etiam, nonnunquam etiam quam, id cadere in nostrum locum non videtur. Tale quid tamen cogitavisse videntur A. Majus et Lehn. qui dederunt ut dixi, itemque Sch. qui non nisi distinctione addita scripsit duobus Graecis, vel peritissimis etc. Mr.

vel Graecis peritissimis] Possis alia quoque conjectare; v. c. ut scriptum fuerit velli i. e. belli, quod ex margine in textum irrepperit. Sed fortasse nihil mutandum, si ita accipias, duobus pe-

ritissimis rerum civilium, licet vel maxime Graecifuerint. In rebus enim publicis administrandis se praestare ceteris populis, Graecis etiam, persuasum erat Romanis. Tu conf. Virg. Aeneid. vi. 848. sqq. Tu regere imperio populos, Romane, memento; Hae tibi erunt artes; pacisque imponere morem (ubi Servius leges pacis), Parcere subjectis et debellare superbos: ubi v. Serv. et Interpr. Cr.

(1) Panaetium scripsisse de statu civili docet Cicero de leg. III. 6. Panaetii (seniorisne an junioris?) dictum de Platonicae reip. exordio memoravimus in praefatione. Polybii autem, praeter quom quod universa historia pragmatica est, liber quidem sextus in explicanda ratione civili ac militari reip. praesertim Romanae versabatur. (Ceterum in Polybii historiam antirrheticum scripsit Scylax, teste Suida.) Memorabile est, quod narrat Pausanias VIII. 50, nempe fama proditum esse, Scipionem, quotiens Polybio audiens fuerit, totiens rem bene gessisse; secus vero in iis offendisse, quae dehortante illo fecisset. Confer et Ammianum Marcellinum xxiv. 2. Docet item praedicto loco Pausanias, Polybium in Achaëicis urbibus rogatu civium res publicas constituisse legesque tulisse. Praeter Panaetium atque Polybium (quorum politica opera se exillare fatetur heic oblique Cicero) Scipionis facit familiarem et comitem etiam Posidonium Stoicum Athenaeus XII. 12, et XIV. 21; verum immerito, quippe Scipionis aetate junioris, ut demonstrat Vossius de hist. Gr. I, 24.

optimum longe statum] Rarior

longe statum civitatis esse eum, quem maiores nostri nobis reliquissent (¹). Qua in disputatione P. 64. quoniam tu | paratior es (²), feceris, (ut etiam P. 294. pro his dicam), si, de re publica quid sentias, explicaris, nobis gratum omnibus.

XXII. Tum ille, Non possum equidem dicere, me ulla in cogitatione acrius aut diligentius solere versari, quam in ista ipsa, quae mihi, Laeli, a te proponitur. Etenim cum in suo quemque opere artificem, qui quidem excellat, nihil aliud cogitare, meditari, curare videam, nisi quo sit in illo gene || re melior (³); ego, P. 221.

(a) Cod. 1. manu *parationes*; 2. vero substituta *r* pro *n*. Et quidem ego lego *paratior es*, non *paratiores*, et ante *feceris* interpungo. (b) Ita cod. 1. manu; 2. vero superaddita *i* ita ut sit *meliori*, quae lectio parum est probabilis.

hic est verborum ordo; consuetus is, quo usus est Cicero Tuscul. II. 20. 46. *illud homini longe optimum esse. Mr.*

*reliquissent*] Cic. de Legg. III, 5. 12. — *sed ea* (magistratum descriptio) *paene nostrae civitatis. Haec est enim, quam Scipio laudat in libris, et quam maxime probat temperationem rei publicae.* Eam videlicet rei publicae temperationem maxime probabat, quae erat paulo ante Gracchorum tempora. *Cr.* — Conf. meam ad Cic. de Legg. Introductionem p. xxix. sq. *Mr.*

*quem — reliquissent.* Ita Cic. Parad. I, 2. 10. *qui hanc rempublicam tam praeclare fundatam nobis reliquerunt.* Rarioris usus est *paratior in disputatione*, neque tamen exemplis destituitur haec constructio v. c. Brut. 39. 145. *Q. Scaevolam — in jure — paratissimum. Mr.*

(1) A Polybio haec sunt, qui in historia demonstrandum sibi

sumperat, quo politiae genere Romani in tantam venissent fortunam, quantam suo tempore adepti erant, Perseo, Achaeis, Poenisque deletis. Polyb. in prooemio historiae, nec non in clausula a me edenda libri xxxix. *feceris,*] Conf. Lindemann. ad Plaut. Capt. I, 2. 64. p. 3a. III, 1. 35. Trinumm. III, 1. 6. *Cr.* — Verba seqq. *ut etiam pro his dicam* parentheses signis circumscripsi, cum interrumpant orationis decursum; quod, praeter Heinr., neglexerunt reliqui editores omnes. *Mr.*

*Non possum*] Noli tentare *possem.* Multa ejusmodi sunt exempla apud nostrum. Vide modo quae monuimus ad Cic. de N. D. II. 47. p. 407. ed. nost. et Mos. Add. Heusing. ad Cic. de Off. II, 1. p. 379. *Cr.*

*in cogitatione — versari,*] Ita locutus est noster de Orat. II, 44. 186. *omnimente in ea cogitatione-versor. — Meditari quod*

cum mihi sit unum opus hoc a parentibus maioribusque meis relictum, procuratio atque administratio rei publicae <sup>(1)</sup>, non me inertio<sup>(a)</sup> esse confitear, quam opificem quemquam, si minus in maxima arte, quam illi in minimis operae consumpserim <sup>(b)</sup> <sup>(2)</sup>? Sed neque his contentus sum, quae de ista consultatione scripta p. 65.

(a) Cod. 1. manu *inritio<sup>(a)</sup>*; 2. *inertio<sup>(a)</sup>*. (b) Cod. *consumserint*. Ego vero vix dubito, quin Cicero scripserit *consumserim*.

est Graecorum *μαλακῶν*, egregie convenit orationis gradationi (*κλιμακί*), quippe quod medium est inter *cogitare* et *curare*. Inseqq. *nihil aliud — nisi quo* minime est sollicitandum. Quo consueto Ciceroni more ponitur pro *ut* vel *ut eo*. Tursellin. de Particul. p. 873. *Mr.*

(1) Cic. de off. I. 32: *quorum vero patres aut majores aliqua gloria praestiterunt, ii student plerumque eodem in genere laudis excellere; ut Q. Mucius, P. F., in jure civili; Pauli filius Africanus in re militari. Quidam autem ad eas laudes, quas a patribus acceperunt, addunt aliquam suam, ut hic idem Africanus etc.*

*inertio<sup>(a)</sup>*] Cum a 1. manu scriptum sit *inritio<sup>(a)</sup>*, et Cicero in his, ut in libris de Legibus, archaismos, quos dicunt, amare videatur, illa prior scriptio vera videri potest, ut *inritio<sup>(a)</sup>* sit i. q. magis irritum; *irritus* saepiuscule dicitur pro *inutilis, nequam, qui frustra, sine effectu agit*. Cato apud Gellium N. A. L. XI. c. 2. Senec. de benef. VI. 11. *Domum non minus lassus, quam irritus rediit: i. e. sine effectu rei*. Conf. etiam Tacit: Annall. xv. 25. Virg. Aen. v. 442. Tibull. II. 3. 22. ut proinde sit h. l. quod Graecum *ἀδραστός* et usitatus

hac sententia *ἀδρανής*, quod cum *ἀδρηνής* jungit Proclus in Alcib. I. 53. ubi vid. not. p. 164. *Cr.*

*inertio<sup>(a)</sup>*] Ego ut in hac scriptio<sup>(a)</sup>ne acquiescam, facit et comparativus *irritior* plane inauditus, et usus Ciceronis, cui vox *iners* hoc sensu, qui manifestus est nostro loco, saepius usurpatur: v. c. in Verr. Act. II. Lib. II. 78. 192. *At homo inertior, ignavior — proferrri non potest: de Leg. Agrar. II. 33. 91. inertissimum et desidiosissimum otium*. Quare etiam abjeci, quod prius tentaveram, *imperitio<sup>(a)</sup>*, quo comparativo usus est noster pro Sex. Rosc. Amer. 46. 135. *ne quis imperitior existimet. Mr.*

*si minus in maxima arte — operae consumpserim*] Ita noster satis frequenter. Unum plane geminum locum adscribam, de Or. I, 55. 234. *quod in ea [arte] tu plus operae laborisque consumseras. Mr.*

(2) An huc respexit Virgilius Aen. vi. 848? *excudent alii etc. tu regere imperio populos, Romane, memento — hae tibi erunt artes.*

*de ista consultatione*] i. e., quod vulgo dicunt, de ista quaestione theoretica: quo fere sensu est de Off. III. 7. 33. *ad quas ipsas consultationes ex superioribus libris satis multa praecepta*



nobis summi ex Graecia sapientissimique homines (a) reliquerunt (1), neque | ea, quae mihi P. 122. videntur, anteferre illis audeo. Quam ob rem peto a vobis, ut me sic audiatis, neque ut omnino expertem Graecarum rerum, neque ut eas nostris, in hoc praesertim genere, anteponentem; sed ut unum e togatis, patris diligentia non illiberaliter institutum (2), studioque dis-

(a) Cod. 1. manu hominis; sed recte 2. homines propter casum nominativum. V. Conspectum Orthogr. p. 355.

sunt. De quaestionibus practicis utitur eadem voce de Legg. 1, 5. 17. quemadmodum caveamus in jure, aut quid de quaque consultatione respondeamus: ad quem locum vid. Turneb. p. 543. sq. ed. nostr. et Cr. Mr.

(1) Partem horum enumerat Cicero de leg. III. 5 et 6, nempe Theophrastum, Dionem Stoicum, Dicaearchum, Panaetium, Platonem, Aristotelem, Heraclidem Ponticum. Sed nos multo plures in praefatione collegimus. [De iis, quorum mentio fit loco Ciceronis de Legg. laudato, vid. ed. nost. et Cr. p. 405—406. 715. sq. Mr.]

me sic audiatis, neque ut] Sic ante ut ita ponitur, ut est Tusc. I, 4. 8. ante quasi. Ibi enim est: Sed quo commodius disputationes nostrae explicentur, sic eas exponam, quasi agatur res. Sed plane geminus est locus de Fato 3, 4. sed ita audies, ut Romanum hominem, ut timide ingredientem ad hoc genus disputandi, ut longo intervallo haec studia repentem. Mr. — Conf. Cato maj. 5. multae, ut in homine Romano, litterae: et Nep. Epamin. (xv. 5. 2.) ibiq. interpr. ad verba ut Thebanum scilicet. — Res Graecae sunt litterae Graecorum. Cr.

ut unum e togatis,] Ita Cic. de Orat. I, 24. 111. petam-ne has meas ineptias efferatis: quamquam moderabor ipse, ne, ut quidam magister atque artifex, sed quasi unus e togatorum numero atque ex forensi usu homo mediocritis, neque omnino rudis, videar. Cr. — Ad seqq. cf. Brut. 68. 239. Mr. Glabrimonem, bene institutum avi diligentia: ad Attic. xvi, 5. neque indiligenter neque illiberaliter. Ad. v. togatis tenendum, eam significare h. l. hominem Romanum, oppositum Graecis philosophis, doctrinam sapientiamque profitentibus, atque in litteris vitae quasi domicilium collocantibus. Alias vocis togatus significationes explicat Herzog. ad Caes. de B. G. VIII, 24. p. 562. Mr.

(2) Pauli Aemilii in instituentis liberis diligentia constat e Plinio xxxv. 11: cum L. Paulus, devicto Perseo, petisset ab Atheniensibus, ut sibi quam probatissimum philosophum mitterent ad erudiendos liberos, itemque pictorem ad triumphum excellendum; Athenienses Metrodorum elegerunt, professi eundem in utroque desiderio praestantissimum; quod ita Paulus quoque judicavit. Isidorus orig. vi. 5, et Petrus diaconus prooem. de not. iur. aiunt, Romam primum libro-

cendi a pueritia incensum<sup>(1)</sup>, usu tamen et domesticis praeceptis<sup>(2)</sup> multo magis eruditum, P. 66. quam litteris.

P. 223. XXIII. Hic Philus, Non, || Hercule, inquit, Scipio, dubito, quin tibi ingenio praestiterit nemo, usu quidem in re publica rerum maximarum facile omnes viceris<sup>(3)</sup>; quibus autem stu-

rum copiam advexisse Aemilium Paulum Perseo devicto. Revera et Plutarchus in Aemilio cap. xxviii ait, hunc ex omni Persei gaza nihil concessisse filiis (Maximo et Scipioni) eruditionis studiosis, praeter regios libros, *μόνα τὰ βιβλία τοῦ βασιλέως φιλογραμματοῦσι τοῖς υἱέσιν ἐπέστεφεν ἐξελείθαι.*

*Studioque discendi a pueritia incensum*] Paulo aliter iisdem fere verbis locutus est de Or. I, 21. 97. *Ego enim, qui ab ineunte aetate incensus essem studio utriusque vestrum. Mr.*

(1) Amicitiam ipsam Scipionis adolescentuli cum Polybio, quae tanta incrementa cepit et omnium gentium sermonibus claruit, ex commodato librorum aliquot usu initium habuisse exploratum est. Polyb. xxxii. 9.

*et domesticis praeceptis*] In Schützii Ed. deest vox *praeceptis*, cuius defectus auctorem Schützium esse non credo. — *Litteris* ponitur pro *libris* et opponitur *usu. Mr.*

(2) Utriusque domus, Corneliae et Aemiliae.

*usu quidem in re publica rerum maximarum*] Offendatur fortasse aliquis, quod Cicero dicit *usu rerum in re*, credatque verba *in re publica* esse spuria, cum *res maximae* satis rem publicam ejusque negotia significent, ideoque scribendum esse *usu quidem rerum maximarum*, ut scripsit de Orat. II. 50. 204. *Docuit enim*

*jam nos longa vita ususque rerum maximarum, ut, quibus rebus animi hominum moverentur, teneremus.* Neque plane de nihilo est haec suspicio. Ferri tamen potest codicis lectio, si reputes, verba *res publica* in unam quasi vocem coaluisse, neque Ciceronem, qui *usus rerum in re* nunquam dicturus fuisset, ideo abstinere debuisse a locutione *rerum in re publica maximarum usus* i. e. experientia in rebus, quae ad rem publicam pertinent, maximis Paulo inferius c. 24. dicit: *et in maxima re publica versatos. Mr.*

*Facile omnes viceris*] Ad v. *facile* v. Wytttenbach. ad Cio. de Legg. I, 2. 7. p. 23. ed. Mos. et nostr. Ad v. *viceris* Lindemann. ad Plaut. Capt. I, 2. 46. Mil. Gl. I, 1. 20. *Cr.*

(3) Eodem fere laudum genere blanditur Crasso disputaturo in libro de or. I, 23. Mucius Scaevola, is nimirum, qui his quoque de rep. dialogis adolescens interest.

*quibus autem studiis semper fueris, teneremus.*] Non esse nimius in subodorandis vitiis videri debet, si quis hac locutione offenditur. Solet enim noster dicere *versari in studiis* vel *esse in studiis*. Ad locum igitur de Or. I, 3. 11. *qui in harum artium studiis liberalissimis sint doctrinisque versati*, ita relictum velit nostrum: *in quibus autem studiis semper fueris versa-*

diis semper fueris, tenemus ('). Quam ob rem, si, ut dicis, animum quoque contulisti in istam rationem et quasi artem, habeo maximam gratiam Laelio: spero enim multo uberiora fore, quae a te dicentur, quam illa, quae a Graecis nobilissimis scripta sunt omnia ('). | Tum ille, P. 234.

*tus*; vel leviori medela, videlicet ut nonnisi post *autem* exciderit *in*, quod ab ultima praecedentis vocis littera *m* facile potuit absorberi, corrigat: *quibus autem in studiis semper fueris, tenemus*: ut est Or. pro Sex. Rosc. Am. 47. 137. *meque in eo studio — fuisse confiteor*. Sed tamen a corrigendo manum cohibui motus locis, qualis hic est ad Fam. vi, 4. *quanto fuerim dolore, meministi*: quamquam etiam, Graeco videlicet more, dixit de Fin. I, 19. 62. *semper est in voluptate*. Quibus de rebus vid. Goerenz. ad l. l. de Fin. eundem ad de Legg. II, 2. 5. p. 111. Heusing. ad Cic. de Off. III, 21. p. 732. ibiq. laud. *Mr.*

(1) Philii nimiam in commemorandis Scipionis studiis brevitate compensat nobis Velleius I, 15: *Scipio tam elegans liberalium studiorum omnisque doctrinae et auctor et admirator fuit, ut Polybium Panaetiumque praecelentes ingenio viros domi militiaeque secum habuerit. Neque enim quisquam hoc Scipione elegantius intervalla negotiorum otio dispunxit, semperque aut belli aut pacis servit artibus: semper inter arma ac studia versatus, aut corpus periculis, aut animum disciplinis exercuit.*

*animum — contulisti*] Cicero, cum saepissime dicat *animum attendere, defigere, intendere*, et cum verbo *conferre* jungat *consilium, studium, officium, curam, cogitationem, operam, laborem, diligentiam, voluntatem* etiam et *ingenium*; nunquam tamen alibi

videtur conjunxisse verba *animum conferre in aliquid*. Terentius Heaut. II, 4. 10. dixit: *illi suum animum alio conferunt*: id. Hecyr. III, 1. 17. sq. *animum — huc contuleram*. Et Hirtius de bello Alex. ix. *ut ad fodiendos puteos animum conferant*. — *Ratio et ars est i. q. theoria politicae*, quam dicitur. *Mr.*

*habeo maximam gratiam*] Vid. Ruhnken. ad Terent. Eun. iv, 4. 12. Bentl. ad Terent. Andr. iv, 4. 31. Ruhnken. Praefat. ad Schell. Lex. et in Opuscul. II, p. 739. ibiq. laud. *Cr.* — Ad v. *uberiora* v. Brut. 31. 121. *uberior in dicendo*: ib. 33. 125. *uberior ad dicendum*. *Mr.*

*a Graecis nobilissimis scripta sunt omnia*.] Ita scripsi ex sententia Creuzeri, quam prodidit in Annal. Heidelbergg. 1823. 4. p. 54. merito lectionem Cod. *nobis* languere dicens. Illud *nobis* certe melius convenit loco cap. praeced. *quae scripta nobis summi ex Graecia sapientissimique homines reliquerunt*; ubi *nobis* jungendum est cum *reliquerunt*, neque cum voce *scripta*. Potuit etiam compendio scripta vox literis majusculis corruptioni ansam dedisse vel male lecta esse, si erat *NOBIS*. Denique Graecos philosophos *nobilissimos* dicit de Or. II, 37. 155. *nobilissimos philosophos — Carneadem et Critolaum et Diogenem*. Probavit etiam Creuzeri conjecturam Lehnerus. *Mr.*

(2) Haec et sequentia in auctoris et operis commendationem a

Permagnam tu quidem expectationem, quod onus est ei, qui magnis de rebus dicturus est, P. 67. gravissimum, imponis orationi meae. Et Philus, Quamvis sit magna, tamen eam vinces, ut soles: neque enim est periculum, ne te de re publica disserentem deficiat oratio (1).

Cicerone dici nemo non videt: cuius operis quum pars tanta nobis adhuc desit, palmam Tullio prae copiosissimis Graecis, Platone videlicet et Aristotele, deferre non licet. Certe et libri Tulliani de legibus, praeter quam quod imperfecti sunt, Platonis homonymos libros neque copia aequant neque rerum varietate. Ciceronis acris cum Graecis aemulatio exploratissima est; vide sis off. I, 1. divin. II, 2, N. D. I, 4. Tusc. I, 1. sqq. II, 2, de fin. I, 1. sqq. et alibi. Quin adeo de fin. I, 3. ausus est Cicero Latinam quoque linguam dicere locupletiorum, quam Graecam, qua de re saepe se disseruisse confirmat. Sed contradicunt merito primum ipse Cicero Tusc. II, 15, et apud Augustinum contra Acad. II, 26; tum Lucretius I, 140, 831; Fronto apud Gellium II, 26.

*expectationem, quod onus est — gravissimum, imponis orationi meae.*] Nihil minus concinit quam juncta verba *expectationem imponere*; junguntur verba *expectationem movere, commovere, afferre, facere*; junguntur item *imponere necessitatem, laborem, partes, onus*. Atque hoc, quod ultimo loco posui, *onus*, peperit nobis ζεύγμα minime sollicitandum. De Zeugmate vid. Ruddimann. Inst. Gr. Lat. II, p. 362 — 364. ibiq. Stallbaum. et laud. Videlicet manifestius esset et modo usitatioe positum Zeugma, si scripsisset *expectationem et onus imponis orationi meae, quod*

*est — gravissimum*, videlicet ut sit ejusmodi, quale illud est Cic. ad Att. X, 4. *fortunam, qua illi florentissima, nos duriore conflictati videmur*. Sed scripsit *quod onus pro onus, quod*, ut de Legg. III, 2, 4. *regibus paruerunt; quod genus imperii primum ad homines justissimos-deferebatur*. Ut igitur illo loco ad Att. ad v. *florentissima*, cui non convenit *conflictati*, subaudiendum est *usi videntur v. sunt*; ita nostro ad *expectationem*, cui non convenit *imponis*, subaudi *commoves*, quasi scripserit: *expectationem commoves eoque onus imponis orationi meae. Mr.*

*Et Philus*] Et inservit continuationi. V. Schütz. Particull. Latt. §. 233. p. 171. n. 3. Tursellinus de Particull. p. 263. ed. Schwarz. Cr.

*tamen eam vinces*] *Expectationem vincere* noster non semel dixit, v. c. ad Fam. II, 4. *incredibilis quaedam expectatio, quam tu una re facillime vinces*. sqq. *deficiat oratio* item dixit Or. pro Sex. Rosc. 32. 89. *tempus, Hercule, te citius, quam oratio, deficeret*; et similiter in Verr. Act. II, L. I, 11. 31. *vereretur — ne oratio deesset, ne vox viresque deficerent. Mr.*

(1) Hac dictione utitur Lactantius Ciceronem ipsum alloquens inst. II, 3: *non enim verendum est, ne te in tam bona causa deficiat oratio*. [ubi vid. Büdemann. p. 176. sq. Mr.]

XXIII. Hic Scipio, Faciam, quod vultis, ut potero (¹), et ingrediar in disputationem ea lege, qua credo omnibus in rebus disserendis utendum esse, si erro || rem velis tollere, ut ejus rei, de qua quaeritur (²), si, nomen quod sit, conveniat, explicetur, quid declaretur eo nomine. Quod si convenerit, tum demum decebit (³) ingredi in sermonem: numquam enim, quale sit illud, de quo disputabitur, intelligi poterit, nisi,

P. 195.

(¹) Ita [quaeretur] cod. 2. manu; at 1. quaeritur. (²) [Ita cod. 2. manu; at 1. et decebit omissum tum demum. A. M. in Add.]

(1) Sic de or. I. 22. Crassus modeste sermonem ingrediens formulam usurpat: quibus sciam poteroque.

ingrediar in disputationem] Variat hanc locutionem Cicero, veluti de Fato 2. 4. sed ita audies, ut hominem Romanum, ut timide ingredientem ad hoc genus disputandi; Or. pro Caecina. 28. 79. cum istam disputationem mecum ingressus esset: ubi ex nostro loco aliquis conjiciat, legendum esse in istam, ut in absorptum sit ab ultima praecedentis vocabuli littera; praesertim cum Cicero soleat apponere verbis compositis eas praepositiones, cum quibus composita sunt: adeo ut v. c., nisi ubi Graeca presse vertit, vel ubi dicere vult locum habere, scripserit nunquam esse in, sed semper inesse in; quod exposuit Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 2. 5. p. 111. et ad Acad. I. 9. 35. p. 53. Mr.

in rebus disserendis] Cic. de N. D. III. 40. p. 692. ed. nostr. et Mos. et ea, quae disputavi, disserere malui, quam judicare; ubi laudavi interpr. ad Sallust. Catil. 5. fin. Ad v. ea lege v. Ruhnken. ad Terent. Andr. I. 2. 29. Cr.

si errorem velis tollere.] Eodem modo locutus est noster de Finn. I, 11. 37. ut tollat error omnis imperitorum. Mr.

de qua quaeritur] Restitui cum Heinr. et Steinack. probante Cr. primae manus lectionem, pro qua A. Majus, Schützius et Lehnerus cum correctore scripserunt quaeretur, moti, credo, eo, quod paulo post scribitur de quo disputabitur. Ibi vero id postulat temporum ratio et justa consecutio; nostro loco quaeritur accipiendus ponitur, videlicet ut intelligas quandocumque sit. Mr.

si, nomen quod sit, conveniat.] A. Majus non nisi post conveniat distinxit; Schützius ita: si nomen, quod sit conveniat, Steinackerus: si nomen, quod sit, conveniat. Heinr. et Lehn. cum A. Majo faciunt. Ad v. conveniat v. Cic. ad Att. ix. 6. de Legg. I, 20. 53. p. 128. sq. posse rem convenire, ubi vide nostram annot. Ad v. declaretur v. de Fin. III, 4. 14. pluribus notatum vocabulis idem declarantibus. Mr.

nisi, quid sit, fuerit intellectum prius] Servavit Lehnerus scriptionem Codicis, quod fieri etiam voluit censor editionis Schützianae Gottingensis 1824. 84. quippe cum sit cap. 50. velim sci-

quid (a) sit, fuerit intellectum prius ('). Quare, quoniam de re publica quaerimus, hoc primum videamus, quid sit id ipsum, quod quaerimus. | P. 68.

P. 196. Cum approbavisset Laelius, Nec vero, inquit Africanus, ita disseram de re tam illustri tamque nota, ut ad illa elementa revolvar, quibus uti docti homines his in rebus solent, ut a prima congressione maris et feminae, deinde a proge-

(a) Ita [quod] cod. non quid.

re, quod optimum iudices; et cap. 35. quid maxime probas? S. recte quaeris, quod maxime (prohem) e tribus. Utrumque quod servavit Sch., sed nostro loco cum Heinr. et Steinack. scripsit quid. Heinr. cap. 30. servavit quod, cap. 35. rescripsit quid. Steinackerus utroque loco correxerit quid. Lehnerus utrobique servat quod, ut nostro loco. Statim subsequitur: quid sit id ipsum, quod quaerimus. Mr.

(1) Praeponendi quaestionibus definitionem praeeceptum Epicuri est, teste Sexto emp. contragramm. I. 3: οὐρε ζηρεῖν οὐρε ἀπορεῖν ἐστὶ κατὰ τὸν σοφὸν Ἐπίκουρον ἀνευ προλήψεως. Sic Cicero off. I. 2. ante quam de officiis dicat, praescribendam esse definitionem discernit; vituperatque Panaetium, qui in simili opere neglexit definitionem. Sed enim nescio quo pacto in ipso Tullii de officiis opere desiderari definitio officii videtur. Num ibi lacunam suspicari licet? [eamque supplere ex ejus pedissequo Ambrosio de Off. I, 8. §. 26? A. M. in Add.] Cf. Plato de Rep. II. p. 369. p. 68. sqq. Bekker. Cr. Quare, quoniam] Quoniam causae et temporis significationem jungit. Hinc etiam significat postquam (docentibus Verrio et Paulo apud Festum in voc. p. 417. Dacerii [pag. CCI. Scalig.] qui a

quam—jam repetit) ἐπει, s. ἐπειδή: quia est ὄρι s. διότι, illud Gallorum puisque, hoc parceque. Conf. etiam Frotscher. Obs. in vet. scriptorr. p. 16. ad Sallust. Catil. —Lindemann. ad Plauti Capti. III. 1. 50. Trinum. prolog. 14. et I, 2. 112. Cr.

ad illa elementa] Cic. de Orat. II, 11. his fontibus licebit etiam laudationem ornare, neque illa elementa desiderare. Ceterum de propria vi vocis conf. Acadd. I, 7. 26. ib. Goerenz. p. 44. Utebantur Romani eo vocabulo ad significanda Graecorum στοιχεῖα, quae noster etiam nonnunquam initia et rerum principia appellat. Nostro loco plane physicam habet significationem, ut in eo, quem laudavimus ex Acadd. Cr.

revolvar.] Ita locutus est noster de Or. II. 50. 130. Nec, quoties causa dicenda est, toties ad ejus causae seposita argumenta revolvi nos oportet. — Docti homines sunt philosophi, quod nostro tam frequens est, ut exempla afferre putidum sit. — Congressio, verecunde dicitur pro concubita. Cic. Topic. 15. 59. ut amor congressio causam attulerit, amor flagitio, ubi etiam de conventu intelligi potest, sed apud Lactant. Instit. VI, 20. 25. p. 818. Bünem. est: ut se ab uxoris congressione contineat. Mr.

nie<sup>(a)</sup> et cognatione ordiar<sup>(1)</sup>, verbiſque, quid ſit, et quot modis<sup>(b)</sup> quidque dicatur, definiam ſaepeius: apud prudentes enim homines et in maxima re publica ſum<sup>\*</sup> || ma cum gloria belli • q. VIII. domique verſatos cum loquar, non committam, P. 61. ut ſit illuſtrior illa ipſa reſ, de qua diſputem, quam oratio mea<sup>(2)</sup>. Nec enim hoc ſuſcepi<sup>3</sup> P. 69. ut, tamquam magiſter, perſequerer omnia: neque

(a) Cod. *progeniae*. (b) Cod. *commodis*; ſed mendum putavi pro *cot modis*; *cot* autem pro *quot*, ut *cotidie* pro *quotidie*.

*cognitione*] Conf. Wytenb. ad Cic. de Legg. I. 7. p. 59. ed. Mos. et noſtr. ibiq. a me laudd. Cujacii Obs. lib. xxvii. cap. 6. *Chladen*. de Gentil. p. 11. et Niebuhr. R. G. I. 219. ſqq. adde Gaji Inſt. L. I. §. 156. Cr. — Ad verba *apud prudentes* — cum loquar conferri poteſt Paradox. V. 1. 33. *cum vero apud prudentiſſimos loquar*. Ad v. et in *maxima re publica* — *verſatos* conf. cap. 23. *uſu quidem in re publica rerum maximarum facile omnes viceris*; ubi vid. annott. Mr.

(1) Ab his elementis videlicet exordiuntur temp. Ariſtoteles reip. I. 2, vii. 16; et Polybius vi. 6. Confer etiam Dionyſium Halic. II. 24, et Auguſtinum de bono conjug. cap. I. [conf. Plato de Rep. II. p. 569. Steph. p. 78. Bekk. et ſqq. Cr.]

*illuſtrior*] i. e. clarior magiſque perſpicua. Cic. Epist. Famil. xi. 27. jungit *teſtata et illuſtria*; de N. D. I. 5. p. noſtr. et Mos. ed. 24. *inſignem et illuſtrem*. Conf. Schütz. Lex. Cic. — vel; ut reſ magna (reſ publica) dictis (oratione Scipionis) exaequetur. Sed illud placet, et Villem. ſic accipit *vertens clare*. Cr. — Veram eſſe illam explicationem patet item ex iis, quae paulo ſuperius dixit Scipio, videlicet: nec

*ita diſſeram de re tam illuſtri tamque nota*. Mr.

(2) His verbiſ haud equidem laudat vel Scipionis elocutionem (quam tamen fuiſſe ornatam et puriſſimam dicitur Cic. de or. I. 49. et Ggll. II. 20.) vel ſuam Cicerone; ſed id tantummodo ait, curae ſibi fore, ut de rep., re nempe notiſſima, planiſſimo dicendi genere diſputet, ſecus ac philoſophi quidam fecerant. Atque hoſ inter Varronem fortaſſe ſugillat, qui de rep. docte quidem, ſed ſtilo, ut puto, horridiore ſcripſerat. Id eſt enim Auguſtini C. D. vi. 2. iudicium de Varronis eloquio.

*tamquam magiſter*,] Conf. infra III. 4. init. et praecipue de Legg. III. 6. init. *nam veteres verbo tenuis, acute illi quidem, ſed non ad hanc uſum popularem atque civilem de re publica diſſerebant*: h. e. non ad ipſius rei actioniſque uſum, ſed ad ſcholae diſputationem, *ὡς ἐν λόγοις*, ut eſt apud Plutarch. de Repugnant. Stoicor. T. V. p. 210. Wytenb. Significatur autem ibi Stoici Zeno, Chryſippus, Cleanthes, qui de re publica ſcripſerant: conf. Diog. Laërt. vii. §. 4 et §. 175. et 88. Hinc intelligitur, quid h. l. ſit *tamquam magiſter*. Scripſerant autem de rebus politicis Graeci

hoc polliceor me effecturum, ut ne qua particula in hoc sermone praetermissa sit (1). Tum Laelius, Ego vero istud ipsum genus orationis, quod polliceris, exspecto.

XXV. „Est igitur, inquit Africanus, res p. 61. „publica | res populi (2)“, populus autem non

et permulti et nobilissimi: *Heraclytus* (in libris *περί φύσεως*), *Pythagorei*, *Plato*, *Aristoteles* (*πολιτικῆς ἀκροάσεως*, *πολιτεία*, *περί νομίμων*, *περί νόμων*, *κτίσεις*, *δικαιώματα πολέμων*), *Theophrastus* (*τὰ πρὸς τοὺς καιροὺς*. cf. Meursii *Theophrastus* p. 40. ed. Elzevir. 1611.), *Critias* (Casaub. ad Athen. ix. 3. p. 463.), *Dicaearchus* (*πολιτεία*, *βίος Ἑλλάδος*. vid. Meletem. nostrr. P. II.) *Heraclydes Ponticus* (ed. Koehler. Halae 1804. ed. Coray. Paris 1805.), *Nicolaus Damascenus* (ed. Orelli. Lips. 1804.), *Zeno*, *Chrysippus* (v. Baguet de Chrysippo. 4. Lovan. 1822.), *Cleanthes*, *Posidonius* (v. Posidonii reliquiae ed. Jan. Bake. 8. L. B. 1810.) *Nymphodoros*, *Theodectes*, de quibus omnibus vid. *Johnson de Scriptt. Hist. Philosophicae*. 4. Jen. 1716. Jo. a Wower de *Polymathia* cap. ix. Cr. — Opponitur natura magistro in Or. pro Muren. 29. 61. *Ea sunt omnia non a natura, sed a magistro.* Mr.

(1) Attente sunt haec notanda, quo genus politici huiusce tractatus probe exploratum habemus. Nempe Cicero, sicut de oratore liberaliter et sine scholastica subtilitate scripsit, ita politicis hisce libris potiora tam lati argumenti et splendida fere capita complexus videtur; ita tamen, ut nihil omiserit necessarium, quod sit ipse superior cap. VIII.

*Est igitur* De sono in est cum voc. seq. vid. Goerenz. ad de Legg. I. 22. p. 93. De est igitur (ἐστὶν

οὖν) eundem ad de Finib. V. 23. p. 617. et V. 24. p. 623. Cr.

[*res publica res populi*.] Villem. vertit: *la chose publique est la chose du peuple*. Laudare etiam et poterat et debebat A. Majus Augustin. de C. D. XIX. 23. extr. ubi est. *Ubi ergo non est ista iustitia, profecto non est coetus hominum, juris consensu et utilitatis communionem sociatus*: nam haec sunt Ciceronis, ut vides. Ego vero inde conjiciebam legendum esse: *populus autem non omnis multitudinis coetus, quoquo modo congregatus, sed coetus hominum, juris consensu et utilitatis communionem sociatus*. Neque vero eam verborum transpositionem plane necessariam existimo. Ad rem conf. etiam quod dicit infra VI. 13. (Somn. Scip. 3.) *nihil est enim illi principi deo — acceptius, quam concilia coetusque hominum jure sociati, quae civitates appellantur*: ad quem locum vid. Macrob. (in Somn. Scip.) lib. I. c. 8. extr. Mr.

(2) Augustinus C. D. v. 18. Ciceronem imitans dicit *rem publicam, id est rem populi, rem patriae, rem communem*. Confer eundem C. D. XIX. 21 et 24. Sed multo copiosius auctor anonymus etymologiarum in Vaticano codice definit *rem publicam* (sic) *id est rem populi; res enim publica dicitur apud Romanos, quam nos rem patriam. Id enim rem populi esse negare non possumus. Populum autem non omnem coetum multitudinis di-*



omnis hominum coetus, quoquo modo congregatus, sed coetus multitudinis, juris consensu<sup>(1)</sup> et utilitatis communione sociatus. Ejus autem prima causa coëundi est non tam imbecillitas, quam naturalis quaedam hominum quasi congre-

*cunt, sed coetum juris consensu et utilitatis communione sociatum.* In codice autem alio Vaticano [vid. A. Maji praef. §. V.] quidam scholiastes eam definitionem tribuit Varroni: *res publica est, ut Varro beater definit, res populi.* Num igitur hanc definitionem Cicero e Varrone arcessivit?

*omnis hominum coetus,*] Possis etiam conjicere *omnis omnino coetus.* Cic. de Amicit. 21. med. *omnino omnium vitiorum.* Sed nihil tento, et ad *multitudinis* potest rursus cogitari *hominum.* Cf. quae mox posuit A. Majus ex Augustino in fine capituli, ubi est *multitudo hominum:* et priore loco recte solos *homines* ponit, secundo autem *multitudinem,* quia ex *hominibus* etiam paucis fit *familia, gens:* ex *multis* vero demum *populus.* Coetus est i. q. Graeci dicunt *συνουσίαν, ὁμίλησιν.* Proclus in Alcib. I. 18. p. 56. ed. nostr. ait: *ὁ ὄχλος (ἔστι) πλήθος ἀόριτον, πλήθος συγκεκριμένον, πλήθος ἀσύντακτον. οὐ γὰρ οἶον ὁ χορός, οὐδὲ οἶον ὁ δῆμος· ὁ μὲν γὰρ δῆμος ἐστὶ πλήθος συνδεόμενον, ὁ δὲ ὄχλος διεσπασμένον.* Conf., quem respicit Cicero, Aristot. Polit. V. 3. 10. p. 191. sqq. Schneider. *ὡς περ γὰρ οὐδὲ ἐκ τοῦ τυχόντος πλήθους πόλις γίγνεται:* et Polyb. VI. 4. Cf. locos geminos ex libro III. ap. Augustin. de C. D. II. 21. in Cic. Fragm. Vol. IV. Part. 2. p. 1078. ed. Ern. Cr.

(1) Locum libere exprimit Augustinus C. D. XIX. 24: *populus est coetus multitudinis rationalis, rerum, quas diligit, concordandi*

*communione sociatus.* Augustinum vel ipsum Tullium exprimit Isidorus orig. IX. 4. Confer etiam Livium I. 8.

*Ejus — coëundi*] Schütz. Lex. Cic. I. p. 269. Cic. de N. D. II. 48. p. 410. ed. nostr. et Mos. *pina autem cum parva squilla quasi societatem coit comparandi cibi.* Cic. pro Rosc. Am. 7. *societas coitur.* Gell. N. A. I. 9. fin. *societas coita est.* Conf. Paul. in Pandect. XVII. 2. 3. — Ceterum accipias verba *ejus — coëundi* vel pro ut — *coëat,* vel pro *ejus — coitionis.* Superioribus adde de Legg. I. 25. 60. *Nam quum animus societatem — caritatis coierit cum suis.* Denique tene etymon vocis *coetus,* quod in verbo *coëundi* quodammodo tetigit Cicero. Cr.

*non tam imbecillitas,*] Aliter sentiebat Hugo Grotius, qui de Jure B. et P. I. 4. 7. p. 285. *Sed sponte, ait, adductos (homines) experimento infirmitatis — adversus violentiam in societatem civilem coisse:* aliter item J. J. Rousseau in *Discours sur l'inégalité parmi les hommes.* Cr.

*quaedam — quasi*] Conf. Cic. de Finib. V. 23. 66. p. 615. *Nam quum sic hominis natura generata sit, ut habeat quiddam innatum quasi civile atque populare, quod Graeci πολιτικόν vocant;* ubi v. Goerenz. — Ad notam A. Maji, qui ad v. *congregatio* laudat Cic. de Off. I. 44. adde notam Beieri ibid. p. 311. ibiq. laudd. Platonis loco ab A. M. citato adde Nemesium de Nat. Hom. cap. I. p. 52. Matth. p. 19. ed. prc. Antr. Plant. 1565. *φύσει γὰρ συνα-*

gatio<sup>(1)</sup>: non est enim singulare nec solivagum<sup>(2)</sup> genus hoc, sed ita generatum, ut ne in omnium quidem rerum affluen || tia<sup>(3)</sup> . . . . .

Desiderantur  
paginae duae.

γελαστικὸν καὶ πολιτικὸν ζῶον γέγονεν ὁ ἀνθρώπος· εἰς γὰρ οὐδεὶς ἑαυτῷ πρὸς ἅπαντα. Haec nimirum ad mentem Platonis l. l. et Aristotelis Polit. I. 2. §. 12. ed. Schneid. Ceterum consonat etiam secum ipse Cic. de Legg. I. 24. p. 148. ed. Mos. et nostr. *Cumque se ad civilem societatem natum senserit* etc. Vox solivagus respondet Graecae οἰκόλογος. Conf. Tuscull. V. 15. *earum* (bestiarum) *partim solivagas, partim congregatas.* — Congregatio est Gracorum ἀθροῖσις, συναγωγή. Cr.

(1) Consonat sibi Cicero off. I. 44, de am. VIII. IX. XIII. Sic Epicurus apud Arrianum ad Epict. I. 23. Sed contrariam sententiam prae se fert Plato reip. II. p. 569, qui causam societatis ac civitatis necessitatem esse ait. Polybio autem VI. 5, et Lactantio de opif. D. cap. IV. causa societatis videtur esse singulorum imbecillitas. Platoni adversatur Aristoteles reip. III. 9, qui non tam necessitatis, quam boni honestique causa copulatam hominum societatem putat; idemque a Ciceronis sententia abhorret; negat enim civilem societatem convictus ipsius causa esse comparatam. Denique ipse Plato leg. III. p. 678. cum Cicerone conspirat; namque ait, naturalem esse hominum congregationem solitudinis odio; Lactantius autem inst. VI. 10. humanitatis ipsius gratia, prorsus ut Cicero. Vegetius proem. libri IV. nomen rei publicae communi utilitate partum esse arbitratur. Sed confer infra Cic. de rep. IV. 2.

(2) Hinc Cicero ad Att. I. 18: *Metellus non homo, sed litus atque aër et solitudo mera.*

*ut ne in omnium quidem rerum*

*affluentia*] Perrexit sine dubio Cicero vel hoc vel simili modo: *societate sui generis carere velit.* Simili modo locutus est noster de Lege Agr. contra Rullam Or. II. 35. 95. *Ex hac copia atque omnium rerum affluentia primum illa nata sunt:* ad rem de Finib. IV. 2. 4. *natos (nos) esse ad congregationem hominum et ad societatem communitatemque generis humani:* et ibid. III. 20. 65. *facile intelligitur, nos ad conjunctionem congregationemque hominum et ad naturalem communitatem esse natos.* Mr.

(3) In hiatu latet paulo prolixior expositio causae, ob quam humani coetus instituti fuerunt. [In hac lacuna utrum verba Augustini retinenda sint, nescio; immo potius amota velim. Sed nullus certe dubito, quin Lactantii locus inst. VI. 10. sit heic inserendus de civitatis causis, depromptus omnino e Tullio de rep. cum interpolationibus: *urbis condendae originem atque causam non unam intulerunt; sed alii eos homines, qui sint ex terra primitus nati, quam per silvas et campos erraticam degerent vitam, nec ullo inter se sermonis aut juris vinculo cohaerent; sed frondes et herbam pro cubilibus, speluncas et antra pro domibus haberent, bestiis et fortioribus animalibus praedae fuisse commemorant. Tum eos qui aut laniati effugerant, aut laniari proximos viderant, admonitos periculi sui, ad alios homines decurrisse; praesidium implorasse et primo nutibus voluntatem suam significasse; deinde sermonis initia temptasse ac singulis quibusque rebus nomina imponendo, paulatim loquendi perfecisse rationem. Quum autem*

Quid est res publica, nisi res populi? Res ergo communis, res utique civitatis. Quid est autem civitas, nisi multitudo hominum in quoddam vinculum redacta concordiae? Apud eos enim ita legitur „Brevi multitudo „dispersa atque vaga, concordia civitas facta erat“. *Augustinus epist. cxxxviii. 10. (1)* [Heinr. hoc fragmentum (videlicet verba *Brevi — erat*) ad calcem libri primi rejecit *Mr.*]

P. 71. XXVI. . . . *quaedam* quasi semina<sup>(2)</sup>; ne P. 311.  
que reliquarum virtutum, nec ipsius rei publicae reperiatur<sup>(a)</sup> ulla instituta. Hi coetus igitur, hac, de qua exposui, causa instituti, sedem primum certo loco domiciliorum causa constituerunt; „quam cum locis manumque saepsis-

(a) Ita [*reperiatur*] cod. Vide quae infra II. 8. dicemus in voce *reccidisset*.

*nec multitudinem ipsam viderent contra bestias esse tutam; oppida etiam coepisse munire, vel ut quietem noctis tutam sibi facerent, vel ut incurstones atque impetus bestiarum non pugnando, sed objectis aggeribus arcerent. Haec aliis delira visa sunt, dixeruntque, non ferarum laniatus causam fuisse coeundi, sed ipsam potius humanitatem: itaque inter se congregatos, quod natura hominum, solitudinis fugiens et communione ac societatis appetens esset.* Conferendus Cicero de am. xxiii. de fin. v. 23. de Off. III. 5. A. M. in Emm.] [In Ed. Sch. hoc Lactantii loco pro *laniati effugerant* scribitur *laniati estus erant* et conferre jubemur Cic. de Amic. T. T. III.]

(1) Videbatur mihi Augustinus respicere ad hunc libri I. de rep. locum. Itaque id fragmentum heic inserere ausus sum. [Omisit hunc Augustini locum Lehnerus, qui, quos addit A. M. cap. xxi. recepit, addens: Equidem purgandum Ci-

ceronis contextum non sine causa censui. *Mr.*]

*quaedam quasi semina;*] Ita capite superiore dixit *quaedam hominum quasi congregatio. Mr.*

(2) Ait Cicero naturale esse hominibus honestae societatis desiderium, cujus semina *quaedam* insita habeant; haud secus ac naturalis est virtus. Quare rei publicae frustra quæri cogitatum aliquam institutionem.

*ulla instituta*] Steinackerus, nihil monens, edidit *ulla institutio*. Fieri potest, ut recte correxerit; sed ego in loco lacunoso ejusmodi nihil tentare ausim. *Mr.*

*locis manumque saepsissent*] *Locis* i. e. locis natura munitis; manu est arte. Ita dixit in Verr. Act. II. L. II. 2. 4. *Urbem pulcherrimam — quae cum manu munitissima esset, tum loci natura terra ac mari claudebatur.* Servavimus autem descriptionem Cod. *saepsissent*, pro qua Heinr. et Sch. ediderunt *sepsissent*. Sed vid. Cellarii Orthogr. Lat. ed. Harles. T.

„sent (a), eiusmodi coniunctionem tectorum  
„oppidum vel urbem appellaverunt, delubris di-

(a) Ita cod. cum diphthongo.

I. p. 346. sq. in primis T. II. p. 284—286. Adde Vossium in Etymolog. L. L. p. 442. qui ex Joviano Pontano hunc locum adscripsit: *Jam primum palam* (v. h. v.) *saepe, e vestigio, rusticorum quidem sunt inventa hominum. Nam quod saepes spissa esset et densa, dixerunt saepe pro dense et saepissus spissus.* Quamquam illi homini neque in voce *saepe*, neque in vv. *palam* et *spissus* assentit Vossius. Conf. etiam Grotefend. Orthogr. §. 130. *Mr.*

[*locis manue*] Sigonius ad h. l. haec: His verbis docuit Scipio, quid inter *urbem* interesset, et *civitatem*, auctore Nonio, atque *urbem* sedificia esse, *civitatem* civium multitudinem statuit. Aristoteles quidem etiam lib. III. Politicorum *civitatem* scribit non ex moenibus aestimandam, atque omnino definit *τὴν πόλιν πλῆθος τῶν πολιτῶν, τὴν πολιτείαν τάξιν τῆς πόλεως.* Quo spectasse, quum haec dicit, etiam Cicero videtur. Addam illud etiam, putare me, Scipionem de situ urbis in hoc libro egisse, quoniam in hoc libro de urbe disputavit. Etenim Servius, exponens illum versus poetae *Fluminaque antiquos subterlabentia muros*, id etiam a Cicero in libris de Re publica laudatum scribit. Quo illa quoque referenda videntur: ut ad eam urbem, quam incolas, possis adnare. Aristoteles autem ne hoc quidem in suis de Re publica praeceptionibus praetermisit. — Patricius: Haud scio quam notum sit *locis manue*, mallet *opere manue*, vel *arte manue*, vel *labore manue*. Sic enim loquitur idem Cicero Off. II. *Ea quae inanimata diximus, nec haberemus, nisi*

*manus et ars accessisset. Et item: sine opera hominum nulla esse potuisset.* Ejusmodi duo alia praeterea loca addit; ubi recte Sch. in Ed. Frgm. Cic. 1817. p. 269. His, ait, exemplis nihil proficitur ad necessitatem correctionis intelligendam. *Locis urbem* sepire de aggere, fossa et vallo accipi potest, *mana* de praesidiis. Si in MS. legeretur *legibus moenibusque*, id vulgato praefere non dubitarem. *Mr.*

[*oppidum vel urbem*] Festus p. 308. Dac. p. cxl. ed. Scal. *Oppidorum originem [optime] refert Cicero libro oratio de Gloria, eamque appellationem usurpatione appellatam esse existimat, quod opem darent, adjiciens, ut imitetur ineptias Stoicorum:* [ad q. l. Antonius Augustinus in Ed. Scal. p. xxxii. laudat Verron. de L. L. iv. 32. pergit Festus: *Oppidum dictum est, quod opem praebet. Oppidum dictum, quod ibi homines opes suas conferunt. Oppidum dicitur et locus in circo, unde quadrigae emittantur. Mr.*] Cicero voces *urbs* et *oppidum* de Divin. I. 25. promiscue usurpat: *Pheras, quae erat urbs in Thessalia — in eo igitur oppido* etc. Sed alibi et h. l. *urbs* majus quid, quam *oppidum*. *Urbs* (πόλις i. e. castellum et ἄστυ. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. 772. p. 260. sq.) vel ab *orbe*, vel ab *urbum* (quae pars aratri est). Varro l. l. Serv. ad Aeneid. I. 16. V. 755. Isidor. Origg. xv. 2. Pompon. Digest. lib. ult. tit. paenult. leg. 239. cf. Symbolik II. p. 1003. ibiq. laud. Niebuhr. R. G. I. p. 157. *Cr.*

[*delubris*] De *delubris* vid. Fest. p. 116. ibiq. Scalig. [cf. etiam Anton. Augustin. in ed. Scal. p. xlii. *Mr.*] Hoc loco sunt loci sacri,

„ distinctam spatiisque communibus. Omnis ergo  
 „ populus, qui est talis coetus multitudinis, qua-  
 „ lem | exposui (¹), omnis civitas (²), quae est P. 111.  
 „ constitutio populi (³), „ omnis res publica, quae,  
 ut dixi, populi res est, consilio quodam regenda  
 est, ut diuturna sit. Id autem consilium primum  
 semper ad eam causam referendum est, quae

(a) Cod. civitatis 1. manet; sed 2. emendatum civitas.

aedes. Schütz. Lex. Cic. II. 49. ibiq. Cic. de N. D. III. 40. et pro deorum templis atque delubris. Cr.

*distinctam spatiisque*] Ita dixit noster de N. D. II. 39. 99. *insalae litora quae — distincta tectis et urbibus*: de Legg. I. 4. 14. *quin igitur ad illa spatia nostra sedesque pergitur?* ubi vid. annotat. nostr. p. 52. ed. nostr. et Cr. Mr.

(1) Recole superiorem populi definitionem.

(2) Locus extat apud Nonium voc. *urbs a civitate*: verum paulo aliter sub extremo, nempe sic *qualem exposui, civitas est; omnisque civitas est constitutio populi*. Sed purior textus est codicis nostri Vaticani. In editis de rep. fragmentis apud Verburgium locus plus quam in Nonio interpolatus exhibetur; nimirum, *omnis ergo populus, qui est talis coetus multitudinis, qualem exposui, civitas est; omnisque civitas, quae est constitutio populi, res publica.*

*consilio quodam*] *Consilium* est quod Graeci dicunt *ρό ὑγεμονικόν*. Villem. vertit. *autorité intelligente*. Hobbes. contra in libro de *Cive* potius timore regi vult homines. Ad rem conf. etiam Cic. de Off. I. 25. 88. Cr.

*ad eam causam — quae causa genuit civitatem*] Nihil proclivius est faciliusque, quam delere repetitum prioris enunciati

substantivum *causa*. Sed repetitum esse ex optimorum scriptorum more non est quod demonstrum post Drakenborchium ad Liv. I. 3. 9. p. 52 — 56. ed. Stuttg. qui nubem exemplorum ex Livio congescit. Nos autem aliquot ex Cicerone exempla adponemus: eam enim nobis legem posuimus, ut quid Cicero sive scripserit, sive scribere potuerit, non ex aliorum scriptorum, sed ex ipsius Ciceronis, more probemus. Cic. de N. D. I. 32. 90. *humana forma — qua erant forma dii immortales*. [Vid. tamen ibi ed. nostr. min. p. 58. et ed. Cr. et nostr. p. 146. sq.] II. 30. 75. *tres in partes — quarum pars prima est*, ubi vid. Creuz. p. 328. Cic. de Orat. I. 58. 174. *cum obsignes tabellas clientis tui, quibus in tabellis id sit scriptum, quo ille capiatur*, ubi recte tuetur Schützius vulgatam. Cic. de Legg. I. 1. 2. *tamen erit in his locis quercus, quam Marianam quercum vocent*: ubi vid. Goerenz. et nos p. 5. ed. nostr. et Cr. De Legg. II. 23. *cum lamina esset inventa, et in ea scriptum lamina: HONORIS*: quem locum nos primi ita, ut scribi debet, edidimus: v. p. 340. sq. Add. de Legg. II. 4. 8. p. 174. sq. *Infra Lib. II. c. 40. est: immani et vastae insidens beluae coercet et regit beluam*. Or. pro Sex. Rosc. 5. 8. *Quodsi — vel minima*

causa genuit civitatem<sup>(1)</sup>. Deinde aut uni tri-  
 buendum est, aut delectis<sup>(a)</sup> quibusdam, aut  
 suscipiendum est multitudini atque omnibus<sup>(2)</sup>.  
 Quare, cum penes unum est omnium summa  
 rerum, regem illum || unum vocamus, et regnum  
 p. 98. eius rei publicae statum. Cum autem est penes  
 delectos, tum illa civitas optimatum<sup>(b)</sup> arbi-

(a) Cod. habet *adjectis* pro *aut delectis*; quamquam emenda-  
 tionis indicia in membranis apparent. Et quidem paulo post co-  
 dex habet *delectos non adjectos*. (b) De hac terminatione sic  
 Martianus lib. III. cap. de analogia: *optimatum dicimus, quia*  
*accusativus pluralis i litteram habet, ut hos et has optimatis;*  
*quamvis veteres optimatum dixerunt.*

*res reperietur, quam ob rem*  
*videantur illi etc.* Alia vide apud  
 Tursellin. de Particul. p. 796. ed.  
 Schwarz. et apud Ruddimanum  
 Inst. Gramm. Lat. T. II. p. 18. ed.  
 Stallbaum. A. Mathiae ad Cic.  
 Orat. pro Rosc. Amer. 10. 28.  
 (Orr. VII. Lips. 1818.) p. 15. *Mr.*  
*civitatem.*] Valer. Max. V. 3. 5.  
 de Athenis et Theseo: *siquidem*  
*ille vicatim dispersos cives*  
*suos in unam urbem contra-*  
*xit, separatimque et agresti more*  
*viventi populo amplissimae ci-*  
*vitatis formam atque imagi-*  
*nem imposuit.* Conf. de Legg. II.  
 2. p. 166. ed. Mos. et nostr. *quae*  
*(patria) rei publicae nomine*  
*universa civitas est.* Cr. — Ad  
 v. *delectis* conf. Or. pro Planc.  
 25. 6a. *populus Romanus deli-*  
*git magistratus, quasi rei pu-*  
*blicae villicos.* Mr.

(1) Nempe ad concordiam, feli-  
 citatem, mutusque utilitatem.  
 Legatur Aristoteles reip. I. 1. 2.  
 III. 9. IV. 4. Cicero off. I. 25.  
 ipsum Platonem praecipientem in-  
 ducit, ut, qui reip. praefuturi  
 sunt, utilitatem civium sic tuean-  
 tur, ut, quaecumque agunt, ad  
 eam referant obliti commodorum  
 suorum. Iohannes Saresberienis  
 polycr. VI. 21. Ciceronis hunc lo-

cum fortasse prae oculis habuit  
 cum ea verba scripsit, quae in  
 testimonio laudavi.

*multitudini atque omnibus.*]  
*Atque ponitur explicative pro id*  
*est:* vid. Goerenz. ad Cic. de Fi-  
 nib. I. 10. p. 47. vel pro *et adeo*;  
 cf. eund. ibid. I. 16. p. 73. et ad  
 Acadd. II. 11. 36. et Schütz. Doctr.  
 Particul. Lat. §. 132. p. 91. Cr.

(2) De his sollemnibus reip. ge-  
 neribus tribus legantur Plato reip.  
 VIII, et leg. III. p. 680. 681; Ari-  
 stoteles reip. III. 7. sqq; Cicero  
 leg. III. 7; Tacitus annal. IV. 33;  
 aliique passim veteres recentis-  
 que politici. [Quibus tamen oblo-  
 quitur Carol. Ludov. de Haller in  
 libro, qui inscribitur *Restaura-*  
*tion der Staatswissenschaft*, Tom.  
 I. cap. 20. p. 479. sqq. binas tan-  
 tummodo civitatum esse formas  
 dicens: Principatus (*Fürstenthümer*,  
*Einzelherrschaften*) et  
 Respublicas (*Republiken*, *Viel-*  
*herrschaften*), ut adeo universa  
 antiquitas in errore sit versata.  
 Qua de re ipse viderit. Cr.]

*et regnum — statum.*] Vulgo  
 dicunt: *et ejus rei publicae con-*  
*stitutionem vocamus regnum.* Ad  
 scriptionem *Optimatum* v. quae  
 ego et Cr. monuimus ad Cic. de  
 Legg. I. 1. 1. p. 2. v. *Arpinatum*,

trio regi dicitur. Illa autem est civitas popularis, (sic enim appellant,) in qua in populo sunt omnia. Atque horum trium generum quodvis, si teneat illud vinculum (<sup>a</sup>), quod primum homines inter se rei publicae societate (<sup>b</sup>) devinxit, non perfectum illud quidem, neque mea sententia optimum, sed tolerabile | est, ita tamen, P. 73. ut aliud alio possit esse praestantius. Nam vel P. 96. rex aequus (<sup>c</sup>) ac sapiens, vel delecti ac principes cives, vel ipse populus, (quamquam id est minime probandum (<sup>1</sup>),) tamen, nullis interiectis

(a) Ita [vinculum] cod. r. manu, ut cap. III. p. 11. Heic tamen 2. manus fecit *vinculum*. (b) Cod. *societatem*, sed *m* deinde deleta fuit. (c) Ita [aequus] cod. Recole superius cap. xxi.

ibiq. laudd. Drakenb. ad Liv. I. 9. VII. 30. Mazochi Tab. Heracil. p. 481. Marini Atti Arvall. II. p. 781. In seqq. Schützins verba *sic enim appellant* omisit, cujus amputationis rationem, si qua est, exputare non possum: neque Sch. de suo consilio lectores monere dignatus est. Mr.

Atque horum trium] Transitioni h. l. inservit atque: vid. Schütz. Doctrina. Partic. I. §. 131. Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 15. p. 67. Cr.

vinculum] Conf. A. Majus ad L. III. c. 2. et Ind. Orthogr. — Ita plures libri MSS. in Cic. de Legg. I. 6. p. 49. ed. Mos. et nostr. *sectis*, debebant *sacclis*. Add. annot. ad Cic. de Legg. III. 3. 6. p. 381. Cr.

sed tolerabile est, ita tamen, ut aliud] Ita refixi locum ad mentem Creuzeri, cum pro lectione codicis *sed tolerabile tamen, et aliud*, quam tolerabilem non existimabam, prius conjecissem *sed tolerabile tamen est; ita tamen, ut aliud*, quo facto facilius etiam corruptionis et causam et rationem intelligeremus. Sed merito male aliquem habeat

continuo iteratum *tamen*. Heinrichus correxit ad nostrum sensum, sed omisso *est*, ita: *sed tolerabile, ita tamen, ut aliud*. Reliqui locum silentio transierunt, ut sanum, quem sanum ego credere neque primo ad aspectu potui, neque nunc possum. Mr.

(quamquam id est minime probandum,) Ita Atticus apud Cic. de Legg. III. 17. 37. p. 45a. sq. *Mihi vero nihil unquam populare placuit: eamque optimam* [malim nunc eamque ego *optimam*; certe inter *e* et *o* facillime potuit exidere *ego*] *rem publicam esse dico, quam hio consul constituerat, quae sit in potestatem optimorum*: ubi vid. Turneb. ed. nostr. et Cr. p. 734. Mr.

(1) Aptè id dicitur a persona Scipionis, quem Gracchanis, id est popularibus, partibus valde adversarium fuisse, ideoque et a C. Graccho in concione tyrannum appellatum, comperimus. Plut. reg. apophth. t. vi. p. 760. Quamquam idem Plutarchus in Aemil. xxxviii. (adde et Cic. Acad. iv. 5.) Scipionem populi studiosiorem

iniquitatibus aut cupiditatibus, posse videtur aliquo esse non incerto statu.

XXVII. Sed et in regnis nimis expertes sunt ceteri communis iuris et consilii, et in optimatum dominatu vix particeps libertatis potest P. 74.

dicit, quum Aemilius pater fuisset nobilitatis aequae et plebis adseñtator. Sed enim et ipse Cicero, cupius sententiam praecipuam tueretur hoc in opere Scipio, optimatibus semper favisse videtur. Leges ad fam. I. 9. VIII. 16. (ep. Cael.) ad Att. I. 18. 20. II. 3. 5. 15. VIII. 3. x. 9. (ep. Cael.) ad Q. fr. I. 1. Tum pro Sexio IX: *omnes boni semper nobilitati favemus, quia utile est reip.* etc. Sed instar omnium sit Quinti locus de petitione consulatus ad fratrem cap. 1: *persuadendum est iis, nos semper cum optimatibus de rep. sensisse, minime populares fuisse.* Tum ipse Marcus Acad. IV. 40: *semper, ut scitis, studiosus nobilitatis fui.* Idem Cicero ad Att. II. 3. ait, multa se poetico quodam in opere scripsisse ἀποτροπαίως. Neque abhorrent ab hac politica sententia Plato in politico pag. 302, et Aristoteles reip. III. 7. Anonymus vero quidam apud eundem Aristotelem reip. IV. 2. definiēbat democratiā esse inter bonas reip. formas deterrimā, inter malas optimā: is autem anonymus videtur Plato in politico p. 303. Romanae quidem reip. natura iam inde a Bruti temporibus fuit aristocratica. Lege Dionysium Halic. v. 1.

*nullis interjectis iniquitatibus*] Ita alibi non locutus est noster: neque vero ideo lectioni aliquid litis movendum. Tacitus Annal. I. 23. extr. dixit: *ni miles — preces et — minas interjecisset.* Mr.

*non incerto statu.*] Ad argumentum vid. Platon. Politico p. 301. sq. Steph. p. 341 — 344. Bek-

ker. et p. 291 sq. Steph. p. 321 sqq. Bekk. Tacitus Annal. IV. 33. *Nam cunctas nationes et urbes populus, aut primores, aut singuli regunt: delecta ex his et consociata rei publicae forma laudari facilius, quam evenire, vel, si evenit, haud diuturna esse potest:* etc. Conf. ibid. III. 27. Cr. — Pleraque omnia, quae apud veteres de his rebus scripta reperiuntur, collegit Bodinus in opere, minus hodie, quam par est, lecto, de Republica L. II. quod opus bonae frugis plenissimum dixit Io. Müllerus, harum rerum, si quis alius, arbiter intelligentissimus: Mr.

*expertes sunt ceteri communis iuris et consilii*] Ad v. ceteri v. Beier. in Friedemanni Miscellana. Critt. Vol. I. p. 185. sq. *Expertes communis iuris est οὐκ ἰσόνομοι; expertes communis consilii est οὐκ ἰσηγοοί* vel, ut verbo usitato utar, ἰσηγορίαν οὐκ ἔχουσι. In Or. de lege Agrar. I. 6. 19. junguntur *senatus, consilium commune, omnia denique insignia rei publicae.* Infra c. 31. est: *sunt enim expertes imperii, consilii publici, iudicii delectorum iudicum.* Mr.

*dominatu*] Vocabulum invidiosum, quia, qui sub dominatu sunt, et sunt et habentur servi. Eo usus est in simili re Cic. de Off. II. 1. 2. *cum autem dominatu unus omnia tenerentur.* Ad sqq. faciunt, quae dixit de Legg. III. 17. 38. p. 453. ed. nostr. et Cr. tamen istam libertatem ita largior populo, ut auctoritate et valeant et utantur boni: ubi vid. nostr. annot. Mr.



esse || multitudo (1), cum omni consilio com- P. 105.  
muni ac potestate careat: et cum omnia per  
populum geruntur, quamvis iustum atque mo-  
deratum, tamen ipsa aequabilitas (2) est iniqua,  
cum habeat nullos gradus dignitatis (3). Itaque  
si Cyrus ille Perses iustissimus fuit sapientissi-  
musque rex (4), tamen mihi populi res (ea enim  
est, ut dixi antea, publica,) non maxime expe-

(1) Namque, ut ait Tacitus anal. vi. 42. *paucorum dominatio regiae libidini propior est.*

*aequabilitas*] Conf. Ernesti Clav. Cic. h. v. Ruhnken. Opuscc. Vol. II. Cic. de N. D. II. 5. p. 232. ed. nostr. et Mos. *aequabilitatem motus.* De Off. I. 26. 90. est i. q. animus aequus, et opponitur levitati; de Orat. I. 42. est jus aequum; nostro vero loco recte vertit Villem. *égalité.* Cr. — Infra c. 34. legitur: *aeque, quae appellatur, aequabilitas iniquissima est.* Mr.

(2) Quod adinet ad hoc Tullii vocabulum, quod etiam inferius recursabit, audiendus Lactantius inst. v. 14: *altera iustitiae pars est aequitas, (aequitatem dico se cum ceteris coaequandi) quam Cicero aequabilitatem vocat.* [Cic. tamen etiam Off. 25. utitur hac voce. A. M. in Emm.]

*cum habeat nullos gradus dignitatis.*] Ita, pro *habet*, scripsi ex mente Creuzeri, ut dederunt Heinrichius et Steinackerus, quorum posterior in Addendis recte monet, causae inservire *cum hoc in loco, ut supra in verbis cum omni consilio careat*: iisdem vero paene verbis infra c. 34. recte dici: *cum enim par habeat ur honos summis atque infimis, ipsa aequitas iniquissima sit* [ubi correxi *fit*, quod nunc etiam a Schütziö factum video]. Mr.

(3) Haec et alia plura sibi obijcit perpenditque Aristoteles reip. III. 10. 399.

*Cyrus ille*] Cap. seq. dicitur *Cyrus amabilis.* De eo vid. Herodot. III. 89. Diodor. Sic. iv. 50. Proclus in Alcib. cap. 53. p. 150. 399. et Olympiodorus ad Alcib. p. 45. ibiq. not. et p. 51. Locus Herodoti est: *λέγουσι Πέρσαι, ὡς Λακείος μὲν ἦν κάπηλος,* (propter avaritiam et tributorum nimiam exactionem) *Καμβύσης δὲ θεσπόρης, Κύρος δὲ πατὴρ*: ad quem locum vid. Valcken. p. 91. sq. ed. Schweigh. Cr.

*Perses*] Nominativus hujus nominis gentilis alibi non legitur apud Ciceronem: nam quod est de Divin. I. 46, *Persa* id canis nomen est. Graeca autem nominativi forma in simili vocabulo utitur Tuscul. v. 32. 90. *Scythes Anacharsis.* — *Perseus* etiam Macedoniae rex a Cicerone constanter *Perses* dicitur, qua de re accurate et egregie egit C. L. Schneiderus in Gramm. Lat. II. (Formenl.) I. p. 315 — 321. Mr.

(4) Apte Scipio Cyri exemplo utitur; Xenophonteam enim Cyri historiam summus hic imperator de manibus ponere non solebat, ut ait Cicero ad Q. F. I. 1. 8. qui ibidem moderationem illius dominationis admiratur. Platoni leg. III. p. 694. Persae sub Cyro videbantur quodammodo liberi propter eius regis moderatum imperium.

tenda fuisse illa videtur, cum regeretur unius  
 P. 106. nutu. Ac | modo si Massilienses, nostri clien-  
 tes<sup>(1)</sup>, per delectos et principes cives summa  
 iustitia reguntur<sup>(2)</sup>, inest tamen in ea condi- P. 75.  
 tione populi similitudo quaedam servitutis. Si  
 Atheniensis quibusdam temporibus, sublato Areo-

*si Massilienses*] Si h.l. est i. q. *etsi v. tametsi*. Vid. Tursellin. de Particc. ed. Schwarz. p. 1190. ibiq. laudd. Cic. de Senect. xi. Offic. III. 8. extr. Epist. ad Fam. iv. 9. De Massiliensibus vide *Tittmann. Darstell. d. Griech. Staatsverfassungen*. Lips. 1822. p. 516. *Cr. nostri clientes*,] De clientela urbium et provinciarum vid. *Creuzer. Abriss d. Röm. Antt.* p. 92. sq. Rosini Antt. Romm. p. 70. sq. (cum notis Dempsteri cur. Schrevel. Amstelod. 1685. 4.). Postero tempore Massilienses erant in clientela Pompeji et Caesaris. — Haec dum scribo, fama ad nos perfertur, in Massiliensium urbe nuperime diem obitisse supremum *F. A. Wolfium*, litterarum nostrarum lumen. Sit ei terra levis! *Mr.*

(1) Massiliensium cum Romanis amicitiam iam inde a Massilia condita per Phocenses memorat Iustinus XLIII. 3. et 5. (quamquam bella potius Massiliensium cum Poenis videntur in causa fuisse, cur Romanis studerent; vide eundem Iustinum praedicto loco.) Massilienses a Valerio M. II. 6. 7. dicuntur *charitate populi Romani praecipue conspicui*. Lege etiam Cic. off. II. 8. pro Font. I., pro Corn. Balb. ix, praesertim vero pro Flac. xxvi. Confer item Lucanum III. 301. sqq.

*principes cives*] Vid. Strabo iv. p. 11. Tzschuck. ubi est: *Αιολοῦνται δὲ ἀριστοκρατικῶς οἱ Μασσαλιῶται πάντων εὐνομώτατα*. *Cr.*

(2) Optimatum potestas videtur diutissime Massiliae obtinuisse: commemorat enim eam Aristoteles

reip. v. 6. vi. 7; tum Cicero pro Flac. xxvi. eandem urbem sua adhuc aetate optimatum consilio administrari dicit. Massiliensis resp. diligenter describitur a Strabone iv. p. 271. sqq. Regebatur nimirum sexcentorum optimatum auctoritate, qui dignitatem retinebant, quoad vita maneret, dicebanturque *τιμῶνχοι*. [Vid. Vossium ad Caes. de B. Civ. I. 35. p. 77. ed. Stuttg.; qui tamen in eo fallitur, quod *quindecim viros* opinatur appellatos esse *τιμῶνχους*. Illos *προδράτας* potius dictos esse ex Strabone l. l. colligas. *Cr.*] Ex his sexcentis praerant quindecim, qui cotidiana negotia expediebant: rursus inter hos quindecim supremam potestatem tres habebant. De hac quoque republica nominatim scripserat Aristoteles, teste Athenaeo XIII. 5. De Massiliae Graecis legibus et litteratura, triplicique lingua, Graeca scilicet, Latina et Gallica, lege Varronem apud Isid. orig. xv. 1. 63; et apud Hieronymum prolog. lib. II. comm. ad Gal. Confer etiam Caesarem B. C. II; Tacitum Agric. iv; Silium xv. 169. Homeri editio seu recensio Massiliensis laudatur inter nobiles in scholiis Venetis.

*conditione*] Ita scriptissimus contra codicis auctoritatem in quo est *condicione*, quam scriptionem servaverunt. Heincr. et Lehnerus, ut supra cap. iv. ubi vid. quae annotavimus. Ceterum vocem *conditio* proprie de statu servitutis usurpari notissimum est, neque exemplis eget. *Mr.*

*sublato Areopago*] Conf. Berg-

pagο (α) (1), nihil nisi populi scitis ac decretis agebant; quoniam distinctos dignitatis gradus non habebat, non tenebat ornatum suum civitas.

XXVIII. Atque hoc loquor de tribus his generibus rerum publicarum, non turbatis atque

(a) Cod. *areopago*, sine ulla emendatione. Mutandam censui lectionem propter nominis nimiam celebritatem, quae librarii mendum coarguere videtur. Ceterum vulgari illi *areopagi* etymologiae fidem derogat Varro apud Augustinum C. D. XVIII. 10. [ad quem locum vid. quae disputat Lud. Vives p. 1018. *Mr.*]

mann. ad Isocratis Areopagiticum p. 48. sqq. (Leidae 1819.) Ad Ciceroniani autem loci sententiam intelligendam facit locus Aristotelis Politicorum (II. 12.) II. 9. p. 85. ed. Schneid. *Σόλων — οἰονταί — ὀλιγαρχίαν — καταλύσαι λίαν ἀκρατον οὐσαν — μίξαντα καλῶς τὴν πολιτείαν. Εἶναι γὰρ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βούλην ὀλιγαρχικόν. Ἔοικε δὲ Σόλων ἐκεῖνα μὲν ὑπάρχοντα πρότερον οὐ καταλύσαι τὴν τε βούλην καὶ τὴν τῶν ἀρχῶν αἰρεθῆν τὸν δὲ δῆμον καταστήσαι, τὰ δικαστήρια κοίησας ἐκ πάντων. Cr.* — De Areopago etiam agit Postellus de rep. Atheniensium p. 45—62. Lugd. B. 1645. Ad nostrum locum vid. etiam *Welcher. d. Aeschylische Trilogie Prometheus* p. 521. *Mr.*

(1) Areopagum, sin minus sublatum, certe debilitatum, querunt auctores prisici apud Meursium in lib. de areop. cap. ix. Sed de hac re conferre suffecerit Isocratis Areopagiticam orationem, praesertim cap. XIX. [ad quae cf. Bergmann. p. 52. sqq. et p. 149. sq. *Cr.*]

*ac decretis*] Admodum arri-det *Cr.* conjectura: *ac D decretis* i. e. quingentorum. Decreta enim cum sint *senatorum*, non populi, non magis quam *leges decerni* recte dici monet; laudatque de hoc vitio interpr. ad Cic. pro domo ix. 24. p. 162. ed. Wol-

ffii. Ad verba conf. Cic. de Opt. gen. Or. 7. 19. *Cum esset lex Athenis, ne quis populi scitum faceret, ut etc. Mr.*

*habebat,*] Ita emendavimus praeunte Heincr. et probante censore ejus Lipsiensi 1824. 12. p. 91: melius enim refertur ad v. *civitas*, quam ad v. *Athenienses*. In Cod. est *habebant*, ut cum A. Major ediderunt ceteri omnes. *Mr.*

*ornatum suum*] Respondet Graeco τὸν κόσμον ap. Herodot. I. 65. estque locutio Pythagorica. Vid. Diotogenes Pythagoreus in Stob. Serm. XLVIII. p. 329. Bas. Vol. II. p. 314. ed. Gaisford. Ceterum expressit Tullius Platonis locum de Legg. Lib. VI. initio, ubi philosophus *πολιτείας κόσμον* usurpat. *Cr.* In Ed. Stobaei Colon. Allobr. 1609. locus item est Serm. XLVIII. p. 329. sed in Ed. Wechel. 1581. est Serm. cxLVI. p. 489. sq. *Mr.*

*hoc loquor de tribus his generibus*] Offendit nescio quomodo, quotiescunque locum inspicio, haec scriptio, ut nonnunquam credam, ante *loquor* ob similem sonum similesque literas excidisse *loco*, ut legendum sit: *atque hoc loco loquor*. Tentabam etiam *atque hic v. heic loquor*. Sed tamen fieri potest, ut ita, ut est in Codice, scripserit Cicero, quamquam frustra quaesivi locum, ubi utramque constructionem *loqui aliquid et de aliqua re* conjunctam usurpaverit, pro di-

P. 225. permix || tis, sed suum statum tenentibus (1). P. 76.

Quae genera primum sunt in iis singula vitiis, quae ante dixi; deinde habent pernicioſa alia vitia: nullum est enim genus illarum rerum publicarum, quod non habeat iter ad finitimum

*cere aliquid de aliqua re. — Ut vero h. l. junxit turbatis atque permixtis ita Orator. 57. 195. permixtos et confusos. Mr.*

*suum statum tenentibus.] Ita in fine cap. 26. dixit: videtur aliquo esse non incerto statu, et cap. 27. extr. tenebat ornatum suum civitas. — Status proprie dicitur positus vel positura (ut ait Gellius) Gladiatoris. In Or. pro Sulla 22, 63. Cicero dixit: Status enim rei publicae maxime iudicatis rebus continetur; et pro Sext. I, 1. se et salutem suam in discrimen offerre pro statu civitatis. His locis status ponitur pro salute, integritate, incolunitate. Ad v. sunt in iis — vitiis conf. variatam constructionem Tuscc. iv. 51. 66. eodem enim vitio est effusio animi in laetitia: ubi Ern. corrigebat enim in vitio, neque vero obsequentem habuit Wolfium: opinor, ne orationis concinnitas turbetur, cum statim subsequatur: eademque levitate cupiditas est in appetendo: ubi nihil monuit de corrigendo in levitate Ernestus. Et est in Epp. ad Fam. vi. quanto fuerim dolore, supra vero c. 23. quibus autem studiis semper fueris, tenemus: ubi vid. annot. nostr. Mr.*

(1) Ciceronis praecedentem locum vix dubito, quin prae oculis habuerit Ampelius, qui cap. ult. sic ait: rerum publicarum tria genera sunt: regium, optimatum, populare. — Aut enim sub regum sunt potestate, ut Seleucia Parthorum: aut senatus, ut Massilia Gallorum: aut se ipsi regunt, ut Athenienses solebant.

*Est et quartum genus quod Romani commentum sunt, ut ex tribus unum efficerent: nam regiam potestatem consules habent, et plebs habet suffragiorum potestatem.*

*perniciosa — habeat iter] Quid hoc loco sanius, quid elegantius? Et tamen inventus est, qui tria in eo vitia subodoraret: quae, ne aliis quoque probentur, adscribam. Primum malebat perniciosiora, deinde deletum volebat vitia post alia, denique pro habeat iter emendabat, scilicet, abeat interdum. Sed Comparativo opus non est: nam ea, quae omnibus generibus inesse dixit, vitia, non sunt pernicioſa, ut alia perniciosiora dici debeant: dixit enim supra cap. 26. horum generum quodvis — tolerabile est. Vox vitia repetita non magis est expungenda quam de Senect. xx. 72. vox terminus. Ibi enim est: Omnium aetatum certus est terminus; senectutis autem nullus certus est terminus, ubi recte repetitionem probat Gernhardus p. 137. Denique admodum inelegans est tertia conjectura, qua recepta haberemus malum praeceptum et lubricum, qua compositione verborum nihil minus est proprium et Ciceronianum. Sed ut Or. pro Flacco 42. 104. viam vitae — praecipitem et lubricam dixit, ita hic iter — praeceptum et lubricum. Voce iter metaphorice utitur ad Qu. Frat. III. 3. ad Att. iv. 2. Iter habere dixit ad Qu. Fr. II. 6. Habere autem quoties apud nostrum significet secum ferre, non est, quod exemplis probem, cum sint ubivis obvia v. c. de Di-*

quoddam malum praeceps ac lubricum<sup>(1)</sup>. Nam illi regi, ut eum potissimum nominem, tolerabili, aut, si vultis<sup>(a)</sup>, etiam amabili, Cyro, subest ad immutandi animi licentiam crudelissi-

(a) Ita [uoltis] cod. pro uultis.

vin. II. 46. 96. *Quid? dissimilitudo locorum nonne dissimiles hominum procreations habet?* In ipso autem nostro capite dicit paulo inferius: *cujus in similitudinem dominatus unius proclivi cursu et facili delabitur.* Laudavit nostrum locum cumque cum similibus comparavit Hellenus in Progr. de regia majestate liberarum civitatum scriptoribus celebrata p. 12. (Erl. 1824. 4.) *Mr.*

(1) Haec veterum recentiorumque politicorum concors observatio est. Lege, si vacat, inter recentiores Graecos Theophylactum inst. reg. II. 6; inter vetustiores Platonem leg. III. p. 693.

*Illi regi— ille Phalaris*] Diverso plane sensu pronomen *ille* his duobus locis usurpari facile intelligis: nimirum priori loco *illi* esse i. q. *quem dixi*, posteriore i. q. *famosus. Cr.*

*subest*] i. e. instat, sequitur, ut in fine capitis dicitur *finitimus est*, vestigia premit: conf. Sallust. in Mithrid. epist. *illi suberat regnum Ariobarzanis*: coll. Cic. Epist. famil. x. 21. *Verba ad immutandi animi licentiam* in versione Gallica omisit Villem., videlicet ut obscuriora. De voc. *ad vid.* Schütz. in Lex. Cic. *Cr.* — *Subesse* eo sensu, ut sit instare, propinquum esse, dixit etiam Cicero: pro Mil. 16. 42. *cum — dies comitorum subes set.* Epist. ad Fam. x. 21. *Planeus ad Cicero-nem scribit: putabam posse me — subesse propinquis locis. Mr.*

*subest ad immutandi animi licentiam*] Steinackerus non muta-

vit loci lectionem, sed in nota addit: haec aut satis perspicui non posse, aut ita saltem tenenda esse, bono quoque et amabili regi morum in deterius mutandorum veniam et impunitatem ostendi, proposito Phalaridis exemplo: quae longe expressa fore concinnius ait, si scripsisse M. Tullium *ad invitandam animi licentiam* Godofr. Hermanni conjectura putemus, cujus haec est interpretatio: Etiam si quis rex non modo tolerabilis sed amabilis est, tamen subest ei latetque recondita in ejus pectore tyranni indoles, quae animi licentiam provocet, ut unius dominatus proclivi cursu et facile delabatur in similitudinem Phalaridis. Ad quae Eichstadius in Comm. III. de Lygdami carminibus, quae nuper appellata sunt: (Jenae 1824. fol. p. 10. sq.) Steinackerus de morum in deterius mutandorum *venia et impunitate* cogitans, vereor, ne ea in locum inferat, quae abhorrent ab sententia Ciceronis. Propius verum accessit Hermannus, hac proposita conjectura: *ad invitandam a. l.* — Quamquam in hoc loci tenore *licentiam* animi minus expectabam, quam *immutacionem*, cujus verbi notio vix recte extinguitur. Itaque scribendum puto: *ad immutandi animi illecebram.* Etenim *subesse* h. l. eo sensu capio, quo est, *propinquum et finitimum esse.* Ad hanc interpretationem nos contextus loci ducit. Paulo ante: *nullum est genus rerum publicarum, quod non habeat iter ad finitimum ali-quod malum praeceps ac lubri-*

P. 226. mus ille Phalaris<sup>(1)</sup>, cuius in similitudinem dominatus unius proclivi cursu et facili dela- P. 77.

*cum. Ac paulo post: Massiliensium — finitimus est, qui — consensus et factio. Sic regis etiam tolerabilis, velut Cyri, potentiae ad immutandi animi illecebram finitima est dominatio tyranni, qualis fuit Phalaridis, cuius in similitudinem illa proclivi cursu delabitur. Nam, quod tot omnium aetatum exempla demonstrant, imperium primo tolerabile, post, quum sit nimium, facile cedit in tyrannicam dominationem. Quemadmodum igitur praecipere habere et lubricum iter atque proclivi cursu delabi, ita etiam subesse et finitimum esse sibi plane respondent. Haud dissimili tropus est Horatius I. Epist. 5, 15. parcus ob heredis curam — assidet (finitimus, proximus est) insano. Vocabulo illecebrae, etiam in singulari numero, Tullium usum esse, constat ex Or. pro Mil. 16. maxima est illecebra peccandi impunitatis spes, et Catil. II. 4. Legg. I. 11. Haec Eichstadius. Ego vero cum Cens. Lips. 1824. 8. p. 58. vulgatam ferri posse existimo eo sensu, ut sit i. q. latet fortasse in eo aliquid indoli Phalaridis simile, quod erumperet potest, cum animi immutandi plenam habeat potestatem. Eodem vero modo, ut nostro loco, ad poni sit Cens. Lips. in Or. pro Sex. Rosc. A. 50, 85. ubi vid. A. Matthiae, idem ad Or. pro Lege Manil. I, 1. et Catil. I, 5, 12. Ad licentiam est: ut licere sibi credat, ut licentiam sibi sumat. Certe, si corrigas, Ciceronem, non librarios, corriges. Mr.*

*ille Phalaris] De Phalaride conf. infr. lib. III. cap. 31. init. ibiq. not. a. Cr.*

(1) Non piget de Phalaride locum politicum heic deponere, qui est in Vaticano magnae molis palimpsesto, quem his annis de-

texti, excerptorum Porphyrogeniti plerumque ineditorum, et sine dubio a me haud longa mora interposita vulgandorum. Is locus occurrit sub titulo *περι γνωμών, de sententiis*, mentioque in eo fit etiam aliis excerptorum tituli *de regum successione. Οτι ο Φάλαρις ιδών περιστερών κληθρος υφ' ενός ίερακος διακόμμενον, εφη ορατε, ω ανδρες, τοσοουτο κληθρος, υφ' ενός διακόμμενον δια δειλιαν επει τοι γε, ει τολυθησιν επιστρεψαι, εραδιως του δωκοκτος αν περιγενοιτο. Και εκ τουτου του λογου απεβαλετο την δυναστειαν, ως γεγραπται εν τω περι διαδοξης βασιλειων: Phalaris observato columbarum globo, quem unus accipiter persequabatur, videte, viri, inquit, quanta multitudo timiditatis suae causa ab uno vim patitur; quum, si illa converso agmine adversari auderet, persequentem facile opprimeret. Hoc dicto Phalaris dominatum suum evertit, uti scriptum in titulo de regum successione. Constat autem Phalarim impetu universae Agrigentorum multitudinis fuisse oppressum. Cic. off. II. 7. Et nota verbum *περιγινομαι* pro *νωω*, ut saepe in Phalaridis epistolis 13. 14. 20. 32. 48. 97.*

*in similitudinem — delabitur.] Eadem constructione usus est noster de Fato 17, 39. delabitur in eas difficultates. Mr.*

*proclivi cursu et facili] Ita dedimus cum Heinr. pro facile, quamquam Steinackerus illud huic praefendum esse negat. Neque ego nego mihi magis placiturum fuisse facili proclivique cursu, sed alibi quoque haec duo adjectiva conjunxit, velut Part. Orat. 27, 92. *facilia, proclivia, jucunda*; igitur nostro quoque loco adverbio Adjectivum praetuli, quamvis ordo verborum in-*

bitur<sup>(a)</sup>. Illi<sup>(b)</sup> autem Massiliensium paucorum et principum<sup>(1)</sup> administrationi civitatis finitimus est, qui fuit quodam tempore apud Athenienses triginta<sup>(1\*)</sup> illorum consensus et factio. Iam Atheniensium populi potestatem omnium rerum ipsi<sup>(2)</sup>, ne alios requiramus, ad

(a) Ita cod. 2. manu; at 1. *dilabitur*. [Antecedens vocabulum in Cod. quidem scriptum est *facile*. Sed fortasse emendatum fuit *facili*. A. M. in Emm.] (b) Cod. 1. manu *ille*; 2. *illi*, quae melior lectio est. Alioqui *ille* refertur ad *finitimus*; [quod si feceris, Ciceroni Latinitate male consulueris. *Mr.*]

versus mihi, ut dixi, magis probaretur. *Mr.*

(1) Quindecim primorum. Vide Caesarem B. C. I. 35, quimore veteri supra dicto patronus Massiliensium cum Pompejo fuit.

(1\*) Adde *virorum*, licet desit in Cod. Confer lib. III. 32. A. M. in Emm. [De nomine ac dignitate *quindecim primorum* vid. annot. nostr. ad Cic. de N. D. III. 50. p. 652. ibiq. laud. Roth. de re municip. p. 66. Savigny in Gesch. d. R. R. im Mittelalt. Vol. I. p. 18. sqq. p. 70. p. 519. sqq. add. nostr. Antt. Romm. p. 80. sq. *Cr.*]

*triginta illorum consensus et factio*] Cod. *triginta consensus*. Sed stare non posse *triginta* casu genitivo sine nomine vidit A. M. ideoque addidit *virorum*, quod receperunt Heinr. Sch. et Lehn. Lehnerus vero quasi defensurus nude positum numerum *triginta* laudat Cic. Parad. I. 1. ubi est: qui numeratur in septem, omisso *sapientibus*. Sed hoc loco nomen omisum ferri potest facile, nostro non item. A. Majus cum adderet *virorum*, respexit locum operis nostri III. 32. *Quae enim fuit tam Atheniensium res, quam post magnum illud peloponnesiacum bellum triginta viri illi urbi injustissime praefuerant?* Et recte quidem hoc loco additur *vir*; ne *illi*, quod ad *urbi* est referen-

dum, referatur ad *triginta*. Notastro vero loco malui addere *illorum*, ut de re audientibus notissima loqui videatur Scipio. Quod nisi velis, possis etiam scribere *tyrannorum*, ut utatur voce invidiosa in re, cui vitium inesse ait, videlicet optimum dominatum. Sic est Tuscull. I. 40. 96. *conjectus in carcerem triginta jussu tyrannorum*: De Legg. I. 15. 42. *Etiame, si quae leges sint tyrannorum?* Si *triginta illi Athenis leges imponere voluissent* etc. *Mr.*

*Atheniensium populi potestatem omnium rerum*] Genitivos duplices Ciceroni frequentes esse moment Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 15. 58. p. 160. et praecipue II. 17. p. 169. Heinrich. ad Cic. pro Flacco p. 95. *Cr.*

(2) Vel de se videtur Scipio loqui, vel de Romanis. Si de se loquitur, suspicor eum velle attingere popularem Gracchorum licentiam v. gr. sic: *pestilentissimis Tiberii Gracchi consiliis Romae nuper expressam vidimus*. Sin generatim de Romanis, haud scio an comparationem velit instituire tyrannidis xxx virorum cum illa x virorum Romae. Atque haec fere in hiatus, qui sequitur, demersa esse videntur. [In Ed. Romana haec ad h. l. est A. Maji nota, quae non comparet in Edd. Londin.

furorem multitudinis licentiamque conversam<sup>(1)</sup>

Desiderantur  
paginae dum.

pesti || . . . . .

P. 76.

XXVIII..... taeterrimus et ex hac vel optimatum, vel factiosa, tyrannica<sup>(2)</sup> illa, vel regia, vel etiam persaepe popularis<sup>(a)</sup>; itemque ex ea<sup>P. 78.</sup> genus aliquod efflorescere ex illis, quae ante dixi, solet; mirique sunt orbes et quasi circuitus<sup>(b)</sup> in rebus publicis commutationum et

(a) Ita cod. primo casu. (b) Ita cod. 2. manu; at 1. circuitus.

Paris. et Stuttg. : „Si vocabulo *ipsi* intelligit Romanos Scipio, supplendum videtur: *pestilentissimis Tiberii Gracchi consiliis Romae naper expressam vidimus*. Sin potius eo vocabulo *ipsi* intelligit Athenienses, (quod valde arbitror) supplendum est *pestilentem fatentur*. Porro in hiatu nihil ferelatet aliud, quam descriptione vitiorum, quae singulis rerum publicarum generibus insunt.“ *Mr.*]

furorem multitudinis licentiamque] Ita junxit Or. pro Flacco 9. 20. *dissolutam Graecorum consuetudinem licentiamque impudentem. Mr.*

(1) An aetate Pisistrati? de qua Phaedrus fab. II: *Athenae cum florent aequis legibus prooax libertas civitatem miscuit* etc. An vero aetate Platonis? quo tempore is invehitur (leg. III. p. 700.) in nimiam civium suorum licentiam ac libertatem; quum e contrario majores legibus paruissent, ne dum se dominos legum dicitavissent; *οὐκ ἦν ἡμῖν ἐπὶ τῶν καλαιῶν νόμων ὁ δῆμος τινῶν κύριος, ἀλλὰ τράποντινὰ ἐκῶν ἐδοῦλεν τοῖς νόμοις.*

taeterrimus] In eadem re utitur hoc vocabulo in Verr. Act. II. L. 17. 55. 123. *ac videte, quanto tetrior hic tyrannus fuerit. Mr.*

(2) Videtur corrigendum ty-

rannis; vel certe supplendum substantivum *civitas*. A. M. in Emm. [Schützio placet A. Maji suspicio, legendum esse *tyrannis*: Heinr. post illa asteriscum posuit: Lehnertus credit mendum non esse sublatum A. Maji conjectura, et fortasse ad sanandum conferre cap. 44. *Postremo tyrannorum. Ego in lacunae vicinia a conjectando abstineo. Mr.*]

efflorescere] In Cod. est *efflorescere*. Vid. varr. lectt. in Cic. de Divinat. I. 20. ubi in Ennii carmine aliquot libri *ecfatus*: cf. Non. Marcell. cap. 4. nr. 196. et Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 9. 32. p. 245. *Cr.* — Usus est noster eodem, quo nostro loco, vocabulo, eodemque sensu de Orat. II. 78. 319. *apparebit, ea — penitus ex ea causa, quae tum agatur, effloruisse. Mr.*

mirique sunt orbes] HELLERUS l. c. p. 12. comparat Dionys. Halic. II. 3. ubi Romulus docet: *οὐδεμίαν εἶναι τῶν πολιτειῶν εὐληκρινή, προσεῖναι δὲ τινὰς ἐκάστη κήρας συμφύρους. Mr.*

et quasi circuitus] Schützius ex sua penu, sed tacite, correxit et *quasi circulus*, cujus elegantiae, cum praecedat *mirique sunt orbes*, mercedem, gratiam videlicet lectorum, vix eum accepturum credo. Improprum



vicissitudinum<sup>(1)</sup>: quos cum cognosse sapientis est, tum vero prospicere impendentes in gubernanda re publica, moderantem cursum<sup>(2)</sup> atque in | sua potestate retinentem<sup>(b)</sup>, magni cu- P. 76.  
jusdam civis et divini paene est viri<sup>(2)</sup>. Itaque quartum quoddam genus rei publicae maxime

(a) Cod. *cursum*, tum superaddita *m.* (b) Cod. *retinentes*, tum deleta *s* et addita *m.*

vocis *circuitus* usum satis excusavit noster addito *quasi*: an vero *circuitus* magis proprium est in hac re vocabulum? *Mr.*

*vicissitudinum*:] Ad rem conf. Xenoph. Hellen. III. 2. 7. *Cr.* — Ad verba Tusc. V. 24. 69. *quaeque ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio*: Tusc. I. 28. 68. *vicissitudines — commutationesque temporum.* *Mr.*

(1) Sic fere Plato reip. VIII. p. 546. [p. 381. Bekkeri. ad quem locum cf. Schneider. in Aristotel. Polit. V. 10. p. 358. sqq. et Ast. ad Platon. locum in Comment. p. 580. sq. ibiq. laudd. Tangit haec Platonica ipse Cic. de Divinat. II. 2. ubi Davianus Platonici loci initium apposuit. *Cr.*] Huiusmodi vicissitudines tribus verbis denotat Tacitus annal. XVI. 22, quo loco mentio fit etiam illius rigidi Tuberonis, qui in his de rep. libris loquitur: *ista secta Tubero et Favonios, veteri quoque reip. ingrata nomina, genuit. Ut imperiam evertant, libertatem praefecerunt; si perverterint, libertatem ipsam adgredientur.*

*prospicere*] Thucydides de Themistocle I. 138. τῶν τε παραρημα δὲ ἐλαχίστης βουλῆς κρατιστος γνώμων καὶ τῶν μελλόντων ἐπὶ πλείστον τοῦ γενησομένου ἀριστος εἰκαστής: conf. Nepot. Themistocle. c. 1. Thucyd. II. 65. ubi Periclis laudatur ἡ πρόνοια, ἢ ἐς τὸν πόλεμον. Infra II. 3. *vir excellenti*

*providentia.* *Cr.* — Post *impendentes* distinxit Steinack., nos cum Heinr. post *re publica.* *Mr.* *moderantem — retinentem,*]

Haec fortasse alio sunt transferenda. *Cr.* in Ann. Heidelb. p. 55. — Mihi suo loco stare videtur, et ita jungenda, quasi scriptum sit: *ita ut moderetur cursum eumque in sua potestate retineat, ita videlicet prospicere illa, magni cujusdam civis et divini paene est viri.* Verbum *moderare* idem vult quod Graecorum εὐθύνει. *Mr.*

*magni cujusdam*] Vid. quae monuimus ad verba *nostra quaedam*, supra cap. 8. *Cr.* — Ut h. l. voc. *quidam* ad augendam vim adjectivi *magni* additur, cui respondet mox *divini paene*, ita aliis locis noster ipsam vocem *divinus* illo pronomine intendit: v. c. ad Qu. Fr. I. 1. 11. *Hic te ita versari — divinae cujusdam virtutis esse videtur*: Or. (spuria) ad Quir. post redit. 3. 7. C. Pisonis — *divina quaedam et inaudita — virtus.* *Mr.*

(2) Ita prorsus Aristoteles reip. v. 8, quo loco agit de rerum publicarum commutationibus: τὸ ἐν ἀρχῇ γινόμενον κακὸν γινῶναι, οὐ τοῦ τυχόντος, ἀλλὰ πολιτικοῦ ἀνδρός.

*maxime probandum esse censeo.*] Cod. et Edd. *sentio*: solus Heinr. *meum* facit. Ego vero *dundum* antequam ad manus veniret ejus editio, haec ad h. l. adnotaveram: Nihil videtur magis pro-

probandum esse censeo, quod est ex his, quae prima dixi, moderatum et permixtum tribus<sup>(1)</sup>.

XXX. Hic Laelius, Scio tibi ita placere, P. 79.

babile, quam verbum, quo aliquis *sententiam* suam eloqui dicatur, esse *sentire*. Accedunt haud pauca loca, quibus ita positum videtur: v. c. Cic. ad Fam. I. 7. p. 11. sq. Ed. Ern. min. *Nos quidem hoc sentimus: si exploratum tibi sit, posse te illius rogni potiri; non esse cunctandum*. Cic. de Am. 10. *Sed hoc primum sentio, nisi in bonis, amicitiam esse non posse*. Sed tamen, ut dicam, quod sentio, equidem censeo nostro loco melius convenire *censeo*. Est enim Scipio locutus inter amicos serio in re-seria, quasi in senatu de re gravissima sententiam diceret, in qua, quid eligendum, quid rejiciendum videretur, si, quae animo sentirent, verbis efferrent, dicebant *censeo*. Ita Cato ille Censorius saepissime in senatu illud suum repetebat: *ego autem censeo Carthaginem esse delendam*. Aur. Vict. de Vir. ill. 47. Sentiebant fortasse idem plures; sed necessarium videbatur ei, animi sentia quaecunque vel data vel arrepta occasione palam facere. Et distinguit ipse noster utriusque verbi sensum non semel: v. c. ad Brut. 15. [quamquam haec Epp. in spuris censentur, distinctio tamen est vere Ciceroniana:] *Nam de ceteris rebus quid senserim, quidque censuerim, audisse te arbitror*. Cic. Philipp. ix. 1. 3. *Ego autem, P. C., sic interpretor, sensisse majores nostros, ut causam mortis censuerint, non genus esse quaerendum*. Ad Att. vii. 6. *Dices, quid tu igitur sensurus es? non idem, quod dicturus*. Tusc. I. 3. 6. *fieri autem potest, ut recte quis sentiat, et id, quod sentit, polite eloqui non possit*. Neque vero obstat sententiae nostrae (videlicet singulos pariter Senatores et

universos censuisse, Patresque in fine rationum in Senatu hac sollemni formula esse usos: *Quas ob res ita censeo: De ea re ita censeo*.) non, inquam obstat annotatio Garatonii ad Cic. Philipp. III. 15. p. 69. ed. Wernsd. Vide modo eas ipsas Orationes Philipp. III. 15. 37. v. 19. 53. viii. 11. 35. ix. 7. 15. xi. 15. 40. *Mr. moderatum et permixtum*] In Orator. 57. 196. junguntur *permixta et temperata*, ubi vero Sch. in Ed. 1815. correxit *permixta et implicata*. *Mr.*

(1) Haec est definita Polybii sententia vi. 3, quam eleganter Cicero a Scipione recitandum curat Polybii familiari et discipulo. Mixtum reip. genus fuit in Creta, Sparta, Carthagine, et sub Solone Athenis. Lege Aristotelem II. 9. 10. 11. 12: qui et id genus ceteris praeferre videtur II. 6. 9. iv. 9; uti etiam Archytas apud Stobaeum serm. xli. ed. Canteri p. 266: At Plato (itemque Polybius vi. 4.) tria illa genera in sex dividit politic. p. 302: tum septimum quoddam (id est Ciceronis quartum) praefert tamquam Deum hominibus. Romae vel sub regibus mixtum quoddam fuit reip. genus, de quo recte Dionysius viii. 5: *Ῥωμαίοις τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς πολιτεύμα ἦν ἐκ τῆ βασιλείας καὶ ἀριστοκρατίας: ἔπειτα ὁ τελευταῖος βασιλεὺς Ταρκύνιος τυραννίδα τὴν ἀρχὴν ἤξιον ποιεῖν*. Romuleum regnum cum aristocrata mixtum describitur a Dionysio II. 8. Generatum vero priscorum regum dominatum negat Dionysius fuisse sui affatim juris cap. xii. Indefinitam regis potestatem improbat Aristoteles reip. III. 17.

*Hic Laelius*] Ita Graeci ἐνθα pro *rore*. Conf. Tursellin. de Particull. p. 422. sq. ibiq. Verrin. V.

Africane: saepe enim ex te audiui. Sed tamen, nisi molestum est, ex tribus istis modis rerum publicarum velim scire quod optimum iudices<sup>(1)</sup>.  
 Nam vel profuerit aliquid ad cog<sup>2</sup> || . . . . .

\* Q. VIII.  
 Desiderantur  
 paginae duae.

P. 80. XXXI. . . . .<sup>(2)</sup> et talis est quaeque res publi- P. 51.  
 ca, qualis eius aut natura aut voluntas, qui illam

28. Acad. II. 4. de Orat. II. 50. Vid. etiam Schütz. de Particc. §. 277. p. 202. De alio usu vocis *hic pro cum ita res se habeat* vid. Goerenz. ad Finn. II. 8. 23. p. 152. Cr.

*quod optimum iudices*] Multos fore credo, qui desiderent quem; multos item, qui cum Steinackerō rescriptum velint *quid*, ut in interrogatione. Prioribus respondeo, Ciceronem, quamquam scripserit *modis*, cogitasse *generibus*; quod vidit etiam Lehnerus; similiter vero locutus est noster ad Fam. xvi. 4. *sumtu ne parcas in ulla re, quod ad valetudinem opus sit*: (i. e. ne parcas insumere, quodcumque insumere opus sit ad valetudinem:) plane vero ita est apud Sallustium Jug. 41. init. *otio et abundantia earum rerum, quae prima mortales ducunt*. Posterioribus repono, *quod* poni pro *qualem* vel *quodnam*; ut est Acad. II. 11. 35. ubi vid. Goerenz. p. 68. sq. Utrisque autem adscribam locum ex hoc ipso libro cap. 34. extr. et c. 55. prc. *Haec fere— ab iis, qui eam formam rei publicae maxime laudant, disputari solent. Tum Laelius, quid? tu, inquit, Scipio, e tribus istis, quid maxime probas? S. Recte quaeris, quod (i. e. quodnam genus, quamquam praecesserit forma) maxime e tribus; quoniam eorum nullum ipsum per se separatim probo, anteponoque singulis illud, quod conflatum fuerit ex omnibus. Mr.*

(1) Haec interrogatio inferius recurret; eademque fit apud Platonem leg. iv. p. 712, ubi de nova instituenda agitur civitate. Super hac controversia mirae sunt ob temporum antiquitatem orationes tres apud Herodotum III. 80—82. persarum Otanis, Megabyzi, et Darii, qui Magos nuper interfecerant: praelata est autem Darii sententia de regio statu retinendo. Mira item oratio de triplici politica genere, quam Romulo affingit Dionysius II. 3, cui plebs Romana regium imperium, ut optimum et a maioribus traditum, confirmare voluit. Legendae sunt etiam apud Dionem libro LII. Agrippae et Maecenatis contrariae orationes valde prolixae de populari deque unius dominatu: expugnauit autem Octaviani animam Maecenatis sententia pro monarchia. Tiberius quoque supremum sibi imperium senatus suasionibus confirmari passus est. Tacit. annal. I. 11. sqq.

(2) Urgente Laelio, ut Scipio de tribus reip. generibus iudicium suum interponat, videtur hic exordiri a statu populari; ita tamen ut ante sapienter moneat, fortunam cuiusmodi reip. magistratum natura et moribus contineri. Haec fere in lacuna fuisse arbitrator. Porro haec de statibus reip. quaestio in tertio libro renouiscit, atque ibi demum concluditur.

*et talis est*] Monet Villem. ad h. l. manifesto hic quidem loqui Scipionem, neque vero suam sententiam exponere; sed enarrare,

regit<sup>(1)</sup>. Itaque nulla alia in civitate, nisi in qua populi potestas summa est, ullum domicilium libertas habet: quae quidem certe nihil potest esse dulcius<sup>(2)</sup>, et quae, si aequa non est, ne libertas quidem est. Quae autem aequa potest esse, omitto dicere in regno, ubi ne obscura quidem

quae contra moneant ii, qui populare imperium velint (si dicere licet) absolutissimum. Ad argumentum confert Hellerus l. c. p. 15. Pind. Pyth. II. 157. sqq. ἐν πάντα δὲ νόμον εὐθύγλωστος ἀνὴρ προφέρει, παρὰ τυραννίδι, χριπότερον ὁ λάβρος στρατός, χριπότερον οἱ σοφοὶ τηρέωσι. Mr.

(1) Sapiens et grave dictum, quod Cicero inculcat etiam leg. III. 2. 5. 13. 14. Sic plane Xenophon Cyrop. VIII. 8, 5. Cicero ad Lentulum anno DCC scribens, (ad fam. I. 9.) qui est annus natalis huius de rep. operis, ait: *erant haec animadvertenda in civitate, quae sunt apud Platonem nostrum scripta divinitus: quales in rep. principes essent, tales reliquos solere esse cives.* Cassiodorius var. III. 12: *facilius est (si dicere fas est) errare naturam, quam dissimilem sui princeps possit formare remp.* Confer eundem var. x. 31.

(2) Sic Cicero ad Att. xv. 13: *de libertate retinenda, qua certe nihil est dulcius, tibi assentior.*

Qui autem aequa potest esse, etc.] Locus paulo impeditior propter interruptam non semel structuram, elegantiam quidem ad formam sermonis facta mutatione. Planius ita fluere oratio: *Qui autem aequa potest esse (omitto dicere in regno, ubi ne obscura quidem est aut dubia servitus: in istis civitatibus, in quibus verbo quidem sunt liberi omnes: ferunt enim suffragia — rogantur: sed re vera ea*

*potius dant, quae danda sint, etiamsi nolint, et a quibus alii petunt, quae ipsi (qui dant) non habent: videlicet imperia etc. quorum ipsi quidem (i. e. populus, qui ea dat) expertes sunt, quia in eos conferenda sunt, qui familiarum vetustate et pecuniae plus valent ceteris omnibus.* Ita si explices locum, neque opus erit scribere cum Heinr. unde alii petant: constructio enim haec est: *qui potest esse aequa potestas in iis civitatibus, in quibus a civium multitudine alii (videlicet cives nobiliores et opulentiores) petunt, quae ipsi (videlicet cives suffragium quidem ferentes, sed honorum expertes) non habent: neque adhibenda erit medicina, quam facere voluit huic loco Zachariae in libro, quem laudavimus, p. 92. et quae ipsi non habent, qui habent, ab iis petunt.* — Schützius post potest esse posuit interrogandi signum, nos cum Heinr. et Lehn. post omnes. A. M. et Steinack. interrogandi signum plane omiserunt improbante Censore Lips. l. c. p. 48. Mr.

omitto dicere] Amat hanc praetermissionis vel praeteritionis formulam noster, eaque haud raro usus est; v. c. in Pison. 22. 51. *de reditu Gabinius omitteramus:* in Verr. Act. II. L. V. 64. 166. *omitto ac negligo cetera: sua confessione induatur ac juguletur necesse est.* Egregie, ut solet, de hac praetereundi figura loquitur et multa ex veteribus exempla affert G. J. Vossius Instüt. Oratt. T. II. L. V. c. 6. VI. p. 348. sq. Mr.

est aut dubia servitus<sup>(1)</sup>, sed in istis civitatibus, in quibus verbo sunt liberi omnes? Ferunt<sup>P. 52.</sup> enim suffragia, mandant imperia; magistratus, P. 81. ambiuntur, rogantur; sed ea dant magis, quae, etiamsi nolint, danda sint, et quae ipsi non habent, unde alii<sup>(a)</sup> petunt: sunt enim expertes imperii<sup>(b)</sup>, consilii publici, iudicii delectorum iudicum<sup>(c)</sup>; quae familiarum<sup>(c)</sup> vetustatibus aut

• (a) Ita cod. [ali] pro alii. Videtur autem in codice addita s; quod nec certum est, nec nisi perperam fieri puto. (b) Ita cod. per m, cum paulo ante sit per n. Ita enim set et sed, apud et apud, et complures eiusmodi varietates. (c) Cod. familiarium; verum tertia i videtur expuncta.

(1) Idcirco Tacitus Agr. III. miratur Neruam, qui res dissociabiles miscuisset, principatum ac libertatem.

• mandant imperia, magistratus, ambiuntur, rogantur;] Ita distincti; ceteri Edd. cum A. Majo magistratus ambiuntur conjungunt. Quamquam vero noster Or. pro Plancio 4, 9. dixit: cedit precibus (populus): facit eos, a quibus est maxime ambitus: et ad Att. I. 13. Primum igitur scito — me non esse rogatum sententiam: non tamen existimo inde sequi, Ciceronem etiam finitō, verbo utentem dicere: ego ambior magistratus. Ceterum de constructione Passivi cum Accusativo et hac et alia Graecissante vid. Vechneri Hellenolex. p. 348 — 350. ed. Heusing., Sanctii Minerv. III. 3. 10., G. J. Vossius de Constr. cap. 41. p. 141—144, Rudimann. Inst. Gramm. Lat. II. p. 219. et nuperrime C. F. Stadelmannus in Progr. de indole et usu medii Graecorum verbi in diligentiori Latinarum litt. interpretatione haud negligendo. 4. Dessav. 1824. pp. 16. ubi magnus ex scriptoribus Graecis et Latinis exemplorum congestus est numerus. — Ambiantur ad imperia

pertinet, rogantur ad suffragia. Mr.

etiamsi nolint, danda sint,] De hac constructione vid. Rudimanni Inst. Gramm. Lat. T. II. p. 380. ib. Stallbaum. Mr.

expertes — consilii publici,] Alio plane sensu expertem consilii dixit Cic. Or. pro Sext. 21, 47. tam eram rudis? — tam expertis consilii aut ingenii? Sed eodem fere, quo nostro loco, sensu ad Att. VIII. 8. omnes nos ἀποσφω-νῆρους, expertes sui tanti, tam inusitati consilii, relinquebat. Quod sequitur delectorum proprium est in hac re vocabulum. Ita noster Or. pro Planc. 25. 62. sic populus Romanus deligit magistratus, quasi rei publicae villicos. Nostro vero loco plane geminus est supra cap. 26. Sed et in regnis nimis expertes sunt ceteri communis juris et consilii. — Familiarum vetustatibus aut pecuniis ponderari paulo insolentius dictum est. Similiter tamen dixit Tullius pro Muren. 8. 17. ex familia veterē et illustri- et in Pison. 41. 98. non eventis, sed factis cujusque fortunam ponderari. Mr.

(2) Confer Dionem Cassium LII. 7.

pecuniis (<sup>a</sup>) ponderantur (<sup>1</sup>). In libero autem populo, ut Rhodi (<sup>2</sup>), ut Athenis (<sup>3</sup>) (<sup>b</sup>), nemo est civium, qui || . . . . .

Desiderantur  
paginae duae.

P. 175.

XXXII.... populo aliquis unus pluresve di- P. 82.

(a) Ita [pecuniis] cod. pro pecuniis. (b) Ita emendatur in codice; nam primo scriptum fuit: ut Rhodii ut Athenienses.

(1) Paria fere de Cretensibus narrat Aristoteles reip. II. 10; de Atheniensibus item cap. 12; nisi quod Atheniensis populus iudicia exercebat. De Syracusanis lege Diodorum XI. 72. Pars populi Atheniensis pauperrima nullum magistratum obire poterat (nempe ante bellum Persicum); vide Pollucem VIII. 10. 130. Sed enim Atheniensium politia plurimas vices passa est.

(2) Liberi eo tempore Rhodii; alio tamen tempore sub paucorum dominatu fuerunt. Lege Athenaeum X. 13. et Strabonem XIV. p. 965. De Rhodiis quid heic dixerit Cicero, licet conjectare e libro de rep. III. sub finem. Reliqua pars lacunae obscurior mihi est.

(3) Athenis dia viguisse optimorum dominatum insigni testimonio Plato docet Menex. p. 258: ἡ αὐτὴ πολιτεία καὶ τότε ἦν καὶ νῦν ἀριστοκρατία· καλεῖ δὲ ὁ μὲν αὐτὴν δημοκρατίαν, ὁ δὲ ἄλλο, ὃ ἂν χαιρῇ· ἔστι δὲ τῆ ἀληθείᾳ μετ' εὐδοξίας πλεθροῦ ἀριστοκρατία. Pergit porro ibidem confirmare Plato, neminem Athenis, qui virtute claresceret, in honoribus tulisse repulsam propter generis vel pecuniae defectum: quae oratio pugnare videtur cum Aristotele, aliisque scriptoribus.

nemo est civium, qui . . . ] Haud incommode pergas in sententia Platonis, quam subjunxit A. Majus huic loco, ita: nemo est civium (Athenis), qui quidem virtute clarescat, qui in honoribus ferat repulsam pro-

pter generis vel pecuniae defectum. Mr.

populo aliquis unus] Heinr. supplet cum in populo — tñm verba *superbia nata* mutat in *superbiam natam*, deleto et. Displicebat ei sine dubio Maji conjectura *post nata addentis jura vel nomina nobilitatis*. Possis etiam conjicere *nata esse regna commemorant*, quo ducunt, quae mox de regnis et regibus dicuntur. Iungit autem noster *superbiam, fastidium et arrogantiam* de Off. I. 26. 90. Quod Heinr. volebat, *ex fastidio nimirum natam esse superbiam*, hujus contrarium dicit Cicero de Lege Agr. contr. Rull. I. 7. 20. *superbia — nata — esse ex — fastidio videtur*. De Finn. I. 3. 10. dixit *insolens fastidium*. Alia plane est sententia loci de Off. II. 12. 41. *Mihi quidem non apud Medos solum, ut ait Herodotus, sed etiam apud majores nostros, justitiae fraudae causa, videntur olim benemerati reges constituti. Nam cum premeretur inops multitudo ab iis, qui majores opes habebant, ad unum aliquem confugiebant, virtute praestantem: ubi vid. Beier. et ad sententiam et ad verba unum aliquem, quae defendit contra Schellerum vel potius recte explicat. Locis ab eo laudatis adde nostrum et Or. in Verr. Act. II. L. II. 52. 129. Est consuetudo Sicalorum — ut nunquam — eximat unum aliquem diem — ex mense. Mr. divitiores] Accedit hic locus iis, qui pauci exstant hanc Com-*

vitiores opulentioresque extitissent, tum ex eorum fastidio et superbia nata (<sup>1</sup>) esse commemorant, cedentibus ignavis et imbecillis (<sup>2</sup>) et arrogantiae divitum succumbentibus. Si vero ius suum populi teneant, negant quicquam esse praestantius, liberius, beatius; quippe qui domini sint legum, iudiciorum, belli (<sup>3</sup>), pacis, foederum, capitis uniuscuiusque, pecuniae. Hanc unam | P. 176. rite rem publicam, id est (<sup>c</sup>) rem populi, appellari putant. Itaque et a regum et a patrum dominatione solere in libertatem rem populi vindicari (<sup>2</sup>), non ex liberis populis reges requiri,

(a) Cod. 1. manu *invecillis*; 2. *inbecillis*. (b) Cod. 1. manu *velli*; 2. *belli*. (c) Cod. *id est rite rem publicam*; verum haec vitiosa metathesis in ipso codice deinceps, signis superimpositis, ita emendata fuit, ut nos scribimus.

parativi formam servantes apud Ciceronem, v. c. de Orat. III. 48. 185. Paradox. vi. 5. 49. et 50. ib. Gernh. p. 239. sq. et supra cap. 17. ubi vid. annot. Mr.

*opulentioresque*] Quid differant *dives*, *opulentus*, *beatus* vid. ap. Fronton. de Different. vocabb. Tom. II. p. 473. ed. prc. A. Mæji. Cr.

(1) Num *iura* vel *nomina nobilitatis*?

*belli, pacis, foederum*] Junguntur eadem apud nostrum de Legg. II. 9. 21. inverso ordine *Foederum, pacis, belli, indutiarum oratores, fetiales, iudicesve sunt*. Mr.

*rite — appellari putant*] Plato Republ. iv. p. 422. p. 171. Bekk. *Εὐδαιμόν ἐστι, ὅτι οἰεῖ ἀξιον εἶναι ἄλλην τινα προσεπειν πόλιν, ἢ τὴν τοιαύτην, οἷαν ἡμεῖς κατεσκευάζομεν*. Conf. etiam Platon. de Legg. iv. p. 712. fin. p. 713. init. p. 348. Bekkeri. Cr.

(2) Sic Lucretius, qui politicas etiam res luculenter attingit

lib. v. 1140: *res itaque ad summam faecem turbasque redibat-imperium sibi cum ac summatum quisque petebat.*

*non ex liberis populis reges requiri,*] An scribendum: *non a liberis populis* —? Cr. — Nullus editorum aliquid mutavit; neque tamen opinor, aliquis existimabit hoc sensu recte dici *ex* pro *a*, si *requiri* sit i. q. peti, desiderari: neque aliquis profert loca, qualis ille est ad Att. vi. 1. p. 710. Ed. Ern. min. ubi de his ipsis de rep. libris loquitur: *patiar, τὸ γὰρ εὐ μετ' ἐμοῦ, praesertim cum sex libris, tanquam praedibus, me ipsum obstrinxerim — e quibus unum ἰσορῶνον requiris de Cn. Flavio Cn. F.*; et minus etiam pro M. Coelio 28. 67. *ex quibus requiram, quoniam modo latuerint, aut ubi*. Utriusque enim loci plane alia est, quam nostri, ratio. Credo igitur editores verba *ex liberis populis* intellexisse abstracte (quod dicitur) pro *ἐκ δημοκρατιῶν*, ut sen-

aut potestatem atque opes optimatum (<sup>1</sup>). Et vero negant, oportere indomiti populi vitio genus hoc totum liberi populi repudiari: concordia P. 83.  
 populo, et omnia referenti ad incolumitatem et ad libertatem suam, nihil || esse immutabilius,  
 P. 169. nihil firmissimum; „facillimam autem in ea re publica esse (<sup>2</sup>) concordiam, in qua idem con-

sus sit: non desiderari, ut ex democratia fiat monarchia; ut hodie loquuntur. Hoc vero ipso sensu mox eadem verba recur- runt, cum dicitur: *et vero negant oportere indomiti populi vitio genus hoc totum liberi populi* (i. e. δημοκρατίας) *repudiari*. Qui locus si ita recte explicatur (et eodem fere modo eum intellexisse videtur Villem., prius enim vertit *état de peuple libre*, posterius *caractère de peuple libre*), sanus est etiam noster; sin minus: priore loco *ex mutandum in a*, et posteriora verba *liberi populi* in glossae suspicionem cadent. Mr.

(1) Sic loquitur etiam Agrippa apud Dionem LXX. 9. in oratione ad Octavianum pro libertate restituenda. Vix autem dubito, quin Dio in utraque oratione, Agrippae ac Maecenatis, concinnanda prae oculis habuerit Ciceronis hanc politicam disputationem; id quod comparatione locorum cognoscere possumus. Fortasse igitur pars etiam aliqua amissarum Tullisuper hac re sententiarum in Dione superest. Profecto idem Dio novam quandam Philippicam e Tullianis Philippicis carptim delibatam recitat XLV. 18. sqq. ne quid dicam de alia XLIV. 25. sqq. Alienis sane scriptis copiose uti videmus Dionem, ita ut integram quoque Philisci ad Tullium consolationem adsciscere non dubitaverit xxxviii. 19. sqq.

*Et vero*] i. e. *et sane, et profecto*. Conf. Schütz. Particull. Latt. §. 234. p. 175. ibiq. Cic. Orat. §. 140. Cr.

*populi vitio*] Conf. quod ad sententiam Gibbon Hist. labentis et cadentis Rom. Imperii. Vol. I. cap. 2. p. 81. Cr.

genus hoc totum *liberi populi*] De sensu et lectione hujus loci monimus paulo superius: videlicet esse i. q. hoc totum *δημοκρατίας* genus. Mr.

(2) Citat hunc locum Nonius voc. *conducere*, sed pro *esse* legebat *esse posse*.

*conducat omnibus*:] Plenior est haec locutio in Epp. ad Fam. I. 9. p. 28. ed. Ern. min. (Ep. 10. Mart. Lag. p. 45. sq.) *quae maxime — etiam rei publicae rationibus putem conducere*. Ad hoc fragmentum a Nonio servatum Car. Sigonius haec annotavit: Concordiam ex aequabilitate oriri significat. Ut enim seditio excitatur, auctore in Politicis Aristotele, cum civium alii se detiore, quam alios, premi conditione, neque aequalem habere reip. partem existiment: sic concordiam, quae temperatione civitatis maxime continetur, civium ipsorum aequabilitas tuetur. Quae de re in his, et in proximis verbis agitur. Inde etiam dixit Plato in ix. de Legibus: τὸ κοινὸν ἐνυθεῖ, τὸ δὲ ἴδιον διασπᾷ τὰς πόλεις. Mr.



„ducat omnibus (<sup>1</sup>)“: ex utilitatis varietatibus, cum aliis (<sup>a</sup>) aliud expediat, nasci discordias. Itaque cum patres rerum potirentur, numquam constitisse civitatis statum. Multo iam id in regnis minus, quorum (<sup>b</sup>), ut ait Ennius, *Nulla*

(a) Ita [aliis] cod. pro aliis. (b) Ita cod. Ceterum vel quoniam scribendum videtur, vel in sequenti versu omittenda vox regni: [est enim in Cod. *nulla regni sancta societas nec fides est.* Mr.]

(1) Confer Dionem LII. 6. Cicero off. III. 6: *unum debet esse omnibus propositum, ut eadem sit utilitas uniuscuiusque et universorum.* Confer et off. I. 25; tum Symmachum ep. x. 61.

*utilitas varietatibus*] Hoc sensu, ut sit fere i. q. discrepantia, *varietas* legitur in Or. pro Corn. Balb. 13, 31. *dissimilitudo enim civitatum varietatem juris habeat necesse est.* Ad seqq. conf. Or. Philipp. XIII. 8. 16. *omnibus enim bonis expedit salvam esse rem publicam.* Quod h. l. dicit *constituisse civitatis statum*, supra c. 27. extr. ita posuit: *tenebat ornatum suum civitas*, c. 28. *his generibus — statum suum tenentibus.* Mr.

*Multo jam id — minus*] De his particulis earumque positione vid. Schütz. Particull. Doctr. §. 281. p. 206. Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 5. 14. p. 546. et ibid. V. 21. 59. p. 608. Cic. de Legg. I. 7. 23. p. 56. ed. Mos. et nostr. ubi in aliquot Codd. est *multo jam magis*. Vid. ib. not. Mos. Cr. Non male conveniret huic loco lectio *multo et iam — minus*, ut edidimus in loco de Legg. laudato. Mr.

*quorum — nulla sancta societas nec fides est.*] Delevimus *regni*, *momentibus* Cr. et *ensoribus* Lips. 1824. 8. p. 59. et 12. p. 91. Gotting. 1824. 84. praeceuntibusque Heinr. et Lehn. Schützius maluit praeferre A. Maji conjecturam *quoniam*, ut versum scilicet servaret

*nulla regni sancta societas nec fides est*, vel potius versus monstrum. Vid. Beier. ad Cic. de Off. I. 8. p. 59. et p. 356. et ad versum et ad ejus sensum. Sed jam non curamus versum. Gravius illud est, quod nostro loco haec Ennii quae dicitur esse sententia plane non convenit. Videmus enim ex loco de Off. laudato, ea id significare, regnum inter duos divisum reges nunquam esse concors, neque societatem duorum regum unius regni esse fidelem. Eandem sensum habet locus Livii I. 14, quem laudat A. Majus itemque Lucani, cujus locum plenius adscribam: *Nulla fides regni sociis omnisque potestas Impatiens consortis erit*: quos Ennii sententiam et verba imitatos esse ait A. Majus. Quod si verum est, et nos negare nolumus: qui, quaeso, convenit hic sensus loco nostro, in quo potius illud significare vult noster, quod dixit de Off. III. 6. 32. *nulla — nobis societas cum tyrannis, sed potius summa distractio est*; quem locum item, ut cum Ennii verbis convenientem, laudavit A. Majus? Certe hoc velle debet noster: libertate populi et jurum aequitate sublata male contineri rem publicam, et semper mutuum esse inter regem et subditos aliquam diffidentiam. Quare vel Ciceronem Ennii verba sive consulto sive imprudentem in aliam detorsisse sententiam existimo, vel locum nescio quomodo

P. 170. *sancta societas nec fides est* (¹). Quare cum lex sit civilis societatis vinculum (²), ius autem, legis aequale: quo iure societas civium teneri potest, cum par non sit conditio civium? Si enim pecunias aequari non placet; si ingenia P. 84. omnium paria esse non possunt: iura certe paria debent esse eorum inter se, qui sunt cives in eadem re publica (³). Quid est enim civitas, nisi iuris societas? (⁴) || . . . (⁴) . . . . .

Desiderantur  
paginae duae.

(a) In hac pagina pars extrema secundi laterculi cubat in mendis; repetitur scilicet prior periodus, et deinde punctis exploditur.

seu corruptum seu interpolatum. — Steinhackerus servavit scriptiorem Codicis in *regnis — quorum — nulla regni sancta* etc. nescio quid haud ingratae negligentiae subodorans. Mr.

(1) Ennii versum hunc recitat Cicero etiam Off. I. 8; sed ibi *regni* est penultimum verbum. Tum idem III. 6: *nulla nobis societas cum tyrannis, sed potius summa distractio est*. Ennii sententiam et verba imitatur Livius I. 14, qui ait *infidam esse societatem regni*; item Lucanus I. 92: *nulla fides regni sociis*. Ipsum *foedus* dictum esse *fidus* ab Ennio observat Varro LL. IV. 15.

(2) Notemus moralem legis definitionem. [Cic. de Legg. I. 6. 18. *Lex est ratio summa, insita in natura, quae jubet ea, quae faciendae sunt, prohibetque contraria. a lege dudendum est juris exordium* etc. Vid. Ed. Mos. et nostr. p. 46. ib. annot. Mos. Cr.] Item *vinculum*, quum alibi sit *vinculum*.

*ius autem, legis aequale*] Ita distinxit, subaudiens *sit*. Villemain: *et le principe de la loi étant l'égalité*, quasi *vis* pro *ius* legisset, neque tamen vel verbo monuit. Sed *ius* retinendum est. Cr. — Ad

Ennii verba annotavit Villem.: „Nihil hic immutandum videtur; „durior est constructio, sed quam „saepe reperias, verborum numeris interpolatis, obvio tamen „sensu.“ Sed de sensu vide, quae modo monuimus. Mr.

*pecunias aequari*] Paulo rarius utitur Tullius hoc verbo, sed tamen in re simili de Legg. III. 10. 24. *inventum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus aequari se putarent; in quo uno fuit civitatis salus*. Mr.

*cives in eadem re publica.*] Noli desiderare *cives ejusdem rei publicae*, ut est in Or. pro Rab. Post. 8. 22. *equitem Romanum; ex hac urbe, hujus — rei publicae civem*. Loquitur enim cum majore vi, quasi dicat *qui sunt cives, quique vivunt in eadem re publica*. Mr.

(3) Confer Dionem LII. 4.

*Quid est enim civitas, nisi iuris societas?*] Eodem fere modo civitatem definit infra L. VI. c. 15. (Somn. Scip. III.): *concordia coetusque hominum, jure sociati, quae civitates appellantur*. Conf. etiam quae supra posuimus ad principium esp. 25. Mr.

(4) In amissis paginis duabus pergebat, ut reor, auctor dicere

XXXIII. Ceteras vero res publicas ne appellandas quidem putant iis<sup>(a)</sup> nominibus, quibus illae sese appellari velint<sup>(1)</sup>. Cur enim regem appellem, Iovis optimi nomine<sup>(2)</sup>, ho-

(a) Ita cod. 2. manu; at 1. is solita crasi.

de statu populari, qui sit naturae maxime consentaneus, et cui probe uni convenire videatur nomen reip. ac societatis. Certe hunc Tullii hiatum egregie explere videtur Dio LII. 4: *ἡ μὲν ἰσονομία τό, τε πρόσρημα εὐώνυμον, καὶ τὸ ἔργον δικαιότατον ἔχει τὴν τε γὰρ φύσιν τὴν αὐτὴν τινὰς εἰληχότας, καὶ ὁμοφύλους ἀλλήλοις ὄντας* κ. τ. λ. quo Dionis capite vi. paulo plus materia continetur, quam huic lacunae congrueret. Item in hac lacuna haud fortasse inepte collocarentur Lactantii verba de aequitate, qua quis se cum ceteris in rep. coaequal, quae scribemus in tertio libro.

*sese appellari velint.*] Ne quis litem moveat voci *sese*, eamque deletam velit. Conf. Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 19. 45. p. 278. idem ad de Finib. II. 15. 50. et Bos. Heusing. et Bardili ad Corn. Nep. Dion. vi. 4. p. 350. ed. Stuttg. Vid. etiam infra III, 14. *sed se Jovis — nomine malunt vocari.* Cr. — Praeter postremum locum potissimum huc faciunt exempla ubi *volo, studeo, cupio* infinitivo additum habent pronomen ejusdem personae in accusativo, qualia sunt de Offic. II. 20. 70. *gratum se videri studet*, ubi plura ejusmodi congescit et explanavit Beierus. Add. Cic. Or. 33, 117. de Off. I. 31. 113. Or. in Catil. I. 2. 4. Mr.

(1) Videtur imitatio Platonis leg. IV. p. 712. et 715.

*Jovis optimi nomine,*] Ubiunque Jovis nomen legitur, vel simpliciter scriptum invenies *Juppiter*, vel *Juppiter optimus maximus*, vel apud poetas *Juppiter*

*summus*: Virg. Aen. VI. 125. *Juppiter maximus*: Hor. Serm. I. 2. 17. *Juppiter supremus* Hor. Od. I. 32. 15. sq., nusquam *Juppiter optimus*, nisi quod in explicatione nominis *Jovis optimi maximi* de N. D. II. 25, 64. separatur utrumque *ἐπιθετον*, scribiturque: *et quidem ante optimus i. e. beneficentissimus, quam maximus, quia majus est, certeque gratius, prodesse omnibus, quam opes magnas habere.* Sed tamen ibi quoque praecedunt *ἐπιθετα* eadem conjuncta: *a majoribus autem nostris* (dictus est) *optimus maximus.* Vid. ib. Davis. et Creuz. in Ed. Cr. et nostr. p. 305. sq. add. Creuz. Symb. et Mythol. II. p. 546. Habet igitur, qui suspicatur scribendum esse nostro quoque loco *Jovis optimi maximi nomine*, quo tueatur emendationem: praesertim cum *optimi* ortum esse possit ex compendio amborum vocabulorum OPT. MĪ. At contra suadent res ipsa et Cicero. Respicitur enim hoc loco non potentia regis et majestas, sed beneficentia. Hanc igitur tantummodo Jovis virtutem apponere attinebat. Sed etiam in ipsis his libris et in eadem fere re Cicero plane ita, ut nostro loco locutus est, videlicet L. III. c. 14. *Sunt enim omnes, qui in populum vitae necisque potestatem habent, tyranni, sed se Jovis optimi nomine malunt reges vocari.* Ubi, quod nostro loco faciendum fuit, scriptionem *Jovis optimi* eo ipso defendit A. Majus, quod una respiciatur regis beneficentia. Mr.

(2) Iovis sollemne est epitheton *rex* apud poetas. Hom. Iliad.

minem dominandi cupidum aut imperii singularis, pópulo oppresso dominantem, non tyrannum potius? tam enim esse (a) clemens tyrannus, quam rex importunus potest; ut hoc popu- P. 85.  
 lorum intersit, utrum comi domino, an aspero serviant; quin serviant, id quidem fieri non  
 r. 54. potest (1). Quo autem modo assequi poterat

(a) Cod. *tameninesse* quibus ex litteris, unâ *n* (quam haud semel in hoc codice pro *m* vidimus) in *m* mutata, exsculpo *tamenim esse*.

A. 529: ἀμβροσίαι δ' ἄρα καί ται ἐπερώσαντο ἀνακτος. [add. Iliad. II. 233. cf. Symbol. et Mythol. II. p. 498. ubi etiam de solenni Jovis appellatione βασιλεύς. Cr.] Lege Orph. hymn. xx. 5; Callimach. hymn. in Jovem v. 2; Virg. Aen. x. 2: *conciliumque vocat divum pater atque hominum rex*. Immo ἀναξ synonyma vox videtur θεοῦ apud Euripidem Hippol. 88: ἀναξ, θεοῦ γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεῶν. Confer mox in hoc opere capp. xxxvi. xli.

*hominem dominandi cupidum — populo oppresso dominantem,* ] Non admodum placet haec ejusdem verbi repetitio, ideoque suspicor aut delenda esse verba *hominem dominandi cupidum aut imperii singularis*, [ego certe pro voce *hominem* intercesserim. Mr.] vel *populo oppresso dominantem*; aut scribendum: *hominem cupidum imperii singularis populo ve oppresso dominantem*. Cr.

*quam rex*] Rex (βασιλεύς) et contra τύραννος. Conf. infra II. 26. init. *Videtisne igitur, ut de rege dominus exstiterit, quem Graeci tyrannum vocant*: porro II. 27. Cic. de Legg. III. 10. ibiq. Turneb. commentar.; nos ad eund. III. 7. 15. p. 408. ed. Mos. et nostr. coll. p. 430. ad v. *auctoritatiprincipum*. Liv. xxxiv. 31. Aristotel.

Polit. III. 10. p. 126. sqq. Schneider. Dionys. Halic. V. 73. p. 1022. Reisk. Tacit. Annal. I. 1. Jo. Laur. Lydus de Magistrat. Romm. 106. p. 14. et Hug. Grot. de Jure Belli et Pac. I. 3. 12. p. 219. ed. J. Fr. Gronov. Add. nostras Antt. Romm. p. 127. sq. Cr. — Quod sequitur ut ponitur, ut nonnunquam Graecorum ὡστε, pro ergo, igitur, ut eat de Finn. II. 32. 105. *Magno hic ingenio: sed res se tamen sic habet* [videlicet ut oblivisci non possimus, quae volumus: ] *ut nimis imperiosi philosophi sit, vetare meminisse*. Mr.

*quin serviant, id quidem fieri non potest.* ] Cod. *quin serviant quidem fieri non potest*. Steinaeckerus et Lehnerus tacite distinctionem minorem posuerunt post *quidem*, nos maluimus cum Heinr. distinguere post *serviant*, et addere *id*, quod inter finem prioris et principium alterius paginae facile potuit excidere. Quod ad loci structuram simile est illud, quod legitur de Finn. I. 8. 27. *fieri — nullo pacto potest, ut non dicas, quid non probes*. Orat. 70. 233. *Abesse non potest, quin ejusdem hominis sit, probos improbare, qui improbos probet*. Mr.

(1) Ita Xenophon reip. Ath. I. 8: ὁ δήμος οὐ βούλεται πύνομον μένης τῆς πόλεως αὐτὸς δουλεῖν,

Lacedaemon illa tum<sup>(a)</sup>, cum praestare putabatur disciplinā rei publicae, ut<sup>(b)</sup> bonis uteretur iustisque regibus, cum esset habendus rex, quicumque genere regio natus esset<sup>(c)</sup>? Nam optimates<sup>(c)</sup> quidem quis ferat, qui non populi concessu, sed suis comitiis hoc sibi nomen arrogaverunt? „Qui<sup>(d)</sup> enim iudicatur iste optimus do-

(a) Vocabulum *tum* superadditum est in codice. (b) Cod. cum, sed videbatur omnino scribendum ut. (c) De terminatione [quae est in Cod.] *optimatis* pro *optimates* lege Martiani locum supra relatum p. 72. n. b. (d) Ita cod. 2. manu; at 1. *quid*. Nonius legebat *qua*; nisi potius ipse Nonius mendosus est.

ἀλλ' ἐλεύθερος εἶναι καὶ ἄρχειν. Sic etiam Dio LII. 4: ἄρχειν πάντες ἀξιοῦσι, nemo se indignum imperio existimat. Denique πᾶσα ψυχὴ φιλόπρωτος, inquit Proclus.

quicumque genere regio natus esset?] Aristoteles, ubi de quatuor regni generibus loquitur, de Lacedaemone ait: ἡ Λακωνικὴ βασιλεία — στρατηγία κατὰ γένος αἰδιος. Cr.

(1) Laconicam remp. studioso vituperat Aristoteles reip. II. 9; contra in caelum tollit Xenophon libro, quem de eiusdem institutis conscripsit. Isocrates varius est, modo enim laudat, modo secus. Regnum certe hereditarium tolli Lacedaemone, eligique optimum regem volebat auctor libri eius, qui deprehensus ab Agesilao fuit domi Lysandri mortui; quem librum ephori prudenter aboleverunt. Lege Plutarchum apophth. Lac. t. VI. p. 656. Huc pertinent illa oratoria Plinii paneg. cap. VII: *summae potestatis heredem tantum intra domum tuam quaeras? non per totam civitatem circumferas oculos? imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus.*

*non populi concessu*] Ne quis credat, quod nos primo ad aspectu opinabamur, legendum esse *non populi concessu*, ut *populi concessus* opponatur *optimatum*

comitiis; laudetque ad probandam hanc emendationem Or. de Harusp. Respons. XI. 22. cum ille — *populum — Romanum vincitum ipso concessu — atque impeditam turba et angustiis tradidisset*; itemque de Legg. II. 5. 13. *quam silatrones aliqua concessu suo sanxerunt*: is reputet primum posteriore loco de latronibus, priore de spectaculis esse sermonem, eundemque, utpote in Oratione spuria, totum abhorrere a Ciceronis ingenio: tum vero consideret loca, qualia sunt de Univ. 14. extr. *neque datum est mortalium generi deorum concessu atque munere, neque dabitur*: graece in Timaeo: οὐτ' ἤλθεν οὐθ' ἤξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν; Epist. ad Fam. IV. 6. extr. *sed illius concessu et beneficio*: Brut. 21. 84. *ipsorum — concessu*: pro Coelio 12. 28. *Datur enim concessu omnium*. Mr.

*Qui enim iudicatur*] Lehnerus, cum a prima manu in Cod. sit *quid*, coniecit: *Quid enim? iudicatur iste optimus, doctrina, artibus, studiis* (qui excellit). Ego, ut jam dixi, in loco lacunoso multa quidem, sed incerta omnia, conjici posse existimo. Mr. *iste optimus*] Car. Sigonius ad h. l. ita: Ego legendum existi-

,ctrina, artibus, studiis (1)? || Audio quando (2) (a).“ P. 86.

Desiderantur  
paginae qua-  
tuor.

[ (a) Videtur supplendum: *audio; quando ab aemulis ceteris praestare judicatur*. Locum imitatur Lactant. inst. vii. 5. §. 15. A. M. in Add. ]

mo *optimas*, ut etiam in Sextiano, Pauli Manutii commentario non erudite minus, quam eloquenter, explicata. Qui ita se gerebant, ut sua consilia optimo cuique probarentur, *optimates* habebantur. Quis est ergo *optimas* ille? Expositis autem memorabilibus omnibus reip. Romanae institutis, credo tandem Scipionem, ut aequatis plebis et patriciorum opibus resp. constituta ac temperata sit, docuisse: tum vero civem ejus etiam reip. quem vere *optimatem*, quod *optimam* tractet remp., possumus appellare, quodammodo depinxisse, atque eum a populari separasse. Ex qua descriptione haec sunt, ut opinor, quibus ait *optimatem* et doctrina, artibus et studiis judicari. Praeclare. Scribit etiam Aristoteles *ἀπιτρομαξία* esse illum, cui proposita sit legum et veteris disciplinae tutela.

Mr.

(1) Huc usque pagina codicis. Sequentia duo verba supplet Nonius, qui hunc locum e I. de rep. citat voc. *aemulus*: quamquam Tullianus locus apud ipsum quoque Nonium mutilationem passus est, quandoquidem desideratur in eo vox *aemulus*, quae propter exempli necessitatem abesse non debuit. Itaque et editor Parisiacus asterisco locum notavit; Antuerpiensis vero in margine monuit desiderari hic partem sententiae. Codices Nonii, qui multi sunt, Vaticani nullam huic vulnere medicinam faciunt; neque enim editionum textui quidquam adjiciunt. Videtur autem Tullius aemulationem commemorasse civi-

um in libero populo virtute inter se certantium; cuius certaminis is esset finis, ut *optimus* quisque ad honores eveheretur populi suffragiis; quae est vera natura reip. ab *optimatibus* administratae. Tullii locum vel exprimit vel certe illustrat Dio LII. 9.

*Audio quando* ] Omisit haec verba Heinrichius. In Edd. Cic. hoc fragmentum ita legitur: *Quomodo enim judicatur iste optimas, aut optimatum aemulus doctrina, artibus, studiis. Audio, quando?* Ubi Patricius: Omnia exemplaria, ut opinor, legunt *quam* pro *quomodo*, et *optimus* pro *optimas*. Sigonius *optimas* reposuit. Ego autem miror, totum hoc fragmentum citari a Nonio ad ostendendam significationem verbi *aemulus*; cum pro eo, qui similitudinem vitae alicujus vel instituti sequitur, accipitur; ut sane verear, ne ita legendum sit: *Qua enim vel quomodo enim judicatur esse aemulus? Doctrina, artibus, studiis*. Hactenus puto Ciceronis fragmentum esse. Quod autem sequitur, Nonii est fortassis et pertinet ad declarationem verbi *audio*, ut sit, *audio, quando significat*, vel *quando construitur* etc. Esse enim lacunam in Nonio existimo. Mr.

(2) Agit iam Cicero de vero *optimato*, viro scilicet praedito doctrinarum bonarumque artium ornatibus; cui ius aequae antiquum ac novum nobilitatis honores tribuit. Quid lateat in lacuna partim certe divinare licet.

XXXIII... si<sup>(a)</sup> fortuito id faciet, tam cito P. 179-  
 evertetur, quam navis, si e vectoribus sorte ductus ad gubernacula accesserit<sup>(1)</sup>. Quod si liber populus deliget, quibus se committat; deligetque, si modo salvus esse vult, optimum quem-  
 P. 87- que<sup>(2)</sup>; certe in optimorum consiliis posita est

(a) Cod. *se fortuito*; tum factum *si*, haud fortasse deleta e; quare videtur *si e fortuito*.

*tam cito evertetur, quam navis*] Verbum *evertendi* de navigiis sive tempestate sive gubernatoris inscitia pereuntibus: v. c. de Or. I. 58. 174. *qui duorum scalmorum naviculam in portu everterit*: de Finn. IV. 27. 76. *gubernator aequè peccat, si palearum navem evertit et si auri*: et eodem fere modo *Paradox. III. 1. 20. Mr.*

*sorte ductus ad gubernacula accesserit.*] Imitatur Xenophontem Mem. Socr. I. 2. 9. *ὡς μωρῶν εἶη τοὺς μὲν τῆς πόλεως ἀρχοντας ἀπὸ κῆμον καὶ θίστασθαι, κυβερνήτη δὲ μηδένα θέλειν κερῆσθαι κναμενῶ*: conf. ib. I. 7. 3. II. 6. 58. *Cr.* — Quod ad sensum loci convenit *Epist. ad Qu. Frat. I. 1. 5. Quæstorem habes, non tuo iudicio delectum, sed eum, quem sors dedit.* Quod vero h. l. dicit *sorte ductus*, id vulgare est. Rarum vero quod legitur in *Verr. Act. II. Lib. II. 51. 127. educere sortem.* Est etiam in uno Codice Gruteri et in *Ed. Sturm. sortes eductae* de *Div. I. 18. 34.* ubi *Edd. reliquæ, quæ ad manum sunt, (sunt autem quatuordecim) habent sortes ductæ.* Quod vero dixi *sorte ductus* vulgare esse, id ita intelligi volo: *sortes ducere* plerumque dici: sed quod dicit *sorte ductus*, id rarum est, videlicet de homine dictum, cuius sors exit. Neque alibi, opinor, Cicero ita locutus est; sed h. l. voluit reddere

Xenophontis *κυβερνήτη κναμενῶ*. Poetica est locutio: *Virg. Aen. II. 201. Laocoon ductus Neptuni sorte sacerdos*; itemque *Sallustii*, cuius fragmentum ad eum locum laudat *Servius: sorte ductos fusti necat*; *Taciti* etiam *Ann. I. 54. XIII. 29.* et *Suetonii Claud. 6.* et iisdem plane quibus fragmentum *Sallustianum* legitur verbis est apud *Tac. Ann. III. 21. sorte ductos fusti necat.* Illo *Servii* loco *Douza* legi volebat *sorte eductos*: vid. *Ed. Sallustii Havercamp. T. II. p. 157. Mr.*

(1) Hac ipsa imagine sententiaque nititur *Philo Iudæus* in opusculo politico *περὶ καταστάσεως ἀρχοντος*. *Iam cosmos in Creta, ephoros Spartæ* fortuito fere sic eligi solitos criminatur *Aristoteles* *reip. II. 9. 10.* Itaque et de his fortasse locutus est *Cicero* in *lacuna*; præsertim quum ante illam reprehensio fiat regni hereditarii *Laconum*.

*liber populus deliget*] *Deligendi* verbo, neque vero *eligendi* *Cicero* hoc sensu uti solet: veluti de lege *Agr. contr. Rull. II. 9. 25. quem unum ex omnibus deligissetis, ut eum omnibus omnium gentium bellis terra et mari praeponeretis.* Aliud exemplum supra laudavi ad c. 51. extr. *Mr.*

(2) *Quidam tibicen, ut Varro auctor est (apud Augustin. de quant. anim. XIX. 53.)* its populum delectavit, ut rex fieret. Ergo

civitatium<sup>(a)</sup> salus: praesertim cum hoc natura tulerit, non solum ut summi virtute et animo praeesent imbecillioribus, sed ut hi etiam pa-  
 P. 180. rere summis velint<sup>(1)</sup>. Verum hunc op|timum

(a) Ita cod. quae terminatio confirmatur a Palatinis Livii membranais, aliisque exemplis.

is saltem populus salvus esse nolebat. Ceterum de optimo quoque ad imperium evehendo legatur Aristoteles III. 17. Ius electionum populo concessit Solon (Arist. reip. II. 12.); genusque electile imperii placet Philoni in opere praedicto.

*posita est civitatium salus:*] Nihil impedio, quo minus gen. plur. substantivi *civitas* scribatur *civitatium*, quamquam Cicero hac forma non videtur esse usus; vide modo Schneiderum Gr. Lat. (Formenl.) I. p. 255. Illud moneo, non convenire huic loco, si antecedentia spectes, genitivum pluralis numeri, neque cum a Cicerone profectum videri, sed ortum ex duarum lectionum conjunctione, quae fortasse jam in antiquissimis codicibus locum habuerunt. A Cicerone enim profectum esse potest vel *civium* vel *civitatis*. Utramque fortasse scriptionem aliquis ita conjunxerat:

<sup>um</sup>  
*civitatis*, unde religiosus quidam scriptor fecit *civitatium*. Equidem credo Ciceronem scripsisse *posita est civitatis salus*, eo sensu, quo est in Soma. Scip. III. (de Rep. VI. 15.) *coetusque hominum, jure sociati, quae civitates appellantur*. Nostro loco cum aliquis explicandi causa recte superscripserit *civium*, et lectionis varietas et corruptio, quam in contextis habemus, orta esse videtur. Veri autem similem esse nostram conjecturam, arguunt etiam, quae sequuntur: *praesertim cum hoc natura tulerit, non solum ut summi virtute et ani-*

*mo praeesent imbecillioribus, sed ut hi etiam parere summis velint*: ubi nisi ex superioribus intellexeris *cives*, scribendum erit: *summi virtute et animo viri. Mr.*

*praeesent — velint.*] Ad rem conf. Plato de Republ. IV. p. 404. A, p. 188. Bekkeri: *ὡςτε ὁρθότατ' ἂν φαίμεν ταύτην τὴν ὁμόνοιαν σωφροσύνην εἶναι, χειρονόος τε καὶ ἀμείνονος κατὰ φύσιν ἐνυμφωσίαν, ὁ πόρερον δὲ ἀρχεῖν καὶ ἐν πόλει καὶ ἐν ἐπιεικείῳ.* Verba si respicis, ea non concinuit; ut fortasse scribendum sit *vellent*: quamquam istam temporum diversitatem tulerunt editores omnes. Cr. — Ego vero ferri eam posse existimo, si cogites, imperfecto Conj. (*ut — praeesent*) consilium naturae indicari, quae *hoc tulerit*, ut fieret, quod vellet, videlicet: *ut summi — praeesent*; deinde praesente tempore *velint* significari illud (*ut — velint*) esse consecutum et nunc semper ita se habere, vel, ut ait Ruddimannus Inst. Gr. Lat. II. p. 351. durare adhuc actionem, intelligendum esse. Eodem modo intellexit locum Kobbius, qui Germanice vertit hos libros (Gottingae. 1824.), scribens: *dafs — sollten, — dafs diese — gehorchen*. In quam sententiam vertit etiam h. l. Villem. *la nature a donné à ces hommes — le talent de gouverner les faibles — et inspire à ceux — ci l'envie d'obeir. Mr.*

(1) Notabilis haec sententia aliquot auctorum locis confir-



statum pravus hominum opinionibus eversum esse dicunt, qui ignoratione virtutis, quae cum in paucis est, tum in paucis iudicatur et cernitur, opulentos homines et copiosos, tum genere nobili natos esse optimos putant<sup>(1)</sup>. Hoc errore P. 88. vulgi cum rem publicam opes paucorum, non virtutes, tenere coeperunt, nomen illi principes optimatum mordicus tenent, re autem carent eo nomine. Nam divitiae, || nomen, opes, vacuae P. 117. consilio et vivendi atque aliis<sup>(2)</sup> imperandi modo,

(a) Ita cod. *aliis*; quum alibi plerumque sit *aliis*.

manda est. Dionysius quidem in historiae prooemio ait: *φύσει δὴ νόμος ἀπασι κοινός, ὃν οὐδεὶς καταλύσει χρόνος, ἀρχαί τε αἱ τῶν ἡττόνων τοὺς κρείττονας*, equidem naturae lex est apud omnes recepta, quam nulla aetas delebit, nempe ut meliores deterioribus imperent. Tum Sallustius Cat. II: *imperium semper ad optimum quemque a minus bono transfertur*. Item optimus orator apud auctorem rei militaris (ed. Plantin. p. 83.) ait: *ad illum maior pars hominum decurrit, quem ingenis natura donaverit*. Confer et Platonem leg. III. p. 699.

*cum — tum*] Vid. quae monet de hac constructione Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 11. 33. p. 172. ubi nunquam tunc scribendum esse docet: et eundem in primis ad Cic. de Finn. III. 15. p. 576. Cr.

*judicatur*] Positum est hoc verbum pro *apparet hominum iudicio vel homines inesse iudicant*, ut intellexerunt interpretes, quos modo laudavi. Neque vero ego huius sensus et structurae exemplum apud nostrum, quamvis studiose quaesiverim, reperi. Quare suspicioni locus est, scriptum fuisse *indicatur insolenter pro apparet*. Mr.

*esse optimos putant.*] Cor-

rexit Schützius, nihil monens, *eos optimos putant*: invito, si quid video, Cicerone, qui tum tantum ita scribere potuisset, si praecessisset: *qui opulenti essent et copiosi homines, nobileque nati genere*. Voce *copiosus* et aliis locis eodem sensu, quo nostro, utitur, et in Qu. Caecil. (Divinatione) 17. 57. *mulier — copiosa plane et locuples*. Mr.

(1) Contra Iuvenalis praecipuum VIII. 20: *nobilitas sola est atque unica virtus*. Laudabili autem temperatione Germani (apud Tac. de mor. Germ. VII.) *reges ex nobilitate, duces ex virtute sumebant*.

*rem publicam — tenere*] Ita est in Or. pro Domo 50. 129. *ut — res publica — vi — teneretur*. Ad seqq. conf. de Finn. IV. 23. 78. *verba tenent mordicus*. Quid sit *carere* optimo ipse Cicero explicat Tusculan. I. 56. 87. sq., quem locum, utpote longiorem, non adscribimus: sed dignus est, qui legatur. In seqq. dedit Sch. *videndi pro vivendi, tum ei insolentis pro et insolentis*: invitus utrumque, ut opinor. De descriptione *optimatum* v. Leop. Schneider. l. c. Formenl. I. p. 252. Mr.

*vacuae — vivendi — modo*] Non

dedecoris plenae sunt et insolentis superbiae, nec ulla deformior<sup>(a)</sup> species est civitatis, quam illa, in qua opulentissimi optimi putantur<sup>(1)</sup>. Virtute vero gubernante rem publicam quid potest esse praeclarius<sup>(2)</sup>? cum is, qui imperat aliis<sup>(b)</sup>, servit ipse nulli cupiditati<sup>(3)</sup>; cum, quas ad res cives<sup>(c)</sup> instituit et vocat, eas P. 118. omnes complexus est | ipse<sup>(d)</sup>, nec leges imponit populo, quibus ipse non pareat<sup>(4)</sup>, sed P. 89.

(a) Cod. *demformior*; sed *m* fortasse expuncta. (b) Cod. *imperat talis*; tum deleta altera *t*. Et nota *imperat*, quum supra sit per *m*: item *alis*, quum paulo ante sit *aliis*. (c) Ita cod. sollemni huius vocis terminatione in quarto casu. (d) Cod. *in ulla cupiditate ipse*; sed tria priora verba deinceps deleta videntur, quod merito factum puto.

diffiteor, non satis placere mihi hanc dictionem: *vacuae consilio intelligo: vacuae vivendi et imperandi modo vix concoquo, nisi scribas vacuae iusto vivendi atque aliis imperandi modo*. Similis est nostro loco de Divin. I. 29. 60. *xisa, a mente et ratione vacua*. Ad. v. *deformior species conferri meretur Epist. ad. Fam. x. 6. in istis amplissimis nominibus honorum non modo dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas. Mr.*

*opulentissimi optimi — Virtute vero etc.*] Ad argumentum loci conferri meretur Cic. de Legg. III. 17. 37. *eamque optimam rem publicam esse dico — quae sit in potestatem optimorum*. Ad seqq. Cic. de Amicit. 22. 82. *primum cupiditatibus iis, quibus ceteri serviunt, imperabunt. Mr.*

(1) Atqui Romae iam inde a Servii Tulli aetate comitia fuerunt in locupletium potestate. Dionys. iv. 19. sqq. Huc fere pertinent poëtarum iustae querelae politicis audiendae. Ovid. fast. I. 217: *dat census honores, cen-*

*sus amicitias; pauper ubique iacet*. Tum Juvenal. I. 112; Hor. sat. II. 3. 95. Quin ipsum Iovem *pecuniam* appellatum tradit Augustinus C. D. VIII. 12. Adde et Iunonem atque Apollinem *montam*. Lact. inst. II. 7, et in nummis Commodi apud Eckh. t. VII. p. 122. Immo deam *diserte pecuniam* Aug. C. D. IV. 21. 24.

(2) Confer Dionem LII. 15.

(3) Arduum et tamen necessarium praeceptum! Sic Cicero jubet leg. III. 5: *magistratum ordo vitio vacato, ceteris specimen esto*. Theodoricus rex apud Cassiod. var. I. 12. ad quandam magistratum: *esto innocentiae templum, temperantiae sacrarium, ara iustitiae*. Confer eundem III. 11. 15: nec non Platonem leg. IV. p. 708.

(4) Hinc caesar optimus Alexander, et huius Tulliani de rep. operis lector assiduus, (vide testimonium Lampridii) scripsit cod. Iust. VI. 23. 3: *licet lex imperii sollemnibus iuris imperatorem solverit, nihil tamen magis proprium imperii est, quam legibus vivere*. Confer ceteroqui

suam vitam, ut legem, praefert suis civibus. Qui si unus satis omnia consequi posset, nihil opus esset pluribus; si universi videre<sup>(a)</sup> optimum et in eo consentire possent, nemo delectos principes quaereret. Difficultas ineundi consilii rem a rege ad plures, error et temeritas populorum a multitudine ad paucos transtulit<sup>(1)</sup>. Sic inter infirmitatem<sup>(b)</sup> uni || us temeritatemque multo-<sup>P. 255.</sup>rum medium optimates possederunt locum, quo nihil potest esse moderatius: quibus rem publi-

(a) Cod. *videret*; tum expuncta t. (b) Cod. *firmitatem*, quae lectio prorsus mendosa videtur.

Plinium pan. cap. lxxv. Eandem Tacitus laudem maximo Romanorum regi tribuit annal. III. 26: *praecipuus Servius Tullius sanctorum legum fuit, quis etiam reges obtemperarent*. Iustinus III. 2. ait, *Lycurgum nihil lege ulla in alios sanxisse, cuius non ipse primus in se documenta daret*. Cassiodorus var. v. 18: *nulli gravis est iussio quae constringit et principem*. Confer eundem I. 12. IX. 18.

*Praefert suis civibus*] Ita Graeci *προσφέρει, προτινεί*. Conf. Schütz. Lex. Cic. Adde Verr. VI. 34. VII. 9. Caes. B. Civ. III. 71. ubi alii *protulit*: vid. var. lect. II. p. 395. ed. Sttg. [sed hoc Caesaris loco verbum *praefere* non eo sensu dicitur, quo nostro. Universe tenendum, hunc usum singularem esse, neque alibi obvium, ut dicatur *vitam praeferre*, ut *legem*, pro *vitam aliis in exemplum proponere, ut habeant normam, quam sequantur, ut legem, quae quasi fax civibus praeleceat*. Mr.] Cr.

*si unus*] De hoc usu v. disputantem Goerenzium ad Cic. de Fin. I. 13. 44. ubi in primis de v. *solum* et *solus* sermo est. Ad

v. *videre* v. Cic. de Fin. II. 15. ubi jungitur *intelligere*. Vid. Goer. p. 195. et p. 501. 594. Fortasse legendum est *si universi viderent optimum et in eo consentirent*, delicto *possent*, ut interpretamento, ut *Conjunctivus sit potentialis*. Cr. — *Rem pro rerum summa poni manifestum est*. Mr.

(1) De his copiose disputat Aristoteles reip. III. 14. 15. 16.

*Sic inter infirmitatem unius*] *Infirmitatem* referendum est ad *difficultatem ineundi consilii* et ad verba, quae paulo superius leguntur: *si unus satis omnia consequi posset*. Quae nisi essent satis manifestae, ego non adversaturus essem, si quis diceret *infirmitatem* esse glossam, eamque pravam, antiquae scriptionis *impotentiam* (pro animi effrenatione) a Cicerone profectae, quia illud potissimum in imperio unius periculum esse sentit Scipio, ne dominandi cupiditate abripiatur, neque sibi ipsi temperare possit. Sed manum abstineo. Mr.

*rem publicam tuentibus*] Cum in eadem periodo redeat idem verbum, ubi est *quibus id tuen-*

cam tuentibus beatissimos esse populos necesse est, vacuos omni cura et cogitatione; aliis (<sup>a</sup>) permissio otio suo, quibus id tuendum est ('), neque committendum, ut sua commoda populus P. 90. negligi a principibus putet. Nam aequabilitas quidem iuris, quam amplexantur liberi populi,

(a) Ita [aliis] cod. pro aliis.

*dum est*, equidem suspicabar legendum esse *tenentibus*, ut est de Div. II. 1. 3. *sex de re publica* (libri), *quos tunc scripsimus cum gubernacula rei publicae tenerebamur*. Sed reputans, quam frequenter a nostro ponatur verbum *tuendi*, de iis praesertim, qui partibus suis satisfaciunt, et de Off. II. 24. 85. aliisque locis item legi *rem publicam tueri*, a corrigendo manus abstinui existimavique Ciceronem sibi hanc minus gratam repetitionem indulgisse, cum et verbis *beatissimos esse populos* et seqq. *aliis permissio otio suo* bene conveniat verbum *tueri*. Iunguntur *tuere* et *tenere* de Off. II. 7. prc. de Finn. II. 4. 11. Idem etiam repetitur verbum infra cap. 40. *Tarquinio exacto* et *mox tum exacti innocentes*. — *Otium* ponitur pro *cura otii sui*. Mr.

*vacuos omni cura et cogitatione*;] Haec cum legissem, vix me continui, quo minus cum Cicerone expostularem. Tene, dixi, istorum hominum similem esse, qui *ultra* hominum captum sibi sapere videntur, sed, ne alii ratione sua utantur, et *cogitent* homines se esse iuraque secum nata, omni ope cavere student? Sed mox in concordiam cum eo reddii reputans, verbis iisdem fere alio quoque loco nostrum esse usum, neque de ea re cogitasse quam ego suspicabar. Ita enim de Orat. II. 44. 186. *omni mente in ea cogitatione curaque versor,*

*ut odoror, quam sagacissime possum, quid sentiam*. Attamen animadvertens, aliam hujus, quam nostri, loci esse rationem, reddii ad dubia, quae prima loci lectione subierant animum: *cogitatione* si scripsisset Cicero, nihil aliud diceret, quam quod modo dixit voce *cura*, cum non dicat *de quamnam re cogitent populi*, quos nunc *cogitatione vacuos* fore ait. Id vero vult, ea ratione eos beatissimos fore, si et curis liberentur, neque seditionum turbis ultro citroque agantur. Conjeci igitur: *vacuos omni cura et agitatione*. Neque facilius duo invicem permutantur vocabula, quam *cogitatio* et *agitatio*. Ita jungit noster de Divin. II. 62. 128. *animus — agitatione et moto vacuus*. Mr. — Inest levis ironia in hoc loco, nec obliviscendum, Scipionem h. l. ex persona ejus loqui, qui optimatibus faveat. Vid. fin. capitis: *Haec fere — disputari solent*. Cr:

(1) Hunc locum eleganti quadam imagine illustrabit Fronto a me edendus libro tertio epistolarum ad Marcum Caesarem; qua proposita imagine, sic concludit: *pater tuus (Ant. Pius) imperii Romani molestias ac difficultates ipse perpetitur: te tutum intus in tranquillo sinu suo socium dignitatis gloriae bonorumque omnium participem tutatur*.

*Nam aequabilitas — iniquissima est*.] Duo hoc loco sunt monenda, quorum ansam dant A.

neque servari (<sup>a</sup>) potest; ipsi enim | populi, p. 234.  
 quamvis soluti effrenatique sint, praecipue mul-  
 tis multa tribuunt, et est in ipsis magnus dele-  
 ctus (<sup>b</sup>) hominum et dignitatum; eaque, quae  
 appellatur (<sup>c</sup>), aequabilitas iniquissima est (<sup>d</sup>).  
 Cum enim par habetur honos summis et infi-

(a) Ita cod. pro *ne servari quidem*, vel pro *servari non*. (b) Ita [dilectus] cod. pro *delectus*. [Sic var. lect. Cic. leg. I. 6. §. 19. A. M. in Add.] (c) Ita cod. 2. manu; at 1. *appellabitur*.

(d) Ita [st] cod. 1. manu; at 2. *est*. Fit autem frequens illa aphaeresis post *a*, saltem 1. manu in hoc codice et in aliis antiquis scripturis, quas inter est kañd. Praenest. ianuar. ubi *dedicata st*, pro *dedicata est*. [(e) *iniquissima sit est* in cod. quod nos correximus. Mr.]

Maji annotationes criticae. Prima est ad v. *servari potest*: „Ita „Cod. pro *ne servari quidem* „vel pro *servari non*.“ Quo nihil est minus verum et accurate dictam. An Ciceronem scripsisse vult, ut scripsit Columella III. 21. p. 150. *Bip. quo vitis neque folium notabile gerit, pro ne folium quidem?* an *neque pro non* dicitur, ut in formulis, *nec vero, neque autem, nec obediens, nec opinatus?* an librarius erravit, corrigendumque alterutro modo proposito? Nihil horum: sed erravit A. Majus, qui non vidit, verba *ipsi enim populi — et dignitatum* — quasi in parenthesi esse posita, jungendaque esse haec: *Nam aequabilitas — neque servari potest — eaque, quae appellatur aequabilitas, iniquissima est*. Ita noster de Divin. II. 43. *Hi nec totidem annos viderunt; (anno enim Procli vita brevior fuit); multumque is fratri rerum gestarum gloria praestitit*. Quae constructio nostrae plane est gemina. — Alterum illud est, quod ad v. *dilectus* scripsit A. Majus: ita God. pro *delectus*: et in Add.: sic var. lect. Cic. Leg. I. 6. 19. Quasi vero vel idem sit, utrum hoc an illud scri-

bas, vel *dilectus* scribere praestet! Utrumque vocabulum auctores habet probos scriptores; neque tamen idem est, utrum *delectus* scribas an *dilectus*. *Delectum* enim est, quod sumis vel unum vel plura ex multis, separando, quod delegisti; *dilectum*, quod, distinctis potioribus a minus bonis, praefers, his rejectis. Illo vero apud Cic. de Legg. loco Davisii, Goerenzii nostrique libri omnes constanter servant *delectus*. — Parenthesin, quam indicavi, jam etiam Lehnerum vidisse video. Steinackerus eam non vidit, nam distinctionem post *dignitatum* plane omisit. Heinr. et Sch. dist. minorem posuerunt, unde non apparet, quomodo loci structuram se habere senserint. Minus bene etiam Steinack. distinguit: *eaque, quae appellatur aequabilitas, iniquissima est*. Ad rem conf. supra cap. 27. *tamen ipsa aequabilitas est iniqua, cum habeat nullos gradus dignitatis*; et quae statim nostro loco subsequuntur. Mr. — *Neque pro ne quidem* in gradatione poni monet Goer. ad Cic. de Legg. I. 8. 24. p. 34. Cr.

*soluti effrenatique*] Alibi jungit Cicero *effrenatus et praeceps*,

mis, qui s̄nt in omni populo necesse est, ipsa aequitas iniquissima fit<sup>(1)</sup>: quod in iis civitatibus, quae ab optimis reguntur, accidere non potest. Haec fere, Laeli, et quaedam eiusdem generis, ab iis, qui eam formam rei publicae maxime laudant, disputari solent.

XXXV. Tum Laelius, Quid tu, inquit, Scipio? e tribus istis quid maxime probas? s. Recte quaeris, quod<sup>(a)</sup> maxime e tribus, quoniam eorum nullum ipsum per se separatum<sup>(b)</sup>

(a) Cod. 1. manu quod; 2. vero quid, ut paulo ante. Sed enim superius cap. xxx. erat quod. (b) Cod. 1. manu separatim; 2. separatim.

ut pro Coel. 15. 35; *effrenatus et indomitus*, pro Cluent. 6, 15; *effrenatus et furiosus*, in Catil. I. 10. 25. Mr.

qui sunt in omni populo, necesse est ipsa aequitas iniquissima sit:] Ita corrigendum esse existimo cum sint — sit stare nequeat. Cr. — Ego dudum conieceram legendum esse: qui sint in omni populo necesse est, ipsa aequitas iniquissima fit: ut nunc Schützium nihil momentem dedisse video. Magis enim placet, si Cicero dicit: necesse esse, ut in omni populo sint summi et infimi, quam si simpliciter id dicit, de quo nemo dubitat: esse in omni populo summos et infimos. Mr.

(1) Sic prorsus Isocrates in Nicocle ed. Langii p. 36: *περὶ μὲν οὐν τῶν πολιτικῶν οἶμαι πᾶσι δοκεῖν δεινότατον μὲν εἶναι τὸ τῶν ἀνθρώπων ἀξιούσθαι τοὺς χρηστοὺς καὶ τοὺς πονηροὺς, κ. τ. λ.* Et Proclus οὐδὲν δὲ τούτων θεμιτὸν ἐν ταῖς εὐνομιμέναις πολιτείαις ἴσης ἐξουσίας μετεῖναι πᾶσι συγχυθῆσονται γὰρ οἱ τῆς ἀξίας ὅροι.

et quaedam ejusdem generis,] Ita Cod.; et servarunt eam descriptionem Editores omnes, praeter Schützium, qui, tacite, ut solet, scripsit ejus. At plane ut nostro

loco dixit Cicero Topic. 11. 48. et caetera generis ejusdem. Sed quid exemplis opus in re notissima? praesertim cum nesciamus, quid Schützio, quid operis male sedulis debeamus. Mr.

Tum Laelius, Quid tu, inquit, Scipio? e tribus istis quid maxime probas?] Ita distinctius cum Heinr. et Lebn., quamvis Cens. Lips. l. c. p. 90. praeferat Steinackeri modum, qui scripsit: quid tu? inquit, Scipio; e tribus etc. Schützium: Quid? tu, inquit, Scipio e tribus etc. Villem.: Quid tu, inquit, Scipio, e tribus istis, quid etc. A. Majus pessime omnium: Quid? tu inquit, Scipio, e tribus istis, quid etc. Ad rem conf. supra cap. xxx. Mr.

recte quaeris, quod maxime e tribus,] Heinr. et Steinack. scripserunt quid. De qua re jam dixi supra ad cap. xxx. Mr. — Recte in interrogatione directa: quid maxime probas? recte item in indirecta, quam dicunt: quod maxime e tribus (sc. generibus istis probem). Ita Graeci dicerent: τί μάλιστα; — εὐ γε ἐρωτᾶς, ὅ τι μάλιστα. Cr.

separatim] Schütz. Lex. Cic. Vol. xix. 3. p. 204. Cr. separatum] Ita scribendum

probo, anteponeoque singulis illud, quod conflatum fuerit ex omnibus. Sed si unum ac simplex <sup>(a)</sup> probandum <sup>(b)</sup> sit, regium probem <sup>(c)</sup> atque in primis laudem. In primo autem genere, quod | hoc loco appellatur, occurrit nomen P. 236. quasi patrium regis <sup>(1)</sup>, ut ex se natis, ita consulentis suis civibus, et <sup>(d)</sup> eos conservantis studiosius <sup>(e)</sup>, quam redigentis <sup>(f)</sup> in serui-

(a) Cod. 1. manu simplex; 2. superposuit m. (b) Exin pagellae angulus lacer est, ita ut in obliquo vulnere sex fere verba perierint, quae ego supputatis litterarum spatiis restituere conatus sum, neque tamen mea pro Tullianis haberi volo. (c) Cod. uem, sed superposita b. (d) Cod. 1. manu ut; 2. et. (e) Versa haec quoque pagella necessario lacera est, quam pariter reparandam coniecturaliter curo. (f) Litterae g in hac voce nonnisi vestigium breve manet.

duxi cum Heinr., ut est in Cod. a 1. manu, quam scriptionem corrector in pejus mutasse mihi videtur: non enim vult Scipio, se nullum genus separato modo probare, sed: nullum, si plane separatur a reliquis et seorsim spectetur. Neque aliquis mihi opponat loca, cuiusmodi est de N. D. II. 66. 165. et earum urbium separatiim ab universis singulos diligunt: ut dictum sit pro: singulos ab universis separatos. Iungenda sunt separatiim diligunt i. e. praeter ceteros. Quod non cadere in nostrum locum vidit etiam Censor Lips. l. c. p. 91. qui probat Heinrichii lectionem. Mr.

quod constat fuerit ex omnibus.] Polybius τ. 3. Vol. II. p. 458. Schweigh.: ἄλλον γὰρ, ὡς ἀρίστην μὲν ἡγήτεον πολιτείαν τὴν ἐκ πάντων τῶν προειρημένων ἰδιωμαίων συνεστώσαν (nimirum ex βασιλείᾳ, ἀριστοκρατίᾳ et δημοκρατίᾳ). Conf. supr. c. xxix. fin. Ad v. fuerit v. Lindemann. ad Plaut. Capt. I. 2. 64. III. 1. 35. ad Trinumm. III. 1. 6. Cr. probandum sit] Heinr. omnes

omnino voces et literas, quas A. Majus supplendo loco addidit, omisit: Schützius omnes recepit, neque vero in nota accurate, quid in Cod. scriptum fuerit, indicavit, neque in contextu additamentatorum varietate distinxit. Steinack. omisit verba atque — quod, et ut sane usque ad literas exig., quia ei A. Maji supplementa non multum probabilitatis habere visa sunt. Lehn. recepit omnia ut Sch., uterque vero non plane, ut volebat A. Majus. Schützius enim pro autem genere dedit genere tamen, non inspectis Addendis editionis Romanae: Lehnerus vero omisit genere, quod noluisse credo omisum A. Majum. Ad v. in primis laudem vid. infra II. 23. med. Vox exiguos in Edd. Rom. Londin. et Stuttg. scribitur exiguos. Mr.

(1) Nempe et Pollux onom. I. 2. in regis nominibus primam ponit patris appellationem.

redigentis in servitute] Haec non commode opponuntur verbo conservantis: ego igitur malim redigentis ad paucitatem. Cr.

tutem (<sup>1</sup>): *ut sane utilius sit, facultatibus et mente exiguos* (<sup>a</sup>) sustentari unius optimi et summi viri diligentia. Adsunt optimates, qui se melius hoc idem facere profiteantur, plusque fore dicant in pluribus consilii, quam in uno, P. 131. et éan || dem (<sup>b</sup>) tamen aequitatem et fidem. P. 92. Ecce autem maxima voce clamat populus, neque se uni, neque paucis velle parere; libertate ne feris quidem quicquam esse dulcius; hac omnes

(a) Item in hac voce vix levis apex est litterae g. (b) Ita cod. 2. manu; at 1. eamdem.

(1) Boni regis officium verissime scribit Polybius v. 11: βασιλέως έργον έστι το πάντας εύ ποιούντα, διά την εύεργεσίαν και φιλανθρωπίαν αγαπώμενον, έκόντων ήγεισθαι και προορταίν: regis officium est, bene de omnibus merendo, hunc beneficiorum suorum atque humanitatis fructum referre, ut valentibus imperio praesit ac moderetur. Brevius Cassiodorus ep. ix. 9: disciplina imperandi est, amare, quod multis expedit.

*mente exiguos*] Non credo, Ciceronem junxisse unquam haec verba, et hoc certe loco, si minus in aliis, hariolatum esse A. Majum. Est quidem apud Claudianum in Eutrop. II. 381. *exiguus animi*: sed hoc nihil ad nostrum locum et scriptorem. Ego vero, ne ipse hariolari videar, manum a corrigendo abstineo. Mr.

*diligentia*] Ita dicit respiciens nomen regis patrium: vid. Ducker. de sermone veterum Iuris Consultorum s. v. *diligentia*. — Prosopopoeia, quae est in verbis *Adsunt optimates* etc., indicat, quam difficulter pronunciet Scipio, quale genus optimum iudicet. Cr.

*Ecce autem*] Est Ciceroniana formula *de improvisis*. Vid. infr. ad I. 42. ibiq. laudd. Cr.

*hac omnes carere, sive regi sive optimatibus serviant.*] Haec verba si obiter adspicias, vel falsam sententiam habere, vel aliquid ad eam deesse existimare poteris. Falsum enim est, omnes servire vel regi vel optimatibus, ideoque omnes libertate carere. Deesse igitur videri potest *qui post carere, vel si*. Sed salva res est. Est breviloquentia optimis scriptoribus haud infrequens pro: *hac* (libertate) *omnes carere, qui quidem* (vel si quidem) *serviant: sive regi serviant sive optimatibus*. Ita Plancus ad Cic. in Epp. ad Fam. x. 24. *Ad hoc robur — sive Africanus exercitus — sive Caesaris accessisset — summam rem publicam in discrimen deduceremus; pro: si exercitus accessisset, sive Africanus ille fuerit, sive Caesaris*. Quod autem ait Goerenz. ad Cic. de Finn. v. 6. 15. bene Latinos omnes ad *sive* — *sive* indicativum praeferre, id ita verum est, nisi alia causa Coniunctivum postulat: qui et nostro loco esse debet, et in Planci, quam laudavimus, epistola. — Ce-



carere, sive regi sive optimatibus serviant. Ita caritate nos capiunt reges, consilio optimates, libertate populi: ut in comparando difficile ad eligendum sit, quid maxime velis (<sup>1</sup>). L. Credo; inquit: sed expediri, | quae restant, vix pote- P. 131.  
runt, si hoc inchoatum (<sup>a</sup>) reliqueris.

XXXVI. s. Imitabor (<sup>b</sup>) ergo Aratum, qui, magnis de rebus dicere exordiens, a Iove inci-

(a) Ita [*inchoatum*] cod. cum adspirata duabus vocalibus interposita, quae scriptura confirmatur praestanti veterum auctoritate Verrii Flacci et Tranquilli apud Diomedem p. 361. Et sic veteres scripsisse testatur etiam Servius ad G. III. 223. [Confer tamen de rep. III. 2. A. M. in Add.]

(b) Ita [*imitemur*] Cod. 2. manu; at 1. *imitabor*, quae lectio item probabilis est.

terum in Ed. Stuttg. scriptum est *optimabus*. Mr.

*Ita caritate — populi:*] Paulo longior est ad h. l. Villemanii annotatio, cujus haec est sententia: Videri potest Scipio non admodum favere libertati populi, cum ita dubius haeret in eligendo. Sed Cicero, cujus re vera haec est sententia, alibi quoque non probari sibi populi nimiam potestatem haud obscure significavit, v. c. de Legg. III. 17. 37. ubi Atticus ex mente Tullii, *Mihi vero*, ait, *nihil unquam populare placuit*. Praeterea Scipio Aemilianus, quamquam minime cupidus patriae libertatis extinguendae, et honoribus et vita peracta sublimis quasi erat et elatus supra vulgus, et sua et aliorum opinione, ode- ratque turbulenta populi conciones, et tribunorum in ipsum quoque jactata probra: imperio asuetus militari, fori libertatem, vel licentiam potius, impatienter ferebat. Accedebat philosophorum Graecorum assidua lectio, qua factum est, ut displicerent ei conventus qualescunque, in quibus, pro ratione, saepissime libi-

do et ira studiumque dominabantur. Neque idem unquam Xenophontis Cyropaedian de manibus deponebat, qua e regis potissimum probi imperio rei publicae salutem prodire docetur. Mr.

(1) Hanc controversiam ventilat Aristoteles reip. libro III, cum quo Cicero valde conspirat: sed tamen ille Graecus rem copiosius illustrat.

[*inchoatum*] De descriptione et origine hujus vocis v. quae contulerunt Vossius in Etymol. L. Lat. p. 264., Martinius in Lex. Philol. s. v., Lennep. in Etymol. L. Gr. p. 916., Cellar. Orthogr. Lat. p. 258. ed. Harles., Becmanus de Origin. L. L. p. 561. ejusd. Manuduct. ad L. L. p. 126. Add. Grotend. Orthogr. in Gramm. L. §. 136. Mr.

[*Imitabor*] Non facile dixerit A. Majus, cur primae manus lectionem repudiaverit: ergo eam, ut aptiorem cum Heinr. et Lehn. postliminii jure reduximus. In eadem nobiscum sententia Censorum quoque Ienensem (1824. 34. p. 92.) esse video. Mr.

piendum putat (1). L. Quo Jove? aut quid habet illius carminis simile haec oratio (2)? s. Tan- P. 93.  
tum, inquit, ut rite ab eo dicendi principia capiamus, quem unum omnium deorum et hominum regem esse, omnes doctrina expoliti (a)

(a) Cod. 1. manu omnes doctique expoliri; tum factum docti indoctique expoliri. Iam expoliri vel convertendum est, ut me sapiens vir monuit, in haec verba uno ore; vel est scribendum omnes indocti expolitique. [Corr. docti expolitique consentiunt; sic Cic. de Or. I. 22. doctus atque eruditus. A. M. in Emm.]

(1). Aratus phaenom. v. 1. ἐξ omnes doctrinā expoliti Διὸς ἀρχώμεθα; quod Arati initium dicitur mirabile a Suida voc. Ἄρατος Σολεύς. Haec phaenomena latinis versibus Cicero interpretatus erat, ipsumque exordium exstat de Leg. II. 5; isque locus huic politico valde similis est. Q. ordire igitur. M. A Jove musarum primordia, sicut in Aratio carmine orsi sumus. Q. Quorsum istuc? M. Quia nunc itidem ab eodem, et a ceteris diis sunt nobis agendi capienda primordia. Sic Plato, quem Cicero studiose sectatur, leges ordiens (lib. IV. p. 712.) θεὸν δὲ πρὸς τὴν τῆς πόλεως κατασκευὴν ἐπι- κάλωμεθα. Confer item Timaei initium p. 27, et 48; tum Phaedr. p. 237; reip. VIII. p. 545. Hunc invocandi sub dicendi initiis morem tenebant Cato et Gracchus, Scipionis aequales, teste Servio ad Aen. VII. 259. XI. 501, et Symmacho ep. III. 44.

Quo Jove? ] Mira sane haec est quaestio: aliter enim intelligi nequit, quam quonam Jove vel quam ratione eum spectans? Fortasse scripsit Cicero Quid Jove? Cr. — Admodum aridet haec suspicio. Idem cogitasse videntur Villem. et Robbiius, ut ex eorum versionibus suspicari licet. Ego vero pleniorum etiam locutionem desidero: Quid a Jove? vel Quid a Jove? Mr.

(2) Platonis imitatio leg. IV. 713. τίς δ' ὁ θεός.

Ita ponderatis rationibus omnibus rescribendum duxi, eoque si minus Ciceronis manum restituisse, tamen ad eam proxime accessisse mihi videor. A. Majus dedit omnes docti indoctique uno ore consentiunt: qua lectione nemo facile aliquid aptius esse judicet. Sed eam nonnisi conjecturae, sapientis quidem viri, debere videmus ex A. M. notis criticis, qui in Add., quasi viro isto sapienti jam sapientior, docti expolitique nos scribere jubet, exemplo allato ad rem propositam parum faciente. Ego igitur ex vestigiis Codicis a prima manu relictis doctique expoliri haud difficulter et minima mutatione elici posse putabam doctrina expoliti. Illud indocti est corrector, qui recordabatur versus Horatiani Epp. II. 1. 117. Scribimus indocti doctique poemata passim. Sed noster, opinor, vult, omnes doctrina expolitos in eo consentire, quippe qui a poetis potissimum Jovem deorum hominumque regem appellare didicerint. Favet nostrae scriptioni ipse Cic. de Orat. III. 34. 139. quis Dionem Syracusium doctrinis omnibus expolivit? — Heinr. ad versus Horatianum, quem laudavimus, accommodata lectione scripsit omnes indocti doctique consentiunt. Sch. recepit A. Maji correctionem ex Addendis: ad quam recte monet Steinackerus:

consentiunt. Quid? inquit<sup>(a)</sup> Laelius. Et ille, Quid censes, nisi quod est || ante oculos? Sive P. 166. haec ad utilitatem vitae constituta sunt a principibus rerum publicarum, ut rex putaretur unus esse in caelo, qui nutu, ut ait Homerus, totum Olympum converteret<sup>(1)</sup>, idemque et rex et pater haberetur omnium<sup>(2)</sup>; magna auctoritas est multique testes; (si quidem omnes multos P. 94. appellari placet<sup>(3)</sup>;) ita consensisse gentes, de-

(a) Ita cod. [inquit].

„ut crederem, adducerem, si doctos diceret *expolitos* Cicero, „qui *studii, artibus, doctrina* „*expolitos* solet.“ Vides eum haud procul a nostra emendatione abfuisse. Maluit tamen ejicere *explorari*, quam corrigere, scripsitque *docti indoctique*, quod item fecit Lehnerus. Mr. — Ego, ne pereat illud *que*, conjicio *omnes quasi* (compendio scriptum *qui*) *explorate consentiunt*. Cr. — Ita Plancus ad Cic. Epp. ad Fam. x. 8. *sed exploreate judicare volumus*. Cic. de N. D. I. 1. 1. *satis exploreate perceptum — et cognitum*. Mr.

Et ille,] Ita Graeci *καὶ οὖτος*: pro tum ille; nonnunquam sequente inquit: v. c. de Finn. v. 28. 86. *Et ille, ridens, video, inquit*. De N. D. III. 3. init. p. 499. nostr. et Mos. *Et ille, quadripartita, inquit*. Conf. Tursellin. de particull. p. 263. Schwarz. Neglexit hunc in responsionibus usum Schützins de Particc. p. 171; attigit Goerenz. ad Finn. v. 3. 8. p. 538. ubi est *Atque ego*. Cr.

*Sive haec — constituta sunt — sive haec — didicimus*;] Ita rescribendum visum est, ut Cicero secum ipse in concordiam redeat. In Cod. et Edd. omnibus *ad sint*. Vid. quae annotavimus est cap. 35. circa fin. Idem facien-

dum esse monet etiam Cr. in schedis mecum communicatis. Mr. *ut ait Homerus, totum Olympum converteret,*] Ita cum Villem., Heinr. et Steinack. scripsi, cum in Cod. et rell. Edd. sit: *ut ait totum Olympum Homerus, converteret*, vocabulorum transpositione non a Cicerone sed a librario orta. Mr.

(1) Il. I. 550. *μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὀλυμπον*. Mos philosophorum est, ex unitate Dei arguere regni bonitatem, vicissimque regni sive unius imperantis commoditate uti ad unitatem Dei demonstrandam.

(2) Hor. sat. II. 1. 42: *O pater et rex Iupiter*. [Hinc *Iuppiter omnibus communis πάνδημος* appellatus, quod numi veteres arguunt. Vid. Eckhel D. N. V. Vol. III. p. 173. Cr.]

(3) Vocabulo *multi* interdum significari *omnes* perdocte demonstrat Augustinus contra Iulianum lib. vi. 80, et C. D. xx. 25: cuius auctoritas magnum nunc accipit a Cicerone incrementum. Sic etiam in sacris litteris theologi intelligunt Matth. xxvi. 28: *qui pro multis effundetur*, id est *pro omnibus*. Et Dan. xii. 2: *multi evigilabunt*, id est *omnes*. [Admirabilis sane et plane singularis est haec A. Maji annotatio. Quasi vero

cretis videlicet principum, nihil esse rege me-  
 P. 166. lius, quo|niam deos omnes censent unius regi  
 numine<sup>(1)</sup>: sive haec in errore imperitorum  
 posita esse et fabularum similia didicimus; au-  
 diamus communes quasi doctores eruditorum  
 hominum, qui tamquam oculis illa viderunt, quae  
 nos vix audiendo cognoscimus. Quinam, inquit  
 Laelius, isti sunt? Et ille, Qui natura omnium  
 rerum pervestiganda senserunt omnem hunc mun-  
 dum mente<sup>(a)</sup> <sup>(2)</sup> || . . . . .

Desiderantur  
 paginae qua-  
 tuor.

(a) Cod. *mundum exite*, cui postremo verbo deleto super-  
 positum fuit *mente*. [Hiatus explendus est verbis Lactantii, qui

id velit noster, vocabulo *mul-  
 ti* significari unquam id quod  
*omnes*, ut somniavit Augustinus  
 l. c., quod dicatur Genes. 17, 4.  
*erisque pater multarum gen-  
 tium*, esse idem, quod Genes. 22,  
 18. *Benedicentur in semine tuo  
 omnes gentes*. — Certe si dico  
*multos* adfuisse quodam loco ho-  
 mines, *omnes* cogito, qui adfue-  
 runt: neque vero ideo *multos* dixi  
 pro *omnibus*. Nostro vero loco  
 haec parenthesis, cujus signa nos  
 primi posuimus, nihil aliud vult,  
 quam, cum non dicere potuerit:  
*magna auctoritas est omnes-  
 que testes*, se *multos* dixisse, si-  
 quidem, qui *omnes* sint homines,  
*multos* certe, eorumque *auctori-  
 tatem magnam esse*, dici posse,  
 quum omnium testimonio major  
 nulla esse possit auctoritas. *Mr.*]

*videlicet*] Ironice dicitur. Ad  
 rem conf. praeterea Cic. de Legg.  
 II. 3. 4. 5. Cr. — Ita ironice lo-  
 quitur de Finn. iv. 9. 21. *Haec  
 videlicet est correctio philo-  
 sophiae veteris et emendatio*: in  
 Catil. II. 6. 12. *Homo videlicet  
 timidus et permodestus vocem  
 consulis ferre non potuit*. *Mr.*

(1) Tarquinius ait apud Livium  
 II. 9: *regnum, res inter deos ho-  
 minesque pulcherrima*. Et sic  
 Ovidius blanditur Augusto fast. II.  
 151. Cicero autem videtur propa-

exscribere Isocratem Nic. p. 40:  
*εἰ δὲ δεῖ τι καὶ τῶν ἀρχαίων εἰ-  
 πεῖν, λέγεται καὶ τοὺς θεοὺς ὑπὸ  
 Διὸς βασιλεύεσθαι· περὶ ὧν εἰ-  
 μὲν ὁ λόγος ἀληθῆς ἐστὶ, ὅθλον  
 ὅτι κάκεινοι ταύτην τὴν κατάστα-  
 σιν προκρίνουσιν· εἰ δὲ τὸ μὲν  
 σαφὲς οὐδεὶς οἶδεν, αὐτοὶ δὲ εἰκά-  
 ζοντες οὕτω περὶ αὐτῶν ὑπελή-  
 φασιν, σημεῖον, ὅτι πάντες τὴν  
 μοναρχίαν προτιμῶμεν*. Confer  
 etiam sophistam Dionem or. III.  
 de regno.

*in errore — posita*] Similiter  
 locutus est Tullius ad Qu. Fr. I. 1.  
 11. *est — positum in — quadam  
 inductione animi atque voluntate*.  
 Auct. ad Herenn. II. 25. 40. *quod  
 in aperto delicto positum est*. *Mr.*  
*natura omnium rerum perva-  
 stiganda*] Ad eundem modum  
 scripsit Cicero de Orat. I. 3. 9.  
*qui omnia — vel scientiae perva-  
 stigatione vel disserendi ratione  
 comprehenderint*. Verbum, quod  
 sequitur, *senserunt*, cur jugula-  
 verit, vel certe omiserit, Schüt-  
 tzius, nulla apparet causa idonea,  
 nisi quod ita placuerit operis.  
 Commode finivit hanc periodum  
 Villem. scribens: *que ce monde  
 tout entier est mû par une âme  
 universelle*. Ad rem facit Cic. de  
 N. D. I. 15. 39. *Mr.*

(2) Quid huius hiatus causa  
 desideremus, certis prope indi-

P. 95. XXXVII. . . . Sed si vis, Laeli, dabo tibi P. 99.

testes, nec nimis antiquos, nec ullo modo barbaros (<sup>1</sup>). L. Istos, inquit, volo. s. Videsne igitur,

Tullium de rep. expressisse videtur epitom. cap. III. *Plato monarchiam adserit, unum Deum dicens, a quo sit mundus instructus et mirabili ratione perfectus. Aristoteles auditor ejus unam esse mentem, quae mundo praesideat, confitetur. Antisthenes unum esse dixit naturalem Deum, totius summae gubernatorem. Longum est recensere, quae de summo Deo vel Thales vel Pythagoras et Anaximenes antea, vel postmodum Stoici Cleanthes et Chrysippus et Zenon, et ipse Tullius praedicaverint; quum hi omnes, a Deo solo regi mundum adfirmaverint. Hermes, qui ob virtutem multarumque artium scientiam Trismegistus meruit nominari, qui et doctrinae vetustate philosophos antecessit, quique apud Aegyptios ut Deus colitur, majestatem Dei singularis infinitis adserens laudibus, dominum et patrem nuncupat etc. Eadem fusius dicit Lactantius inst. I. 2. 5. 5. Confer eundem de ira D. XI; nec non Salvianum de G. D. I. 1. 4. A. M. in Emm.]*

ciis cognoscimus. Quippe auctor ut unius dominatum suadeat, transit ad imaginem mundi, quem ex sententia Timaei Platonici et unum esse ait, et mente seu anima praeditum, a qua idem ceu monarcha quodam et domino regitur. Sic Cicero Timaei interpretes cap. v: *primum ut mundus animans; deinde ut unus esset.* Hac opinione utitur etiam Virgilius Aen. vi. 724, quo loco legendus est Servius. Lege etiam Sextum Emp. lib. contr. phys. sect. 95. Obscura gravisque videbatur haec quaestio Augustino de consensu Evang. I. 35. Sed merito contra eos, qui caelum esse animal aiebant, librum scripsit Diodorus ὁ μονάρχων, quarti saeculi homo, ut ait Suidas. Nunc vero has opiniones infra mortuos amandavimus. Multo pestilentior fuit illa sententia, quae Deum non solum esse animam mundi statuebat, ut aiunt theologi ethnici apud Macrobius ad somn. I. 17, sed hunc ipsum mundum esse Deum; quem nunc in scholis Spinozianum [egregie Ed. Lond. *spinozianum*] vocamus; quo errore Plinius quoque hist. II. 1. labo-

ravis dolendum est, generatimque Stoicos, teste Epiphanio ep. ad Acacium cap. 3. Porro utrum Cicero in lacuna sententiam Stoicorum posuerit, ignoramus. De re autem legere licet Virgilium G. iv. 221; Senecam quaest. nat. praef. lib. I; Varronem apud Augustinum C. D. iv. 31. vii. 5. 6. Refutatur sententia ab eodem Augustino de vera rel. cap. II. et de C. D. iv. 11. 12, a Lactantio vii. 3, et ab Epiphanio haer. V.

(1) Haud scio an intelligendi sint sacerdotes Aegyptii (de quibus fortasse [? Cr.] in lacuna locutus erat Cicero), quos de mundo disputantes audiit Solo, uti narrat Plato in Timaeo; immo quos ipse Plato audiit, teste Cicero de fin. v. 29, quique ab eo [et a Val. M. viii. 7. ext. 3. (ubi de Platone Aegyptum lustrante) A. M. in Emm.] diserte *barbari* appellantur. Sed certe hinc cognoscimus Scipionis praecedentibus paginis disputationem in eo fuisse versatam, ut confirmaret, hominibus priscis et barbaris placuisse genus reip. regium. Fortasse autem Cicero respicit Euri-

minus quadríngentorum annorum esse hanc urbem ut sine regibus sit (')? L. Vero, minus. s. Quid ergo? haec quadríngentorum annorum P. 96.

pidem Iph. in Aul. 1402, et Aristotel. reip. I. 2. III. 14, apud quos barbari dicuntur natura servi. Aegyptii numquam sine rege esse potuerunt, ut Eusebii chronicon docet. [Imo Eusebius Chron. I. 20. aliique auctores tradunt, deos in Aegypto regnum antiquitus tenuisse. De his igitur fortasse locutus est in lacuna Scipio, qui nuper Aegyptum adierat. A. M. in Emm.] Graecia item antiquissima sub regibus tota fuit. Dionys. v. 74. Imo orbis universus, uti observat Iustinus I. 1. Ipse Cicero leg. III. 2. (quo loco libros suos de rep. memorat) ait: *omnes antiquae gentes regibus quondam paruerunt.*

*minus quadríngentorum —, ut sine regibus sit?* Noli interpretari: *hanc urbem esse urbem minus quam quadríngentorum annorum ita ut sit sine regibus.* Potius *minus* accipe pro substantivo cum genitivo, et ita construitur. [Terent. Eun. vi. 6. 23. *minus notus, amicorum habens minus.* Mr.] Reliqua ex Graeca attractione ita sunt explicanda, quasi scriptum sit: *haec urbs ut — sit.* De qua constructione vid. Matth Gr. gr. §. 295. Goerenz. ad Cic. de Finn. v. 7. p. 551. Adde Aeneid. I. 573. *Urbem quam statuo, vestra est:* ubi vid. Heynium. Ad locum, quem laudat A. Majus in Emm., videlicet de Divin. I. 56. *non est igitur ut mirandum sit,* vid. tamen interpr. Cr. — Schützius, nihil monens, correxit ut *sine regibus fuit.* Cujus mutationis causam cum quaererem, ea mihi esse visa est, ut Sch. ut positum existimet pro *postquam:* quod si est, sequi solere indicativum ajunt Grammatici. Vide modo Ruddimanni Inst.

Gr. Lat. II. p. 314. At salva res est. Verum est, ut ponitur h. l. pro *postquam* v. *ex quo:* sed Conjunctivus ponitur propter orationem obliquam: quae si recta esset, ita scribendum fuisset: *haec urbs ut sine regibus est, minus est quadríngentorum annorum.* Ita dixit noster Brut. 5. 19. *nam ut illos de re publica libros edidisti, nihil a te sane postea accepimus:* quae oratione obliqua plane ut noster locus esset scribenda: *memento, nihil a te postea nos accepisse, ut (i. e. ex quo) illos de re publica libros edideris.* Mr.

(1) [Similis circumlocutio per verbum substantivum atque ut legitur de divin. I. 56. §. 128. *Non est igitur, ut mirandum sit.* A. M. in Emm.] Hoc loco in margine codicis litteris antiquis sed inclinatis et valde informioribus scribuntur verba **EXCLUSO TARQUINIO.** Revera Tarquinius exclusus fuit desinente Olympiade **LXVII,** vel initio sequentis, nempe circa annum urbis conditae **CCXLIV;** disputabatur autem de rep. anno **DCXXV.**

*Vero, minus.*] Vid. Cic. de Legg. I. 24. fin. ibiq. Goerenz. p. 100. Schütz. Lex. Cic. in voc. et Ruddimanni Inst. Gr. L. I. p. 323. Cr. — Add. ad locum Cic. de Legg. meam annot. in Ed. nostr. et Cr. p. 151. Ego vero post *Vero* addidi distinctionem, quam item recte posuit Ruddimannus l. c. in loco Terentii nostro plane gemino in Adolph. III. 4. 23. De. *An quicquam est etiam amplius?* He. *Vero, amplius.* Mr.

*Quid ergo?*] Interrogandi signum posui praecedentibus Heinr. et Lehnero. Verba *ut urbis intellege:* *ut aetas urbis et civitalis,*

aetas, ut <sup>(a)</sup> urbis et civitatis <sup>(1)</sup>, num valde longa est? *L.* Ista <sup>(b)</sup> vero, inquit, adulta <sup>(2)</sup>, vix <sup>(c)</sup>. *s.* Ergo his annis quadringentis Romae rex erat? *L.* Et superbus quidem. | *s.* Quid su- p. 100. pra? *L.* Iustissimus; et deinceps retro usque ad Romulum, qui ab hoc tempore anno sexcentesimo <sup>(d)</sup> rex erat <sup>(3)</sup>. *s.* Ergo ne iste quidem

(a) Ita cod. (b) Cod. 1. manu ea; 2. ista. (c) Ita interpungitur in codice, puncto scilicet recurvo post x. (d) Ita [sexcentesimo] etiam inferius cap. XLVIII. *sescentos* et lib. II. 10. *sescentis*: tum et Palatinae membranae fragmentorum Tullii pro Fonteio cap. IV. *sescentorum*; quae scriptura aliis quoque exemplis facile confirmatur.

opposita hominum aetatibus. *Mr.* — *Ut i. e. si spectes.* Cic. Bruto cap. 10. *Ut populi Romani aetas est, senes: ut Atheniensium secula numerantur, adolescentes debent videri.* Plara Tursellinus p. 136a. Cf. etiam interpp. ad Nepot. xv. 5. 2. ad verba: *satis exercitatum in dicendo, ut Thebanum scilicet. Cr.*

(1) Cur ut urbis et civitatis? Num Cicero inquit diversas opiniones, quarum altera ait Romam a Romulo non tam a fundamentis excitatam, quam colonis renovatam; altera, cui auctor adhaeret, conditam simul et civibus frequentatam? [Minime! Caeterum de anno urbis conditae vid. infra II. 10. ibiq. annot. Cr.]

*Ista vero.*] Ita Comici in responsionibus. V. Ruhnken. ad Terent. Eunuch. V. 5. 5. ibiq. laudd. *Cr.*

(2) Sic loquitur Cicero in Brut. VII: *non nascentibus Athenis, sed iam adultis.* Sic in eodem opere cap. x.

*Ergo his annis quadringentis Romae rex erat?* ] i. e. ergo intra hos annos CD. vel: ergo nondum plane sunt CD. anni? Est i. q. dixit paulo ante: *minus quadringentorum annorum esse hanc urbem ut sine regibus sit.* Schü-

tzius post *quadringentis* addidit *ante*, quod sensum aperte postulare contendit. Poterat etiam scribere *sed annis abhinc quadringentis*: at nihil opus est mutatione, ut recte monuerunt Censorius Gotting. 1824. 84. et Lips. 1824. 7. quorum posterior ipsum Schützium in Cat. maj. 14. c. fin. in verbis *qui his paucis diebus pontifex maximus factus est*, nihil novasse dicit. Idem interrogandi signum, quod nos cum Heinr. posuimus post *erat*, miro consilio post *quidem* rejecit. Ad nostrum locum facit etiam Cic. Philipp. II. 1. *Nemo his annis viginti rei publicae fuit hostis.* Vid. universe de ablativis temporis Ruddimann. Inst. Gr. Lat. II. p. 289. sqq. *Mr.*

*ab hoc tempore etc.*] Cum hac constructione convenit aliqua ex parte de Senect. VI. 19. *cujus a morte hic quintus et tricesimus est annus. Mr.*

(3) Apud Augustinum C. D. XXXII. 7. haec sunt in Maurina editione: *cum sexcentis ferme annis ante Ciceronem Romulus fuerit, atque illa aetas iam fuisse doctis dicatur exulta, ut, quod fieri non potest, omne respueret; quanto magis post sexcentos an-*

pervetus? *L. Minime, ac prope senescente iam P. 97. Graecia* (<sup>1</sup>). *s. Cedo, num, Scipio* (<sup>a</sup>), barbarorum Romulus rex fuit? *L. Si, ut Graeci dicunt, omnes aut Graios* (<sup>b</sup>) esse aut barbaros, vereor,

(*a*) *Vox Scipio* (nominativo, ut arbitror, casu) interposita fuit secunda manu, videturque glossa quaedam. [Imo vox *Scipio* videtur ipsius auctoris. A. M. in Emm.] (*b*) Cod. 1. manu *Graecos*; 2. *Graios*.

*nos ipsius tempore Ciceronis, maxime postea sub Augusto atque Tiberio etc. resurrectionem carnis Christi etc. mens humana ferre non posset?* Constat omnino Augustinum respicere et ad haec Scipionis verba loquentis de temporali inter se et Romulum spatio, et ad illa libri II. de rep. cap. x, ubi de Romuli immortalitate sermo est. Itaque in hoc Augustini loco Coquaeus, Vivesius et Lovanienses editores optime scribebant ante Scipionem pro ante Ciceronem, rei nimium evidentia coacti, quia Cicero multo plus distat a Romulo, quod ipse ibidem mox ait Augustinus. Maurini tamen editores a codicum et editionum (ut ipsi aiunt) auctoritate non discedunt, mendumque manifestum et flagitiosum retinent, quod futuri editores purgabunt. Par mendum in alio Augustini loco nos ipsi inferius initio tertii libri in notis coarguemus.

*senescente iam Graecia.*] Similiter dixit de Or. II. 2. 7. *laudem — jam — senescentem*: quod item est Tusc. II. 2. 5. *laus — ut jam senescat.* *Mr.*

(1) Id ope chronici Eusebiani hic breviter demonstratur. Reges Sicyonii desiverunt anno Abrahami *MDCCCLXXXVIII*, postquam annis circiter *DCCCLXXVII* regnaverant. Romulus anno Abrahami *MCCCLXIV* imperare coepit; ergo ante Romulum anni excurrerant saltem *MCCCLXXXIII*, ex quo coeptum fuerat regnari in Graeca urbe Sicyone. Igitur nascente Romulo iam Grae-

cia senescebat. Legesis etiam Augustinum C. D. lib. XVIII, qui res Graeciae plurimae ante Romam conditam narrat.

*Cedo, num, Scipio, barbarorum Romulus rex fuit?*] Ad *Scipio* subaudi *inquit*, ut sit nominandi casus. Quod cum viderit A. Majus in Emm., vel non vidit Schützius vel non credidit, ideoque delevit vocem *Scipio*, quod item fecit Lehnerus. Abiecit idem nomen Villem. et miro saepe modo ita scripsit: *Cedo, num, barbarorum Romulus rex fuit?*—Similes nostro loco sunt de Rep. II. 42. *Huic scilicet, Africanus, uni paene*: III. 32. *Praeclare quidem dicitis, Laelius: etenim video* etc. et eod. c. *Minime vero, Laelius; quoniam* etc. Universe de hujus vocis (*inquit*) positione vel omissione disputat Goerenz. ad Cic. de Finn. IV. 1. 2. p. 421. *Mr.*

*Si, ut Graeci dicunt, omnes aut Graios esse aut barbaros, vereor,*] Cum primum legerem hunc locum, suspicabar excidisse post *esse* verba *neesse est*; nunc distinctionibus additis, quae apud A. Majum plane absunt, loco consultum existimo, ita, ut *si* elliptice positum sit, pro *si ita est*, vel ut ex propositione opposita (*sin id nomen*) subaudiatur: *si id nomen ita dandum est, ut Graeci dicunt, videlicet omnes aut Graios esse* etc. Heinr. pro *Si ut scripsit Sicut*, positus distinctionibus post *dicunt et barbaros*: Sch. ut A. M. distinxit non nisi post *barbaros*; Steinack.



ne barbarorum rex fuerit (<sup>a</sup>); sin id nomen moribus dandum est, non linguis, non Graecos minus || barbaros, quam Romanos, puto (<sup>1</sup>). Et p. 153. Scipio, Atqui (<sup>b</sup>) ad hoc, de quo agitur, non quaerimus gentem, ingenia quaerimus. Si enim et prudentes homines et non veteres reges habere voluerunt, utor neque perantiquis neque inhumanis ac feris testibus.

p. 98. XXXVIII. Tum Laelius, Video te, Scipio, testimoniis satis instructum: sed apud me, ut apud bonum iudicem, argumenta plus, quam testes, valent. | Tum Scipio, Utere igitur argu- p. 154. mento, Laeli, tute ipse sensus tui. Cuius, in-

(a) Ita [fuit] cod. pro fuerit. (b) Ita cod. [adqui].

ut nos, addita distinctione post esse: Lehn. post si et barbaros. Mr. — Potes etiam distinguere: si, ut Graeci, dicunt omnes etc. Cr.

ne barbarorum rex fuerit.]

Ita, grammatica ratione postulante, scripsi cum Editoribus, qui quidem non plane A. Maji contextum repetiverunt, omnibus. Mr.

non linguis.] Plato Menon, p. 82, p. 350. Bekk. Ἑλλην μὲν εἶσι καὶ ἑλληνίζει. Conf. eundem Platon. Alcib. I. p. 111, p. 315. Bekk. et Procl. et Olympiodor. illum p. 258. sqq. hunc p. 95. sq. Qui non ἑλληνίζει, Graecis barbarus est. Homerus Κάρας dicit βαρβαροφώνους Iliad. β. 867. ubi vid. Clark. Cr.

(1) Romanos priscos contra Graecorum calumnias negat fuisse barbaros Dionysius I. 4. 5. 90. IV. 26. VII. 70. 72. Lege etiam Catonem apud Plinium XXX. 1. Graecos Cicero pro Flacco XI. haud minore severitate damnat.

et non veteres] Noli intelligere

neque veteres; junge potius non veteres, videlicet homines, quod ut significarent, A. Majus, Steinack. et Lehn. distinxerunt post veteres, quod vetat sententiae tenor. Mr. — Cic. de Off. III. 1. 1. ut neque cessaret unquam, et interdum colloquio alterius non egeret: cujus tamen loci paulo dispar ratio est. Sed ibi Beierus ne γὰρ quidem. Cr. — Eadem vero, quae nostri loci, ratio est Cic. Verr. Act. II. L. IV. 60. 135. Longum est et non necessarium. ib. Act. II. L. I. 1. 2. Patior, judices, et non moleste fero. Mr.

inhumanis ac feris testibus] Alibi jungit noster immanis et ferus v. c. in Verr. Act. II. L. II. 21. 51. Hostis — nimis ferus et immanis. Inhumanus et agrestis junguntur ad Att. XII. 46. isto enim animo nihil agreste, nihil inhumanum est. Mr.

argumenta plus, quam testes,] Conferri potest cum h. l. de Orat. I. 19. 88. ubi opponuntur argumenta exemplis. Mr.

quit ille, sensus? s. Si quando (si (a) forte) tibi visus es irasci alicui. L. Ego vero saepius, quam vellem. s. „Quid? tum, cum tu es iratus, permittis illi iracundiae dominatum animi tui (1)?“ L. Non, me hercule, inquit (2): „sed imitor Archytam illum Tarentinum, qui, cum ad villam venisset, et omnia aliter offendisset, ac iusserat, (3)“ te, te (b) infelicem, inquit

(a) Ita in codice repetitur *si*. Num dicendum *ecquando forte*?

(b) Alterum *te* additum fuit secunda manu: auget autem mi-

*Si quando (si forte) tibi visus es irasci alicui.*] Proclive est ejicere alterutrum, vel *si quando* vel *si forte*. Posterius ejecit Steinack, ego prius abjectum malebam vel deletum alterum *si*. Nunc nihil muto. Sentio enim cum Cr., qui humanitatis vel urbanitatis esse me monuit additum illud *si forte*. Laelius enim cum propter animi continentiam et moderationem Sapiens fuerit cognominatus, ita eum interrogat Scipio, ut ipse memor illius continentiae esse videatur: *si quando tibi visus es irasci alicui: quod an unquam factum sit, ipse noveris: sed si forte factum est, quaero ex te* etc. Igitur parentheses signis, non uncinis, coercui illas voces, quas eodem fere modo intellexerunt Censor, quem laudavi, Ienensis 1823. 34. et Lehnser. In sequ. cur post *iratus* Sch. posuerit semicolon, non assequor. Mr.

*permittis illi iracundiae dominatum animi tui?*] Ita noster dixit Parad. v. 3. 40. *Quid? cum cupiditatum dominatus excessit* etc. De scriptione vocis *me hercule* vide, quae monuimus ad Cic. de Legg. III. 14. 33. p. 444. In Edd. Cic. ita legitur hoc fragmentum: *Quid? tunc* (Patric. tunc) *cum es iratus, permittis* etc. Et in sequ. abest ibid. *illum* post *Archytam* et pro *aliter* sunt qui legant *alia*. Sch. in Ed. Frgmm.

Cic. 1817. p. 272. probat Patricii emendationem *tunc* pro *tunc*, cuius nos quoque sententiae accedimus. Mr.

(1) Locum citat e I. de rep. Nonius voc. *dominatio et dominatus*.

(2) Laelii aequabilitatem in omni vita, eundemque semper vultum eandemque frontem, non secus ac de Socrate traditur, commendat Cicero off. I. 26. et pro Mur. xxxi. Quin et Horatius sat. II. 1. 72: *virtus Scipiadae et mitis sapientia Laeli*. Decuit autem illa animi aequabilitas Laelium cognomento *sapientem*; quamquam Taurus philosophus apud Gellium I. 26. peracute disputat, *utrum sapiens irascatur*. Quae super relectores ad Senecae praecclaros de ira libros ablegamus.

*aliter offendisset*,] Loco Ciceronis, quem laudat Ruddimannus p. 135. T. II. addi potest ad Fam. I. 9. p. 24. Ed. Ern. min. *Non offendes eundem bonum sensum, Lentule, quem reliquisti*: ad Fam. II. 3. *imparatum te offendam*. Mr.

(3) Locum citat Nonius voc. *offendere* e II. de rep. Occurrit autem id mendum II pro I in codicibus etiam Nonii Vaticanis. [De hoc usu verbi *offendere* cf. Ruddimanni Institut. Gramm. Lat. II. p. 133. ed. Stallbaum. Cr.] *te, te infelicem*] Ita scripsi cum

p. 99. villico (<sup>a</sup>), quem necassem iam verberibus, nisi iratus essem (<sup>1</sup>). Optime, inquit Scipio. Ergo Archytas iracundiam, videlicet dissidentem a ra-

narum emphasisim. [Cf. infra ad I. 47. init. Cr.] Prima manus scripserat a te. Ambrosius habet o te infelicem. Lactantius miserum te. Differt autem a Tullio Ambrosius in posterioribus, Lactantius in prioribus. Lactantius certe et Hieronymus videntur ipsum Tullii politicum locum exscribere.

(a) Ita cod. [vilico] cum unica l, quae prisca et recta huius vocabuli scriptura est, licet villa scribatur cum duabus l.

Steinackero. Heinr. dedit conjunctim te te, de qua scriptioe v. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. I. p. 205. Sch. alterum te omisit, seque cum Ambrosio facere ait, qui tamen scripsit o te infelicem. Reliqui cum A. Majo ediderunt te te. De scriptioe villicus v. Harles ad Cellar. Orthogr. Lat. T. I. p. 58. Mr.

(1) Sic Cicero etiam Tusc. iv. 36: ex quo illud laudatur Archytas, qui, cum vilico factus esset iratior, quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem! Idem de Archyta narrat Val. M. iv. 1. ext. 1; Lactantius de ira P. xviii; Ambrosius de off. I. 21; Hieronymus ep. lxxix. 9; Plutarchus de lib. educ. t. vi. p. 54, et de sera Num. vind. t. viii. p. 178; Iamblichus vit. Pyth. cap. xxxi. Archytas erga famulos humanitatem docet nos Athenaeus xii. 3. Mirum est, quod Archytas illud dictum Platoni quoque tribuitur apud Plutarchum praedictis in locis; Charillo autem regi t. vi. apophth. reg. p. 718, et apophth. Lac. p. 865; Cliniae apud praedictum Iamblichum; Socrati denique apud Senecam de ira I. 15. Merito autem Cicero in politico opere exemplam Archytas profert, cuius hominis politica munera scribit Suidas; quique πολιτικός ἄμα και φιλόσοφος dicitur ab Athenaeo loco praedicto.

iracundiam — seditionem] Respicit Tullius h. l. id, quod Plato

appellat τὸ θυμοειδές, et quod nunc consilio regi (τῷ λογιστικῷ) dicit, nunc eidem repugnare, de Republ. iv. p. 440. sq. p. 205. sqq. Bekkeri. Vide praesertim p. 206. ibid. p. 208: τί δέ; σώφρονα οὐ τῇ φιλίᾳ και ξυμφωνίᾳ τῇ αὐτῶν τούτων, ὅταν τό τε ἄρχον και τῷ ἀρχομένῳ τὸ λογιστικόν ὁμοδοξῶσι δεῖν ἀρχειν και μὴ στασιάξωσιν αὐτῷ. Pag. autem 211. idem ita: οὐκοῦν στάσιν τινὰ αὐ τριῶν ὄντων τούτων δεῖ ἀνήγ εἶναι (sc. τὴν ἀδικίαν) — και ἐπαναστάσιν μέρους τινὸς τῷ ὅλῳ τῆς ψυχῆς κ. τ. λ. Cr.

dissidentem a ratione] Alia ratio est loci Acad. iv. 45. 152. Nam omnis ratio vitae definitione summi boni continetur: de qua qui dissident, de omni ratione vitae dissident. Mr.

seditionem quandam animi vere ducebat] A. Majus movere pro vere; ego autem ad v. seditionem, neque vero ad ducebat, respiciens, conjiciebam commovere ut est ad Att. II. 1. p. 588. ed. Ern. min. saepe item seditione commota. Heinr. plane abiecit illud artificiose conglutinatum movere. Ego vero a Reisiigii partibus stare malui, qui ita in Editione horum fragmentorum et rell. a Majo repertorum Halensi p. 361: „Maji ratio duobus offendit generibus. Primum enim illo „pacto nihil est praecipui in sententia, quae tamen tanquam singularis Archytas nominatim tri-

tionem, seditionem<sup>(1)</sup> quandam animi vere<sup>(a)</sup> ducebat, et eam<sup>(b)</sup> consilio sedari volebat. Adde avaritiam, adde imperii, adde gloriae cupiditatem, adde libidines<sup>(c)</sup>; et illud vide, si in ani-

(a) Cod. 1. manu *ab animo reducebat*; tum 2. manu *superpositum mi et ve*, deletumque *ab*. (b) Ita cod. [sine copula *et*,] quod alias usu venit in antiquis scripturis. (c) Cod. hic et alibi 1. manu *lividines*; 2. *libidines*.

„buitur. Deinde loquutio cor-  
 „rupta: neque enim latine dicitur  
 „*hanc rem veram esse duco*, sed  
 „*hanc rem veram duco*; [serva-  
 „runt tamen Martyni - Laguna et  
 „Schützius in Epp. ad Fam. iv. 7.  
 „scriptionem: *et non aliena esse*  
 „*ducerem a dignitate*. Dedit item  
 „Goerenz. ep. Cic. de Finn. I. 21. 71.  
 „*quod nullam eruditionem esse*  
 „*duxit*; et Bardili in Corn. Nep.  
 „XIII. 4. *patriaeque sanctorum iura*  
 „*esse duxit*. Eadem construc-  
 „tio infra ter in eodem capite re-  
 „dit L. III. c. 9. *Mr.*] „quoniam  
 „*duco* non asciscit infinitivum:  
 „quo quidem in genere identidem  
 „est peccatum et aliis etiam in lo-  
 „cis menda corrigenda sunt. Quam  
 „ob rem statuendum est Majum  
 „perperam composuisse veteris  
 „scripturae reliquias, veramque  
 „rationem hanc esse, ut *mi* corre-  
 „ctio mendosae *mo* syllabae [in  
 „*animo*, ut est a 1. manu] habeat-  
 „ur atque oratio restituatur haec:  
 „*iracundiam — seditionem quan-*  
 „*dam animi vere ducebat*. Ita-  
 „que etiam sententia Archytae in-  
 „signior redditur et exquisitior.“  
 „Noli vero patrocinarum voci, quam  
 „A. Majus concinnavit, scribendo:  
 „*iracundiam — seditionem — mo-*  
 „*vere* (v. commovere) *dicebat*,  
 „ut ego apud Cic. de Legg. I. 17.  
 „47. scripsi *facta esse dicimus*,  
 „ubi Vict. Sturm. Dav. Ern. Wagn.  
 „et Sch. dederant *facta esse duci-*  
 „*mus*; sententia enim tum ea esset:  
 „*commovet iracundia seditionem*  
 „*animi*. Neque enim commovet se-

ditionem iracundia, sed ipsa iracundia est seditio animi. *Mr.*

(1) Pari iure Plato reip. iv. p. 444. *iniustitiam vocat seditionem*. *seditionem — sedari*] Proprium hoc est apud nostrum in tali re verbum: e. c. Orat. in Catil. III. 13. 18. ut — *bellum intestinum ac domesticum — me — duce — sedetur*. In sequ. Robbiius *libidines* male vertit *Leidenschaft*; melius Villem. *passions voluptueuses*. Est Graecorum *ἰδο- vai*. *Mr.*

*et eam consilio sedari volebat.*] Ad A. Maji notam criticam dudum haec annotaveram: Vellem praesens adisset vir doctissimus, optimus sine dubio verborum suorum interpres. Nunc me non expedit. Quid *alias usu venit*? ut absit an adsit et? quanam sunt *antiquae scripturae*? Non credo antiquos eum intelligere scriptores, sed antiquos libros, codices, membranas. Quod si est, quid hoc ad Ciceronem et ad locum nostrum, qui desiderat *eamque*, quidquid *alias usu venit in antiquis scripturis*. — Nunc Heinrichii emendationem amplexus sum, et *eam*: vocula enim et melius convenit loco, et facile ab ultima praecedentis vocis syllaba absorberi potuit. *Mr.*

*et illud vide, si — regale imperium sit.*] A. Majus ediderat: *et illud videre st, in animis hominum regale si imperium sit*: sed ipse in Add. monet scribendum esse, ut nos edi-

mis hominum regale imperium sit<sup>(a)</sup>, unius fore dominatum, consilii scilicet: (ea est enim animi pars op|tima:) consilio autem dominante nul- P. 166.  
lum esse libidinibus, nullum irae, nullum temeritati locum. L. Sic, inquit, est. s. Probas igitur<sup>(b)</sup> P. 166. animum ita affectum? L. Nihil vero, inquit, magis. s. „Ergo non profecto<sup>(c)</sup> probares, si, consilio pulso, libidines, quae sunt innumerabiles, iracundiae tenebant omnia. L. „Ego vero nihil isto animo, nihil ita animato „homine || miserius ducerem<sup>(1)</sup>“. s. Sub regno P. 167. igitur tibi esse placet omnes animi partes, et eas regi consilio? L. Mihi vero sic placet. s. Cur igitur dubitas, quid de re publica sentias?

(a) Cod. videt in animis hominum regale si imperium sit.

(b) Cod. probas inquit; mox deletum inquit, et superpositum igitur. (c) Profecto expunctum est in Codice, sed immérito. A. M. in Add.

dimus. Lehnertus, servato altero si, scripsit: et illud vide, in animis etc. Cr. et Cens. Gotting. 1824. 84. conjiciunt et illud vides in animis hominum regale si etc. Quod mihi admodum probatur: et est infra cap. 40. Ergo etiam illud vides. Accedit, quod sonus suadet ponere si post regale. Ceterum de locutione videre est vid. Gell. N. A. III. p. 207. ed. Gronov. Ruhnken ad Mureti Opp. I. p. 62. (in Opuscul. Tom. II. p. 725. ed. Bergmann): Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 4. 52. Rudmanni Institut. Gramm. Lat. ib. Stallbaum II. p. 226. Ad h. l. comparat Hellenus in Progr. laud. p. 12. Platonis Philebum p. 30. Mr.

L. Sic, inquit, est.] Sch. h. l. et ante Nihil est Laelii nomen plene scripsit Laelius et ut partem contextus Ciceroniani. Quod Cic. dicit sic est, respondet formulae Platonicae εἶσι ταῦτα. —

Temeritas et consilium sibi invicem opponuntur de Divin. II. 41. 85. quibus in rebus temeritas — non — consilium valet. Mr.

Nihil vero] De voce vero affirmativa in responsionibus v. quae monuimus supra ad cap. 37. Mr.

Ergo non profecto etc.] Edd. Fragm. Cic. non habent profecto. Pro pulso Patricius habet pulsas; tum scribitur iracundias, quae terrent omnia, al. iracundiae quae tenerent. Abest etiam a nonnullis vero post Ego. Mr.

iracundiae tenerent omnia.] Plurali numero hujus substantivi abstracti usus est etiam Tullius ad Quint. Fratr. I. 1. 13. nam si implacabiles iracundiae sint, summa est acerbitas. Mr.

(1) Locum e I. de rep. citat Nonius voc. anima.

animi partes,] sunt animi vires,

in qua, si in plures translata res sit, intelligi iam licet, nullum fore, quod praesit, imperium; quod quidem, nisi unum sit, esse nullum potest (').

XXXVIII. Tum Laelius, Quid, quaeso, (a) interest inter unum et plures, si iustitia est in pluribus (b) (2)? Et Scipio, | Quoniam testibus meis intellexi, Laeli, te non valde moveri, non desinam te uti teste, ut hoc, quod dico, probem. Me, inquit ille, quonam (c) modo? s. Quia animum adverti, nuper cum essemus in Formiano (3),

(a) Cod. quasi. (b) Cod. omnium in pluribus; sed mox omnium expunctum. (c) Cod. quoniam. [non quoniam, ut ait Steinackerus. Mr.]

quo sensu Graeci etiam dicunt τὰ τῆς φυχῆς μέρη. Cr.

in qua, si in plures] Laudat ad h. l. Lehnerus nostri operis Lib. III. cap. 35. ubi est: si enim sapientia est, quae gubernet rem publicam, quid tandem interest, haec in unone sit, an in pluribus? Conf. item initium cap. seq. Mr.

(1) His locis Cicero imitatur pressum illud genus Socraticorum apud Platonem et Xenophontem dialogorum. Socrates enim interrogando veritatem solebat elicere, et inductione et arguta conclusione plurimum uti, observante Tullio top. x, et Lactantio inst. vi. 17.

si iustitia est in pluribus?] Cum in Cod. a 1. manu fuerit si iustitia est omnium in pluribus, conjiciat aliquis, scriptum fuisse a Cicerone: si iustitia est omnino in pluribus, ut omnino sit i. q. utique. Sch. post pluribus distinctionem majorem posuit. Mr.

(2) Imitatur auctor Platonem reip. iv. in fine, quo loco parum

reip. et legum interesse dicitur, utrum plures an unus dominetur, dummodo is legibus iustis imbutus sit. Commemorato autem iustitiae nomine videtur Cicero jam aucupari occasionem scribendi libri tertii, in quo Laelius pro iustitia disputaturus est.

Quoniam testibus meis] i. e. Quando quidem testimoniis meis. Docent grammatici, ablativum instrumenti in hominibus poni non solere, non igitur dici, dominus servo extinctus est sed vel a servo vel fraude servi. Attamen quamvis sit rarior iste ablativus, non quidem omnino exemplis destituitur, v. c. apud nostrum de Offic. I. 39. 139. nec domo dominus, sed domino domus honestanda est: ubi sine dubio oppositionis elegantioris causa ita loquitur. Mr.

animum adverti, nuper] Ita distinxit cum Heinrichio. Lehnerus distinxit post nuper. Mr.—Ciceronis Formianum vid. Epp. ad Att. I. 4. ad Famfl. xvi. 10. Dolabellae Formianum Epp. ad Att. xv. 13. Cr.

(3) Nota Laelii Formianum.

te familiae valde interdicere, ut uni dicto audiens esset. *L.* Quippe villico. *s.* Quid domi? pluresne praesunt negotiis tuis? *L.* Immo vero unus, inquit. *s.* Quid? totam domum num quis alter, praeter te, regit (¹)? *L.* Minime vero. *s.* Quin tu igitur concessis idem, in re publica <sup>P. 159.</sup> singulorum dominatus, si modo iusti sint, esse

*valde interdicere, ut uni dicto audiens esset.*] Nihil moment Editores; sed tamen haec constructio ita singularis est, ut viro cuidam docte de vitio etiam suspecta fuerit. Cum enim et sententia et ratio grammatica postulare ei videretur: *interdicere, ut ne cui nisi uni dicto audiens esset:* investigavit loca, quibus post interdicere positum esset ut. Unum reperit in Or. pro Caecina 8, 23. *His rebus ita gestis—praetor interdixit, ut est consuetudo, de vi, hominibus armatis, sine ulla exceptione, tantum, ut, unde deiecisset, restitueret.* Sed facile apparet ut pendere a tantum quod dicitur pro nisi ea addita. Alterum ap. Caesarem de B. G. v. 58. 4. *Praecipit atque interdicit—unum omnes petant Induciomarum; neu quis quem prius vulneret, quam illum interfectum viderit.* Hoc vero loco dici potest, a praecipit pendere petant, ab interdici autem neu (i. e. neve)—vulneret. — Neque tamen de lectionis veritate dubitandum, nam plane eadem, qua nostro loco, constructione usus est Cicero in Or. pro Caecina 28, 80. *Praetor, inquit, interdixit, ut, unde deiecit esset, eo restitueretur:* ubi interdixit idem significat, quod edixit. Ad uni intelligendum: *neque vero pluribus. Mr.*

*interdicere,*] Ego intelligo *vetare*, et, propter illud *valde*, locum per *ἀντιπαθῶν* accipiendum puto. Est facetum genus loquendi.

Ad v. *dicto audiens* v. J. Fr. Gronov. ad Liv. xxix. 20. idem et Drakenb. ad Liv. viii. 4. Perizon. et Bauer. ad Sanct. Minerv. iv. 4. nr. 45. Vol. II. p. 93. ed. Bauer. Interpr. ad Nepot. Datam. II. 3. p. 417. ed. Bardili ibiq. indic. p. 477. Ruddimann. Institt. Gramm. Lat. II. p. 124. ed. Stallbaum. Cr.

(1) Huc fortasse respicit Lactantius, Ciceronis perpetuus imitator (observante Hieronymo ep. lxx. 5.) de ira D. cap. xi: *non possunt in una domo multi esse domini, nec in navi una multi gubernatores.* Ita et epitom. c. II.

*tu igitur concessis idem,*] Ita distinctum cum Lehnero, ut *tu—idem* ponatur pro *tu—etiam*, ut est ad Attic. iv. 1. *eundemque te—acerbissime discidium nostrum tulisse.* Heinr. correxit et distinct: *concedis, item in re publica* etc. quod non est reprobandum; sed, cum nostra ratio satis se tueri posse videatur, necessarium non duxi. A. M. distinct post *re publica* et post *dominatus*, itemque Steinack. Sed Sch. non nisi post *dominatus. Mr.*

*Adducor igitur et propemodum assentior.*] Ita Cod.; et servarunt hanc descriptionem Steinack. Lehn. et Villem. Sed Sch. recepit A. Maji conjecturam *Adducor, inquit, et etc.* Heinr. licentius etiam: *Adducor, inquit, propemodum, ut assentiar.* Hoc vero est Ciceronem corrigere. Mihi probatur Steinackeri interpretatio in indice Latinit. p. 162. dicentis: *igitur* eleganter brevitati inservit:

optimos? *L.* Adducor igitur<sup>(a)</sup> et propemodum assentior<sup>(1)</sup>.

*XL.* Et Scipio, Tum magis assentiere<sup>(b)</sup>, Laeli, si, ut omittam similitudines<sup>(c)</sup>, uni gubernatori, uni medico<sup>(2)</sup>, si digni modo sint iis artibus, rectius esse, alteri navem committere, aegrum alteri, quam multis, ad maiora P. 102.  
P. 160. pervenero. *L.* Quenam ista sunt? *s.* Quid? tu non vides, unius impor-  
 | tunitate et superbia Tar-  
 | quini nomen huic populo in odium venisse

(a) Ita cod. Melius fortasse scriberetur *inquit*, quam *igitur*. Sane superius p. 99. v. ult. librarius mutavit *inquit* in *igitur*.

(b) Cod. *adsentiar*. Malet fortasse aliquis *adsentiere*. [A. M. edidit *assentiare*, quem secuti sunt Editores reliqui. *Mr.*]

(c) Ita cod. 2. manu; at 1. *similitudinis*: illud praestat, quia Genitivus non exit in *ium*.

latius dicendum erat: *Ratio cogit, ut haec probabiliter a te disputari videantur; itaque adducor* etc. Sed errat Censor Lipsiensis 1824. 12. p. 91. ab A. Majo *assentiar* in *assentior* mutatum esse narrans. *Mr.*

(1) Hinc illud venustum Lycurgi dictum ad garrulum, qui, ut democraticam faceret Spartam, suadebat; tu vero prior, inquit Lycurgus, democratiam domi tuae esse iubeto: *πρὸς τὸν κελεύοντα ποιῆν ἐν τῇ πόλει δημοκρατίαν, οὐ πρῶτον, εἶπεν, ἐν τῇ οἰκίᾳ σου ποιῆσον δημοκρατίαν.* Plut. apophth. reg. p. 717, et lac. p. 851. et in Lycurgo cap. xix.

*assentiere—si—ad maiora pervenero.* *Assentiere* scripsi ex sententia Cr. in schedis. Solet enim noster jungere futurum exactum futuro vel praecedenti vel subsequenti. V. c. de Senect. 6. 18. *de qua* (Carthagine) *vereri non ante desinam, quam illam excisam esse cognovero:* de Orat. II. 65. 261. *Ut se mentem feceris, ita metes.* *Mr.*

(2) Gubernatoris medicique similitudinibus varie multumque utitur Plato in politico, in rep. et in leg. Sic et Horatius ep. lib. II. 1. 114, Symmachus ep. iv. 7. x. 2. *importunitate et superbia*] Ita noster in Verr. Act. II. L. II. 50. 74. *Iste quamquam est incredibili importunitate et audacia; pro Cluent. 61, 170. quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto vellet; in Pison. 9. 21. ex omnium scelerum importunitate—concretum.* de Or. I. 53. 230. pro Sulla 27. 75.—Post *Tarquini* male cum A. M. distinxit Villem. Ad rem conf. infra II. 26. *Mr.*

*in odium venisse*] Vid. Schütz. Lex. Cic. xix. 3. in *venire*, qui tamen falso laudat Epist. ad Att. x. 7. Tu vid. de Finib. II. 24. 79. *Ne in odium veniam si amicum destitero tueri*, et tene constructionem *huic populo*. Ael. Lamprid. in Commodio c. 4. p. 482. ed. Leid. 1673. *In senatus odium ita venit, ut et ipse crudeliter in tanti ordinis perniciem saeviret.* [In ed. Bip. locus



regium<sup>(1)</sup>? *L.* Video vero, inquit. *s.* Ergo etiam illud vides, quo progrediente oratione venturum<sup>(2)</sup> me puto, Tarquinio exacto<sup>(3)</sup> mira quadam exultasse populum insolentia liberta-

[*(a)* Cod. *ventura* (aut *futura*) 2. manu, quum 1. fuisset *vita*. Atqui utrumque omitti potuit. [Corr. *futura*. A. M. in Emm.] *(b)* Malet fortasse aliquis *excluso*, cuiusmodi est glossa p. 95. n. 2.

hic est cap. 3. p. 103; sed cap. 4. legitur: *Commodum in tantam odium incidisse.*] *Cr.*

*nomen — regium*] Fortasse legendum *regum*: conf. inf. cap. 43. ubi est *regum* a 1. manu, a 2. *regium*. *Cr.* — Ad rem cf. de Finn. III. 22. 75. *Rectius enim appellabitur rex, quam Tarquinus; qui nec se, nec suos regere potuit.* *Mr.*

(1) Cicero de leg. III. 7: *regale civitatis genus, probatum quondam, postea non tam regni quam regis vitii repudiatum est.* Confer tamen nosmet infra p. 106. n. 1.

*de quo progrediente oratione ventura me dicturum puto,*] Haec stare non posse viderunt, quotquot hunc locum attigerunt viri docti. Minime placet A. Maji suspicio, *futura*. Quid enim sibi vult *progrediens oratio futura*? Ciceronem certe talis elegantia non redolet. Zachariae l. c. p. 263. coniecit: *de quo progr. or. satis me dicturum puto.* Censor Jen. 1823. 34. vult: *de quo progr. or. iterum me dicturum puto.* *Cr.* in schedis pro *ventura* coniecit vel *multa* vel *plura* vel *ultra* vel *ultra* i. e. porro. Postremum ideo etiam, quia infra II. 11. consimili errore est *adutum* pro *adultum*. *Ultra* dicit i. e. in libro II. ubi haec acrius exponit Scipio. *Mr.*

*quo progrediente oratione venturum me puto,*] Ita mihi propius ad Ciceronis manum accessisse videor, deletis verbis *de et dicturum*, quae adscripta vi-

dentur fuisse ad explicandam lectionem *quo — venturum*. Illa autem glossa, recepta ab homine religioso quam doctiore, turbas fecit. Quam saepe autem Cicero progrediente oratione dicat: *venio nunc* etc. non est, quod exemplis allatis doceam. Ita dixit in Epp. ad Fam. III. 5. *Veni in eum sermonem, ut dicerem* etc. [cf. etiam Cic. pro Rosc. Am. 50. 83. *Venio nunc eo.* *Cr.*] *Vocabulum de post vides* etiam ita ortum esse potest, ut aliquis, qui imperativum mallet, scriberet *vide*.

*des.* *Mr.* *exultasse*] Vetus poeta apud Cic. de Orat. III. 41. 166:

*Erras, erras: nam exsultantem te, et praesidentem tibi Reprimunt validae legum habentae atque imperii insistent jugo.*

*Exsultantem* est *εξαγοῦντα*. Vid. Ruhnk. ad Timaei Lex. Plat. p. 234. add. Olympiodor. in Plat. Alcib. I. p. 34. *Cr.* — Vid. etiam Cic. de Legg. II. 15. 39. p. 277. sq. ed. nostr. et *Cr.* *Mr.*

*mira quadam — insolentia libertatis*] Si *insolentia* est i. q. *desuetudo*, ut est ap. Cic. de Invent. I. 2. 2. *primo propter insolentiam reclamantes*: de Or. I. 22. 99. *sed — istius disputationis insolentia, atque earum rerum — inscitia*: si, inquam, est i. q. *insuetudo* (ut Spartiani vocabulo utar), adjectivum *mira* ei non admodum accommodatum est. Quid enim miris mirum, quam

tis<sup>(1)</sup>: tum exacti in exilium innocentes, tum bona direpta multorum,<sup>(2)</sup> „tum annui consules<sup>(a)</sup>, tum demissi populo fasces<sup>(3)</sup>“ tum P. 101. provocaciones omni || um rerum, tum secessio<sup>(b)</sup> plebis<sup>(c)</sup>, tum prorsus ita acta pleraque, ut in

(a) Sigonius (jure meritoque dubitante Patricio) in fragmentis editis perperam heic malebat scribere *tum instituti annui consules*. (b) Ita cod. 2. manu; at 1. *secessionem*. (c) Cod. *plebie*, mox factum *plebi*; erat autem illa metathesis pro *plebei*. Iam *plebei* vel *plebi* secundo casu multis exemplis confirmatur, ut Ambrosiano Tullii interprete; Tullio ipso ad fam. VII. 27. x. 16; Varro LL. IV. 14; Gellio II. 11. IV. 18; ne plures laudem. Denique utrum scribatur *ei* an *i* in eiusmodi terminationibus, parum referre ait Sextus Emp. contra gramm. I. 9. [A. M. edidit *plebei*, quod tulissem in formula *tribunus plebei*: in sermone Ciceronis continuo et polito servandum non fuit: praesertim cum *plebie*, ut scriptum est a 1. manu, ortum esse possit ex *plebis* aequae ac ex *plebei*. Mr.]

populum, qui semper sub regibus fuerit, insuetum esse libertatis? Desidero igitur: *mira quadam exultasse populum licentia, insolentia libertatis* i. e. ob libertatis insuetudinem. Si *insolentiam* dices esse i. q. *arrogantiam* et *superbiam*, tum conveniet *mira*. Sed praestare videtur prior explicatio. Ad rem conf. Cic. de Legg. III. 7. 15. p. 408. ed. nostr. et Cr. Mr.

(1) Sic de populo Rom. loquitur etiam Val. M. VIII. 9. 1.

tum exacti in exilium] Heinr. correxit *ejecti*, nimirum quia modo praecessit *Tarquinio exacto*, ne idem vocabulum statim recurreret. Et solet noster de exilio uti verbo illo, v. c. de Orat. III. 3. 11. C. Cotta — *ejectus est e civitate*: in Catil. II. 6. 12. *sunt — qui dicant, a me in exilium ejectum esse Catilinam*. Sed nolui violentius agere. Mr.

(2) Easdem calamitates narrat Polybius (apud Suidam voc. *isoloysi*) accidisse in urbe Messene, quo tempore ibi fuit democratia; ne recentiora apud nos exempla commemoremus, quae sunt notissima.

(3) Locum e I. de rep. citat Nonius voc. *demittere*, quo loco male editiones habent *dimissi*; in Plantiniano autem exemplari meo viri docti manu corrigitur *demissi*. Sed tamen mendam *dimissi* retinent; constanter Nonii codices Vaticanani. [Liv. II. 7. *Consul* (P. Valerius U. c. 245.) — *vocato ad concionem populo, submissis fascibus in concionem descendit. Gratum id multitudini spectaculum fuit; submissa sibi esse imperii insignia: confessionemque factam, populi, quam consulis, majestatem vinque majorem esse. Mr.*]

*provocationes omnium rerum,*] Eadem constructio est de Legg. III. 3. 6. *Militiae ab eo, qui imperabit, provocatio ne esto*. Conf. infra II. 31. Mr.

*secessio*] Cum a 1. manu scriptum fuerit *secessionem*, a Cicerone profectum videri potest *secessiones*. Fuerunt enim tres, temporibus non nimium distantes; neque etiam noster de brevi temporis spatio se loqui significat. Primam secessionem fuisse constat a. u. 260., alteram u. c. 303. tertiam a. u. 466. de qua v. Freins-

P. 103. populo essent omnia. L. Est, inquit, ut dicis. Est vero, inquit Scipio, in pace et otio. Licet enim lascivire, dum nihil metuas, ut in navi, ac saepe etiam in morbo levi. „Sed ut ille, qui „navigat, cum subito mare coepit horrescere, (1)“ et ille aeger, ingravescente morbo, unius opem implorat: sic noster populus in pace et domi (2) imperat et ipsis magistratibus, | minatur, recu- P. 102. sat, appellat, provocat; in bello sic paret, ut

(a) Ita 2. manu, at 1. domo.

hemii Supplem. Livv. in locum L. XI. 26. ib. laudd. De omnibus vid. Car. Sigonii Fastos Consulares et in eos comment. p. 39. 60. 166. ed. Henr. Steph. 1568. — Statim cum Heintr. et Villem. pro plebei scripsimus plebis. V. Schneider. Formentl. p. 359. Ruddimann. Gr. L. I. p. 72. sq. Mr.

Est, inquit, ut dicis. ] Fortasse: Est ita, ut dicis. Conf. de Legg. I. 6. 18. Non est ita: ibiq. Goerenz. p. 23. et Moser. p. 45. Cr. — Sed Cic. de Finn. III. 5. 19. legitur: Est, ut dicis, inquam. Mr.

Est vero, inquit Scipio, ] Ita Cicero in his ipsis de Rep. libris dixit, quem locum ex Lactantio Inst. I. 18. p. 115. ed. Bünem. laudavit noster supra in testimonio n. 30. (neque vero in fragmentis ipsis, ubi ei locus debebatur, ut loco ex Senecae Epist. cviii., quem ibidem addidit A. Majus:) Est vero, inquit, Africane. Mr.

dum nihil metuas. ] Eadem constructio est in tritissimo illo, ex L. Attii Atreo, versu apud Cic. de Off. I. 28. 97. oderint, dum metuant. In seqq., quem locum etiam habet Nonius, Patricius dedit subiit pro subito. Ceterum male intelligunt verbum horrescere lexicographi, Schellerus in primis, qui vertit horribilem fieri itemque Kobbius in vers. h. l. Germanica:

wenn plötzlich das Meer zu schrecken beginnt; cum sit interpretandum horridum fieri i. e. quasi crispari, ut aequoris planities non sit amplius speculi instar. Mr.

(1) Locum e I. de rep. citat Nonius voc. horrendum et horridum.

ingravescente morbo, ] Ita locutus est noster in Catil. I. 13. 31. sic hic morbus, qui est in re publica, vehementius — ingravescet. Mr.

imperat et ipsis magistratibus, ] Ita distinxi cum Steinäckero, quamquam hic et h. l. et post singula quatuor verba sequentia semicola posuit. Reliqui Editores junxerunt magistratibus minatur; nobis concinnius loqui videbatur noster, dicens, populus — et ipsis magistratibus imperat, quibus parere deberet. Noli vero offendi verbis et ipsis, nimirum quod et pro etiam a Ciceronis loquendi more abhorreat. Vide modo quae monuimus ad Cic. de N. D. p. 810. Ed. maj. et ibid. (I. 5.) p. 12. ed. nostr. min. Mr.

appellat, ] Hoc quoque sensu hoc verbum plerumque cum accusandi casu jungitur, si significat confugere, invocare. Rarius est, quamvis hodie usitatus, quod legitur in Edd. vet. in Or. pro

regi (¹): valet enim salus plus, quam libido. Gravioribus vero bellis etiam sine collega omne imperium nostri penes singulos esse voluerunt, quorum ipsum nomen vim suae potestatis indicat. Nam dictator quidem ab eo appellatur, quia dicitur (²); sed in nostris libris (³) vides eum, P.104. Laeli, magistrum populi appellari (⁴). L. Video, inquit (⁵). Et Scipio, Sapienter igitur illi

Desiderantur  
paginae duae.

vete- || res . . . . .

[ (a) Codex habet inquit. A. M. in Add.]

Quint. 20. 64. *cujus procurator a praetore ad tribunos appellare ausus sit*: ubi nunc pleraeque ad omittunt. De sensu juridico verborum *appellandi* et *provocandi* vid. , quod supra laudavimus, Lexicon luridicum ex Brisson. Hotman. Pratej. Cujac. (Gen. 1615.) p. 122 et 943. *Mr.*

(1) Ius Romanum Quintilianus decl. cccxlviii profert: *imperator in bello summam habeat potestatem*. Confer Sallust. Cat. xxxix; Livium III. 4; Caesarem B. Civ. I. 4. Eandem obedientiam fuisse Athenis in belli Persici terrore docet Plato leg. III. p. 698. sqq.; generatimque Atheniensium morem parendi rectoribus in periculo, resistendi eisdem in securitate notat Polybius vi. 44. Lege etiam Augustinum C. D. v. 12.

*omne imperium*] Vid. quos laudavimus ad hanc rem in Antt. Romm. compendio p. 225. De Dictatore ib. p. 171. sqq. *Cr.*

(2) Sic apud Longum p. 2254: *oriens consul magistrum populi dicat*. Haud recte autem Eusebius chron. I. 47. (an potius interpretes Armenius?) vocem *dictator* explicat *eloquens*. Sed recte Plutarchus in Marcel. xxiv, Varro L. L. iv. 14, Suetonius Iul. lxxvii a *dicendo* repetunt. Paulus *magisterare* docet esse *imperare*. De nomine dictatoris sapienter

more suo disputat Dionysius V. 73. Fallitur sane Isidorus orig. ix. 3. dum ei magistratui tribuit quinquennalem potestatem, quae non fuit nisi semestris. Eleganter denique Iuvenalis x. 109. Iulium Caesarem dictatorem, seu populi magistrum, circumlocutione petita e ludo definit: *ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites*.

(3) Nempe *auguralibus*, teste Seneca ep. cviii, qui hunc locum Ciceronis legebat. Dicit autem Scipio *nostris*, quia tum ipse tum Laelius in collegio augurum fuerunt. [cf. supra testimonia p. LII. sq. *Cr.*]

*magistrum populi*] Adrem vid. excursus xii. ad Cic. de Legg. III. 3. 7. ed. nostr. et. *Cr.* p. 509. sq. coll. p. 585. 573. 705. *Mr.* — Vid. in primis ib. Dionys. Halic. v. 73. ubi *Ἀδωνῆραι*. Drakenb. ad Liv. iv. 13. J. Fr. Gronov. ad Liv. ix. 34. J. L. Lyd. de magg. Romm. I. 36. p. 61. etiam *Ἀδωνῆροι*. Schulting. in Ottonis Thesaur. Tom. III. adde Marini gli Atti de' Fratelli arvall. II. p. 737. Niebuhr. R. G. II. 119. cf. I. 63. *Cr.*

(4) Sic Cicero ait etiam leg. III. 3. fin. III. 22. Ergo propinquius videtur accersi vox *dictator* a *dicendo*, quod facit *magister*, quam a *dicitur*.

*Sapienter igitur illi veteres. . .*] In hac, quae sequitur, lacuna ope-

XLI. .... (¹) iusto quidem rege cum est po- P. 149.  
 pulus orbatus, *pectora dura tenet desiderium* (²), sicut ait Ennius (³), post optimi regis obitum

(a) Ita [*dia*] cod. 2. manu; et 1. *dia*. Et sane *dia* recte a poeta dicitur: *diu* autem sententiae loci congruit, sed a quantitate lege recedit.

ris nostri haec perisse videtur sententia: animum populi nunquam a regio imperio plane fuisse abalienatum, ejusque rei, praeter alia, indicium illud fuisse, quod vel libera re publica is, qui summi magistratus (eo forte extincto) vices gereret, et novo vel creando vel dicendo praeesset, *interrex* appellaretur. Cr.

(1) Haud scio, an revertatur Scipio ad veterum populorum nominatimque Romanorum testimonium, qui unius imperium praecoptaverunt. Sane, ut est apud Dionysium II. 3. sqq. quum Romulus populum rogavisset, regnone an libera rep. uti vellet, populus regi parere maluit. Rursus, ut dicitur in II. de rep. erepto e vivis Romulo, idem populus non patrum sed regis auspiciis gubernari se voluit. Itaque in hac brevi lacuna videtur sermo fuisse de praestantia regii dominatus, quo illa simplicitas veterum hominum carere noluerit; cuius rei desiderium in obitu praesertim principis palam fiebat. Lege ex gr. de desiderio populorum in obitu Theodorici regis Cassiodorum var. lib. VIII.

*pectora dura tenet desiderium, sicut ait Ennius.*] A. Majus in Ed. praec. hoc versus initium posuit post verba *regis obitum*, contra quam jubet codex, quem tamen postea in Emm. sequendum duxit. Quas Emm. non inspexit Lehnerus, cum scriberet annotationem suam: „At unde Cicero, nem homo doctus ille [A. Majum

„dicit] novit versus primum interruptere noluisse? Plures „certe versus ita interruptos in „nostris Edd. alii tulere.“ Neque istum A. Maji *ερανορθεωσιν* respererunt Heinr., Sch. et Villem. *Dura* autem scripsimus cum Steinackero, ut dudum in schedis nostris correxeramus, his verbis additis: *dia*, ait A. M., recte a poeta dicitur. At quomodo recte dictum esse potest, quod ne explicari et intelligi quidem potest? *Dia pectora* quomodo populi Romani pectora recte appellentur, non video. Melius certe conveniret hominibus Romuli aetate viventibus: *Pectora dura tenet desiderium*. Videlicet ut a Virgilio Aen. IX. 468. vocantur *Aeneadae duri* i. e. minime molles: et a Porcio Licinio Romani *Romuli gens fera* vocantur. Vid. Gell. N. A. XVII. 21. ib. Gron. p. 799. sq. Et loquuntur hi versus de Romanis tempore belli punico secundi:

*Poenico bello secundo Musa  
 pinnato gradu  
 Intulit se bellicosam in Romuli gentem feram.*  
 Mr.

(2) Lactantius inst. I. 15: *Romulum desiderio suis fuisse declarat Ennius, apud quem populus amissum regem dolens haec loquitur* etc. ut supra apud Tullium; sed tamen brevius, nempe a verbis *o Romule* etc. Praecedentia quippe Ennii verba nunc primo cognoscimus.

simul inter <sup>(a)</sup> P. 105.

*Sese sic memrant, o Romule, Romule die! (b)  
Qualem te patriae custodem di genuerunt!*

*O pater! o genitor! o sanguen dis oriundum!*

Non heros <sup>(c)</sup> nec dominos <sup>(1)</sup> appellabant eos, quibus iuste paruerunt, denique ne reges quidem <sup>(2)</sup>; sed patriae custodes, sed patres et

(a) Cod. orbatus pectora dia tenet desiderium, sicut ait Ennius, post optimi regis obitum, simul inter etc., cuius vitiosae scripturae emendationem, duorumque versuum priorum constitutionem perdocti viri animadversioni debeo. [Immo retinenda est verborum collocatio, prout est in Codice; monendumque tantummodo, qua ratione Cicero versus Ennii interpolaverit. A. M. in Emm.] (b) Ridicule in editis Ennii fragmentis anal. I. (non II, ut mendosa Prisciani Putschii editio p. 708.) pro die est dic o. Quamquam iamdiu Ursinus eam protulit emendationem, quae nunc a Vaticano palimpsesto confirmatur. [Codex habet dii, sed prior i videtur expuncta. A. M. in Emm.] (c) Ita codex [eros], tum fortasse superaddita est h. Et quidem Fronto de nep. am. ed: Med. p. 204. erili habet pro herili.

*Romule die!*] Hellerus in progr. laud. p. 11. Animatam, ait, dei effigiem regem dixit vetus ille, quisquis fuit, gnomicus poeta: *εἰκὼν δὲ βασιλεὺς ἴσθην εὐρυχοῦ* 200 (Ed. Brunckio Schaef. p. 304): nomen deorum ad reges translatum fuisse refert Cic. de Rep. I. 41. quod cave cum servili ista sequioris aetatis adulatione confundas: cogitandum potius de antiquissima Indigetum Larumque veneratione, cuius dilucidum habemus exemplum Aeneam, post mortem Jovis Indigetis nomine cultum. Mr.

*Qualem — genuerunt!*] Miro consilio Sch. in fine hujus versus interrogandi signum posuit. Mr.

*O pater! o genitor!*] Conf. Hom. Odys. B. 47. *ὅς ποτ' ἐν νῦν τοῖς θεοῖσιν βασιλευε, παρῆο δ' ὡς ἥπιος ἦεν.* Cr. — Vid. ad eum locum Clark. et quos laudat ille, inprimis Gatakerum ad Antonin. l. 9. p. 11. ed. Traject. 1697. f. m. Add. Heller. l. c. p. 10. sq. Mr.

*o sanguen*] Vid. Ruddimann. I. p. 17. Prisciani Institut. Gramm. VI. 12: 66. p. 262. Krehl. ib. laud. Cic. in Hortensio. Goerenz. ad Cic. de Fin. v. 11. 31. p. 567. sq. Cic. de Orat. III. 59. 218. ibiq. Harles. p. 622. Caeterum regius sanguis de Europa Horat. Od. III. 27. 65. sanguis Pompilius, idem de A. P. 292. *claras Anchisae Venerisque sanguis*: idem in carm. secul. 50. Cr.

*Non heros*] Ita scripsi pro eros cum Villem. et rell. Edd. Sed A. Majus scripsit eros, ut Bentlejus in sua Terentii editione. Mr.

(1) Utrum reges sint appellandi domini disputat Lydus de mag. Rom. I. 6. [Plato de Republ. V. p. 465. a. p. 241. Bekkeri: *δεσπότας — σωτηράς τε καὶ ἐπικούρους — εὐμυρίακας — φύλακας.* Cr.]

(2) Quid ergo ait Sallustius Cat. II? *reges, nam in terris nomen imperii id primum fuit.*

*patriae custodes,*] Conf. Schwarz. ad Plin. Panegy. cap. 93. p. 480. Cr. — Ita ipse noster

deos (1). Nec sine causa. Quid | enim adiun- P. 150.  
gunt?

*Tu produxisti nos intra* (a) *luminis oras.*  
Vitam, honorem, decus sibi datum esse iustitia  
regis existimabant (b) (2). Mansisset eadem vo-  
luntas (c) in eorum posteris, si regum simili-  
tudo permansisset. Sed vides unius iniustitia  
concidisse genus illud totum rei publicae (3). L.  
Video vero, inquit, et studeo cursus istos muta-

(a) In editis fragmentis est archaismus *endo* pro *intra*; sed Lactantius *intra* ut codex. (b) Ita 2. manu; at 1. *existimant*.

(c) Cod. 1. manu *voluntas*; 2. *voluntas*.

in Or. pro Sextio 24. 53. *Proh dii immortales, custodes et conservatores hujus urbis atque imperii. Mr.*

(1) De vetustissimo regum iure et honoribus legis Aristotelem reip. I. 2. III. 14.

*Quid enim adiungunt?*] Lehnerus distinxit: *Quid enim? adiungunt* —: reliqui cum A. Majo: *Quid enim adiungunt?* nisi quod Heinr. omnem omisit distinctionem. Mihi quidem probaretur Lehneri ratio, nisi constaret, apud Ciceronem post *Quid enim?* semper sequi negationem. Vid. Goerenz. ad Cic. de Fin. IV. 25. 69. p. 508. Heindorf. ad Hor. Sat. I. 1. 7. ubi est: *Quid enim? concurrerit: horae momento cita mors venit aut victoria laeta. Mr.*

*luminis — decus*] Hinc apud eundem Ennium in Corp. Poet. Lat. II. p. 1467: *O Lux Trojae germane Hector.* Conf. Virgil. Aen. II. 281. et Wetsten. N. T. I. p. 856. de voce *φῶς*. Cr.

*existimabant.*] Lectionem *existimant*, quae est in Cod. a 1. manu, nihil offensionis habere existimat Lehnerus. Ego vero offender illa lectione, quia in eadem constructione de eadem re paulo superius dixit *appellabant*. Quod

si vero ait proxime antecedere *adiungunt*; respondeo illud respondere verbo, quod est in versibus superioribus *inter sese sic memorant. Mr.*

(2) Recole de rep. I. 35. Tum et Aristoteles reip. III. 14. observat, reges olim propter beneficentiam fuisse electos propter populisque caros. Sic etiam in sacris litteris Luc. XXII. 25: *reges gentium dominantur eorum; et qui potestatem habent super eos, benefici vocantur.*

*genus illud totum*] Congruenter et ad sensum et ad verba ait noster de Legg. III. 7. 15. *Sed quoniam regale civitatis genus, probatum quondam, postea, non tam regni, quam regis, vitis repudiatum est* etc. ad quem locum nos in nostra et Cr. ed. p. 408. laudavimus Cic. de Rep. I. 40. pr. Mr.

(3) Contradicit Orosius II. 4: *Romani quanta mala per ducentos quadraginta et tres annos continua illa regum dominatione pertulerint* etc. *Si unius tantum superbia fuisset in culpa, ipsum solum oportuisset expelli, servata regia dignitate melioribus.* [sed Orosius? Cr.]

*cursus — mutationum*] Ita su-

r. 147. tionum || non magis in nostra, quam in omni re publica, noscere.

XLII. Et Scipio, Est omnino, cum de illo genere rei publicae, quod maxime probo, quae sentio, dixerō, accuratius mihi (a) dicendum de commutationibus rerum publicarum (1), etsi minime facile eas in ea re publica futuras puto (2). Sed huius regiae prima et certissima est illa mutatio. Cum rex iniustus esse coepit, perit illud illico genus, et est idem ille tyran-

p. 148. nus, deterrimum | genus et finitimum optimo: quem si optimates oppresserunt, quod ferme evenit, habet statum res publica de tribus secundarium: est enim quasi regium (b), id est

(a) Cod. 1. manu *tibi*; quae lectio deinde expuncta est, scriptumque videtur *mihi*. Posteriorem lectionem retineo, qua docemur Scipionem, non Laelium, in his libris disputavisse de rerum commutationibus. [Villem. a Laelio in tertio libro de his expositum putat. Cr.] Codicis enim emendatorem, qui integro opere utebatur, haud temere scripsisse *mihi pro tibi* puto. [Servavit tamen *tibi* A. M. in Ed. Rom.; sed in Emm. corrigi jussit *mihi*. Mr.]  
(b) Ita cod. 2. manu; at 1. *regum*. Recole cap. xxxv.

pra I. 29. *mirique sunt orbes et quasi circuitus in rebus publicis commutationum et vicissitudinum — moderantem cursum.* — Vid. initium cap. proximi. Cr.

*non magis in nostra, quam in omni re publica,*] Ita Corn. Nep. Dione 3, 2. *amicum non magis tyranno, quam tyrannidi.* Epist. ad Brut. 10. *nec externis hostibus magis, quam domesticis, laboramus.* Ad Fam. I. 8. (Mart. Lag. 9.) *Sed nec mihi magis, quam omnibus.* Quis credat exemplis opus esse ad hanc constructionem firmandam, qua nihil est certius? At impulit nos, ut hoc faceremus, Schützii emendatio plane palma-

*ris: non modo in nostra, quam in omni re publica.* Mr.

*mihi dicendum*] Villem. in contextu servavit *tibi* idque vertendo expressit, quod item commisit interpres Germanicus *Pierre*, quem utrum *Petrum* an *Petram* Latine dicam nescio.

(1) Disputationis haec pars desideratur in matilo codice Vaticano. Videtur autem eam auctor absolvisse in sexto, cujus vide fragmenta cap. I.

[(2) Plato reip. viii. p. 546. *χαλεπὸν μὲν κινήθηναι πόλιν οὐ τῷ ἐνστάσαν.* A. M. in Emm.]

*Cum rex injustus esse coepit,*] Cod. et edd. omnes *coepit*. Mihi vero nihil vero est similis, quam ortum esse hoc



P. 107. patrium, consilium populo bene consulentium principum. Sin per se populus interfecit aut eiecit tyrannum, est moderatior, quoad sentit et sapit, et sua re gesta laetatur, tuerique vult per se constitutam rem publicam. Si quando aut regi iusto vim populus || attulit<sup>(a)</sup>, regnove P. 243. eum spoliavit<sup>(b)</sup>, aut etiam, id quod evenit sae-

(a) Ita cod. quum alibi sit *ad non at*. Sic modo *adinet* modo *attinet*; quam duplicem horum diserte duorum verborum scripturam appellat Scaurus p. 2252, et 2260. (b) Videtur scribendum *spoliavit*; quamquam alii indicativi sequuntur. Sed locum grammatici considerent. [Vid. Ind. Latinit. v. Synchysis.]

futurum exactum ex vocabulo statim subsequente *perit*. Perfectum autem Indicativi sensus non patitur tantum, sed flagitat. Ita noster ad Att. VII. 7. *Nemini est exploratum, cum ad arma ventum est, quid futurum sit*. Brut. 4. 16. *ager, — cum multos annos quievit, uberiores efferre fruges solet*. Statim pro *ilico*, quod est in Cod., rescripsi *illico*. Vid. Cellarii Orthogr. Lat. p. 256. ed. Harles, et G. J. Vossius Etymol. L. L. v. locus p. 293. ed. Elzev. Pro *et finitimum* fortasse malit aliquis *idemque finitimum*, ut est de N. D. III. 32. 80. *vir innocentissimus idemque doctissimus; ut idemque sit i. q. et simul*, ut hodie plerique dicere solent. Ad rem conf. infra II. 26. *Mr. est moderatior*.] Ita ex mente Cr. et praecedentibus Villem. et Steinackero scripsi, ut placuit etiam Lehnero, pro *et moderatior*. Minus placet Heinrichii correctio *et moderatur*; tum certe desideret aliquis additum *sibi*, v. *animi*, v. *irae*. *Mr.*

*constitutam rem publicam.*] Eodem sensu verbo *constituendi* usus est de *re familiari* in Or. Philipp. XI. 2. 4. *non ad spem constituendae rei familiaris, quam tenere cum posse negant, qui norunt*: eodemque

sensu triumviri illi se dixerunt *triumviros rei publicae constituendae*. Alibi noster saepe dicit *constituere civitatem, iudicia, jus, urbem, fundamenta rei publicae*. Alio vero, quam nostro loco, sensu est de Off. II. 21. 75. *Hanc enim ob causam maxime, ut sua tenerent, res publicae civitatesque constitutae sunt*. *Mr.*

*attulit* } Cod. *attulerit*. Ego vero constructionem secum in concordiam redigendam duxi, quia sequitur *spoliavit* — *gustavit* — *substravit*. Heinrichius servavit *attulerit*, et tum correxit *spoliavit*: motus, opinor, Niebuhrii rationibus, qui in Indice Latinitatis s. v. *anacoluthia modorum* de h. l. locutus est: „nisi *attulit* scribere placet, omnino rescribendum *spoliaverit*, ut, quod aliquando evenissae, sed vix, aut certe raro, evenire innuit Cicero, *subiunctivo* modo posuerit: *indicativo* illud, quod saepe factum constabat.“ Quae quidem placere vix poterunt ad grammaticam rationem ei, qui locum accuratus inspexerit. Omitto, quod non facile quis verba *attulerit* et *spoliaverit* *subiunctivo* modo posita esse concedet. *Mr.*

*spoliavit* — *sanguinem gustavit* — *substravit libidini*] Quod

pius, optimatum<sup>(a)</sup> sanguinem gustavit<sup>(b)</sup>, ac totam rem publicam substravit libidini suae<sup>(1)</sup>; cave putes, aut mare ullum aut flammam<sup>(c)</sup> esse tantam, quam non facilius sit sedare, quam effrenatam<sup>(d)</sup> insolentia multitudinem<sup>(2)</sup>.

(a) Cod. 1. manu *optimatum*, 2. *optimatum*. Recole cap. xxvi.

(b) Cod. 1. manu *gustabit*, 2. *gustavit*. Ita accidit sequenti voci *libidini*.

(c) Ita [*flamam*] cod. pro *flammam*. Recole cap. iv. p. 16.

(d) Ita cod. At superius cap. xxxiv. p. 90. *ecfrenati*. [Tum Cod. a prima m. *insolentia* a 2. *insolentia*. A. M. in Emm.]

ad verba conveniunt haec Tullii loca: ad Att. vi. 1. *nihil illo regno spoliatus, nihil rege egentius*, ubi Edd. vett. nonnullae habent *nihil illo rege spoliatus*. Or. Philipp. II. 29. 71. *gustaras civilem sanguinem*: et Sueton. Octav. 68. *quasi pudicitiam — Hirtio — substraverit*. Mr.

*gustavit*,] Villem. ad h. l. ita: „*Gustabi* [vult, credo, *gustabit*] „forte legendum est [dicere debuit: legendum videtur] optimo „dicendi more [?], quo saepe „scribitur, *si fortuna dubitabit* „et alia ejusdem modi.“ Qua ratione hoc dixerit, ipse viderit. Mr.

(1) Rem tragice canit Lucretius V. 1135, ubi de politicis commutationibus: *regibus occisis subversa iacebat — pristina majestas — sub pedibus volgi magnum lugebat honorem*.

*cave putes autem*] Conf. supra ad I. 35. *Ecce autem*. Asc. in Cic. Verrin. I. 6. „*Ecce autem* proprium est Ciceronis in rebus improvisis“. Conf. J. F. Gronov. et Drakenb. ad Liv. vii. 35. p. 615. Bentleji Indic. in Terent. Ruhnken. ad Terent. Eunuch. II. 3. 6. p. 185. ed. Bruns. *Autem* in responsione, quae fit interrogando, habet vim indignandi. Ruhnken. ibid. iv. 7. 28. p. 237.

*Autem* etiam iterandi significatum habet: Lindemann. ad Plauti Mil. glor. III. 1. 83. iv. 4. 13. *Autem* affectum animi et commotionem significat: Schütz. Part. Latt. §. 156. p. 105. Nostri h. l. dicerent: *Dann glaube nur ja nicht*. Adde Goerenz. ad Acad. II. 30. 96. p. 176. cf. II. 28. 91. p. 168. et Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 17. 47. p. 75. Ad sententiam facit Schilleri locus in carmine *die Glocke* p. 182. sq. ed. Stuttg. 1814. Conf. etiam infra III. 33. Cr.

*cave putes aut mare ullum aut flammam*] Non potui quin Heinrichii correctionem recipere *aut* scribentis pro *autem*, ut a *cave putes* apodosis incipiat: quamquam *autem* in consecutione ponitur apud Cic. de Finn. III. 18. 59. *Quoniam enim videmus esse quiddam, quod recte factum appellemus; (id autem est perfectum officium) erit autem etiam inchoatum*. Steinackerus autem dicit verba *cave putes* usque ad *multitudinem* in parenthesi esse posita et apodosis initium habere a verbis: *Tum fit illud* etc. male ab hoc capite avulsis. Ego optimam eam apodosis, quam ego posui, esse existimo. Mr.

(2) Ita Euripides Iph. in Aul. 1357. τὸ πολὺ γὰρ δεινὸν κακόν.

XLIII. Tum fit illud, quod apud Platonem est luculente dictum, si modo id exprimere Latine potuero; nam difficile factu | est (<sup>1</sup>); sed P. 244.

P. 108. conabor tamen. \* Cum enim, inquit, inexplibiles populi fauces exaruerunt libertatis siti, malisque usus ille ministris non modice temperatam,

\* Plato reip. VIII. p. 562. Ὅταν, οἶμαι, δημοκρατουμένη πόλις, ἐλευθερίας διαψάσασα, [Bekk. διαψάσασα] κακῶν οἰνοχόων προστατούντων ῥύχη, καὶ πορρωτέρω τοῦ θεόντος ἀκράτου αὐτῆς με-

luculente dictum] Eodem sensu dixit noster in Epp. ad Att. XII. 21. *Cato—verbis luculentioribus et pluribus rem eandem comprehenderat. Mr.*

si modo id exprimere Latine potuero;] Primo statim ad spectu existimabam existiturum aliquem, qui corrigat potero: neque vero credebam, Schütziū id facturum, quod nunc ab eo factum video. Atqui ipse Tullius alibi quoque, ut h. l., locutus est. Sic Brut. 5. 21. *Ego vero, inquam, si potuero, faciam vobis satis.* Vid. etiam Stallbaum. ad Ruddimann. Inst. Gr. Lat. II. p. 583. Heusing. in Praef. ad Cic. de Off. p. LX. eund. ad Cic. de Off. III. 23. 3. Cic. de Legg. II. 18. 45. *Platoni prorsus assentior: qui, si modo interpretari potuero, his fere verbis utitur:* ubi vid. annot. Goerenz. et nostr. p. 296. quo loco Schützius de lectione mutanda non cogitavit. — Sed verbo defendendus est Cicero contra A. Majum, qui eum sibi non satis constare existimat, cum de Legg. II. 7. dicat: *genus orationis Platonicae imitari difficile esse, sententias interpretari perfacile.* Atqui optime sibi constat Tullius, utroque enim loco idem dicit, videlicet imitari i. e. exprimere Platonicae orationis elegantiam difficile esse. Sed in errorem abduxit virum doctissimum verbum exprimere, quod in

loco libb. de Legg. laudato explicari credebat verbo interpretari, cum sit h. l. i. q. similitudinem alicujus rei reddere. Cujus usus apud nostrum tot exstant exempla, ut centum etiam et amplius haud difficulter expromere possis, quale illud est de Orat. II. 22. 90. *Tum accedat exercitatio, qua illum, quem ante delegerit, imitando effingat atque ita exprimat.* Infra in fine hujus versionis c. 44. prc. laudat Laelius Scipionem, quod Platonis verba non interpretatus modo sit, sed prorsus expresserit. Mr.

(1) Notabile Tullii dictum de interpretando Platone; quamquam de Leg. II. 7. ait, genus orationis Platonicae imitari difficile, sententias interpretari perfacile. Iam totum hunc locum Tullius mira brevitate ac libertate Latinum facit, prorsus ut in aliorum librorum interpretationibus solitus fuit, observante Hieronymo ep. LVII. 5, et ad Os. prolog. lib. III. Profecto suam libertatem ipse Cicero fatetur in fine opusculi de genere oratorum; eademque et in topicorum interpretatione utitur. Platonis locum Graecum carptim nos, prout oratio Tulliana feret, ponemus.

exaruerunt—hauserit] Ad h. l. Lehnerus: „hauserit etsi praecessit exaruerunt. Vid. c. 42.“ Ibi videlicet temporum σύγκρισις, quam nos sustulimus, hoc loco

sed nimis meracam, libertatem sitiens hauserit (1),  
tum magistratus et principes, nisi valde lenes  
et remissi sint, et large sibi libertatem mini-

ἑυθῆ (2), τοὺς ἄρχοντας δὴ, ἂν μὴ πάνυ πρόαι [Bekk. πρόαι] αἰσι, καὶ πολλὴν παρέχωσι τὴν ἐλευθερίαν, κολάζει αἰτιωμένη ὡς μαρούς τε καὶ ὀλιγαρχικούς. — Δρωσί γὰρ, ἔφη, τοῦτο. Τοὺς δὲ γε, εἶπον, τῶν ἀρχόντων κατηκόους προηλεκκίζει, ὡς ἐβελοδοῦλους τε καὶ οὐδὲν ὄντας, τοὺς δὲ ἄρχοντας μὲν ἀρχομένοις, ἀρχομένοις δὲ ἀρχουσιν ὁμοίους, ἰδία τε καὶ δημοσία ἐπαινεῖ τε καὶ τιμᾶ· ἂν οὐκ ἀνάγκη ἐν τοιαύτῃ πόλει ἐπὶ πάν τὸ τῆς ἐλευθερίας ἵεναι; — πῶς γὰρ οὐ; — καὶ καταδύεσθαι γε, ἣν δ' ἐγώ, ὦ φίλε, εἰς [B. εἰς τε] τὰς ἰδίας οἰκίας, καὶ τελευτᾶν μέχρι τῶν θηρίων τὴν ἀναρχίαν ἐμφομενῆν. — πατέρα μὲν ἐθίζεσθαι παιδί· ὁμοιον γίγνεσθαι καὶ φοβεῖσθαι τοὺς νιείς, νιὸν δὲ πατρί, καὶ μήτε αἰσχύνεσθαι μήτε δεδιέναι τοὺς γονέας, ἵνα δὴ ἐλεύθερος ἦ. μετοικῶν δὲ ἀστῶ καὶ ἀστῶν μετοικῶ ἐξισοῦσθαι, καὶ ξένον ὠσαύτως. — διδάσκαλός τε ἐν τῷ τοιοῦτῳ φοιτητᾶς φοβεῖται καὶ θωπεύει, φοιτηταὶ τε διδασκάλων ὀλιγωροῦσιν, οὕτω δὲ καὶ παιδαγωγῶν· καὶ ὅλως οἱ μὲν νέοι πρεσβυτέροις ἀπεικάσονται καὶ διαμιλλῶνται καὶ ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις, οἱ δὲ γέροντες συγκαθίζοντες [συγκαθιέντες B.] τοῖς

excusatam existimabat. Ego vero, ut non tuli illam σύγχυσι, ita nostro loco tempora aequata nolum. Vult enim: quando exaruerunt populi fauces libertatis siti, et si forte, illud cum acciderit, libertatem nimis meracam sitiens hauserit, tum etc. Verbum meracus semel tantum, et comparativo gradu, in reliquis Ciceronis libris legitur, de N. D. III. 31. 78. ut, si medicus sciat eum aegrotum, qui iussu siti vinum sumere, meracius sumturum — magna sit in culpa. — Hauriendi autem verbo usus est item sic metaphorice, ut h. l., Philipp. xi. 5. 10. quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis? Mr. — Conf. Plato de Legg. vi. p. 773. p. 454. Bekk. οὐ γὰρ ῥάδιον ἐγνωεῖν ὅτι πόλιν εἶναι δεῖ δικὴν κρατῆρος κεκραμένην οὐ μαινώμενος μὲν οἶνος ἐγχεχυμένος ζεῖ, κολαζόμενος δὲ ὑπὸ νηφοντος ἑτέρου θεοῦ καλὴν κοινωρίαν λαβῶν ἀγαθὸν πῶμα καὶ μέτριον ἀπεργάζεται. Cr.

(1) Merito sic loquitur summus

imperator Scipio; namque, ut ait Tacitus hist. iv. 8: *imperatoribus egregis modus libertatis placet*. Sic Quinctius (Liv. xxxiv. 49.) ad Graecos: *libertate modice utantur: temperatam eam, salubrem et singulis et civitibus esse; nimiam, et aliis gravem, et ipsis, qui habeant, effrenatam et praecipitem esse*. Locutionem Tullii imitatur Augustinus C. D. I. 30, dum ait: *populo Romano inesse meraciorem dominandi libidinem*.

*libertatem ministrent*] *Ministrandi* verbo cum alibi noster non nisi proprie utatur, tenendum est eum in vertendis e Graeco sermone locis nonnunquam sibi aliquid indulsisse, ut ad exemplum proxime accederet, quod ex sua persona loquens sibi non indulsisset; quod etiam de verbis *meracam libertatem sitiens hauserit et populi fauces exaruerunt* intelligi volo. Mr.

(2) Huc usque Platonis verba refert etiam Athenaeus xi. 15, ubi de poculis.

strent, insequitur, insimulat, arguit, praepotentes, reges, tyrannos vocat<sup>(1)</sup>. Puto enim tibi haec esse nota. L. Vero, mihi, in || quit' ille, no-<sup>P. 151.</sup>  
tissima. s. Ergo illa sequuntur<sup>(a)</sup>: eos, qui  
pareant principibus, agitari ab eo populo, et<sup>(b)</sup>  
<sup>P. 109.</sup> servos voluntarios appellari<sup>(2)</sup>; eos autem, qui

νέοις εὐτραπείας τε καὶ χαριέντισμον ἐμπίμπλανται, [B. ἐμπίμπλανται] μιμούμενοι τοὺς νέους, ἵνα δὴ μὴ δοκῶσιν ἀηδεῖς εἶναι μὴδὲ δεσποτικοί. — τὸ δὲ γε ἔσχατον, τῆς ἐλευθερίας τοῦ πλήθους, ὅσον γίνεται ἐν τῇ τοιαύτῃ πόλει, ὅταν δὴ οἱ ἐωνημένοι καὶ αἱ ἐωνημέαι μὴδὲν ἤττον ἐλεύθεροι ὡς τῶν προαιμένων· ἐν γυναιξὶ δὲ πρὸς ἀνδρας καὶ ἀνδράσι πρὸς γυναῖκας ὅση ἡ ἰσονομία καὶ ἐλευθερία γίνεται, ὀλίγου ἐπελαθόμεθ' εἰπεῖν. — ἀτεχνῶς γὰρ αἱ τε κῶνες κατὰ τὴν παροιμίαν οἶαι περ αἱ δεσποικαὶ γίνονται τε δὴ, καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι πάνυ ἐλευθέρως καὶ σεμνῶς εἰθισμένοι πορεύεσθαι, κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐμβάλλοντες τῷ αἰε ἀπαντῶντι, ἐὰν μὴ ἐξίστη-

(a) Ita cod. [secuntur] ut alibi *accus* pro *aequus*. (b) Cod. ut; tum emendatum 2. manu et.

*insequitur*] Monitus sum a viro quodam docto, ut scriberem *insectatur*, hoc enim esse proprium Ciceroni in tali re verbum. Et est sane. Ita v. c. Or. pro Planc. 19. 48. *etiam, atque etiam insto atque urgeo, insector, posco*. Sed tamen etiam usus est eodem, quod hic legitur, verbo, in eadem re in Or. pro Rosc. Amer. 50. 145. *Quid vis amplius? quid insequeris? quid oppugnas?* Mr.

*praepotentes*] Vides satis liberam esse h. l. Ciceronis versionem. Sed sensum Platonis commode reddit. Ipsum illud esse *praepotentem* homini Romano in vitio ponebatur. Quam in rem est locus de Finn. II. 18. 57. *Sed finge non solum callidum eum, qui aliquid improbe faciat, veram etiam praepotentem: ut M. Crassus fuit; qui tamen solebat uti suo bono: ut hodie noster grat Pompejus, cui recte facienti gratia est habenda: esse enim quamvis vellet justus, iniquus poterat impune*. Videlicet id

ipsum, ut aliquis posset esse impune injustus, invisum erat. Platonis verbum *αἰτιωμένη* in Ficini versione, quam exhibet Bekkerus, prima p. 411. redditur *causas*, sed Fic. sine dubio scripsit *causans*, vel, ut est in correcta Ficini versione (in ed. Bipontina), *accusans*. Mr.

(1) Ipse videlicet Scipio a C. Graccho in concione tyrannus per contumeliam dictus fuit, quod superius ad cap. xxvi. in nota retulimus.

*Vero, mihi, inquit ille, notissima.*] Lehnerus, obsecutus censori Jenensi (1823. 34.), dicenti *vero mihi* latinum non esse, inverso ordine dedit *Mihi vero*. Quod, si in codice repertum esset, lubens reciperem; nunc non plane necessarium puto. Distinxi post *vero*, ut haec vox simpliciter affirmet, ut est supra c. 37. *Vero, minus*: et de Legg. I. 24. extr. *Vero: facis et merito*: conf. annot. nostras ad utrumque locum. Mr.

(2) Hinc illud Coclitis ad pro-

in magistratu privatorum similes esse velint, eosque privatos, qui efficiant, ne quid inter privatum<sup>(a)</sup> et magistratum differat, „ferunt laudibus et mactant honoribus, <sup>(1)</sup>“ ut necesse sit, in eiusmodi re publica plena libertatis esse omnia; ut <sup>(b)</sup> et privata domus omnis vacet

P. 152. domina | tione; et hoc malum usque ad bestias perveniat; denique, ut pater filium metuat, filius patrem negligat, absit omnis pudor, ut plane liberi sint; nihil intersit, civis sit an peregri-

ται· καὶ τὰλλα [B. τὰλλα] πάντα οὕτω μετὰ ἐλευθερίας γίνε-  
ται· — τὸ δὲ δὴ κεφάλαιον πάντων τούτων ξυνηθροισμένων ἐγνοεῖς;  
ὡς ἀπαλὴν τὴν ψυχὴν τῶν πολιτῶν ποιεῖ, ὥστε καὶ οὐτοῦν δουλείας  
τις προσφέροται, ἀγανακτεῖν καὶ μὴ ἀνέχεσθαι· τελευτῶντες γάρ  
πον οἷσθ' ὅτι οὐδὲ τῶν νόμων φρονιζουσι γεγραμμένων ἢ ἀγρά-  
φων, ἵνα δὴ μηδαμῆ μηδεὶς αὐτοῖς ἢ δεσπότης.

(a) Ita cod. 2. manu; at 1. *privatum*. (b) Cod. *aut*; verum a videtur expuncta.

ceres Etruscos Liv. II. 10: *servitia regum superborum, suae libertatis immemores.*

*ferunt laudibus et mactant honoribus,*] Haec, quae dudum ex Nonio nota sunt verba, plerumque ad librum sextum esse relata monet Sch. laudatque editionem suam T. XVI. P. II. p. 91. Neque vero hoc factum est in Ed. Victoriana Roberti Stephani neque a Carolo Stephano, qui recte ea in fragmentis incertae sedis collocaverunt. Illud primi fecerunt Lambinus et A. Patricius. Ceterum voce *mactandi* in libris, qui exstant, bis utitur Tullius hoc, quo nostro loco, sensu: Or. in Vat. 6, 14. *cum puerorum extis deos manes mactare soleas*; et inversu, de Divin. I, 11. 18. *et laeto mactasti lacte Ldtinas*. Mr.

(1) Verba haec e Cicerone de rep. sed sine libri nota, atque omissa copula et citat Nonius voc. *mactare*. Locum exprimit, tacito

Ciceronis nomine, etiam Lactantius inst. v. 9: *eos laudant et honoribus mactant*. (Item inst. I. 15, ubi legendum *mactare pro jactare*). Tum Arnobius lib. v. p. 160, et vi. p. 221. *mactare honoribus*. Sane et Arnobius dici videtur abs Hieronymo ep. LXX. 5. dialogorum Ciceronis imitator. [Fuit certe Arnobius Lactantii, qui toties Ciceronem expilat, magister. A. M. in Add.]

*vacet dominatione;*] Conf. Epist. ad Fam. iv. 8. *Si enim libertatem sequimur: qui locus hoc dominatu vacat?* Post *perveniat* A. M. plene distinxit, recte improbante censore Lips. (1824. 6.). Illam tamen secuti sunt praeter Heinr. omnes. Mr.

*civis sit an peregrinus;*] Opponuntur hi sibi invicem in Verr. Act. II. L. iv. 55. 77. *Repertum esse — scitote — neque civem neque peregrinum, qui illud — auderet attingere*. Mr.

P. 110. nus<sup>(1)</sup>; magister ut discipulos metuat et iis blandiatur, spernantque discipuli magistros; adolescentes ut senum sibi pondus assumant, senes autem ad ludum adolescentium descendant, ne sint iis odiosi et graves: ex quo fit, ut etiam servi se liberius || gerant, uxores eodem iure<sup>P. 161.</sup> sint, quo viri; quin<sup>(a)</sup> tanta libertate canes etiam et equi, aselli<sup>(b)</sup> denique, liberi sint, sic<sup>(c)</sup> incurrant, <sup>(d)</sup> „ut iis<sup>(e)</sup> de via deceden-

(a) Cod. in; tum superadditum qu. (b) Cod. asilli; mox 2. manu aselli. (c) Ita Cod. sine ulla copula. (d) Ita 2. manu; at 1. incurrant. (e) Ita [is] Cod. pro iis vel his.

(1) Quam gravibus poenis excluderentur peregrini a civium iure et negotiis, docet Libanius in oratione Hyperidis pro Demosthene. Confer eundem in Archidami et in ducis apologiis.

*Quin tanta libertate*] Primo statim ad spectu haec mihi suspecta fuit lectio, aequae ac lin. seq. illud *liberi sint, sic incurrant*, existimavi quae utrumque locum eodem laborare vitio, videlicet excidisse duas voculas propter similitudinem syllabae antecedentis et sequentis, de qua re disserit G. Scioppius de Arte Critica plag. H. fol. 6. (Norib. 1597.) Post *quin* igitur desiderabam *in*, et *si* ante *sint*, ut legeretur *Quin in tanta libertate — liberi si sint, sic incurrant*. Si enim scriptum fuit, ut est saepissime in Pandectis Florentinis, *QVIN — SINr*, legendum fuit *quin in — si sint*, quod neglectum a scriptore corruptionem peperit. Nunc video duobus etiam viris displicuisse lectionem loci nostri, quorum alter (Zachariae l. c. p. 85.) *Quin in* et *si incurrant* legendum censet, alter (Heinr.) corripit *liberi sint* et *si incurrant*. Posterius mihi quoque in mentem

venerat, sed displicebat mihi structura: *tanta libertate — liberi sint*. Neque nunc me suspicionis meae poenitet, quamquam, quae conieci, in contextum recipere ausus non sum. Sensus autem, quem ego, si recipiatur mea lectio, loco inesse censeam, non est opus explicare latius. *Mr.*

*sic incurrant*,] Eodem, quo h. l., sensu dicit noster de Fin. I. 15. 44. *nec tantum in alios caeco impetu incurrunt*: sed contrario plane in Or. pro Sext. 6. 14. neque quemquam *offendet oratio mea, nisi qui se ita obtulerit, ut in eum non invasisset, sed incurrisse videamur*: ubi ad nostri loci sensum dici poterat: *nisi qui ita incurrerit, ut in eum — incidisse videamur*. *Mr.*

*ut iis de via decedendum sit.*] Similiter locutus est Tullius in Or. pro Cluent. 59. 163. *sic hominem accipiemus, ut moleste ferat, se de via decessisse*: et pro Coelio 16. 38. *se nulla cupiditate ductum de via decessisse*: nusquam vero plane ut nostro loco. At ita dixit Plautus Trinumm. II. 4. 80. (v. 480.) *decedam ego illi de via, de semita*: ante Bentelejum erat

„dum sit<sup>(1)</sup>.“ Ergo ex hac infinita, inquit, licentia haec summa cogitur, ut<sup>(a)</sup> ita fastidiosae mollesque mentes evadant civium, ut, si minima vis adhibeatur imperii<sup>(b)</sup>, irascantur et perferre nequeant: ex quo leges quoque incipiunt negligere, ut plane sine ullo domino sint.

P. 162. XLIII. Tum Laelius, | Prorsus, inquit, expressa sunt a te, quae dicta sunt ab illo. s. Atque, ut iam ad sermonis mei morem revertar, ex hac nimia licentia, quam illi solam liberta-

(a) Cod. *ud*. Et quidem *ud* superadditum est 2. manu; nam 1. nihil scripserat, quia paulo post fecerat *evadent*; sed manus secunda fecit *ud* etc. *evadant*.

(b) Ita Cod. 2. manu; at 1. *imperi*.

etiam apud Terent. Heautont. Prolog. 31. *servo currenti in via decesse* [pro *decessisse*] *populum*. Ille vero rescripsit *dixisse*. Plautus in Amphitr. III. 4. 1 et 4. habet: *omnes de via decedite — ni decedat mihi* et 7. *mi magis par est via decedere*. Mr.

(1) Locum (omisso verbo *is*) citat Fronto exempl. eloc. voc. *decedo* e Cicerone de rep. sed sine libri nota.

*summa cogitur*] Quod h. l. dicit *μεταφορικῶς*, in Hortensio simili modo proprie dixit Fragmm. p. 1178. ed. Ern. min. ap. Nonium v. *aera*: *Quid tu, inquam? soles, cum rationem a dispensatore accipis, si aera singula probasti, summam, quae ex his confecta sit, non probare?* In seqq. quod dicit *fastidiosae mollesque* similiter dixit *fastidium delicatissimum* de Finn. I. 2. 5. Mr.

*ut si minima vis*] Coniiciat fortasse aliquis *si vel minima vis adhibeatur*: ut est de Off. I. 41.

*prc. musicorum aures vel minima sentiunt*: praesertim cum *vox* vel facillime obliterari potuerit. Vid. modo Goerenz. ad Cic. de Finn. v. 24. 71. p. 622. Sed eodem, quo nostro loco, locutus est modo Cic. de N. D. I. 10. 24. *ut vel subaudiendum sit: quodque in nostro corpore, si minima ex parte significetur, molestum sit*: ubi vid. Wytttenbachii explicationem Ed. Cr. et nostr. maj. p. 725. Ed. min. p. 20. ubi perperam verba *si* — *significetur* vel spuria vel corrupta censebat esse Davisius. Mr.

*expressa sunt a te,*] Verbum *sunt* abest ab Ed. Heinrichii Quod cur deletum sit, non video, nisi forte operam incuria et correctoris culpa excidit. Mr.

*libertatem putant,*] Restituimus cum Heiar., Steinack. et Lehn. primae manus scriptionem, *putant*, pro qua recepit A. Majus correctionem *putarent*. Hanc recepit Schützius probaruntque Cens. Jen. 1823. 34. et Cr. in Schedd., qui laudat Ruhnken. ad Rutil. Lup. I, 13. p. 45. Mr.



tem putant (a), ait ille\*, ut ex (b) stirpe quadam, exsistere et quasi nasci tyrannum. Nam ut ex nimia potentia principum oritur interitus principum, sic hunc nimis liberum populum libertas ipsa servitute afficit. Sic omnia nimia, cum vel in tempesta || te, vel in agris, vel in corporibus laetiora fuerunt, in contraria fere convertuntur, maximeque (c) id in rebus publicis evenit: nimiaque illa libertas et populis et pri-

\* Plato ibid. p. 563. Ταυτόν, — ἕπερ ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ νόσημα ἐγγεγόμενον ἀπώλεσεν αὐτήν, τοῦτο καὶ ἐν ταύτῃ πλέον τε καὶ ἰσχυρότερον ἐκ τῆς ἐξουσίας ἐγγεγόμενον καταδουλοῦται δημοκρατίαν καὶ τῶ ὄντι τὸ ἄγαν, τὴν ποιεῖν μεγάλην φιλεῖ εἰς τὴνναντίον μεταβολὴν ἀνταποδιδόναι, ἐν ὧραις τε καὶ ἐν φητοῖς καὶ ἐν σώμασι, καὶ δὴ καὶ ἐν πολιτείαις οὐχ ἤκιστα. — ἡ γὰρ ἄγαν ἐλευθερία εὐκὴν οὐκ εἰς ἄλλο τι ἢ εἰς ἄγαν δουλείαν μεταβάλλειν καὶ ἰδιώτη καὶ πόλει. — εὐκότως τῶνδ', οὐκ ἐξ ἄλλης πολιτείας τυραννίς καθίσταται ἢ ἐκ δημοκρατίας, ἐξ, οἶμαι, τῆς ἀκρατοῦς ἐλευθερίας δουλεία κλειστή τε καὶ ἀγρωτάτη. — P. 565. τοῦτο μὲν ἄρα δῆλον, ὅτι ὅταν περ φηται τυραννος, ἐκ προστακτικῆς εἴσης καὶ οὐκ ἄλλο-

(a) Ita [putarent] Cod. 2. manu; at 1. putant. (b) Ita [e] 2. manu; at 1. ex. (c) Videtur excidisse id. [Quod nos addimus. Mr.]

ut ex stirpe] Hic quoque nobis cum Heinr. restituenda visa est primae manus scriptio ex, quam ponant, qui accurate scribunt, eum significandum est, aliquid ex intima alicujus rei natura exire. Praecipit de hac re; vel potius se alibi accuratius praecipiturum pollicetur, Goerenz. ad Cic. Acad. I. 11. 42. p. 65. ad de Finn. II. 5. 15. p. 136. III. 18. 60. p. 388. IV. 11. 26. p. 453. et 18. 54. p. 487. sq. Praecepit item Ruddimannus in Inst. Gr. Lat. II. p. 357. et nuperime accuratius Ramshorn. in Gr. Lat. p. 283. sq. Censor, quem modo laudavimus, Jenensis mavult e, nulla ratione addita. In seqq. Sch. distinxit potest existere, neque vero post quadam. Mr.

servitute afficit.] Servitute afficere aliquem alibi quidem Cicero non dixit, neque, quod sciam, scriptores alii. Neque vero de ejus dictionis probitate dubitandum est. Qui enim dicit valetudine, desperatione affici, is etiam, praesertim in versione, dicere potuit servitute afficere. Quod vero est de Or. III. 18. 68. O Metellum — jam affectum senectute, huc non pertinet: ibi enim affectum est i. q. debilitatum. Mr.

maximeque id in rebus publicis evenit:] Non potui, quin reciperem cum Steinackerō, quod A. Majus recipiendum esse censuit, id, quae vocula facile ante in excidere potuit. Exte libentius caruerit aliquis paulo infe-

vatis in nimiam servitutum cadit<sup>(a)</sup>. Itaque ex hac maxima libertate tyrannus gignitur, et illa iniustissima et durissima servitus. Ex hoc enim

*Θεν ἐκπλασθάνει. — οὐκοῦν ἕνα τινὰ ἀεὶ ὁ δῆμος εἴωθε διαφερόντως προῖστασθαι ἑαυτοῦ, καὶ τοῦτον τρέφειν τε καὶ αὔξειν μέγαν. — P. 566. οὗτος δὲ, ἔφη, ὁ βασιλεύων γίγνεται πρὸς τοὺς ἔχοντας τὰς οὐσίας. — τὸ δὴ τυραννικὸν αἴτημα τὸ πολυθρόνλητον [B. πολυθρόνλητον] ἐπὶ τούτῳ πάντες οἱ εἰς τοῦτο προβεβηκότες ἐξευρίσκουσι, αἰτεῖν τὸν δῆμον φύλακὰς τινὰς τοῦ σώματος, ἕνα σὺς αὐτοῖς ἢ ὁ τοῦ δῆμου βοηθός.*

(a) Ita Cod. evidenter cadit; nisi est mendum pro cedit. Tacitus [Annal. I. 1.] Pompeii potentia in Caesarem cessit. [Tacit. Hist. I, 70. Noricos in cetera victoriae praemia cessuros. Mr.]

rius in verbis et ea continentur demonstrativo, quam hoc loco. Mr.

*in nimiam servitutum cadit.*] Singularis certe est loquendi ratio cadit mihi libertas in servitutum: quare suspecta fuit A. Majo et Niebuhrio: Schützius vero A. Maji conjecturam cedit in contexta recepit. Neque vero nos idem faciendum censuimus. Quamvis enim legatur etiam apud Livium I. 52, 2. quo ab Tullo res omnis Albana in Romanum cesserit imperium: bene tamen monuerunt Lehn. et Cens. Lips. 1824. 7. nihil esse mutandum, Steinack. autem, vocabulum cedit abhorrere ab hac sententia ait. Cedere enim in aliquem esse ita in aliquem caderē, ut is ejus rei particeps fiat atque ea potiat: defendi etiam posse lectionem cadit consimilium auctoritate locorum: v. c. ad Att. VIII. 3. cadendum est in unius potestatem. Dativum habet idem verbum in eadem epistola paulo inferius: quoquo modo ea res huic quidem cecidit. Sed fateamur, quod verum est: insolentioem esse nostri loci structuram, sed eam tamen, quam in versione facilius feras. Mr.

*ex hac — libertate tyrannus*

*gignitur, et illa — servitus.*] Cod. habet tyrannus, neque Editorum aliquis quidquam monuit: moti, opinor, capitis nostri principio, ubi est: *ex hac nimia licentia — ut ex stirpe quadam, existere et quasi nasci tyrannum.* Quod ibi probe optimeque dictum est, nostro loco minime convenit. Primum enim apud Platonem legitur h. l. οὐκ ἐξ ἄλλης πολυκείας τυραννίς καθίσταται — ἐκ τῆς ἀκροτάτης ἐλευθερίας δουλεία κλειστή τε καὶ ἀγρωτάτη. Opponuntur igitur τυραννίς et δουλεία, neque vero τυραννός et δουλεία. Tum vero nemo facile credat, quod Plato concinne dixerit, a Cicerone inconcinne esse redditum. Neque vero mihi aliquis opponat, mox in loco Platonico sequi: ὅταν περ φύηται τυραννός. Haec enim non reddidit Cicero, certe non accurate; sed continentur quodammodo in sequentibus. In eodem vocabulo contraversa est scriptio ad Att. VII. 5. *Ex victoria cum multa mala, tum certe tyrannus existet.* Ita est ex Edd. quae nobis ad manum sunt, in Edd. Cratand. Car. Steph. Boulierii, Lamb., Sylburg. Godofr. Gryph. Graev. Verburg. Sed in Edd. Victor. (Rob. Steph.) Ern. Bip. Schütz. scribitur tyran-

populo indomito, vel potius immani, deligitur aliqui (a) plerumque dux contra illos principes af | fictos iam et depulsos loco, audax, impurus, P. 258. consectans proterve bene (b) saepe de re publica meritos, „populo gratificans et aliena et „sua (1)“: cui quia privato sunt oppositi timores, dantur imperia, et ea continuantur (2), praesidiis (c) etiam, ut Athenis Pisistratus, sae-

(a) Ita Cod. quae scriptura in Tullii codicibus non infrequens est pro *aliquis*. (b) Cod. *baene*; sed tamen *a* videtur deleta. (c) Ita 2. manu; at prima *praesidis* solita crasi.

*nus*. Quae lectio, etiamsi vera est, ad initium capitis nostri, neque vero ad hunc, quem correxi, locum facit. *Mr.*

*aliqui plerumque*] Obliterant priscam formam Villem. Heindr. Steinack. scribentes *aliquis*, illam tamen Steinack. in Add. restitui jussit laudans *infra* III. 16. *aliqui scrupus*, de Off. III. 7. 33. ubi vid. Beier. p. 256. Add. Goerenz. ad Acadd. II. 7. 19. p. 41. sq. II. 26. 86. Tusc. v. 21. 62. *aliqui terror*: p. 254. ed. Wolf. *Mr.*

*consectans proterve*] Adverbioproterve in iis quidem libris, qui exstant, alibi non usus est Cicero, Adjectivo aliquoties: rarius item *consectandi* verbo pro *insectari*: ut ad Att. II. 18. *Fusum clamoribus et conviciis et sibilis consectantur*. *Mr.*

(1) Locum e I. de rep. citat Fronto exemp. eloc. voc. *gratificor*.

*sunt oppositi timores*] Cic. pro Quint. 14. 47. *minae jactentur, pericula intendantur, formidines opponantur*. — *Opponere* jungitur etiam cum *officere*: v. Ruhnken. ad Rutil. Lup. I. 19. p. 65. ej. Opuscc. II. p. 720. Ad v. *gratificans* v. Fronton. Opp. T. II. p. 519. ed. praec. Mediol. *Gratificor illam rem tibi, ibiq. Sal-*

lust. Jug. 3. *nisi forte quem inhonesta libido tenet, potentia paucorum decus atque libertatem suam gratificari*. Hinc *gratia* in rebus veneris, graece *χαρις* et *χαριζομαι*, obsequi, morigerari turpiter. Vid. Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. p. 274. ib. Comicum ap. Fulgent. p. 565. — *quae suam numi causa parvi pendunt gratiam*. [p. 778. ed. Staveren.] *Cr.* — Schützius scripsit nihil monens *privato oppositi sunt*: quem hiatum insuavem cur induxerit, non video, neque id factum a quoquam probatum iri credo. In seqq. malim *eaque continuantur* vel omissum *ea*. Locationem vel formulam eandem de eadem re habet Liv. 58, 35. *Philopoemeni continuatur magistratus*, et 24, 9. *eum continuare consulatum velle*. De scriptioe verbi *saepire* monui supra ad I. 26. *Mr.*

(2) Augustinus C. D. I. 31. de Romanis optimatibus loquens et huc fortasse respiciens ait, *donec continuatis honoribus ad potestatem regiam pervenirent*. [Cogitabat autem de Caesare Cicero, cui paulo ante prorogatum fuerat imperium. A. M. in Add.]

*praesidiis -- saepiuntur*.] Ita locutus est Cic. de Off. II. 11. 39.

piuntur<sup>(a)</sup> (1). Postremo, a quibus producti sunt, P. 115. existunt eorum ipsorum tyranni: quos si boni oppresserunt, ut saepe fit, recreatur civitas; sin P. 133. audaces, fit illi factio<sup>(2)</sup>, genus aliud tyrannorum. Eademque oritur etiam ex illo<sup>(b)</sup> saepe optimatium praeclaro statu, cum ipsos principes aliqua pravitas de via deflexit. Sic tanquam pilam rapiunt inter se rei publicae statum tyranni ab<sup>(c)</sup> regibus; ab iis autem<sup>(d)</sup> principes aut populi; a quibus aut factiones aut tyranni:

(a) Ita Cod. cum diphthongo. (b) Cod. *ex illa*. (c) Fortasse *b* est expuncta. (d) Ita 2. manu; at 1. *aut*.

*quod — nullis praesidiis saepti multis afficiuntur injuriis: pro Milon. 1. 2. quamquam praesidiis salutaribus et necessariis saepti. — Ad. v. a quibus producti (i. e. amplissimum in locum evecti) sunt conf. Or. pro domo 9. 21. quem tu non pro ejus dignitate produxeris, ubi vid. F. A. Wolf. p. 158. conf. Ernest. Cl. Cic. s. v. — Recreari dixit noster de populo in Or. pro Sex. Rosc. 47. 137. non recreatus — sed — oppressus — populus Romanus est. Mr.*

(1) Sic de Pisistrato narrat Plutarchus in Solone cap. xxx. Ita Syracusis habuit custodes Dionysius nondum tyrannus, ut ait Aristoteles reip. III. 15; denique Corinthi Periander, quem memorat Heraclides Ponticus in politia. [Cf. Herodot. I. 59. Cr.]

(2) Quae in bonis amicitia est, eam esse inter malos factionem, apophthegma Sallustii est in Jug. xxxi. Sed enim id esse effatum non solum Sallustii, verum etiam Ciceronis scribit Io. Saresberien- sis polyer. III. 12.

*ipsos principes — pravitas de via deflexit.]* Observanda est haec singularis plane structura, Cice-

roni alibi non usitata *aliquid me deflectit*. Solet enim ille dicere vel *ego deflecto*, vel, rarius, *ego me deflecto*: cujus usus non opus est addere exempla: ejus vero exemplum, quem h. l. habemus, invenire mihi non contigit. Neque tamen ideo suspectus haberi debet locus, nam legibus grammaticis et rationi analogiaeque optime convenit: ejusque exempla si nunc desideramus, casu fortasse interciderunt. *Alia est locutio ego deflecto aliquid, quam habet noster Orat. 40. 137. ut declinet a proposito deflectatque sententiam: sed eum ita dixerit optime, cur non item bene dicere potuit: tua me sententia deflexit a mea? ergo etiam aliqua pravitas deflexit principes de via? Postremam, quam modo laudavi, structuram imitatus est Lactantius de Mort. Persecut. xi. p. 99. ed. Bauldri: nec tamen deflectere potuit praecipitis hominis insaniam: ubi Tollius scribi vult flectere, contra cap. 25. in verbis nisi eum amici ab illo favore flexissent idem vult deflexissent. Mr.*

*ab iis autem principes aut populi;]* Cum in Cod. a 1. manu sit *aut*, a 2. autem, suspiceris

nec diutius unquam tenetur idem rei publicae modus (').

XLV. Quod ita cum sit, ex tribus (a) primis generibus longe praestat, meâ sententiâ, regium (²); | regio autem ipsi praestabit id, quod P. 134. erit aequatum et temperatum ex tribus optimis

(a) Ita Cod. sine praepositione ex vel e.

Ciceronem scripsisse *ab iis autem aut principes aut populi*. Voces autem et aut sese excipientes, et simillimis saepe compendiis scriptae, sese invicem extrusisse videri possunt. Saepissime vero *aut* post *autem* neglectum deprehendi monuit Goerenz. ad Cic. de Finn. III. 21. 69. ubi idem factum est in duobus Codd. in verbis: *commoda autem aut incommoda* etc. Mr.

tenetur idem rei publicae modas.] Ne quis h. l. de locutione sibi Ciceroni valde frequentis, tenere modum, cogitet: jungenda: tenetur idem modus i. e. servatur idem status: sic supra dixit c. 27. extr. tenebat ornatum suum civitas: ad Fam. IV. 9. tenueris—statum—dignitatis tuae.

(1) Huic similem disputationem de trium reip. generum commutationibus habet Polybius VI. 3. 7. Loquitur autem heic apud Tullium Scipio Polybii auditor. Plato vero reip. VIII. p. 545. sqq. quatuor vitiosa genera politiae scribit, *τιμοκρατιαν, ολιγαρχιαν, δημοκρατιαν, τυραννίδα, ambitiosorum, paucorum, plebis effrenatae, tyranni*. [*τιμοκρατιαν* malim interpretari *dominatum locupletium* potius quam *ambitiosorum*: quamquam hoc postremum habet vulgata Platonis interpretatio. A. M. in Emm.] [Vid. Ast. ad Platon. Remp. VIII. 1. in Commentariis p. 579. Cr.]

ex tribus primis] Ita cum Heinr. scripsi ex mente Cr. Neque enim satisfacere potest, quod

ait Lehnerus *tribus primis* esse i. q. in tribus primis. Ita enim non facile aliquis intelligat, si dicitur *tribus primis generibus praestat regium*, fiet potius, quod accidit interpreti Gallico Villem. qui vertit: *préférable aux trois autres formes*. Graviter item peccat post haec interpres Germ. Pierre in verbis: *regio autem ipsi praestabit id, quod: allein was nach dem Königthume vorzuziehen, ist etc.* nisi forte voluit *noch*. Mr.

longe praestat, meâ sententiâ, regium;] Ita dixit noster Or. pro Rosc. Amer. 51. 88. *id quod ad rem, meâ sententiâ, maxime pertinet*: et de Or. I. 15. 64. *is orator erit, meâ sententiâ, hoc tam gravi dignus nomine*. Mr.

(2) Homeri notissimum illud *οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἰς κοίρανος ἕστω*. Sic diserte censet Plato (ut hujus unicum locum laudem) in politico p. 302, non sine tamen optimis legibus, *μοναρχία ζευχθεῖσα μὲν ἐν γράμμασιν ἀγαθοῖς, οὐς νόμους λέγομεν, ἀρίστη παθόν*. Apud Isocratem quoque in Nicolee monarchia ceteris politiae generibus studiose praefertur; itemque apud Plutarchum in brevi scripto de unius in rep. dominatione. De monarchiae praestantia totus est Stobaei sermo XLV. Sed cumulare de tam celebri re scriptorum testimonia, abutentis otio est.

ex tribus optimis] Zachariae l. l. p. 99. suspicatur legen-

rerum, publicarum modis ('). Placet enim esse quiddam in re publica praestans et regale; esse aliud auctoritati principum partum (a) ac tribu-

(a) Cod. *partium*.

dum esse *ex tribus primis*, ut paulo inferius est *quod et illa prima*. Ego vero nullam desidero correctionem et *optimis* dictum puto pro *probabilibus*, videlicet qui opponuntur improbabilibus (sit venia verbo) sive vitiiosis, de quibus vid. A. Maji annot. ad finem cap. praeced. — *Temperatum* est id quod circa finem capituli ait *moderate permixtum*. Conf. de Legg. III. 10. 24. *inventum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus aequari se putarent*. Mr.

(1) Haec est, puta, Polybii sententia vi. 3. Ejusmodi fuit Lycurgi institutio Lacedaemone, Polyb. ibidem; et Solonis Athenis, Arist. reip. II. 12. III. 11, Plut. in Solone xvii. sqq. Eadem fuit Karthagine, ut ait Cato apud Servium Aen. iv. 682. Parum vero accurate Strabo v. p. 439. ait Romanos, ejecto Tarquinio, remp. constituisse regiam atque optimatum administratione temperatam, *πολιτείαν συνδότησαντο μίτην ἐκ τε μοναρχίας καὶ ἀριστοκρατίας*; quasi populi nulla tunc fuerit Romae potestas.

*esse quiddam — regale*;] Substantive posuit *quiddam* de Legg. III. 10. 25. *Ego enim fateor in ista ipsa potestate inesse quiddam mali*: adjective, ut h. l., Acadd. I. 9. 53. *ut in his quiddam divinum esse diceret*. Quid intersit inter *quiddam* et *quoddam*, de eo breviter monuit Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 11. 35. Mr.

*auctoritati principum partum*] Ita dudum conjeceram, antequam aliorum de h. l. sententiam vidi. In eandem abeunt Sch. Lehn. Zach. et Birgerus Thorlacius in

Progr. Solenn. Acadd. ad celebrandum Regis Fr. vi. natalem, Havn. 1824. f. m. qui *principum* voce *optimatum* explicat. Heinr. dedit, ut A. M. ex cod. *auctoritate*, sed post *tributum* asteriscum, utpote corruptionis vel lacunae signum, apposuit. Steinackerus correxit suffragante G. Hermanno: *auctoritate principum partium ac tributum* i. e., ait, divisum ac distributum, videlicet in aliis rebus principes debent habere imperii quandam partem suam. Idque placet etiam Cr. in schedis, qui laudat Cic. Brut. 40. Orat. 4. Ern. Cl. Cic. v. *tribuere*; in primis autem de Orat. III. 30. ubi est *Eadem sunt membra in utrisque distributionibus, sed paulo secus a me partita ac distributa*. Accedit Steinackeri sententiae censor Lips. 1824. 8. p. 57. sed desiderat praeterea *auctoritati*. Mihi quidem non admodum placet A. Maji *partum* pro *tributum*, permissum, concessum; neque vero magis placet *partitum*, sive *scribas auctoritate* sive *auctoritati*. Illud si tenes, interrogo, quid tandem *divisum* ac *distributum* in re publica dici possit auctoritate principum? hoc si praefers, quaero, an dici possit dividi aliquid aut distribui auctoritati principum? Quare non possum quin apponam meam qualemcunque conjecturam posteriorem, cui nec plus nec minus tribuo, quam valet: *esse aliud auctoritati principum partium attributum*. Similiter junxit noster Or. pro Fonte. 6. 12. *aut cupidus auctoritas attributa videatur*: ad cuius normam loci noster ita re-

tum; esse quasdam res servatas iudicio voluntatique multitudinis. Haec constitutio primum „habet aequabilitatem quandam (<sup>a</sup>) magnam (<sup>1</sup>), „qua carere diutius vix possunt libe || ri; deinde <sup>P. 165.</sup> „firmitudinem (<sup>2</sup>).“ Quod et illa prima facile in contraria vitia convertuntur, ut exsistat ex rege <sup>P. 115.</sup> dominus, ex optimatibus factio, ex populo turba et confusio, quodque ipsa genera generibus saepe commutantur novis (<sup>b</sup>), hoc in hac iuncta

(a) *Quandam* addidit 2. manus; habet et Nonius. (b) Ita Cod. 2. manu; at 1. *commutantur nobis*, nempe *m* pro *n*; *b* pro *u*.

fingi posset: *esse aliquid auctoritatis principum partibus attributum. Mr.*

*esse quasdam res servatas iudicio — multitudinis.*] Legendum fortasse *esse quasdam res reservatas* etc. Cic. pro Muren. 21. *ejusmodi candidatorum amici — suam operam et gratiam iudicio et accusationi reservant.* Conf. Schütz. Lex. Cic. in voc. *Cr.* — Conf. etiam Cic. Orat. 48. 160. ubi est: *usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. Mr.*

*aequabilitatem quandam magnam*] De significatione *v. quandam* v. quae monuimus ad I. 8. ad verba *nee vero nostra quaedam. Cr.*

(1) Omne jus atque omnem legum latorum conatum in eo versari, ut aequalitas commoditatum inter homines constet, utque infirmi mortales a potentiorum ditiorumque iajuriis tuti sint, pulchre docet Athenaeus XII. 12.

*firmitudinem.*] Paulo rarius haec vox apud Ciceronem legitur: sed legitur tamen ad Fam. v. 13. de Invent. II. 19. 58. et ap. Auct. ad Herenn. III. 11. 20. Nos vero, cum A. Majus post h. v. plane non distinxerit, alii distinctionem minorem posuerint, plene distinximus cum Heinr. sublata

plena distinctione in seqq. post *commutantur novis*, ut ab hoc apodosis incipiat. Quid enim? An ideo firmitudinem habet haec constitutio, quia illa prima facile in contraria vitia convertuntur? Imo vero id vult: illa quidem facile in contraria vitia converti, temperatum autem illud genus ipsa sua conformatione firmitus esse illis. Quod autem *Cr.* in schedis desiderat: *Quod autem illa*, idem ego desidero, vel *Quod enim illa*. Si fuit *etiam* facilius intelligis, ut ex compendio oriri potuerit et. Lehnerus monet, verbis *quod* et respondere infra *quodque ipsa*, servatque deteriorem distinctionem. Steinackerus idem facit, idemque miro consilio post *convertuntur, dominus, factio et confusio* semicola posuit. *Mr.*

(2) Locum e I. de rep. citat Nonius voc. *firmitudo*. Sed enim Tacito Annal. IV. 53. mixta reip. forma laudari facilius, quam evenire, vel si evenerit, haud diuturna esse posse videtur. [Ad *v. firmitudo* v. Schütz. in Lex. Cic. ibiq. Att. x. 10. xi. 14. *Cr.*]

*exsistat — dominus,*] Ita supra cap. 44. *exsistere — tyrannum*, et ad Att. VII. 5. *tum certe tyrannus exsistet. Mr.*

*turba et confusio,*] Graece

moderateque permixta conformatione<sup>(a)</sup> rei publicae non ferme sine magnis principum vitiis<sup>(b)</sup> evenit. Non est enim causa conversio-  
 P. 164. nis, ubi in suo | quisque est gradu firmiter collocatus, et non subest, quo praecipitet ac decidat.

XLVI. Sed vereor, Laeli, vosque homines amicissimi ac prudentissimi, ne, si diutius in hoc genere verser, quasi praecipientis<sup>(c)</sup> cuiusdam et docentis, et non vobiscum simul<sup>(c)</sup> considerantis, esse videatur oratio mea. Quam ob rem

(a) Cod. *commutatione*, quod prorsus mendam videbatur.

(b) Ita Cod. 2. manu; at 1. *vitis*.

(c) *Simul* superadditum est in codice.

ὄχλος καὶ σύγχυσις. Vid. quae monuimus ad I. 25. pra. Cr.

*moderateque permixta*] Est i. q. supra *temperatum*. Utrumque jungit de Finn. I. 1. 2. *Qui — moderatius — id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam postulant*. Orat. 21. 70: *moderator ille et quasi temperator hujus — varietatis. — Moderatio temperantiae legitur de Off. III. 25. 96. ubi etiam conformatio adjungitur, ut nostro loco. Mr.*

*conversio[n]is*] Quod vulgo dicunt *revolutionem reip.* noster item *conversionem* dicit de Divin. II. 2. 6. *naturales esse quasdam conversiones rerum publicarum. Mr.*

*et non subest,*] Eodem sensu dicitur in Or. pro Marcello 10. 32. *quoniam subesse aliquid putas, quod cavendum sit*. Egrege scilicet nostrum locum Germanice vertit bis jam nobis laudatus Pierre: *und keinen freien Platz unter sich sieht, worauf er sich stürzen oder herabfallen*

*könnte*. Nimirum ille non Ciceronem vertit, sed versionem Gallicam, cujus auctorem unice exosculetur, ubi est: *et ne voit pas au dessous de place libre pour y tomber*. Vox *firmiter*, quae adhuc nonnisi e Nonio et Prisciano ex Ciceronis de Rep. libro sexto innotescebat, ut Ciceroniana, hic alterum habet locum. Mr.

*Sed vereor* etc.] Quam saepe hujusmodi modestiae significationes apud Platonem recurrant, nemo est Platonis lectione versatus, qui nesciat. Locus Ciceronis in Epp. ad Qu. Fr. I. 1. 6., quem laudat in Emm. A. Majus, hic est: *Sed nescio quo pacto ad praecipienda rationem delapsa est oratio mea, cum id mihi propositum initio non fuisset. — Simul additum verbo considerare sensum praebet qualem compositio in verbis *συμφιλοσοφείν, συμφιλολογοεῖν, συνενεθουσίαν*. V. Ern. Cl. Cic. v. *φιλολογώτερα*. Cr.*

[(\*) Ita prorsus loquitur Cicerone etiam in illa politica ad fratrem epistola I. 1. 6. A. M. in Add.].



ingrediar in ea, quae nota sunt omnibus, quae-  
sita autem a nobis iam diu (¹). Sic enim de-  
cerno, sic ² || sentio, sic affirmo, nullam omnium  
rerum publicarum aut constitutione aut descri-  
ptione (²) aut disciplina conferendam esse cum  
ea, quam patres nostri nobis, acceptam iam in-  
de a maioribus, reliquerunt (³), Quam, si pla-  
cet, quoniam ea, quae tenebatis ipsi, etiam ex  
me audire voluistis, simul et qualis sit, et opti-  
mam esse ostendam, „expositaque ad exemplum

\* O. XIII.  
P. 177.

P. 116.

(a) Cod. *descriptionem aut disciplinam*; sed mox ibidem ex-  
puncta utraque *m*. Tum in priore vocabulo fortasse est reffectum  
*de pro di*.

*ingrediar in ea*] Eodem modo  
dixit Philipp. VII. 3. 8. *Magna spe  
ingredior in reliquam ora-  
tionem*: paulo aliter de Fato 2, 4.  
*hominem — timide ingredien-  
tem ad hoc genus disputandi*:  
aliter etiam Or. pro Caecio. 28,  
79. *qui cum istam disputationem  
mecum ingressus esset*: cum  
Infinitivo objecti, ad Att. xv. 11.  
*cumque ingressus essem di-  
cere*: sine objecto, sed eodem  
sensu, de Or. III. 36. 144. *et eras  
ipse jam ingressus*. Mr.

(1) Recole cap. XXI, ubi Lae-  
lius ait, Scipioni visum esse opti-  
mum statum civitatis eum quem  
romani veteres suis posteris reli-  
quissent.

*descriptione aut disciplina*]  
*Descriptio* spectat ad distribu-  
tionem partium cuique in re pu-  
blica tuendarum; *disciplina* ad  
mores. Cr. — Pravam codicis  
scriptionem *descriptione* post A.  
Majum male servavit Sch. Quod  
enim Faernus in Terentium  
(Phorm. v. 8. 30.) induxit verbum  
*discripsi*, ejus significatio hic lo-  
cum non habet. Mr.

*quam patres nostri etc.*] Sal-  
lust. Histor. fragm. L. I. nr. 8. p.

213. ed. Gerlach. *Optimis autem  
moribus et maxima concordia  
egit populus Romanus inter se-  
cundum atque postremum bellam  
Carthaginiense*. [Ed. Havercamp.  
T. II. p. 4. sq. ubi vid. quae anno-  
tavit Colerus. Mr.] Cr.

*jam inde a*] Vid. Schelleri prae-  
cepta II. 1. 10. p. 606. ed. tert.  
Tursell. Particull. c. 92. p. 522.  
ibiq. Cic. de Prov. Cons. 15. de  
N. D. II. 48. pro Arch. 1. qui lo-  
cus ap. Schüt. de Particull. p.  
223. ridicule mutilatus est. Cr.

(2) Ejusmodi laudem Romanae  
reip. institutis largiuntur duo  
quoque praestantissimi inter Grae-  
cos historici, Polybius VI. 4; et  
Dionysius passim, praesertim ve-  
ro II. 7. Hunc autem politicum  
locum suum commemorat Cicero  
ipse de leg. II. 10.

*Quam — qualis sit*] De hac  
constructione et similibus v. Rud-  
dimanni Inst. Gr. Lat. II. p. 18. sq.  
Stallb. Mr.

*expositaque*] Proprie dicitur  
de statu, quas artifices iudicio  
publico palam proponere sole-  
bant, quod Graece dicitur *ἀπο-  
δείκνυσι*. Cr. — Quod autem h. l.  
dicit *exponere ad exemplum*, id

P. 178. „nostra re publica<sup>(a)</sup>, accommo | dabo ad eam,  
 „si potuero, omnem illam orationem, quae est  
 „mihi habenda de optimo civitatis statu<sup>(b)</sup>“.  
 Quod si tenere et consequi potuero, cumulate  
 munus<sup>(c)</sup> hoc, cui me Laelius praeposuit<sup>(1)</sup>,  
 ut opinio mea fert, effecero.

(a) Cod. *nostrae reip.* Sed ablativum casum scribendum esse censebat vir exquisite doctus; cuius egregio iudicio suffragari video, quae dicuntur a Scipione in secundo libro ante finem quaternionis XXIII. Itaque hanc scripturam, invito licet codice Vaticano et ipso Nonio, recipere haud dubitavi. (b) Citat locum Nonius voc. *accommodatum*; sed cum varietate, nempe *expositamque* pro *expositaque*; *eam* pro *ad eam*; *potero* pro *potuero*. Codices Nonii Vaticani ab editionibus non discrepant. Sed tamen rō ad *eam* scribitur manu viri docti in meo Nonii exemplari Plantiniano, quam emendationem nunc Vaticanus de rep. codex confirmat. [Praeter Nonium citat hunc locum etiam Fronto exempl. eloc. voc. *accommodo*. A. M. in Emm.] (c) Ita 2. manu; at 1. minus.

simili modo legimus scriptum Philipp. II. 44. 114. *factum — expositum ad imitandum*. Ad hunc locum, a Nonio quoque servatum, haec annotavit Patricius: Sunt, qui hunc locum ita legant: *Exponam quoque ad exemplum nostrae reip. accommodaboque ad eam* etc. Huc autem respexisse videtur idem Cic. II. Leg. *An censes*, inquit, *cum in illis de Rep. libris persuadere videatur Africanus, omnium rerum, nostram veterem illam fuisse optimam, non necesse esse, optimae reip. leges dare consentaneas?* Mr.

*accommodabo ad eam, si potuero*,] Ita supra c. 43. dixit: *si modo id exprimere Latine potuero*; ubi laudavi Cic. Brut. 5, 21. *Ego vero, inquam, si potuero, faciam vobis satis*: ubi habes futurum simplex conjunctum cum futuro exacto. Sed v. totam illam annotationem. Hoc loco verho tantum notabo Editorum inconstantiam. Priore loco Schützius correxit *si modo — potuero*: nostro, coque simillimo,

nihil movet. Heinrichius contra et Steinsackerus, qui c. 43. nil novarunt, nostro loco ex Nonio rescripserunt *potero*. Mr.

*tenere*] De navis etiam cursu dicitur. Vid. Ern. Cl. Cic. s. v. *Cr.* — Videlicet de N. D. III. 34. 83. *cum secundissimo vento cursum teneret*. Jungit Cicero verba *tenere* et *consequi* paulo alio modo, quam nostro loco, de Finn. IV. 19. 54. *his propositis tenuit prorsus consequentia*: posterius item eodem, sed prius alio sensu pro Cluent. 3, 7. *magna spes me tenet, si — omnia dicendo consequi potuero*. Paradox. praef. *sed dicendo consequi tamen, ut illa — probabilia viderentur*. Ad v. *cumulate munus — effecero* conf. Orat. 17. 54. *Et quoniam coepi jam cumulatius hoc munus augere*. Rarior est locutio *munus efficere*, neque tamen sine exemplo apud nostrum, v. c. de Legg. I. 5. *cujus muneris — efficiendi — causa nati sumus*. Mr.

(1) Recole cap. XXI.

XLVII. Tum Laelius, Tuum vero, inquit, Scipio, ac tuum (a) quidem unius munus. Quis enim te potius aut de (b) maiorum dixerit institutis, cum sis clarissimis ipse maioribus (1): aut de optimo statu

P. 117. civitatis? quem || si habemus, etsi ne nunc quidem (2), P. 155.

(a) Ita Cod. [*ac tuum quidem munus.*] quae videtur confirmatio cum emphasi. Suspiciatur tamen emendandum esse *aptum*.

(b) Cod. *aude* crasi facta ob similes sonos. Sic et inferius; quamquam ibi mox emendatum fuit *aut de*.

*Tuum vero — ac tuum quidem unius munus.*] Unius addidi ex Heinrichii emendatione, quod facile potuit excidere ante vocem dissimilem quidem sensu, sed litterarum ductibus simillimam. Quod ait A. Majus, *tuum vero — ac tuum quidem munus* esse confirmationem cum emphasi: certe, si balbutire est loqui cum emphasi, nihil est dictum *ἐπαρξωρέως*. Emphasis esset, si scriberetur *tuum vero — ac tuum in primis munus*; emphasis est, ut nos rescripsimus. Quod autem emendandum esse putat *aptum*, non melius ei cessit. Si enim vult *ac aptum quidem munus*, adversatur usus Ciceronis, qui *ac* ante vocales ponere non solet: vid. Ruhken. ad Muret. T. I. p. 9. et quos laudat Friedemannus, qui nuper Ruhkenii notas Grammaticas in Mureti scripta separatim edidit (Wittenb. 1822.) p. 2. Sin vult, ut scribamus *Tuum vero — Scipio, aptum quidem munus*, numeros requiro Ciceronianos, qui sine dubio scripsisset: *tuum vero — et aptum quidem munus*. Sch. conjecit *et aptum tibi quidem munus*: quem immerito *ac aptum* scripsisse ait eoque nomine vituperat Censor Lipsiens. 1824. 8. Steinackerus correxit *Tu vero — ac tuum quidem munus*. Censor Jen. l. c. legi vult *Tuum vero — ac totum quidem munus*: cui obsecutus est Lehnerus. Perscriptae sunt etiam ad me aliae emendationes, v. c.

*tuum vero — tuam, inquam, munus: et tuum vero — et actutum quidem munus.* Hoc vero est hariolari. Alius etiam verba *ac tuum quidem* ejecta volebat. Sed quisnam talia addiderit, nisi in libro, quem describit, repererit? *Mr.* — Tales *ἐπαρξωρέως* saepius reperias apud Ciceronem; v. c. ad Attic. x. 11. *Non sunt ab obsequio nostro, non*: ubi vid. Manut. p. 32. de Amicit. c. 27. *Virtus, virtus inquam*. Verrin. V. 52. *Cruz, cruz inquam*. Conf. Drakenborch. ad Liv. II. 40. p. 417. Broukhus. ad Propert. II, 12. 57. Dorvill. ad Charit. p. 511. p. 351. sq. Lips. Heindf. ad Platon. Euthyd. p. 343. Ast ad Phaedr. p. 275. ad Rempubl. p. 510. — Ad v. *quis — dixerit* vid. Lindem. ad Plaut. p. 16. p. 103. *Cr.* — Verbo tangendum *παρόρρα* Kobbii, qui *cumulate munus hoc — effecero vertit werde ich das gehänfte Geschäft ansgeführt haben*. Est etiam *ἐπαρξωρέως* de Orat. II. 7. 28. *Audite vero, audite, inquit*: quod favet conjecturae: *tuum vero — tuum, inquit, munus*. *Mr.*

(1) Seneca controv. II. 9: *Aemiliorum et Scipionum familias adoptio miscuit*. Utramque familiam copiose laudat Propertius IV. 12.

(2) Subintellige *habemus*. Negat autem hac veluti parenthesi Laelius suo tempore statum esse optimum civitatis Romanae, praesertim ob turbas Gracchanas.

*tum vero quis te possit esse*

tum (a) vero quis te possit esse florentior? aut de consiliis in posterum providendis (b)? cum tu, duobus huius urbis terroribus depulsis (c), in omne tempus ei prospexeris (c).

(a) Ita Cod. 2. man; at 1. tunc. (b) Subintellige dixerit.

(c) Cod. esse prospexeris; sed ibidem mox expunctum fuit esse.

*florentior?*] Sensus postulare videtur Schütziō hanc fere sententiam: *tum vero, te si sequamur, quis (sc. status) possit esse florentior?* quam merito conjecturam infelicem appellat Censor Lips. 1824. 7. p. 55. Ad *tum vero* subaudi ex praecedentibus: *si habemus*. Semper fere participio *florens* de viris utitur noster, cuius usus exempla afferre putidum sit. *Mr.*

*de consiliis — providendis?*] *Consilia providere* alibi non videtur dixisse Cicero, sed *consiliis providere* dixit ad Fam. VI. 10. extr. *quae sunt in fortuna, — consiliis nostris providebuntur*. Saepius etiam *consilio providere*: semel etiam, Catil. II. 12. 26. *mihi — consultum ac provisum est*. *Mr.*

(1) Carthagine et Numantia. Iam eadem prope verba dicit de Scipione Cicero pro Mur. XXVIII, in Cat. IV. 10, de am. III. (ubiloquitur idem, qui heic, Laelius); tum etiam Vellejus II. 4; Augustinus C. D. I. 50, III. 21.

Liber explicit, relicto in pagina puro laterculo, in quo tamen extant evanida (praeter litteram *M* praenomen Tullii, quae littera est in codice paulo evidentior) vestigia tituli, quem veteres calci librorum subdere solebant. Is autem titulus similis esse debuit titulo secundi libri qui perspicuus extat in ejusdem libri calce. Hic fuit igitur subscriptus titulus

M. TULLI CICERONIS  
DE RE PVBLICA  
EXPLICIT LIBER I.

Constat hic liber quaternionibus

XIII, et praeterea paginis tribus. Summa ergo paginarum CCXI. Desunt autem, ut suis locis notavimus, paginae LXXII; quarum tamen duas reparant hujus libri fragmenta incertae sedis apud Nonium et Lactantium extantia. Ergo hujus primi libri tertiam omnino partem desideramus. A. M. — Villem., nulla addita ratione, ad finem primi libri aliquid deesse videri ait. *Mr.*

*in omne tempus ei prospexeris.*] Recte Steinackerus ex corrupto *esse* expiscatus est *ei*, quod recipere non dubitavimus. Similis est locus in Catil. IV. 2. 3. *Quare, patres conscripti, consulite vobis, prospicite patriae*. Ad v. *terroribus depulsis* conferri potest Or. pro Fonteji. 16. 34. *sic ab hujus nunc capite Gallorum impetus terroresque depellit*. Ibi vero *terrores* non, ut nostro loco, sunt terroris causae. Sed easdem ipsas, quas hic significat Cicero, urbes, Carthaginem videlicet et Numantiam, *terrores* appellat Vellejus Paterc. II. 4. *Scipio — post — bis excisos terrores rei publicae mane in lectulo repertus est mortuus*: ubi sine dubio imitatus est Ciceronem, qui etiam in Or. pro Muren. 28. 58. *Bis*, ait, *consul fuerat P. Africanus, et duos terrores hujus imperii, Carthaginem Numantiamque, deleverat*. Loco Velleji Ruhkenius vult *binos pro bis*, quod recepit Cludius, repudiavit Seebodius. Supra etiam, initio libri I. est, apud nostrum *terrore Carthaginis*. *Mr.*

## LIBRI I DE RE PVBLICA

FRAGMENTA INCERTAE SEDIS APVD NONIVM ET  
LACTANTIVM EXTANTIA.

P. 118. XLVIII. Sed quoniam plura beneficia continet patria, et est antiquior parens, quam qui creaverit, maior ei profecto, quam parenti, debetur gratia<sup>(1)</sup>. *Nonius voc. antiquus.*

Nec tantum Karthago habuisset opum sexcentos<sup>(a)</sup> fere annos, sine consiliis et disciplina<sup>(2)</sup>. *Idem cap. de doct. indag.*

Cognoscere me hercle<sup>(b)</sup>, inquit, consuetudinem

(a) De hac scriptura [*sescentos*] recole cap. XXXVII. Intellige autem [Karthaginis opes ante bellum Punicum secundum; post quod nimirum illae jam conciderant. Nam si de universa aetate Karthaginis loqueretur auctor, dicendum erat *septingentos*, uti doceat auctores a nobis lib. II. 23. in notis laudandi, ubi de aetate pereuntis ejus urbis sermo erit. (b) Variant codices et editiones *me hercle* et *me hercule*. Vix autem in uno vidi codice, et quidem interpolato, conjunctim *mehercule*. [Vid. notam meam ad Cic. de Legg. III. 14. 33. p. 444, ubi scriptum mallem separatim *me hercule*. *Mr.*]

*plura beneficia*] Ita corrigendum fuit cum Heinr., quia et alius comparativus et *quam sequitur*. *Mr.*

*qui creaverit*] Ita Heinr. pro *si qui curaverit*, ut est apud Nonium Marcellum; pejus etiam in Ed. Nonii Aldina ad calcem Nic. Perotti Corn. Cop. p. 1386. (Venet. MDXIII. f. m.) legitur: *quam si quis (ut ajunt) curaverit*. Ceterum in voce *creaverit* si quis haereat, cum Cicero verbo composito *procreare* plerumque uti solet; is cogitat non audacius dici *patria nos creavit*, quam quod Cic. in Or. pro Balbo 13, 51. dixit: *creator hujus urbis, Romulus*. In Edd. Cic. Fragm. plerisque est: *quam is, qui, ut ajunt, creaverit*. *Mr.*

*debetur gratia.*] Quam saepe de caritate patriae loquatur Cicero, ipse patriae amantissimus, non est quod doceam. Quod ad

sensum proxime accedunt loca, qualia sunt de Off. I. 17. 57. de Or. I. 44. 196. Catil. I. 7. 17. ad Att. IX. 9. p. 818. éd. Ern. min. de Off. III. 23. 90. ad Fam. X. 5. Philippic. V. 2. 6. *Mr.*

(1) Videtur fragmentum pertinere ad operis prooemium, in quo multa dicuntur de patriae caritate. Variat autem locus in Nonii editionibus, nempe *plura pro plurima; si qui creavit pro si quis, ut ajunt, curaverit*. Nos codicum lectionem constantem secuti sumus.

(2) Hic quoque locus fortasse pertinet ad prooemium, et quidem ad primam codicis lacunam, ubi commendaverat auctor rationem ac disciplinam civilem.

*Cognoscere me hercle,*] Patricius ad h. l.: Alias legitur *cognosce*. Quid? si *cognoscite*, ut sint haec Scipionis ad eos, qui audiebant. *Mr.*

istam et studium sermonis (a). *Idem voc. cognoscere* (1).

Profecto (inquit Cicero) [Heinr. inquit (Cicero)] P. 119. omnis istorum disputatio, quamquam uberrimos fontes virtutis et scientiae contineat, tamen collata cum horum actis perfectisque rebus, vereor ne non tantum videatur attulisse negotiis hominum utilitatis, quantum oblectationem quandam otii (b). *Lactantius inst. III. 16. (2)*

(a) Ita *sermonis* habent Nonii codices Vaticani sine varietate; at editiones *sermonemque*. (b) In Bünemanniana Lactantii editione hae praecipuae proferuntur loci hujus varietates: *ipsorum pro istorum; ne tantum pro ne non tantum; ne nisi pro ne non; quantum pro quantum; otiiis pro otii*. Item omittuntur voces *utilitatis* et *quandam* in quibusdam exemplaribus. Confer etiam Patricii notas ad Tullii Hortensium. [Omisit hoc fragmentum hoc loco Heinr., sed reposuit idem ad calcem libri tertii post fragmentum ex Augustino contra Julianum Pelag. iv. §. 60. Mr.]

(1) Ante quam a Nonio discedo, monendus est lector de mendo insigni Parisiacaе ejusdem Nonii editionis, apud quam voc. *calidum* alius quidam citatur locus e I. de rep. qui reapse est ex officii I. 24.

*quamquam — contineat*] De rariore hac apud Ciceronem vocis *quamquam* cum Coniunctivo constructione vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. III. 15. 48. ubi est *quamquam negent*. Plura exempla adnotavit in indice; praecipit de eadem re Ruddimannus Inst. Gramm. Lat. II. p. 352. Mr.

*oblectationem quandam otii.*] Similiter jungit noster de Off. II. 2. 6. *Oblectatio animi requiesque curarum*: et de Amicit. 27. 103. *requies plena oblectationis*. Mr.

*Lactantius*] Nos ex Lactantii Editione Bünemanniana reliquas, quas omisit A. Majus, lectiones variantes exhibebimus. In Edd. Iunt. Ald. Crat. Gryph. et Thomas. est *justorum pro istorum*; pro *perfectisque* Isaeus (Venet. 1521.) habet *perfidisque*. Complures libri habent *negotiis hominum quandam oblectationem otii*.

Priora ista sunt nihili; posteriorem scriptionem, quamquam eam non probaverim, adnotandam tamen censeo, cum ex iis, quae adfert A. Majus, conjicias legi in libris MSS. quibusdam: *negotiis hominum quantam oblectationem otii*. Mr.

(2) Tullii hunc locum videtur mihi Lactantius sumpsisse vel ab prooemio primi libri de rep. et quidem ex parte deperdita ante nostrum primum fragmentum; vel certe ex prooemio libri de rep. tertii. Conjecturis his utor: I. quod Lactantius recitat hunc locum statim post alium prooemii lib. I. de rep. (quae verba retuli in notis ad cap. II. p. 8.) II. quod fit manifesta contentio philosophorum cum viris politicis, ut in praedictis utrisque prooemiis. Credo igitur erravisse Patricium, qui verba haec Lactantii conjecturaliter posuit in Tulliani Hortensii fragmentis, quum antea incerti operis fuisse fateatur. Ego tamen id frustum sic huic operi politico vindico, ut a nullo Tulliani Hortensii fragmentorum sarcinatorum accusari repetundarum aliquando velim.

## M O N I T V M.

---

P. 120. Initio secundi libri relictum fuit in codice spatium ad scribenda illuminatoris manu auro vel minio verba; vacui sunt nimirum versus tres, quorum fere quisque nec minus novem capere solet, nec plus undecim litteris. Ego itaque ita supplevi, quum inferius cap. XIII. occurrat phrasis *studiis ut vidit incensos*. Particulam autem *igitur* tertia membri sede video capp. II et XI. Sed enim liceret quoque scribere: *Cum ergo omnes essent incensi cupi-*; vel *Quem cum omnes intuerentur incensi cupi-* (Confer Acad. IV. 19;) vel paulo aliter, ut Ciceronis multae ad novum librum transitiones monebunt; v. gr. de fin. II. *Hic cum uterque me intueretur, seseque ad audiendam significarent paratos*. Et IV: *Quae cum dixisset, finem ille; ego autem*. Et N. D. II: *Quae cum Cotta dixisset, tum Vellejus*. Et III: *Quae cum Balbus dixisset, tum arridens Cotta*. Et de Or. III. 5: *Cum placuisset idem ceteris, in silvam venit, et ibi magna cum audiendi expectatione considitur. Tum Crassus*. Neque abhorret ab hoc more Virgilianum illud: *Conticuere omnes intentique ora tenebant; tum pater Aeneas*. Jam ejusmodi spatia, quibus initia librorum vel capita fuissent scribenda, saepe occurrunt in codicibus priscis. Sic in Ambrosianis palimpsestis desunt initia orationum de aere alieno Milonis, pro Archia, et Symmachii laudum in Gratianum: sic in membranis Palatinis initium pro Roscio; sic item in Veronensi Caii codice. Lege etiam L. Aretinum ep. II. 10. Quin adeo defectum eundem in codicibus quoque XV et XVI saeculi saepenumero videre est. Tantus fuit olim litteris ornatioribus auspicandi libros amor! quod ubi factum est, tum alia labes eisdem saepe principiis accidit, furuncolorum nimirum aut ineptorum hominum stulta aviditas, qui, praecisis iis litteris vel icunculis, scripturam simul posticam comminuerunt; quam rem cum multi codices docent, tum in pri-

mis nobilissimi duo, Vaticanus nempe Virgilius et Homerus Ambrosianus. Sed tamen fieri potest, ut hujus libri initium minio quidem vel succo quovis colorato scriptum olim fuerit (quod membranae sulci quidam mihi persuadent;) id autem omne tincturae genus evanuerit cum codex ob rescribendum elutus est. Quippe unum fere atramentum contra vim ablutiois utcumque manet incolume. Cujus rei certa exempla deinceps alibi prolaturus sum.

---



## DE RE PVBLICA

## INCIPIT LIBER II.

\*

I. *Ut omnes igitur vidit incensos cupi-* P. 175.  
ditate audiendi, ingressus est sic loqui Scipio.  
Catonis hoc senis (') est, quem, ut scitis, unice  
dilexi, maximeque sum admiratus, cuique vel

(\*) Titulo subduntur in codice, ut aere cusum specimen docet, litterae E I I E spatiis solito majoribus interceptis, ita ut singulis singulae litteris interponi queant. Eaedem plane litterae iisdem cum spatiis mihi occurrebant Mediolani in Ambrosiano palimpsesto ad calcem commentarii in orationem Tullii pro Archia: easque ego litteras meo in libro explicavi feliciter. Cujus sententiae quum me nondum poeniteat, nunc ratio reddenda est. Nimirum calligraphus partim atramento partim alio succo id vocabulum scripsit, vel scribere cogitavit, nempe *fELICItEr*. Porro evanuit vel aetate vel ablutione is succus (si reapse scriptus fuit) atramentum autem in membranis haesit. Sane ejusmodi titulos vidi in aliis priscis codicibus v. gr. in regio Vaticano XI, in quo

*Ut omnes igitur vidit incensos cupi-*] Hoc A. Maji supplementum recepit Villem. quasi essent verba Ciceronis; receperunt item Sch. et Leha. Abjecitea Steinack.; Heinr. autem eorum loco scripsit iisdem literis, quibus contextum Ciceronis, *Hic cum omnes flagrant cupiditate audiendi*. Respexit fortasse de Orat. I. 50. 134. *vos — flagrare intelligo cupiditate*, ubi ex totius loci sententia subaudiendum est *audiendi*. In malam partem dicitur *cupiditate flagrare* in Verr. Act. II. L. iv. 34. 75. Censor Lipsiensis (1824. 12. p. 90. sq.) hoc supplementum, quod ipse paulo longius esse fatetur, excogitavit: (*Cum igitur omnium oculos in se videret coniectos avidi-*) *tate audiendi*: coll. de Orat. II. 4. 16.

ubi est: *Tum Caesar, Equidem, inquit, Crasse, ita sum cupidus te in illa longiore ac perpetua oratione audiendi: et II. 7. 28. Tum omnes oculos in Antonium conjecerunt*. Poterat addere Or. pro Cluent. 19. 54. et Epp. ad Brut. 9. Ad v. *ingressus est sic loqui* vid. quae annotavimus ad I. 46. post prc. Add. de Div. II. 1. 3. *de divinatione ingressi sumus his libris scribere*. Miro consilio Sch. post Scipio interrogandi signum posuit. *Mr.*

¶1) Cato cum epitheto *senex* etiam pro Archia VII; pro Sylla VII; de off. I. 29.

*cuique — me — dedidi*;] Conf. de Or. I. 55. 254. *Primum Scaevolae te dedisti*: ubi ante Ernestum in plerisque Edd. (ex iis, quae nobis ad manum sunt, in

patris (<sup>a</sup>) utriusque (<sup>1</sup>) iudicio, vel etiam meo studio me totum ab adolescentia dedidi (<sup>a</sup>); cuius me numquam satiare potuit oratio (<sup>3</sup>): tantus erat in homine usus rei publicae, quam et P. 172.  
 P. 176. domi et militiae cum optime, tum etiam | diutissime gesserat, et modus in dicendo, et gravitate mixtus lepos (<sup>4</sup>), et summum vel discendi (<sup>b</sup>)

tituli interdum rubris simul caeruleisque litteris constant. Itaque et hoc loco libentius feliciter intelligo, quam inauditum vocabulum *eie* [Edd. Rom. Villem. Stein. Lond. *eie*]; cui ceteroqui synonymum videretur *eia*, adverbium excitandi, quasi librarius se ad scribendi laborem excitaret.

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *matris*. (b) Cod. *dicendi*. Sed scribendum esse *discendi* demonstrat ipse Tullius de rep. l. 8. 10. Item Nepos in Catonis vita.

Edd. Vict. Sturm. Ald. Sylb. Cratand. Godofr. Grut.) scribebatur *dedidisti*. *Mr.*

(1) Pauli qui genuit, et Scipionis Africano superiore geniti, qui adoptavit. Namque ipsi Scipioni superiori infensus fuit Cato, ut ait Livius xxxviii. 54; quem locum citat Quintilianus inst. viii. 6, confirmantque Plinius in praef. et Nepos.

(2) Hinc Cicero de invent. I. 4 Scipionem dicit Catonis discipulum. Vicissim Cato quanti Scipionem faceret declaravit Homericu versu (Plut. in Cat. fin.) cuius interpretatio haec est in Livii epitome lib. XLVIII: *reliquos qui in Africa militarent, umbras militare; Scipionem vigere*. [Versus Homericus est Odyss. x. 495. τῷ καὶ τῶθρηῶτι νόον πόρε Πηλεΐδῳ, οἷω περὺ στρατοὶ δὲ σκίαι ἀΐσσουσιν. *Mr.*]

*me nunquam satiare potuit oratio:*] Similiter de Finn. III. 2. 7. erat — in eo inexhausta aviditas legendi, nec satiari poterat. *Mr.*

(3) Catonis vim dicendi praefert Vellejus I. 17 Scipionis et Laelii et ceterorum ante Tullium

eloquentiae. Nec mirum; siquidem videbatur Sallustio *Cato Romani generis disertissimus*. Bene autem est, quod Catonis copiosum fragmentum ex oratione, quae inscribitur *de sumtu suo*, cum Frontonis epistolis nos propediem edemus.

*usus rei publicae,*] Ita Divin. in Caecil. 15. 47. *usus forensis*. Or. pro Fonte. 14. 32. *usus bellorum gerendorum*. Pro in hominē malit fortasse aliquis in eo homine. *Mr.*

*gravitate mixtus lepos*] Vid. Plutarchus in Catone cap. 2. Quem de eloquentia Catonis laudat Sallustii locum A. Majus, is est in Historr. Fragm. l. I. nr. 2. p. 215. ed. Gerlach. *Cr.* — P. 2. T. II. Havercamp. ibiq. Carrio et Wasse: p. 933. ed. Cort. Ad locum, quem de Catonis libro jocosorum laudat A. Majus, videlicet de Off. I. 29. 104. vid. quae annotavit Beierus p. 225. *Mr.*

(4) Multos Catonis sales scribit in ejusdem vita Plutarchus. Adi et Macrobius sat. II. 1. 2, nec non Augustinus de doct. ch. II. 31. Catonis liber jocosorum ἀποφθυσμάτων memoratur a Tullio

studium vel docendi (<sup>1</sup>), et orationi (<sup>a</sup>) vita ad-  
 P. 125. modum congruens (<sup>2</sup>). Is dicere solebat (<sup>3</sup>), ob  
 hanc causam praestare nostrae civitatis statum  
 ceteris civitatibus, quod in illis singuli (<sup>b</sup>) fuis-  
 sent fere, qui (<sup>c</sup>) suam quisque rem publicam

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. oratione. (b) Cod. singulis; mox altera s ibidem expuncta. (c) Ita [quorum] Cod. 2. manu; at 1. qui. [Videtur retinenda scriptura primae manus qui. A. M. in Emm.]

off. I. 29. Quare mendosus creditur Hieronymi locus ep. cxxx. 13, ubi ait Catonem, non secus ac illum Crassum, semel in vita risisse. Catonem imitatus videtur Scipio, cujus lepida dicta aliquot leguntur apud strategematum auctores; et Cic. de Or. II; eaque collegisse videtur Polybius. Vide Suidam voc. *καπέργως*. [Scipionis lepida dicta colligit Pighius ad an. vccx. A. M. in Add.]

(1) Namque opera Catonis didascalica fuerunt *de rhetorica, de medicina, de moribus, de liberis educandis, de re militari, de agricultura*. Plinius xiv. 3 ait a Catone praecepta data omnium rerum expetendarum. Apud eundem xxxv. 2 omnium bonarum artium magister dicitur Cato.

*orationi vita admodum congruens.*] Ad sententiam et ad verba convenit locus Brut. 31. 117. *Tabero fuit — vitā severus et congruens cum ea disciplina, quam colebat. Mr.*

(2) Sed enim Plinius vii. 27 Scipionem Aemilianum in cunctis Catoni praeponere non dubitat; quod iudicium sequitur Solinus cap. vii. Catonem et Scipionem exaequat Seneca ep. lxxxvii: *Catonem tam reip. profuit nasci, quam Scipionem; alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit*. Licet autem mirari tantam Scipionis cum Catone necessitudinem, quam ille opti-

mates, hic populum studiosissime tueretur.

(3) Mortuus quippe Cato erat anno fere vigesimo ante hunc dialogum de rep. Disputatur enim anno vccxxv; capta fuit Karthago anno Varroniano vccviii; Cato a Vellejo I. 13 dicitur mortem obisse ante triennium, quam Karthago deleretur.

*qui suam quisque rem publicam constituissent*] Ita iubente A. Majo in Add. et ratione ipsa, praecuntibusque Heinr. Steinack. et Lehn. rescripsimus; quod cur non fecerit Sch., non intelligo; quis enim apud Ciceronem conquat quorum — quisque — constituissent? Quod enim est apud Caesarem B. C. III. 30. *eorum uterque educunt* (vid. ib. Held. p. 167.): Liv. II. 59. *decimus quisque ad supplicium lecti*; Curt. III. 6. *pro se quisque — grates habebant*; Tacit. Ann. 2. 24. *pars navium haustae sunt*: id non item cadit in Ciceronem. Neque enim eum usum defendit locus in Or. de lege agr. I. 9. 26. *Huic pro se quisque nostrum mederi, atque hoc omnes vanare velle debemus*: ibi enim debemus refertur ad omnes, et ad v. *quisque* ex seqq. subaudiendum *velle debet*. Constans autem hic est Ciceronis usus, ut scribitur Epp. ad Fam. I. 9. prope fin. *Ego, quid ad te quisque tuorum — scribat, ne-*

- P. 277. constituissent legibus atque institutis (a) || suis; ut Cretum Minos, Lacedaemoniorum Lycurgus, Atheniensium, quae (b) persaepe commutata esset, tum Theseus, tum Draco, tum Solo, tum Clisthenes, tum multi alii: postremo exsanguem iam et iacentem doctus vir Phalereus sustentasset Demetrius (1); nostra autem res publica non unius esset ingenio sed multorum, nec una hominis vita, sed aliquot (c) constituta saeculis P. 278. et aetatibus (2). Nam | neque ullum ingenium

(a) Postrema haec verba repetuntur, moxque expunguntur in cod. (b) Cod. q. nempe quae, sed mendose. (c) Cod. aliquot. Licet autem interdum retinuerim d pro t, tamen heic erat vitanda vocabuli molesta ambiguitas.

scio; qui locus ad nostri normam scribendus esset: qui quid ad te quisque de suis rebus scribant, nescio, neque vero quorum quid ad te quisque de suis rebus scribant, nescio. — De locutione rem publicam constituere diximus ad I. 42. med. Mr.

legibus atque institutis] Male vertit haec Villem. loix et principes. Est Platonicum τοῖς νόμοις καὶ ἐπιτηδεύμασι. Vid. v. c. Reipubl. vi. p. 502. p. 307. Bekkeri. Cr.

Cretum Minos] Forma Cres pro Cretensis non semel usus est Cicero; v. c. de Epimenide bis, de Legg. II. 11. 28. et de Divin. I. 18. 34. Plurali, ut h. l., ponitur Or. pro Muren. 35. 74. Mr.

commutata esset,] Ita locutus est in Catil. III. 10. 25. quae — ad commutandam rem publicam pertinent. Mr.

tum Solo] Solonis nomen hoc uno loco in Ciceronis, qui nunc exstant, libris nominandi casu legitur. Hanc vero ejus formam Ciceronianam esse, neque vero Solon, recte suspicatus est K. L.

Schneider. Gr. Lat. (Formenl. I. p. 276.) laudans J. F. Gronov. ad Senec. Agamemn. v. 514. p. 581. ed. Schroeder. et Jacob. Gron. ad Tacit. Ann. III. 26. p. 292. Oberl. De Clisthene loquuntur Plutarch. in Aristide et Pericle, Herodot. L. V. conf. Coel. Rhodigin. Lectt. Antt. XXI. 44. p. 1211. ed. Frcf. 1676. f. m. Mr.

exsanguem iam et iacentem] Similiter dixit supra I. 37. senescente iam Graecia. Statim pro sustentasset dedit Sch. sustentavisset. Mr.

sustentasset] Eodem verbo de re publica utitur in Or. pro Muren. 2. 3. cui respublica a me una traditur sustinenda, magnis meis laboribus et periculis sustentata. Mr.

(1) De reip. Atheniensis magistratibus et varietatibus virisque praedictis Pollux libro octavo; Suidas voc. ἡγεμονία; Polybius vi. 44; Gellius xi. 18; Plinius vii. 56; Pausanias I. 3; Laertius in Demetrio; praesertimque Corisus fast. Att. dissert. I; et Meursius in antiquitatibus Atticis,

(2) Sic ajunt Dionysius I. 9,

P. 124. tantum existitisse dicebat, ut, quem res nulla fugeret, quisquam aliquando fuisset; neque cuncta ingenia collata in unum tantum posse uno tempore providere, ut omnia complecterentur sine rerum usu ac vetustate. Quam ob rem, ut ille solebat, ita nunc mea repetet oratio populi origines; libenter enim etiam verbo utor Catonis (1). Facilius autem (a), quod est propositum, || consequar, si nostram rem publicam vobis P. 287. et nascentem et crescentem et adultam, et iam

(a) Autem superpositum est in codice.

Polybius vi. 4. Sic fere Britanni politici de sua rep. loquuntur.

posse—providere, ut—complecterentur] Ita post praesens Infinitivi in oratione obliqua solet Cicero ponere imperfectum Coniunctivi, v. c. de Orat. III. 32. 127. nihil esse in ulla arte rerum omnium, quod ipse nesciret: de Div. II. 24. 51. Cato—mirari se aiebat, quod non rideret haruspex, haruspicem cum vidisset. Sch. dedit complecteretur, vel potius corrector neglexit operarum παραρραα. De hac constructione vid. in primis Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 17. 38. quod attinet ad Imperfectum praecunte Praesente. Mr.

populi origines;] Cod. et Edd. quae adhuc prodierunt omnes, habent originem. Sed si ita scripsit Cicero, non usus est verbo Catonis, quippe qui historiam Romanae urbis antiquissimam vel ejus urbis primordia Origines inscripsit. Non enim id singulare est, quod de initio alicujus rei verbo origo utitur, cum eo ita saepius utatur: v. c. de Univ. 3. Quaeramus igitur causam, quae eum impulerit—ut originem eum et molitionem novam quaereret. Plato in Ti-

maeo: λέγωμεν δὴ δὲ ἤν τινα αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τὸδε ὁ ξυνοδράς (qui haec machinatus sit) ἐννόστησεν p. 25. ed. Bekk. p. 29. Steph. Nulla certe fuit causa in loco, quem vertebat, Platónico, ut vocabulo uteretur aliquo, quod ipsi non alibi semper esset usitatum. Quod igitur hoc loco dicit, se libenter uti verbo Catonis, tum tantum vere dicere potuit, si ea forma uteretur, qua alibi non solet uti, videlicet plurali numero, nisi de hoc ipso opere; v. c. Or. pro Plancio 27. 66. Etenim M. Catonis illud, quod in principio scripsit Originum suarum, semper magnificum putavi. Ad rem conf. Dirksen. Versuche z. Krit. u. Auslegung d. Quellen des Röm. Rechts. Lips. 1823. p. 365. Mr.

(1) Significat Catonis origines vobis et nascentem et crescentem et adultam] Miro consilio Sch. dedit nobis; quod si invito eo, ut suspicor, factum est, dici certe nequit, virum eum, quod libri titulus prae se fert, eam editionem curavisse, in qua tot tantaque sunt incuriae vestigia et παραρραα, qualia quantaque ipse nunquam commisisset. Ad hunc locum conferri potest

firmam atque robustam ostendero (1), quam si mihi aliquam, ut apud (2) Platonem Socrates, ipse finxero.

II. Hoc cum omnes approbavissent, Quod habemus igitur, inquit, institutae rei publicae tam clarum ac tam omnibus notum exordium, quam huius urbis condendae principium profectum a Romulo? Qui patre Marte natus, (con-  
 P. 288. cedamus enim famae hominum, praesertim non inveteratae solum, sed etiam sapienter a maiori- P. 125.

(a) Cod. 1. manu multa, mendose; tum id deletum, substitutumque ut apud.

Brut. 7. 27. *Pericles—et Thucydides, qui non nascentibus Athenis, sed jam adultis fuerunt.* Sequentia imitatio est scriptor orationis spuriae de Harusp. Resp. 28. 60. *Fuit quondam ita firma haec civitas et valens etc.*  
 Mr.

(1) Cicronis exemplo, qui hoc in opere Romanam historiam a primordiis contexit, impulsus se dicit Atticus (Brut. v.) ad annales suos conscribendos: *nam ut illos de re publica libros edidisti, nihil a te sane postea accepimus; eisque nosmet ipsi ad veterum annalium memoriam comprehendendam impulsi atque incensi sumus.* Desiderat autem Atticus in ipso huius operis de rep. natali anno; siquidem Tullius docet (orat. xxxiv.) Atticum annorum septingentorum memoriam suo libro colligavisse.

*Quod habemus igitur, inquit, institutae]* Addidimus inquit, quamquam abest a Cod. et ab omnibus, quae adhuc prodierunt, editionibus: nam et orationis tenor id postulat, et facillime excidere potuit inquit ante vocabulum ab in incipiens, cum illa vox, saepissime compendio *i* vel *in*

scripta, ante vel post similem syllabam saepe fuerit neglecta, ut monuit Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 35. 119. p. 297. Quod autem inquit nonnunquam in narrationibus apud comicos abest, id supplebatur actione et sono, neque hic usus vel haec licentia nostro scriptori nostroque loco accommodata est. Universe de ejus verbi vel positione vel omissione disputat Goerenz. ad Cic. de Finn. iv. 1. 2. Adde, quae nos dicemus ad II. 42. et diximus ad I. 37. Meae sententiae adstipulantem video Cr. in schedis. Mr.

*tam clarum—exordium,]* Ad rem conf. Livium in praefatione, et nostras Aant. Romm. p. 11. Cr.

*principium profectum]* Natum et profectum jungit in Or. pro Quint. 28. 85. Quod mox dicit *famam hominum* circa finem capitis dicit *fabulas*. Eodem sensu dixit *hominum fama* de Off. III. 5. 25. Commode laudat Villem. Livium in Praef. 7: *si cui populo licere oportet, consecrare origines suas, et ad deos referre auctores, ea belli gloria est populo Romano, ut, quum suum conditorisque sui parentem Martem potissimum ferat, tam et hoc*

bus proditae, bene (a) meriti de rebus communibus ut genere etiam putarentur, non solum ingenio esse divino (');) is igitur, ut natus sit cum Remo fratre (2), dicitur ab Amulio (b), rege

(a) Cod. *ut bene*; mox expunctum *ut* propter aliud sequens. Eleganter autem emendator prius *ut* potius, quam posterius, ejecit.

(b) Ita 2. manu; at 1. *Amulo*.

*gentes humanae patiantur aequo animo, quam imperium patiuntur. Mr.*

*a majoribus proditae,] Pro-*  
*dere proprium est nostro de re-*  
*bus, quae fama vel usu vel scri-*  
*ptis ad posteros traduntur: cuius*  
*usus cum multa sint exempla,*  
*unum apponere sufficit ex Or. pro*  
*Mil. 50. 83. Majorum nostrorum*  
*sapientia, qui sacra, qui*  
*caerimoniae, qui auspicia—no-*  
*bis, suis posteris prodiderunt.*  
*Mr.*

*non solum ingenio esse di-*  
*vino] Cod. non solum esse in-*  
*genio divino. Sed ego cum*  
*Schützio eum ordinem restituendum*  
*dux, quem sonus et vis opposi-*  
*tionis requirunt. Ita noster de*  
*Off. III. 19 77. Huic igitur viro*  
*bono, quem Fimbria etiam,*  
*non modo Socrates nove-*  
*rat: quis ibi ferat: non modo*  
*noverat Socrates? Mr.*

(1) Servius ad Aen. vi. 522:  
*multi ad gloriam generis simu-*  
*lant se numinum filios; ut Romu-*  
*lus ex Marte, Alexander ex*  
*Jove Hamone. Confer et Livii*  
*prooemium. Hanc autem famam*  
*Romuli Remique Marte seu genio*  
*natorum docte ventilat Dionysius*  
*I. 77. Varro item apud Augustinum*  
*C. D. III. 4 disserit, utile esse,*  
*ut se homines diis genitos*  
*mentiantur. Id tamen jure merito-*  
*que pie respiciunt aures.*

*is igitur, ut natus sit cum*  
*Remo fratre, dicitur] Ut pro*  
*ubi, postquam positum satis fre-*  
*quens est; v. c. Brut. 5. 19. nam*  
*ut illos de re publica libros edi-*

*disti, nihil a te sane postea acce-*  
*pimus. Quod vero praecipunt*  
*Grammatici (Ruddimann. Inst. Gr.*  
*Lat. II. p. 314.), tale ut indicati-*  
*vum petere, id ita verum est, nisi*  
*sit oratio obliqua, ut hoc loco:*  
*is, ut natus sit, — dicitur—*  
*jussus esse: plane ut est Epp. ad*  
*Fam. v. 2. Illud dico, me, ut pri-*  
*imum in concione provinciam de-*  
*posuerim, statim — cogitare*  
*coepisse. Et mox: perhibetur, ut*  
*adoleverit — praestitisse. Mr.*

(2) Altum deinde apud Ciceronem de Remo silentium est, sive ne cogatur divum Romulum criminari de fraterna caede, sive ob ejus rei controversiam, sive ob obitu Remi multiplex sententia legitur, super qua disserit Augustinus C. D. III. 6. Alii quippe a Romulo vel ejus jussu caesum ajunt; alii a Celere, sed inscio Romulo; alii ob muros despectos; alii in acie. Liv. I. 7; Dionys. I. 87; Ovid. fast. iv. 843. v. 471; Propert. III. 9. 50; Tibull. II. 5. 24; Aur. Vict. vir. ill. I; Strabo lib. v. p. 352; Lactant. inst. I. 15; Lydus de Magg. Romm. I. 5; Plut. in Romulo; Digest. I. 8. 11; Serv. ad Aen. vi. 780. et xi. 603; Aug. C. D. xv. 5, et de consens. Ev. I. 19. Egnatius autem historicus apud Aur. Victorem orig. Rom. narrat Remum non modo non esse occisum, sed etiam ulterius a Romulo vixisse. Servio Virgilius, aequae ac mihi Cicero, videtur eadem reticentia studiose usus. Namque ad Aen. I. 276: *Romulus mavortia condet moenia*, adnotat Servius: *bene Ro-*

Albano, ob labefactandi regni timorem ad Tiberim exponi iussus esse. Quo in loco cum esset silvestris beluae sustentatus uberibus<sup>(1)</sup>, pastoresque eum || sustulissent, et in agresti cultu<sup>P. 126.</sup> laboreque aluissent, perhibetur, ut adoleverit<sup>(2)</sup>, et corporis viribus et animi ferocitate tantum ceteris praestitisse<sup>(3)</sup>, ut omnes, qui tum eos agros, ubi hodie est haec urbs, incolebant, aequo animo illi libenterque parerent<sup>(3)</sup>. Quorum

(a) Ita Cod. per o, quamquam passim in priscis codicibus occurrit *adulescens*.

*mulum solum ait, dissimulans de parricidio.* [Cicero tamen de Off. III. 10. Romulum parricidii accusat. A. M. in Add.]

*ob labefactandi regni timorem*] Convenit locus de Sen. vi. 20. *res publicas ab adolescentibus labefactatas — reperietis.* Eo sensu, quo h. l. dicitur *exponi*, quique satis notus est ex Livio, Terentio, aliis, non reperitur hoc verbum in reliquis Ciceronis libris. Ita etiam quae sequitur vox *uberibus* semel tantum, et in poemata quidem, apud nostrum legitur de Divin. I. 12. 20. de eadem re: *Romani nominis alitrix, Martia, quae parvos Mavortis semine natos Uberibus gravidis vitali rore rigabat.* Mr.

*beluae*] Vid. Cic. de Legg. III. 9. 22. de N. D. I. 27. p. 122. ed. nostr. et Mos. Contra Heinr. scripsit *belluae*. Curt. Ruf. x. 1. 12. sine ulla varietate *beluarum*. Conf. etiam Indic. ed. Snakenburgii. Aliter sentit Festus in voc. cf. Facciolati in voc. Cr. — Apud poetas scribi *bellua* monet Grotesfend. Orthogr. Lat. I. c. p. 176. Mr.

(1) Locutionem imitari videtur Propertius III. 9. 51: *eductosque pares silvestri ex ubere reges.*

*sustulissent,*] Conf. Vet. poeta ep. Cic. de Divin. 21. 42. *puerum, primus Priamo qui foret Post illa natus, temperaret tollere:* ubi vid. Davis. Adde Lambin. ad Horat. Serm. II. 5. 46. et Ruhaken. ad Terent. Andr. I. 3. 14. p. 45. ed. Bruns. Cr.

*in agresti cultu*] Similiter Cic. de Orat. I. 8. 33. *ab — agresti — vita ad — humanum cultum — deducere.* Ad seqq. *ut omnes vid. ib. c. 9. §. 37. Animi ferocitate praestare* alibi noster, ut existimo, non dixit, cum et *ferocitatem* soleat in vitiis ponere, et *praestare* non nisi fere de virtutibus dicat. Sed egregie h. J. jungunt haec verba, cum ipsa ferocitas regalis cujusdam animi quasi signum et indicium esset. Mr.

(2) Hoc politici homines primum ajunt et antiquissimum dominandi jus, praecellentem scilicet corporis et animi vim. Dionys. I. 5. Victor autem orig. Rom. XXI: *Romulum a virium magnitudine appellatum; nam Graeca lingua βωυνη virtutum dici, certum est.*

(3) Ovid. fast. III. 61: *omnibus agricolis armentorumque magistris — Iliadae fratres jura petita dabant.*



copiis cum se ducem praeuisset, ut iam<sup>(a)</sup> a fabulis ad facta veniamus, oppressisse Longam Albam, validam urbem et <sup>(b)</sup> potentem | tempo-<sup>P. 190.</sup>ribus illis, Amuliumque regem interemisse fertur.

III. Qua gloria parta<sup>(c)</sup> urbem auspiciato condere et firmare dicitur primum cogitavisse rem publicam<sup>(1)</sup>. Urbi autem locum, quod est ei, qui diuturnam rem publicam serere conatur, diligentissime providendum, incredibili opportunitate delegit<sup>(2)</sup>. „Neque enim ad mare admo-

(a) Ita loquendum videtur potius, quam *etiam*. [Est in cod. *ut et jam*] Immo *et delere* praestaret. (b) Cod. *vel*; sed deinde videtur factum *et*. (c) Cod. *partam*; sed mox *m* expuncta.

*ut jam a fabulis ad facta veniamus.*] In Cod. est *ut et jam*, ut dedit A. Majus et post eum Sch., quamquam nusquam dixit Cic. *et jam pro etiam jam*, et neque sic intellectum illud *et locum* habet. Lehnerus conjunctim scripsit *etiam*, quod otiosum est. Sine dubio *δὲν ἔργα* A. Maji *φρόνιδες* erant *σοφώτεροι*, dicentis: immo *et delere* praestaret. Et deleverunt ante nos Heiar. et Steinack. Plane geminus est nostro locus de N. D. I. 14. 36. *Zeno autem, ut jam ad vestros, Balbe, veniam, naturalem legem divinam esse censet.* Mr.

*a fabulis*] De hoc vocabulo ejusque significationibus disputavit Wytttenbachius in Philomath. T. III. p. 302. sq. Infra cap. x. dixit noster: *antiquitas accepit fabulas, fictas etiam nonnunquam incondite.* Quod dicit *ad facta*, indicat, ipsum historiam Romanam, qualis sub regibus fuisse traditur, veram esse credidisse vel certe pro instituti sui ratione, ut de vera historia, de iis rebus loqui. Ad v. *validam urbem* conf. Liv. I. 15. Cr.

*et potentem*] Cum in Cod. scriptum fuerit *vel potentem*, su-

spiceris utrumque vocabulum glossam esse vocis *validam*, ideoque ejiciendum. Utrumque si servaveris, *validam* de urbe intelliges loco operibusque munita. Fieri etiam potest, ut scriptum fuerit *ut temporibus illis* i. e. pro temporum illorum ratione. Cr. *primum*] Non erat, quod omittet hanc vocem Villem. in versione; significat enim, eum de hoc potissimum et primum post Amulium interfectum cogitavisse, neque de expeditionibus bellicis aliisque de rebus gerendis. Cr.

(1) Ad hunc Tullii locum respexisse videtur Augustinus ep. cxxxviii. 10 cum scripsit: *longe melius Romulo etc. consecraret, firmaret, augetque remp.*

*Urbi autem locum,*] Vid. Creuz. Antt. Romm. p. 14. Mr.

*rem publicam serere*] Facit huc locus de Legg. I. 6. 20. *serendi etiam mores*; ad quem locum vide, quae annotavimus in ed. nostr. et Cr. p. 51. Ad v. *incredibili opportunitate* commode laudat Lehnerus Livium v. 54. qui cum toto nostro loco conferri meretur; pertinet huc in primis §. 4. p. 45a. ed. Drakenb. Stuttg. Mr.

(2) Ubertatem certe, quam in

„vit, quod ei fuit illa manu copiisque facilli- P. 127.  
 „mum, (1)“ ut in agrum Rutulorum Aborigi-  
 P. 157. numve (a) || procederet, aut in ostio Tiberino,  
 quem in locum multis post annis rex Ancus co-  
 loniam deduxit, urbem ipse conderet; sed hoc  
 vir excellenti providentia (b) sensit ac vidit, non

(a) Postrema sex verba repetuntur in codice, tum expungun-  
 tur. Et quidem priore loco legitur *Aboriginumque*. (b) Cod. *pro-  
 videntiam*, sed *m* fortasse expuncta.

primis urbano situi decernit Ari-  
 stoteles reip. VII. 5, negatam pro-  
 pe Romano solo ajunt quidam  
 apud Tullium in Rul. II. 35, et  
 apud Dionys. VIII. 8. Contra ta-  
 men, et vere, Plutarchus Romul.  
 cap. I. agri Romani bonitatem ex-  
 perimento cognita ait. Nostra  
 etiam aetate nusquam hic, ager  
 adversus cultores ingratus est.  
 Sed enim Tullii hunc de rep. lo-  
 cum videtur Strabo lib. v. p. 351.  
 studiose refutare, dum ait situm  
 urbi condendae non delectu sed  
 necessitate fuisse captum (quod  
 fatebitur ipse Cicero cap. XI.)  
 quippe qui neque natura munitus  
 esset, neque aliis tunc uteretur  
 commoditatibus: *κρίσαι τήν Πώ-  
 μην ἐν τόποις οὐ πρὸς αἰρεσὶν  
 μᾶλλον, ἢ πρὸς ἀνάγκην ἐπιτη-  
 δειοῖς· οὐτε γὰρ ἔρυμνὸν τὸ ἔδα-  
 φος κ. τ. λ.* Idem nihilominus  
 Strabo p. 358. sqq. late narrat  
 Innumeras commoditates, quae  
 Romanae urbi paulatim accesserunt  
 a vicinis regionibus et ab  
 industria potentiaeque civium, ita  
 ut in orbe nihil esset Roma me-  
 lius aut felicius. Qua in sententia  
 potissimum licuit quoque Propertio  
 de Roma canere III. 22.  
 18: *natura hic posuit quidquid  
 ubique fuit.*

*illa manu*] Omisso *cum*. Vid.  
 Matthiae Gr. Gr. §. 400. Lamb.  
 Bos. Ellips. Gr. p. 745. Schäf.  
 Viger. p. 642. ib. Hermann. p. 861.  
 n. 409. Ita quoque Latini: vid.

J. Fr. Gronov. ad Liv. II. 56. p. 495.  
 ed. Drakenb. Cort. ad Sallust. Catil.  
 LVII. 4. Interpr. ad Caes. de B. G. II.  
 7. 3. p. 96. p. 163. sq. ed. Stuttg.  
 (Oudendorp.) Caesar enim hac  
 ellipsi in primis delectatur. Vid.  
 etiam ad Cic. de Legg. III. 16. 37.  
 p. 452. ed. Mos. et nostr. ad v. *hoc  
 populo*. Cr. — Add. Ruddimann.  
 Inst. Gr. Lat. T. II. p. 268. ed. Stallb. *Mr.*

(1) Locum e II. de rep. citat  
 Fronto exem. eloc. voc. *admovit*,  
 omissis tamen verbis *illa manu  
 copiisque* tam in codice Mediolanen-  
 si, quam in quatuor Vaticanis.

*Aboriginumve*] Sch. nihil monens  
 dedit *Aboriginumque*, ut erat in  
 prima horum verborum in Cod. scrip-  
 tione, quae postea fuit expuncta. *Mr.*

*Ancus coloniam deduxit,*] Liv. I. 33.  
*Silva Maesia Vejentibus adempta  
 usque ad mare imperium prolatam,  
 et in ore Tiberis Ostia urbs condita.*  
 Conf. Messala Corvin. de Progen. Aug.  
 p. 6. (In Scriptt. Hist. Rom. ed. Haurisio.)  
 Flor. I. 4. ibiq. Beger. p. 54. Aurel.  
 Vict. de viris illustr. v. Eutrop. I. 4. *Mr.*

*urbem ipse conderet*] Magis  
 placeret *ipso*, ut ad ostio Tiberino  
 referatur. Sed si ita corrigas, loco  
 movenda erit vox et ante ostio  
 reponenda. Cr. — *Ostium Tiberinum*  
 dixit etiam pro Lege Manilia 12. 33. *Mr.*

esse opportunissimos situs maritimos urbibus iis (a), quae ad spem diuturnitatis conderentur atque imperii (1). Primum, quod essent urbes maritimae non solum multis periculis oppositae,

(a) Cod. eis. Mr.

*opportunissimos situs*] Quem laudat Platonis locum A. Majus ex Legg. iv. est is p. 704. St. p. 332. sqq. Bekk. cui adde Theopomp. ap. Athenaeum vi. p. 254. b. p. 474. Schweigh. et Aristid. in Orat. Platon. II. p. 206. ed. Jebb. Conf. de Geer. in Diatriba in Politicos Platonis Principia Sect. II. p. 41 — 45. Lectt. Platon. nostr. ad calcem Plotini de Pulcr. p. 463. sqq. Apud Scholiasten Aristidis l. c. est: Ἀλκυὸν ὁ Ἀρκικός τοῦτο εἶπεν ἄλμυρόν τὸ γειτόνημα, ἀντὶ τοῦ κακὸν εἶσι γειτόνα ἔχειν Σάλαρται. Conf. Alcmanis Fragg. nr. LXXI. p. 66. sq. Welckeri. Cr.

*situs maritimos*] Plurali numero in re simili usus est noster de Divin. II. 46. 97. *Ex quo intelligitur, plus terrarum situs, quam lunae tactus, ad nascendam valere:* et ad Qu. Fr. II. 16. *Quos tu situs, quas naturas — locorum — habes?* Livius v. 54. verba Ciceronis *ad spem diuturnitatis atque imperii* commode illustrat, dicens: *ad incrementum urbis natum unice locum.* Mr.

*ad spem diuturnitatis — atque imperii.*] Conf. Cic. Philipp. XI. 2. p. 824. Graevii: *ad spem constituendae libertatis.* Cr. — Schützius tacite delevit atque, quo facto Cicero Genitivum ab alio Genitivo pendentem posuisset: *quae conderentur ad spem diuturnitatis imperii.* Tales subinde leguntur Genitivi apud Ciceronem v. c. de Orat. II. 82. 333. *Vitanda etiam ingenii ostentationis suspicio,* ad quem locum vid. Schütz. in Ed. peculiari Opp. Rhett. T. II. p. 265. (ubi ridicule scribitur in Ed. Gru-

teri et aliquot aliis *ingenii ostentationis quae suspicio.*) Sed talis Genitivorum cumulatio (tres cumulantur a Caesare de B. G. III. 8. prc. *hujus est civitatis longe amplissima auctoritas omnis orae maritimae regionum earum.*) semper est ingrata et, ut negligentia, notanda potius, quam imitanda. Accedit, quod nostro loco abjecto atque sensus fit deterior. Id enim vult: non esse opportunos situs maritimos urbibus iis, quae conderentur in spem diuturnitatis non tantum, sed etiam in spem imperii. Sed quid ego rationibus contendo, cum nescio, utrum Schützius an casui fortuito debeatur ista emendatio? Mr.

(1) *Utram urbs, quae conditur, ad mare sit admovenda, necne; deque maris utilitatibus ac detrimentis, dubitanter scribit Aristoteles reip. VII. 5. 6. Minime dubius est Plato, qui leg. IV. civitatem a mari submovet stadiis octoginta, deque situs mediterranei commoditatibus, maritimique damnis disserit; quam Platonis sententiam prae oculis Tullium habuisse vix dubito. Distat autem a mari Roma stadiis circiter cxx.*

*multis periculis oppositae.*] Conf. Cic. de Off. II. 4. *Alia verbi ratio est supra I. 44. privato sunt oppositi timores.* Cr. — Magis etiam convenit nostro loco, quod est Or. pro Muren. 40. 87. *ad omne denique periculum atque ad omnem invidiam solus opponitur:* pro Corn. Balb. 10. 26. *qui se opponat periculis.* Livius de eadem re loquens *exponendi verbo* usus est L. V. 54.

P. 158. sed etiam | caecis (<sup>a</sup>). Nam terra continens adventus hostium non modo expectatos (<sup>b</sup>), sed etiam repentinos, multis (<sup>c</sup>) indiciis (<sup>d</sup>) et quasi fragore quodam et sonitu ipso ante denuntiat. Neque vero quisquam potest hostis advolare terrâ, quin eum non modo esse, sed etiam, quis et unde sit, scire possimus. Maritimus vero ille et navalis hostis ante adesse potest, quam quis-

(a) Cod. *caecitatis*; sed mox ibidem emendatum *caecis*. (b) Cod. primum *expectatur*; mox emendatum *expectatos*. (c) Ita emendatum in cod; quum primum fuisset *multum*. (d) Ita fortasse cod. 2. manu; at 1. *indiciis*.

4. nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium externarum. Mr.

sed etiam caecis.] Ita etiam passive utuntur Graeci verbo *τυφλός*. Cic. de Lege agr. II. 14. *cur hoc tam est obscurum atque coecum?* de Or. II. 87. 357. *res caecae et ab adspetus judicio remotas*. Cr. — *Caeca pericula* alibi non dixit Cicero: sed Propert. II. 27. 6. *habet: et maris et terrae caeca pericula viae*. Apud Plut. in Pyrrho xv. est *θάλασσα κείνουσα πρὸς χωρία δύσορμα καὶ τυφλά*. Mr.

et quasi fragore] Substantivum *fragor*, quo, ut poëticae magis, quam pedestri orationi conveniente (quamquam eo usi sunt Quintilianus etiam et Plinius in Epistolis), alibi non usus esse videtur Cicero, excusat addito *quasi*. Eo semel, et non nisi in exemplum exornationis, quae fit quasi imitatione soni, usus est Auct. ad Herenn. IV. 51. 42. *Postquam iste in rem publicam fecit impetum, fragor civitatis inprimis est auditus*. Mr.

sonitu ipso] Vid. Virg. Aen. VIII. 596. ibiq. Ursin. et Cerda. ibiq. Eannii Annall. VII. *summa sonitu quatit ungula terram*.

Pro ipso fortasse legendum *ipsa* (*αὐτή*) i. e. sua sponte. Conf. Schütz. Lex. Cic. in *ipse* et Goerrenz. ad Finn. I. 15. 47. p. 65. Hermann. in Beckii Actis Seminarii philol. Lips. Vol. I. p. 47. et ad Viger. p. 755. Cr. — *Antea denunciaré dixit Cic. pro Cluent. 8. 24. ubi sunt, qui legant ante*. Mr. *advolare terra,*] Eodem sensu dixit Or. pro Mur. 59. 85. *in agros suburbanos repente advolabit*. Mr.

non modo esse,] *Esse* ponitur pro *adesse*, ut infra II. 9. *qui sibi essent in auspiciis*. Cr. — Nisi malis *esse* poni pro *hostem esse*, quod ex praecedentibus subaudiri potest. Statim recte dicitur et plene *ante adesse*. Mr.

Maritimus vero ille] Noli litem movere verbo *ille*, quia de *maritimo hoste* nondum sermo fuerit; unde aliquis fortasse conjiciat *maritimus vero idem*, ut intelligas: idem vero hostis, (qui terra continenti adveniens facile potest animadverti, ideoque non ita periculosus est,) si mari et navibus advenit, formidolosior est, quia ante adesse potest, quam quisquam venturum esse suspicari queat. Neque etiam *ille* legendum. Est elegans dictio, et lo-

quam venturum esse suspicari queat. Nec vero, cum venit, prae se || fert, aut qui (<sup>a</sup>) sit, aut P. 167. unde veniat, aut etiam quid velit; denique ne (<sup>b</sup>) notâ quidem ullâ, pœatus an hostis sit, discerni ac iudicari potest.

III. Est autem maritimis urbibus etiam quaedam corruptela ac demutatio (<sup>c</sup>) morum: ad-

(a) Ita cod. 2. manu, quum prima fuisset *quis*. (b) Cod. *ne*, tum prior particula expuncta; nisi forte eam transferre licet, ut fiat *pacatusne an*. Confer de rep. I. 19. p. 58. n. b. (c) Cod. *demutatio*; mox expuncta *de*. Equidem magnopere suspicor vocabulum *demutatio* esse genuinum Tullianum, quod emendator; ut prope insolitum, frustra imminuerit. Neque caret duplici exemplo vocabulum apud lexicographos, quemquam alterum est dubium Plinii, alterum Tertulliani. Quid si nunc Tullius accedat? praesertim quum verbum ipsum *demuto* sine controversia sit. [Dedit tamen A. Majus *mutatio*, et post eum Sch. *Mr.*]

cus ita intelligendus: si vero alius hostis non terra, sed mari navibusque appropinquat, ante adesse potest etc., vel: si vero is, qui hostis urbem adoriri vult, maritimus est et navalis, ante adesse potest etc. *Cr.*

*aut qui sit*] Heinr. et Steinack. primae manus lectionem, *quis*, restituerunt; videlicet (ita certe opinor) ut Cicero secum in concordiam redeat, qui paulo superius scripsit *quis et unde sit*. Sed salva res est: et supra *quis* scripsit, quia requiritur pronomen interrogativum, neque fuit causa scribendi *qui*: hoc loco *qui* interrogative posuit pro *quis*, ut saepius fecit ante *s*, ut vitetur concursus litterae sibilae auribus ingratus. Ita dixit Epist. ad Fam. v. 12. (Mart. Lagun. 13.) *Neque enim tu is es, qui, qui sis, nescias*: ad Att. III. 10. *non possum — non sentire qui sim*: in Qu. Caecil. Divin. 6. 20. *te non novimus, nescimus, qui sis*. Qua de re dudum praecepit Cortius ad Sallust. Catil. 44. 5. p. 266., brevius Drakenborch. ad Liv. I. 7. 9. p. 80. ed. Stuuig. *Mr.*

*Pacatus an hostis sit,*] Opponuntur sibi invicem haec apud Senecam Quaest. Nat. vi. 7. *hinc, qui medius inter pacata et hostilia fluit, Danubius ac Rhenus*. Pro iudicari fortasse aliquis malit *dijudicari*: sed disjunctio satis significari videtur verbo *discerni*. *Mr.*

*corruptela — morum*] Similiter de Legg. II. 15. 38. *mores — dulcedine corruptelaque depravati*. *Mr.*

*demutatio*] Non dubitavi restituere post Heinr. Stein. et Lehnerum hanc primae manus scriptionem, ut sit *mutatio* in pejus. Et eodem sensu verbo *demutandi* utitur Plaut. Trinumm. 74. (I. 2. 36.) *Aut si demutant mores ingenium tuum, neque eos anti-quos servas, ast captas novos*: ib. 1113. (IV. 5. 19.) *neque demutavit animum de firma fide*. *Mr.*

*admiscetur — novis sermonibus*] Duplici modo construitur hoc verbum in uno eodemque capite de N. D. II. 10. 26. *aquae admistum esse calorem*; et 27. *aër multo calore admistus est*. Tertia

miscentur enim novis sermonibus<sup>(1)</sup> ac disci- P. 129  
plinis, et importantur non merces solum adven-  
ticiae, sed etiam mores; ut nihil possit in pa-  
P. 168. trijs (a) institutis manere in | tegrum. Iam qui  
incolunt eas urbes, non haerent in suis sedi-

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *patris* cum crasi.

ratio est Philippic. XII. 7. 16. *ego*  
— *ad id consilium admiscear?* —  
*Importandi* verbo proprio sensu,  
ut hic de mercibus, et paulo in-  
ferius, sibi non usus est Cicero,  
sed semper tralato sensu de re-  
bus incommotis. *Mr.*

(1) Qui admiscetur novis ser-  
monibus, cum mores saepe suos  
corrumpere putant philosophi,  
grammatici autem etiam linguam.  
Atqui mixtio cum extraneis ser-  
monibus non corruptelam sed  
proprietaem fecisse Atticae lin-  
guae videbatur Xenophonti reip.  
Ath. cap. II, cujus verba propter  
controversias in Italia renatas de  
linguae patriae puritate atque ori-  
ginibus, audire par est. Loquitur  
autem Xenophon de utilita-  
tibus quas Athenienses e commer-  
cio cum omni populorum varie-  
tate capiebant, inter quas linguae  
patriae perfectionem recenset:  
*ἔπειτα φωνὴν τὴν πάσαν ἀκούον-  
τες, ἐφέλεξάντο τούτο μὲν ἐκ τῆς,  
τούτο δὲ ἐκ τῆς· καὶ οἱ μὲν Ἕλλη-  
νες ἰδίᾳ μᾶλλον καὶ φωνῇ καὶ  
δικαίᾳ καὶ σχήματι χρῶνται, Ἀθη-  
ναῖοι δὲ κεκραμένη ἐξ ἀπάντων  
τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων.*  
Quamquam resae Xenophon toto  
illo opusculo Athenienses irridet:  
quare et de Atticis praestantia  
ironice loqui videtur. Romano-  
rum item lingua videbatur Diony-  
sio I. 90 propter commercia et  
commigrationes multum adsci-  
visse praesertim ex Aeolica diale-

*adventiciae*, ] Sunt *ἐπιείκταρα*  
*ῶνα*. Vid. nos ad Plotin. de Pul-  
crit. p. 243. ibiq. Demosth. Leptin.

p. 37. Wolf. Cic. pro domo cap. 5.  
*delatum malum* [sed vid. ad  
eum locum Wolfium, qui eam lo-  
cutionem auctoritate destitui mo-  
net, laudatque ex Odyss. (videlicet  
Σ. 73. Ω. 462.) *ἐπίσκοπον κακῶν.*  
*Mr.*] Propert. I. 2. 4. *peregrina*  
*munera* — *mercatorumque cultum*.  
Add. Theopomp. ap. Athen. VI. p.  
474. Schwgh. *ναυτιῶν, λαπο-  
δυτῶν, ψευδομαρτυρῶν, σκυφαν-  
τῶν.* Cr. — In Ed. Heinar. opera-  
rum errore hic plene distinguitur:  
in Ed. Villem. scriptum est *adven-  
ticiae*. Ad verba conf. Cic. de Orat.  
III. 33. 135. *Quid enim M. Cato-  
ni, praeter haec — doctrinam*  
*transmarinam atque adven-  
ticiam defuit?* Bene statim  
Heinar. semicolon posuit post *mo-  
res*, cum in reliquis Edd. sit di-  
stinctio minor. *Ut* enim non pen-  
det ab antecedentibus, sed ex  
omisso *quo fit*. Ita est Or. pro  
Mil. 23. 61. *Magna vis est con-  
scientiae — in utramque partem;*  
*ut neque timeant, qui nihil con-  
miserint; et poenam semper ante*  
*oculos versari putent, qui pecca-  
rint.* *Mr.*

*non haerent in suis sedibus,*  
Ita noster infra VI. 18. (Somn.  
Scip. v. 12.) *terra — ima sede*  
*semper haeret.* Quod vero A.  
Majus in nota critica pravam  
scriptionem *sedibus* excusare vi-  
detur proba verbi *saepire*, id  
vero melius omisisset. De poste-  
rioris vocis descriptione supra mo-  
nimus (I. 26.), de priore, a per-  
fecto verbi *sedeo*, neque vero ab  
*ēdos*, derivanda, dicere non est  
necesse. Universe moneo, ex scri-

bus (<sup>a</sup>), sed volucris semper spe et cogitatione rapiuntur a domo longius, atque etiam cum manent corpore, animo tamen excurrunt (<sup>b</sup>) et vagantur. Nec vero ulla (<sup>c</sup>) res magis labefacta tam diu et Carthaginem (<sup>d</sup>) et Corinthum per-

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *saedibus*. Sane alibi vidimus *saepiuntur*, neque obstat prosodia. Videtur etiam supra *saedibus* scriptus alius versus, et mox deletus, vel posteriore aetate abrasus. (b) Cod. *excurrant*; mox factum *excurrunt*. Recolle lib. I. 5. p. 18. n. c. ubi observatum est, eos, qui *r* exprimere non possunt, pronuntiare *l* aut *s*. (c) Ita Cod. 2. manu; at 1. *ullae*. (d) Ita per *c*; at alibi per *k*.

ptione alicujus vocis vel in codicibus vel in marmoribus non sequi, eam esse legitimam, etiamsi sit valde antiqua: si certa adversatur etymologia, ab hujus auctoritate standum est. Quare etiam merito non obsequentes habuit viros doctos Bentlejus, qui scriptionem aevi Augustei in voce *scena* (σκηνη) reducere volebat, scribens *scaena*. *Mr.*

*volucris semper spe*] Similiter in Or. pro Sull. 52. 91. *O falsam spem! o volucrem fortunam!* *Mr.*

*animo tamen excurrunt*] Quis hoc loco de lectione ambigi posse suspicetur? sed tamen ego dicam, quod sentio. Cum in Cod. a. 2. manu pro falso *excurrant* correctum sit *excurrunt*, quod plane est nihili, equidem existimo scriptum fuisse *excurrunt*: quod verbum nunc quidem Lexica in dubiis ponunt, sed fortasse ex nostro loco certis inserendum est: praesertim cum de derivatis *excursatio* et *excursator* ambigi non possit. Frequentativum autem loco optime convenire nemo est, quin videat. Cr. quoque in schedis suspicioni meae calculum adjecit. Quod autem A. Majus in annot. criticis affert, nihil facit ad rem et ad nostrum locum. Consimilis nostro est locus de Divin. I. 50. 114. *quorum animi — evo-*

*lant et excurrunt foras.* — Nunc meae etiam sententiae accedere video Osannum, qui in Auctario Lexicorum Graecorum: Darmst. 1824. 4. p. 184. haec posuit: „*Excursare*. Cic. de Rep. „II. 4. *adque — excurrant*. Ita „Codex, cujus scripturam manus „secunda, quum *excurrunt* exhibet, tantum abest, ut ex Maji sententia codicem emendet, ut potius ejus lectionem quodam modo „confirmet. Num quis enim semel monitus in corrupto *excurrunt* aliud quidquam latere statuat, quam *excursant*? quamquam hoc Majus laetit, *excurrunt* edi jubentem, quem ceteri, „si recte memini, editores sequuti „sunt. Nova quidem vox *excursare*, neque alibidum reperta: „ab usu tamen eam non prorsus „abfuisse, testantur, quae hinc „descendant, substantiva *excursatio* et *excursator*. Denique „adde, hanc vocem non unicam „esse, qua Lexica Latina ex hoc „Ciceronis opere feliciter augeantur.“ *Mr.*

*animo — vagantur.*] Sic de Offic. II. 2. 7. *non enim sumus ii, quorum vegetur animus errore.* — De Corintho vid. Thucydid. I. 13. — Ad v. *pervertit* explicandam facit locus de Divin. II. 56. 115. *Nam cum sors illa edita est opulentissimo regi Asiae,*

vertit (a) aliquando, quam hic error ac dissipatio civium (1), quod mercandi cupiditate et <sup>P. 130.</sup> navi \* || gandi et agrorum et armorum cultum reliquerant (2). Multa etiam ad luxuriam invitamenta pernicioso civitatibus suppeditantur mari, quae vel capiuntur, vel importantur; atque habet etiam (b) amoenitas ipsa vel sumptuosas vel

\* Q. XIII.  
P. 227.

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *perverterunt*. (b) Cod. *jam*. Sed, nisi fallor, oblitus est librarius repetere et post *habet*. Genus id mendorum in codicibus satis est exploratum.

*Croesus Halym penetrans magnam pervertet opum vim: hostium vim sese perversurum putavit, pervertit autem suam.* — *Labefactare et pervertere* jungit de Finn. III. 21. 70. Mr.

*error ac dissipatio*] Singulari haec verba sensu et alibi non obvio ponuntur a nostro, ita tamen, ut recte ita dici dubium esse non debeat. Simili sensu dixit *erratio* de Univ. 6. et *dissipatum* sensu consimili *oratorem* in Bruto 59. 216. Mr.

(1) Idcirco Lycurgus Lacedaemoniis mari interdixerat, ut ait Plutarchus in institutis Laconicis t. VI. p. 890. Isocrates autem or. soc. cap. xxxiii Lacedaemonios maris imperio ita esse corruptos docet, ut ob id terrae quoque imperium amiserint.

*agrorum et armorum cultum reliquerant.*] Armorum, ait, cultum reliquerant, quia mercenariis copiis utebantur. Cr. — Schützius correxerat *culturam*, nihil monens, sed motus, opinor, eo, quod Cicero plerumque de *agrorum cultura* loquitur. Sed dixit tamen etiam *cultus agrorum* de Leg. Agrar. II. 32. 88. et sine dubio durius videbatur Ciceroni jungere *culturam armorum*, quam *cultum armorum*. Mr.

(2) Corinthiorum prae reliquis

Graecis studium navigandi antiquissimum, primamque adeo triremem ab iisdem aedificatam, observat Thucydides I. 13. De Carthaginiensibus autem sic Afer Augustinus in ps. XLVII. 6: *manifestum est, quod primordia regni Carthaginiis navibus floruerunt, et ita floruerunt, ut inter ceteras gentes excelleret negotiationibus et navigationibus.*

*ad luxuriam invitamenta*] Similiter locutus est de Finn. v. 6. 17. *fons reperendus est, in quo sunt prima invitamenta naturae.* Conf. Cic. in Hortensio ap. Non. cap. 4. nr. 232. *Voluptates — nulla ad res necessaria invitamenta afferunt senibus.* Cr. — Add. Or. pro Sull. 26. 74. *Qui cum multa haberet invitamenta urbis et fori.* Haec ideo adscripsimus, ne quis ex Valer. Max. II. 6. 1. ubi est: *Ionas — haud parva luxuriae irritamenta reperisse*, nostro loco medicinam petere in animum ducat, arrepto verbo, quod ne Ciceronianum quidem est. — Mox dicitur *capiuntur* sc. invitamenta ad luxuriam, paulo insolentius, sed ita, ut dicitur v. c. apud Livium v. 20. 5. *captam ex hostibus — pecuniam.* Mr.

*vel sumptuosas vel desidiosas*] Quid sibi volunt *illecebrae desidiosae*? nonne agitant et stimu-



desidiosas illecebras multas cupiditatum (¹). Et quod de Corintho dixi, id haud (²) scio an liceat de cuncta Graecia verissime dicere. Nam et ipsa Peloponnesus fere tota in mari est (²): | P. 128.  
 P. 131. nec praeter Phliasios (ᵇ) ulli sunt, quorum agri

(a) Cod. aut. Hinc rursus agnoscas pronuntiationis vel vitium vel similitudinem. (b) Cod. mendose *Philantios*. Immo vero scribi debuit *Phliasios*; sic enim emendavit suam hanc lectionem librorum de rep. Cicero ipse ad Atticum scribens vi. 2: *Phliasios dici sciebam; et ita fac habeas, nos quidem sic habemus. Sed primo me ἀναλογία deceperat, Φλιούς, Όκούς, Σικούς; quod Όκούντιοι, Σικούντιοι. Sed hoc continuo correximus.* In codice tamen Vaticano manet prior Tullii scriptura (praeter vitiosam metathesim); quod nobile documentum est Tullii libros politicos statim omnibus viguisse (ut ait Caelius ep. viii. 1.) ideoque distractis exemplaribus, ne ipsius quidem auctoris emendationes potuisse recipi. Ceteroqui gentile *Φλιούντιος* est apud Stephanum Byz. qui addit et *Φλιούσιος* atque *Φλιάσιος*. *Phliasios* scribit ipse Cicero Tusc. v. 3; et sic Graeci vulgo auctores habent.

lant potius, neque quiescere sinunt, neque ipsae quiescunt? Ita mihi aliquis persuadere studebat, ut rescriberem *vel sumptuosas vel deteriores etiam*. Sed quamquam hoc non displiceret, si esset in Codice, tamen nihil violentius agendum. Patrocinium loci suscipit Auct. ad Herenn. iv. 32. 43. aut si, quod facit, ab eo (nominetur), quod fit, ut, cum *desidiosam artem dicemus, quia desidiosos facit: et frigus pigrum, quia pigros facit.* Mr. — Adde Cic. Agrar. II. 32. *inertissimum vel desidiosissimum otium*. Varro proem. R. R. II. 1. p. 211. Schneideri: *Viri magni nostri majores — qui in oppido sederent, quam qui rura colerent, desidiosiores putabant: ubi alii libri desidiores. Cr.*

(1) Intellige praesertim ambujarum Corinthiarum famosum collegium, de quo Strabo viii. p. 581, aliique auctores. *fere tota in mari est.*] Horum verborum sensus cum sit satis manifestus, mireris sane, Kobbiium

vertisse *fast ganz vom Meere umgeben*. Vide modo A. Maji annot. ad h. l. Mr.

(2) Cicero ad Att. vi. 2: *Peloponnesias civitates omnes maritimas esse, Dicaearchi tabulis credidi. Is multis quidem nominibus Graecos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sunt.* En unde Cicero disputationis hujus materiam sumpsit, teste ipso ibidem: *atque istum ego locum totidem verbis a Dicaearcho transtuli.* Negaverat autem Atticus Arcadas mare contingere; quod secus tamen aliquando fuit, quem Triphyliae potiebantur regionis maritimae.

*Phliasios*] Ita jubente Cicerone ipso rescripti cum Sch. et Lehn. Reliqui vero cum A. Majo servarunt, quod Cicero primum scripserat, *Phliuntios*, nisi quod Villem. suo, ut ajunt, Marte nobis procudit mirum vocabulum *Phliensios*, quas delicias fideliter repetivit Petrus ille, quem diximus, interpres Germanicus, in contextu Latino: hominibus vero Germanis aliud et elegantius etiam voca-

non contingant mare; et extra Peloponnesum Aenianes (a) et Dores et Dolopes soli absunt a mari. Quid dicam insulas Graeciae? quae fluctibus cinctae natant paene ipsae (b) simul cum civitatium (c) institutis et moribus. Atque haec quidem, ut supra dixi, veteris (d) sunt Graeciae. „Coloniarum vero quae est deducta a

(a) Videtur scribendum *Aenianes* cum diphthongo. [Est enim in Cod. *Enianes*.] Legitur enim apud Graecos geographos *Αιναίης*, Plinius autem IV. 2. habet *Aenienses* ac *Αιναίς*. (b) Cod. in *ipsae*; mox expuncta in. (c) Cod. 1. manu *civitatium*; tum 2. manus superposuit *um*, delevitque *s*, et ut videtur etiam *i*. Retinui tamen *civitatium*, quam lectionem superius habes in hoc opere. (d) Cod. *veteres*.

bulum proculdit *Philasier*. — Ceterum ex hac Ciceronis correctione vocabuli ab ipso prius scripti, quod tamen servatum est in Codice nostro, apparere ait merito A. Majus, Ciceronis libros politicos celeriter in multorum venisse manus, ut ne ipsius quidem scriptoris correctio in omnia exemplaria potuerit recipi. *Mr.*

*Aenianes*] Ita monente A. Majo, praecuntibus Heine. Stein. et Schützio, et suadentibus Geographis veteribus rescripsi: sed Lehnerus servavit Codicis descriptionem *Enianes* cum Villem. laudans Hom. Iliad. B. 749. τῶ δ' Ἐνιή-  
*ως* ἔκοντο: quam vero descriptionem non nisi metri causa factam esse monet Eustathius ad eum locum. Tum *Dores* scripsimus cum Heine. et Stein., reliqui ex Cod. *Doris*. *Mr.*

*quae fluctibus cinctae natant paene ipsae*] Cum ante *ipsae* in Cod. a pr. m. additum fuerit in, fortasse legendum est *inibi ipsae* (ἀντόθι). Cic. in Rull. I. 7. 20. *nata inibi esse—videtur*. *Cr.* — Moneor ab alio viro docto, ut reponam in ante *natant*, ut sit *fluctibus—innatant*. Cui ego ut obsequar adduci nullo modo pos-

sum. Quid faciet enim verbis *cinctae* et *paene*, quorum prius tum non habet, quo regatur, posterius supervacaneum fit? Praetereo, quod primum est; perire videlicet elegantem verbi *natate* usum pro *inconstantem esse*, ut usus est eodem verbo noster de N. D. III. 24. 62. *in quo quidem magis tu mihi natate visus es, quam ipse Neptunus*: ubi vid. Wyttenb. in ed. Cr. et nostr. maj. p. 788. ed. nostr. min. p. 217. — Pro *civitatium* Villem. et Steinack. scripserunt *civitatum*. De qua re cum jam supra monuerimus, talia in posterum non ultra adnotabimus. *Mr.*

*ut supra dixi*,] Zachariae l. c. p. 139. haec verba spuria esse censet, quia Scipio nusquam dixerit, se primum de veteri Graecia esse locuturum. Cui respondet Kobbis servari ea posse, si *supra* intelligatur, quasi scriptum sit *modo*. *Mr.*

*Grajis*] Villem. et Sch. correxerunt *Graecis*. Nolo laudare pro illo vocabulo Ciceroni et prosae orationi vindicando Cic. de N. D. II. 36. 91. *quasi veronon Grajus hoc dicat*: nam accommodasse se dici potest Cicero ad

„Graeis (a) in Asiam, Thracam, Italiam, (b)“  
 P. 132. Siciliam, Africam, praeter unam Magnesium (c),  
 quam unda non alluat? Ita barbarorum agris  
 quasi attexta || quaedam videtur ora esse Grae- P. 129.  
 ciae. Nam e barbaris quidem ipsis nulli erant  
 antea maritimi (d), praeter (e) Etruscos et Poe-

(a) Ita Cod. [*Graeis*] (b) Locum citat Servius ad Aen. XII. 355. voc. *Thraca* sic: *Cicero in de re publica: colonia vero quae est deducta a Graecis in Asiam, Thracam, Italiam, et non dixit Thraciam.* Notandae sunt in primis variae lectiones *colonia, Graecis, Thracam*; quamquam Vaticanus codex nunc nobis *Thraciam* exhibet. Similis autem huic est Ciceronis locus de divin. I. 1: *quam vero Graecia coloniam misit in Aetoliam, Ioniam, Asiam, Siciliam, Italiam sine Pythio* etc. (c) Verba *Thraciam* etc. *Magnesium* addita sunt in codice secunda manu, quae 1. omiserat, videlicet oscitantia librarii. (d) Ita Cod. [*maritimi*] at paulo post per *i*. (e) Ita Cod. 2. manu; at 1. *praeter*. Memento autem dictorum superius de scriptura s pro r.

versum Pacuvii praecedentem: *hoc, quod memoro, nostri caelum, Graji perhibent aethera; et statim subsequi Graece loquentem.* Neque laudabo de Invent. II. 23. 69 et 70. ubi in exemplis ter ponitur. Sed de N. D. est etiam III. 21. 53. *Διόσκωροι* etiam apud *Grajos* multis modis nominantur: ubi nihil plane movit et novavit Schützius et, uno excepto, codices omnes in ea descriptione consentientes reperimus. Infra etiam VI. 16. (Somn. Scip. 3.) est: *ut a Grajis accipistis.* Mr.

*Thracam*] Niebuhrius in Ind. Latinitatis ex Servio rescribi jubet *Thracam*, quae certe scriptio Ciceronis aetate videtur obtinuisse, et est apud Horatium Epist. I. 3. 3. Sed Editores omnes cum A. Majus servarunt Codicis scriptiorem *Thraciam*, quae postea vulgo fuit recepta. Conf. Is. Voss: ad Pompon. Melam p. 688. Mr. *Magnesium*,] Ad Maeandrum. Vid. Liv. XXXVII. 45. init. coll. XXXVI. 43. Cora. Nep. Themistocel. c. 10. Cr.

*quam unda non alluat.*] Si scriptum esset *quam non alluat unda* Hexametri haberemus partem. Neque vero de versu poetae cujusdam numeris soluto cogitandum: dixit noster de Legg. II. 3. 6. *Fibrenus*—*latera haec alluit.* Mr.

*Etruscos et Poenos;*] Quod si A. Majus recte explicuit hunc locum, acerbius et fere dixerim injustius de Etruscis noster judicet. Opes enim Etruscorum et imperium maritimum non praedonum tantum speciem referunt. Vide modo Herodot. I. 166. Euseb. Chron. p. 36. in primis Liv. I. 2. v. 51. Sed de toto loco res nondum ad liquidum perducta est, etiam quod ad Poenos attinet, quae voce etiam Phoenices significari arbitratur A. Majus. Cr. — Fuisse tamen eam, quam dicit A. Majus, re vera Ciceronis sententiam, patet ex loco Servii, quem laudat, quemque nos h. l. adscribemus: *Maeoniae provinciae brevitatem duos fratres, Lydum et Tyrrhenum ferro non posset, ex sorte Tyrrhenus cum ingenti*

nos; alteri mercandi causa, latrocinandi alteri<sup>(1)</sup>. Quae causa perspicua est malorum commutatio-  
numque Graeciae<sup>(a)</sup>, propter ea vitia maritima-  
rum urbium, quae ante paulo perbreuiter<sup>(b)</sup>  
attigi<sup>(c)</sup>. Sed tamen in his<sup>(d)</sup> vitiis inest illa  
magna commoditas, ut, quod<sup>(e)</sup> ubique gen-

(a) Cod. *Graeciae*. At alibi emendate. (b) Cod. *perubreuiter*;  
tum expuncta u. Patet autem ipsum scribam se emendavisse;  
scripta enim u, cognitoque mendo suo, expunxit ipsam u, voca-  
bulumque uti opus erat continuavit scribendo b. (c) Cod. *ad-*  
*tigisset*; tum expuncta est prior s, a qua nos separavimus, uti  
par erat, set. (d) Ita Cod. [*hiis*]. (e) *Quod* superadditum est  
in codice manu posteriore.

multitudine profectus, partem  
Italiae tenuit et Tyrrheniam ap-  
pellavit. Hi diu piraticam  
exercuerunt, ut etiam Cicero  
in Hortensio docet, cum capti-  
vos novis poenis affligerent, occi-  
sorum eos religantes cadaveribus:  
quod Virgilius dat Mezen-  
tio, sciens lectum esse de gente  
Tyrrhenorum. Quod vero ad  
Etruscorum historiam attinet, col-  
lecta reperies pleraque omnia ex  
veteribus scriptoribus in tertio  
Volumine addendorum ad Histo-  
riam universalem, (quae germa-  
nice prodiit Halis Saxonum unde-  
coginta Voll.) p. 43 — 180. Inde  
etiam patet Ciceronis iudicium  
iusto acerbius esse. Sed iniquius  
iudicare solitos esse Romanos de  
Etruscis aequae ac de Carthagi-  
niensibus, notum est. Est vero h.  
l. chiasmi genus, cum verbum  
mercandi ad Poenos, latrocinan-  
di ad Etruscos trahendum sit.  
Similis est ap. Sallust. Catil. 14.  
quos manus atque lingua  
perjurio aut sanguine  
civilis alebat: ubi manus referen-  
dum ad sanguine, lingua ad per-  
jurio: ubi vid. Cort. p. 96. sq.  
Mr.

(1) Latrones intellige Etruscos;  
nam Poenorum navigationes su-  
pra dixit auctor. Quin adeo voce

Poenos etiam Phoenicas signifi-  
cari a Tullio arbitror. Etruscos  
seu Tyrrhenos diu piraticam exer-  
cuisse docuerat in Hortensio Ci-  
cero, teste Servio ad Aen. VIII.  
479, qui locus ex Augustino inter  
operis fragmenta translatus est.  
Eorundem piraticam commemo-  
rat etiam Strabo v. p. 354. τῆ  
θαλάττης κατὰ ληστειῶν ἐπέθεντο.  
ante paulo] Solet alibi Cicero  
dicere, ut alii scriptores, paulo  
ante, sed similiter ut nostro loco  
dixit de Senect. 2. 6. si — ante  
multo a te didicerimus. Mr.  
perbreuiter attigi] Haec trans-  
tulit quisquis fuit scriptor oratio-  
nis pro Domo in suam declama-  
tionem cap. 15. 40. quae ego nunc  
perbreuiter attingo. Mr.  
ut, quod ubique — est, ad eam  
— quam quis incolat, — ve-  
lit — possit ac mittere.] In  
Cod. et ed. pr. est et quod ubi-  
que — est; ut ad — quam in co-  
las — velint — possint ac  
mittere, quod ut concoquere po-  
tuerint Sch. Stein. et Lehn. non  
intelligo. Correxit Heinr. scri-  
bens ut, ubique gentium (ejecto  
quod) — est, ad eam urbem, quam  
quis incolat etc., servavit au-  
tem velint et possint. Mihi locus  
non aliter persanatus esse visus  
est, nisi si scriberem, ut scripsi;

tium<sup>(a)</sup> | est, „ad<sup>(b)</sup>, eam urbem, quam quis p. 250.  
 „incolat, possit adnare<sup>(c)</sup>“: et rursus, ut id,  
 P. 133. quod agri efferant sui, quascumque velit in ter-  
 ras portare possit ac mittere.

V. Qui potuit igitur divinius et utilitates  
 complecti maritimas Romulus et vitia vitare, quam  
 quod urbem perennis annis et aequabilis et in

(a) Ita Cod. 1. manu; at 2. mendose *genitum*. (b) Cod. *ad  
 aeam*; tum expuncta est prior *a*. (c) Locum e II. de rep. citat  
 Fronto exem. eloc. voc. *adnare*. At in editis fragmentis citatur  
 e I. *perperam*. Editiones item habent *possis* pro *possit*; quae  
 etsi lectio videri poterat probabilis, tamen a Frontonis codicibus  
 cunctis exploditur, tum, quod magis interest, a Ciceronis de rep.  
 codice Vaticano. Codicum Frontonis varietates sunt 1. *ut ad eam  
 urbem, ad quam incolae possit adnare*; 2. in alio codice *ro pos-  
 sit* corrigitur in margine *possis*, quae conjectura deinceps ab  
 editoribus fragmentorum recepta fuit.

parte emendationis Heinrichii adoptata, mutationibus factis le-  
 vissimis facillimisque. Sensum non  
 est quod explicem, cum sit expedi-  
 tissimus, si meam sequeris rationem,  
 difficillimus si aliam; excipio  
 Heinrichii emendationem, quae  
 tamen ejecto *quod* post ut  
 sensum probabilem immutat, et  
 servato verborum plurali numero  
 ingratam et contortam relinquit  
 structuram. *Ubiq; gentium* est  
 i. q. *ubicunq; gentium*, cujus  
 usus non est quod adferam ex-  
 empla: *adnandi* verbo alibi non  
 usus est Cicero, neque verbo *ad-  
 natandi*: sed *innatare* dixit in  
 libris de Nat. Deorum. Mr.

[*Qui potuit igitur divinius*]  
 Ita primo statim ad aspectu corri-  
 gendum esse existimavi, idemque  
 fecisse postea deprehendi Schüt-  
 zium, Steinack, et Zachar. in li-  
 bro, quem laudavimus, p. 140., qui  
 laudat Cic. Parad. I. 4. (quos nu-  
 meros operarum errore ita posi-  
 tos existimo) ubi Cicero adjecti-  
 vi *divinus* comparativo usus sit.  
 Eo usus est de Finn. v. 11. 53.  
*major aliqua causa atque divi-  
 nior*: sed alio plane sensu. Ad

nostrum proxime accedit de Di-  
 vin. I. 28. 58. *Quid hoc somnio  
 dici divinius potest?* Hunc  
 sensum (videlicet *divinandi*)  
 huic vocabulo nostro loco inesse  
 patet etiam ex eo, quod mox dicit:  
*ut mihi jam tum divinasse  
 videatur*. Heinr. servavit *divini-  
 tus*, idemque etiam placere vide-  
 tur Censori Lipsiensi (p. 55.),  
 Gottingensis autem (1854. 24.)  
 dicit probum sibi videri *divini-  
 tus*; subaudiendum enim esse  
*tam vel magis*, quod saepius ab-  
 sit ante *quam*. In eadem senten-  
 tia est Lehnerus, qui, quamquam  
 coniecit *divinius*, tamen addit:  
 nisi forte, ut saepe apud Sallu-  
 stium, *magis* suppleendum est. Sed  
 hoc ab usu Ciceronis alienum est.  
 Nam quod ad de N. D. III. 25. 64.  
*aliunde mihi quaerendum est, ut  
 et esse deos et quales sint dii  
 discere possim, quam quales  
 tu eos esse vis*: quod, inquam,  
 ante hoc *quam* subaudiri potest,  
 et debet fortasse, *potius*: ejus  
 loci et alia, quam nostri, est ratio,  
 et ipsa structura paulo negli-  
 gentior. Mr.

*perennis — aequabilis* J. Cic.

mare late influentis posuit in ripa<sup>(1)</sup>, quo posset urbs<sup>(a)</sup> et accipere ex<sup>(b)</sup> mari, quo ege-  
 P. 151. ret, et reddere<sup>(c)</sup>, quo redundaret: || eodemque  
 ut<sup>(d)</sup> flumine res ad victum cultumque maxime  
 necessarias non solum mari arcesseret<sup>(e)</sup>, sed

(a) Cod. 1. manu *urps*; quamquam videtur postea interpolata littera, factumque *urbs*; sed tamen inferius occurrit evidenter *urps*. Est autem de hac scriptura insignis Papiriani auctoritas p. 2291: *urps per p debet scribi; licet Varro per b scribendam putet, quod in reliquis casibus b habeat.* (b) Ita Cod. 1. manu; at 2 pro *ex* fecit *a*. (c) Ita Cod. 2. manu; at 1. *redderet*. (d) *Ut* superponitur in codice. (e) Ita [*absorberet*] evidenter codex, sine ulla emendatione. Ut corrigam *a mari subveheret* moneor; meliore equidem et plane verisimili locutione, indice etiam Rutilio Numatiano I. 153, qui Tullii hanc sententiam exprimere videtur de navigatione Tiberis loquens: *placidis commercia ripis—devehat hinc raris subvehat inde maris*. Attamen ego miror, qui fieri possit, ut amanuensis tantam iniekerit varietatem, nempe *absorberet* pro *subveheret*. [*Absorberet* videtur quaedam vitiosa metathesis ex *subveheret*. A. M. in Emm.]

Verrin. vi. 48. *aquae perennes: αἰνναος*. Conf. Herodot. I. 145. *ποταμὸς αἰνναος*; ib. cap. 93. ubi *αἰνναον* de palude. Odys. N. 109. *ἰδαί' αἰνναόντα*. Xenoph. Hell. III. 2. 14. Lucian. Asin. 29. p. 599. ed. Amst. *ποταμὸς αἰνναος*, cui opponitur *χειμαρῶς* docente Eustathio ad Iliad. A. p. 496. et Schneider. ad Xenoph. de Venat. vi. 5. p. 366. sq. Hinc Anna Perenna et *perennare* (Macrob. Saturn. I. 12.). Quod Facciolatii causa moneo, qui tantummodo *αἰνναος* comparat [Gesnerus in Thesouro et hoc habet et *αἰνναος* et oppositum *χειμαρῶς*; torrens. Mr.] Cogitanda autem est Italicae terrae natura illiusque solis calores. Adde Festam in *perenne* ibique Jos. Scalig. Cr. — Multo saepius voce *perennis* utitur Cicero translato sensu, quo etiam jungit de Orat. III. 48. 185. *loquacitas perennis et profluens*. Mr.

(1) De hoc Tullii loco loquitur Servius ad G. II. 157. *fluminaque antiquos subterlabentia muros—quod laudat etiam Cicero in li-*

*bris de republica*. De commoditate Tiberis portusque Ostiensis legatur Cassiodorus var. vii. 9. Contrarium facit Dionysius in editione mea Mediolanensi xii. 21, dum Veiorum situm eo nomine laudat, quod is a flumine abesset unde aura rigidior matutina valetudini noxia ferri posset, *οὐρε ποταμοῦ τινος κλησίον ὄντος ψυχρὰς ἐωθεν ἀνιέντος αὔρας*. Sed etiam Aristoteles reip. vii. 11. cupiditatem prae se fert, ut condendae urbis situs maris aequae ac terrae, si fieri potest, commoditatibus fruatur.

[*quo redundaret*.] Alia constructio, de eadem fere re, est in Verr. Act. II. L. III. 66. 155. *quod redundaret de vestro frumentario quaestu, ad illum potissimum—defluxisset*. Mr.

[*mari arcesseret*.] Recipere ansus sum meam qualemcunque emendationem, cum Niebuhrii, viri ill., correctionem multo (fortasse justo) audaciorum receperint Heinr. (scribens ab mari

P. 134. etiam invectas acciperet ex terra? ut mihi iam tum divinasse ille videatur, hanc urbem sedem aliquando et domum summo esse imperio prae-

*subveheret*), Sch. (*a mari subveheret*) et Lehn. (*mari subveheret*). Qui omnes certe in eo verum viderunt, in scriptore, proprietatis ita studioso, quique a verborum tumore ita est alienus, *absorberet* ferri non posse. Sed ne latine quidem dicitur *aliquid mari absorbere*. Ex poetae (Rutilii) autem versus pentametro, qui versus verborum liberum delectum valde coercet, prosae orationis scriptorem non correxerim. Ego, dum melius aliquid afferatur, meum iudicium secutus sum, motus loco ipsius Ciceronis ad Fam. vii. 23. *Sed tamen — certiozem velim me facias, ubi sint, quando arcessantur, quo genere vecturae*. Quod autem Steinack. in nota ad h. l. ait *mari absorberet* esse i. q. *e mari sorberet*: et Ciceronem elegantissima et voce et imagine usum esse, aptissimaque significandae rei: [„Quod enim, „ait, mare abundat commerciis, „affluitque rerum ad victum et ad „vitam necessariorum copia, dicitur urbs ex ubere ejus, quasi „nutricis, victum suum, ut ore „animal, fluminis ostio trahere“:] hanc ipse elegantiam sibi habeat: neque ipse, opinor, Stein. nunc multum tribuit isti elegantiae, reprehensus eo nomine a Niebuhr (Ueber die Nachricht etc. p. 11. sq.), cui in suo libello, quem inscripsit *Replik*, p. 15. objicit, violentius eum egisse, scribere jubentem *subveheret*; melius fore *aveheret* (voluit, opinor, *adveheret*), *asportaret*, neque quemquam lectioni litem moturum, si scriptum esset *e mari sorberet*. Zachar. l. c. p. 141. dicit ideo *subveheret* non esse probandum, quia non urbs, sed fluvius, *subvehat*.

Idem post accipere abesse mavult *ex ante mari*. Censor Lipsiensis (1824.) improbanus Steinackeri defensionem lectionis *absorberet*, tamen lectionem ipsam elegantem dicit metaphoram; cuius elegantiae rationem velim nobiscum communicavisset vir doctissimus, ne diutius eam ineptam et Cicerone indignam orederemus. Eichstadius pro Steinackeri lectione (in Commentat. III. de Lygdami carminibus p. 10.) laudat Lucae. iv. 314. *lacte negato, Sordibus exhausto sorbetur ab ubere sanguis*: sed addit: videtur tamen imago sic expressa poetae magis, quam prosaico scriptori, et Ciceroni, convenire. Denique Censor Ienensis (Ergbl. 1824. 38—41. p. 325.) conjicit *abstorqueret*, quod adhuc non nisi ex Attio noveramus, dicitque, „una litera *t* amissa si scriberetur *absorqueret*, proclive fuisse librario scribere vel conjicere *absorberet*. Sed re vera *extorqueri* mari navigia, quae ad verso flumine trahantur, Attiumque dicere *abs torque proram*, Virgilium vero *proras ad littora torquent*.“ Ergo, si *prora* recte dicitur *abstorqueri*, recte item dicitur *res ad victum cultumque necessariae mari abstorquentur* — ? Credat Judaeus Apella! *Mr.*

*arcesseret*,] Placet *arcesseret*. Sed Hesychius II, p. 1125. *ροφει* explicat etiam *αναλαμβάνει*, et fortasse Cicero h. l. audaciore metaphora usus est de urbe, quae, quod advehitur, continuo hauriret inque semet quasi intus reciperet. Symmachus vertit Jobi v. 5. *ἀναρόφησαι διψῶν τὴν δύναμιν* pro *consumere opes*. Cr. — Hoc si concesseris, desiderabis certe *e mari*. *Mr.*

bituram (¹). Nam hanc rerum tantam potentiam non ferme facilius alia (²) ulla in parte Italiae posita urbs (³) tenere potuisset (²).

## VI. Urbis autem ipsius nativa praesi-

(a) Cod. *ulla*; sed fortasse emendatum *alia*. Censeo scribendum *alia ulla*. (b) Ita [*urps*] Cod. 1. manu; at 2. *urbs*.

(1) Iisdem verbis loquitur de Roma Cicero de prov. cons. cap. XIV.

*non ferme facilius alia ulla in parte*] Cum in Cod. scriptum sit *ulla* emendatumque *alia*, utrumque recepi monente A. Majo. Mihi vero etiam *facilius* suspectum est, quod ortum esse potest ex glossa *facile* voci *ferme* adscripta: quae cum recepta esset ab aliquo, coaluit cum voce *alia* eamque absorpsit, unde factum *facilius* cum *facile* juxta Adverbium *ferme* stare non possit. Heinr. scripsit *facilius ulla in parte*, sed ante *ulla* asteriscum posuit. Mr. — Quid si legas *non ferme vel felicissimâ*, ut de Campania cogitarit? Vid. ad Cic. de N. D. III. 34. p. 667. sq. ubi nunc lego *felici in Babylonia*. Cr. — Admodum longa est ad h. l. Villemanii annotatio cujus haec est summa: sequi Ciceronem vulgatam historiam Romanam a Livio traditam, quam in dubium vocaverit recens aetas, in primis Depouillius (in Tomo VI. Commentatt. Societatis Inscriptionum), quia primi Romanorum rerum scriptores vixerint ultra quingentos fere annos post u. c., omniaque vetera monumenta Gallico tumultu fuerint deleta: eundem probatum ivisse, historiam Romae antiquissimam ad normam Graecarum rerum esse effectam: auctamque esse eam suspicionem libro, quem conscripserit Beaufort. (*sur l'incertitude de l'histoire des premiers siècles de Rome*). Sallierium vero refutare studuisse dubitationes istas, probantem revera exstitisse

monumenta antiqua, quibus uti potuerint priscorum scriptores. Sed quorsum ego haec et reliqua excerpam, quae inter nos nuper doctissimorum virorum scriptis (Niebuhrii, Wachsmuthii, aliorum) copiosissime sunt disputata? Illud addo, Villemanium has nostratium disquisitiones vel ignorare vel consulto silentio premere. Mr.

(2) Nunc primum deprehendimus ingens Livii plagium, [Monet censor Gottingensis (1824. 44.) non statim plagii arguendum fuisse Livium, cum ipse noster initio cap. VI. dicat: *quis est tam negligens, qui non habeat animo notata planeque cognita? Mr.*] qui Tullianam hanc urbani situs descriptionem tacite sibi quodammodo vindicavit in oratione quam a Camillo dictam confinxit lib. V. 54: *non sine caussa dii hominesque hanc urbi condendae locum elegerunt, salaberrimos colles, flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges devehantur, quo maritimi comaeatus accipiantur; mare vicinum ad commoditates, nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium externarum: regionum Italiae medium, ad incrementum urbis natum unico locum*. Iam vero quae Cicero dicit de Romae commodo situ ad retinendum summum imperium, eadem observat Strabo VI. p. 438 de ipsius Italiae situ ad orbis regimen apto.

*Urbis—praesidia*] Plane alio sensu est in Or. pro Muren. 57. 79. *defici de urbis praesidio*



dia (<sup>1</sup>) quis | est tam negligens, qui non habeat P. 232.  
 animo notata planeque cognita? cuius is est  
 tractus (<sup>2</sup>) ductusque muri, cum Romuli, tum  
 etiam reliquorum regum (<sup>3</sup>), sapientia definitus  
 P. 135. ex omni parte arduis praeruptisque montibus (<sup>3</sup>),  
 ut (<sup>b</sup>) unus aditus, qui esset inter Esquilinum (<sup>c</sup>)  
 Quirinalemque montem (<sup>4</sup>), maximo aggere ob-

(a) Cod. sine ulla litura *tractatus* pro *tractus*. (b) *Ut* omis-  
 sum a librario, fortasse superpositum fuit; sed vix apparet, aut  
 ne vix quidem. (c) Cod. *Esquillinum*.

et de custodia civitatis. Mr. — Ad v. quis est — qui non habeat  
 vid. Cic. de Fin. II. 5. p. 138. Goerenz. — notata i. e. notis quasi  
 impressa: ponitur de rebus, quae  
 sensibus fuerunt objecta: quare  
 figurae mathematicae dicuntur no-  
 tationes. Cr.

(1) Poëtica hac ipsa de re Propertius  
 IV. 4. 13: *marus erant montes*.  
 In sequentibus imitatur Cicero  
 Aristotelem, qui reip. VII. 11.  
 situm urbis jubet esse salubrem,  
 munitum, aquis abundantem.

cujus is est tractus ductusque  
 muri] Quod ait A. Majus in  
 notula critica *tractatus* esse po-  
 situm pro *tractus*, inde aliquis  
 conjiciat eum utrumque probum  
 existimasse, cum tamen nonnisi  
*tractus* stare possit. Illud serva-  
 runt Villem. et Lehn. Hic vero  
 addit: Equidem mutare quidem  
 nolui, persuasum vero habeo, non  
 diu locum suum retenturum esse  
 hoc vocabulum, cujus significa-  
 tio h. l. necessaria cur substan-  
 tivo frequentativo tribueretur,  
 nulla sane ratio, nulla excusatio  
 fuit. Quod Niebuhrius in Ind. Lat.  
 ait: „quaerendum tamen potius,  
 „quam immutandum esse censeo“:  
 id eo valet, ut ne quid temere  
 agatur: sed re cognita judicium  
 ferendum et exsequendum est.  
*Tractatus* nusquam eo sensu po-

nitur, quem h. l. habere debet,  
 sed *tractus* et alibi et apud Li-  
 vium III. 28. 1. *Contemplatusque,*  
*qui tractus castrorum, quae-*  
*que forma esset. Legitur arbo-*  
*rum tractus* apud Corn. Nep.  
 Milt. 5. 3. Cicero de Or. II. 13. 54.  
 de *tractu orationis* loquitur.  
*Ductus macularum* est apud  
 Plin. H. N. XXXVII. 12. p. 795. Hard.  
 Mr.

cum Romuli] Vid. nostras Antt.  
 Romm. p. 17. Cr. — Ad verba  
*definitus — montibus* conferri  
 potest Or. pro Arch. Poët. 10. 23.  
*res hae, quas gessimus, orbis*  
*terrae regionibus definiuntur.*  
 Mr.

(2) Nota sunt ex historicis ur-  
 bani ambitus incrementa sub Ro-  
 mulo, Tatio, Numa, Tullo, Anco,  
 et Servio, qui omnes montanis  
 semper in locis urbem amplia-  
 verunt.

(3) Sic loquitur Dionysius IX.  
 67. de Romanis moenibus, *τά*  
*τείχη ἐπὶ λόφοις κείμενα καὶ πέ-*  
*τραις ἀποτόμοις ὑπ' αὐτῆς ἀγυ-*  
*ρωμένα τῆς φύσεως, καὶ ὀλίγης*  
*δεόμενα φυλακῆς.* Sic et Plinius  
 III. 5. Ipse Plato leg. VI. p. 778  
 jubet urbem condi locis sublimi-  
 bus munimenti causa atque mun-  
 ditiae.

(4) En aggeris uterque termi-  
 nus. Videtur ergo falli Nardinius  
 de Roma vetere lib. I. 7, qui agge-

iecto<sup>(1)</sup>, fossa cingeretur vastissima<sup>(2)</sup>: atque  
 P. 261. ut ita munita arx circumiectu arduo et qua || si  
 circumciso saxo niteretur<sup>(3)</sup>, ut etiam in illa tem- P. 136.  
 pestate horribili Gallici adventus incolumis atque  
 intacta permanserit. Locumque delegit<sup>(4)</sup> et fonti-

rem ultra Esquilinum producit. Iam hoc uno orientali latere Romam perviam dicit etiam Dionysius iv. 54, ceteroqui tutam et imperviam.

*maximo aggere objecto,*] Similiter ad Att. v. 20. *Oppidum — cinximus — aggere maximo.* In seqq. atque ut ita Heinr. delevit ut, quod ejicere nolui, quamquam eo carere potest oratio: neque id reliqui fecerunt Editores. Vocem *circumjectus* adhuc tantummodo in versu apud Ciceronem legebamus, de N. D. II. 25. 65. *qui tenero terram circumjectu amplectitur.* Ad v. *circumciso saxo* conf. in Verr. Act. II. L. iv. 48. 107. *loco praecelso — planities — ab omni aditu circumcisa.* Apud Caes. B. G. vii. 36. 5. *est collis — ex omni parte circumcisa.* Mr.

(1) Nempe aggere Servii Tullii, cujus reliquiae tractusque adhuc visuntur; quique olim in deliciis fuisse videtur Horatio poetae ad inambulandum: sat. I. 8. 15. Opus Servio reapse regi tribuitur a Livio I. 44. et a Strabone v. p. 358. Plinius tamen III. 5 Tarquinium Superbum facere videtur auctorem aggeris; cujus auctoritati minime adhaerent antiquarii; sartumque potius existimant aut alius exaggeratum id munimentum a Tarquinio, quam conditum. Mediae huic sententiae favet Dionysius iv. 54. Consule cl. Antonii Nibbii tractatum perutilem *de moenibus Urbis.* Maximus autem jure dicitur a Ciccone praedictus agger; ait enim Dionysius ix. 68. longum fuisse stadia septem, crassum pedes

quingenta. Muros praeterea turresque superpositas fuisse aggeri docet Strabo loco citato. Denique cis Tiberim nihil sublimius esse Servii Tullii aggere demonstravit Iohannes Brocchus, nobilissimus physicus, proposita urbanarum altitudinum tabula p. 211 nupero in opere de natura soli Romanae urbis.

(2) Lata nimirum pedes plus centum, alta triginta. Dionys. ix. 68.

(3) Peracute observat Aristoteles reip. vii. 11 acropolim convenire monarchiae et oligarchiae; solum aequum democratiae; neutrum horum aristocratiae, sed locum firmum atque munitum. Item Pollux ix. 5. 40 acropolim appellat *βασιλειον ἢ ῥωσασειον.*

*in illa tempestate*] Supra I. 1. dixit in his undis et tempestatibus, ubi v. annot. nostr. Cr.

(4) Situm urbis primitivum accurate docet Tacitus annal. xiii. 24. Sed heic de universo adultae urbis solo loquitur Tullius.

*fontibus abundantem*] Mira est notula A. Maji critica ad h. l. dicentis, cum scriptum fuerit *undantem* a 1. manu, a 2. additum fuerit *ab*, eam additionem vix fuisse necessariam. Si id necessarium est, quod usus optimorum scriptorum, et ipsius, quem tractamus, scriptoris flagitat, nihil certe magis est necessarium, quam scribere *abundantem*. Nam *undandi* quidem verbo, praeter poetas, ii tantum orationis solutae scriptores usi sunt, qui genera scribendi miscabant, et falso abrepti elegantiae et ornatus studio prosae orationi pannos poeticos assuebant. At, ais,

bus<sup>(1)</sup> abundantem<sup>(2)</sup>, et in regione pesti-  
 P.137. lenti<sup>(3)</sup> salubrem<sup>(4)</sup>: colles enim sunt, qui cum per-  
 flantur<sup>(5)</sup> ipsi, tum afferunt umbram vallibus<sup>(6)</sup>.

(a) Cod. *undantem*; mox superadditum *ab*; quae additio vix erat necessaria. (b) Cod. *perfluantur*; tum ibidem emendatum *perflantur*.

apud ipsum Ciceronem legitur verbum simplex *undare*, de N. D. II. 35. 89. — Imo vero in versu Attii jambico:

*subter radices penitus undanti in freto.* Quare non erat, quod Lehnerus probaret A. Maji notulam. Mr.

(1) *Totaque nativo moenia fonte sonant* ait Rutilius in magnifica illa Romae laudatione I. 104. Fontium Romanorum salubritatem cultumque iis adhibitum commemorat Frontinus aquaed. I, et Varro LL. v. 3. Fontes hi fere fuerunt: *muscosus* apud templum *Fortunae*, Plut. de fort. R. t. VII. p. 279. *Ad Ianum geminum* sive *Tarpeius*, Varr. I. L. IV. 32, et Ovid. metam. XIV. 786. *Camoenarum* seu *Egeriae*, Symmach. ep. I. 21, Liv. I. 21, Plut. Num. XIII. *Mercurii*, Ovid. fast. v. 673. *Esquilinus*, Prop. IV. 8. 1. *Palatinus*, Prop. IV. 10. 25. *Vaticanus*, Prudent. hymn. in ss. Petr. et Paul. *Silvani*, descript. reg. XIII. *Pici et Fauni*, reg. XIII. *Lollianus*, reg. XII. *Scipionum*, reg. IX. Fuit et *nympharum Ianiculensis* teste quadam inscriptione.

in regione pestilenti] *Loci pestilentes* leguntur apud nostrum Partit. Orat. 10. 36. *agri pestilentes*, de Divin. I. 36. 79. Mr.

(2) De Romano aëre, qui semper gravis morbosusque habitus fuit, multi extant tractatus, quos inter excellit eruditionis copia Francisci Cancellarii liber, viri nostra aetate doctissimi. Et quidem plerasque soli hujus pestilentias nihil aliud fere fuisse quam febres, verissime docuit vir arte medica simul ceteraque doctrina valde conspicuus, amicus meus,

Iosephus de Matthaeis in praeclearo commentario de febre Romanorum dea: cui nihil profecto addiderim, nisi quod Augustinus C. D. III. 12 ait, febrem esse deam civem Romanam. Febris dea Romanum caesarem Claudium, quicum tot annos vixerat, in caelum comitata est fano suo relicto, ut ludibundus ait Seneca in *ἀποκρυφῶσει*.

(3) Hoc dicit praesertim ob collem Palatinum, in quo Romulus urbis fundamenta jecit: colles autem existimantur Romae salubriores solo aequo. Sed enim ne Palatium fuisse valetudini magnopere commodum credamus; adsunt testimonia Ciceronis N. D. III. 25, leg. II. 11; Plinii hist. II. 7; Valerii M. II. 5. 6; Aeliani var. hist. XII. 11; qui auctores in Palatio fanum et aram veterem Febridae positam aiunt. Solet autem iis in locis cultus numini averrunco potissimum exhiberi, ubi morbus saevit. Quid quod antiquissimi Aborigines Palatium propter incommodum vicinae paludis deseruerunt, ut ait Solinus cap. II?

*perflantur ipsi*,] Columella II. 21. 5. p. 122. Schneid. *Favonius* — qui lenis aequalisque aestivis mensibus perflat. Pallad. I. 36. 3. p. 51. Schneid. *sit autem* (area) *loco sublimi et undecumque perflabili*. Cr. — Eodem adjectivo usus est noster de diis Epicureorum, quos de Divin. II. 17. 40. *perlucidos et perflabiles* appellat. Sed verbum *perflare* in reliquis Ciceronis libris non exstat. Mr.

(4) Cicero tamen in Rulliana II. 35 paulo aliter de urbani soli

VII. Atque haec quidem perceleriter confecit: nam et urbem constituit, quam e suo nomine Romam iussit nominari<sup>(1)</sup>, et ad<sup>(2)</sup> firmam novam civitatem novum quoddam et subagreste consilium<sup>(2)</sup>, sed, ad muniendas opes P. 138.

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *affirmandam*.

commoditatibus et specie loquitur. Ad umbræ urbanæ salubritatem quod attinet legatur Tacitus Annal. xv. 44.

*perceleriter confecit*:] Rara vox prior, neque tamen nostro alibi inusitata. Est enim ad Famm. vi. 12. (Mart. Lagun. 13.) *perceleriter se ablaturum diploma*. Mr.

*e suo nomine*] De hac re valde controversa vid. Salmasium ad Solinum p. 5. sq. Voss. Etymol. Ling. Lat. v. *robur*; in primis vero Schlegelium (A. W.) in censura Historiæ Romanæ a Niebuhrio conscriptæ (Annal. Heidelbergg. 1816. 53—57.) p. 879 sqq., qui demonstrat, Romulum ab urbe, neque vero urbem a Romulo nomen accepisse. Adde Cr. Antt. Romm. p. 13. Mr.

(1) Ergo alias opiniones sequitur Servius ad Aen. I. 277: *Romanosque suo de nomine dicit sic adnotans: perite non ait Romam sed Romanos; urbis enim illius verum nomen nemo vel in sacris enuntiat*. Nugari mihi videtur de Romæ et Romuli nominibus Paulus voc. *Romam* et voc. *Atellus*; quamquam Paulo partim favet Servius Aen. I. 273. Denique huic Ciceronis loco contradicunt Servius et Philargyrius ad ecl. I. 20: *Roma ante Romulam fuit, et ab ea Romulus nomen acquisivit*. Utinam vero superessent de Roma Suetonii libri duo, Alexandri polyhistoris quinque, Phlegontis saltem unus, quorum omnium meminit Suidas! Hi sane multa plura

nos longeque utiliora docerent, quam ipsum Romæ nomen.

*ad firmandam novam civitatem*] Ita supra II. 3. dixit: *et firmare dicitur primum cogitavisse rem publicam*. Cr. — *Firmare imperium* dixit in Or. pro Sull. 11. 32. Mr.

*subagreste consilium*] Adjectivo illo usus est in Brut. 74. 259. *subagreste quiddam planeque subrusticum — sonabat*. Verba *consilium — magni hominis — secutus est*, ita videntur intelligenda, ut cogites, *magnum hominem*, cujus consilium secutus sit Romulus, fuisse avum ejus *Numitorem*, quo suadente senatuque concedente raptæ dicuntur Sabinae mulieres. Vid. Dionys. Halic. Antt. Romm. II. p. 99. ed. Sylburg. et quæ collegit Andr. Cirinus Varr. Lectt. de urbe Roma ejusque conditore Romulo: (Pannormi 1665. f. m. cum figg. Recusus est liber T. II. Thesaur. Antiquitt. Sallengre:) cap. 43 et 46. p. 470 — 493. et p. 513 — 522. Interpretes, Gallicus et uterque Germ. h. l. ita intellexerunt: eum consilium secutum esse *suum*, idque, quamquam fuerit subagreste, a magno tamen homine et jam tum longe providente profectum esse apparere, quippe qui eo regni ac populi sui opes munitur. Cui ego explicationi non ita adversor, ut eam locum habere posse negem. Mr.

(2) Idcirco Virgilius Aen. viii. 635. dixit *raptas sine more Sa-*

regni (\*) ac populi sui, magni hominis et iam tum longe providentis secutus est, cum Sabinas honesto ortas loco virgines (b), quae Romam ludorum gratia venissent, quos tum primum anniversarios in circo facere instituisset (1), Consualibus (2) rapi iussit (3), easque in fami-

(a) Cod. *eg: regni*; tum deletum *eg: voluerat* enim, ni fallor; librarius scribere *egregium*. (b) Ita Cod. 2. manu; at 1. *honeste hortas virgines*.

*binas*. Facti iniquitatem castigat Augustinus C. D. II. 17. III. 13.

*longe providentis*] Alibi dixit *multum in posterum providere* v. c. Philipp. III. 14. 36. de Leg. Agr. II. 33. 91. et *multo ante providere* Epp. ad Fam. IV. 1. — Ad v. *honesto ortas loco*, quae formula rarior est apud nostrum; conf. Or. de Leg. Agr. I. 9. 27. ubi Cicero se ipsum *equestri ortum loco* dicit. *Mr.*

*quae — ludorum gratia venissent — Consualibus rapi iussit*,] Nihil certius emendatione A. Maji, *Consualibus* scribentis pro *consulibus*. Sed attendat mihi aliquis ad loci structuram, et fortasse mecum nonnihil offendat. Ordinem verborum si spectas, nonne videntur virgines Sabinae ad ludos qualescunque spectandos Romam venisse, Romulus autem ex omnibus festis, quae cum ludis essent conjuncta, Consualibus potissimum eas rapi iussisse? Hoc tamen dicere non vult noster, sed intelligi vult, quasi scriptam sit: *quae Consualibus Romam ludorum gratia venissent, quos tum primum — facere instituisset, rapi iussit*. Suspicioni igitur locus est, vel transponendam esse vocem *Consualibus*, vel eam deberi docto cuidam glossatori, qui ad hunc locum in margine adscripserit, *Consualibus* eas raptas esse vel Romam venisse. Necessarium vero non erat, ut Scipio hominibus Romanis, postquam *ludorum gra-*

*tia virgines venisse dixerat, eas Consualibus raptas fuisse* narret. Ceterum *quae — venissent* non ponitur pro *quae — venerant*, sed pro *cum — venissent*, ut Tuac. III. 12. 27. *Tarquinius vero quid impudentius, qui (i. e. cum) bellum gereret cum iis, qui ejus non tulerant superbiam?* Conf. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. II. p. 348. Quod vero sequitur *quos — instituisset* item non ponitur pro *quos — instituerat*, sed pro *quippe quos — instituisset*: de qua constructione v. eundem Ruddimannum l. c. p. 349. Est eadem structura loci ad Att. VII. 14. *Dices, quid igitur proficis, qui (i. e. cum) anticeps ejus rei molestiam, quam (i. e. quippe quam rem v. cum eam) triduo sciturus sis?* *Mr.*

(1) Cassiodoro var. III. 51 hunc fortasse Tullii locum spectanti primus videbatur Romulus Italiae spectacula ostentavisse.

(2) Cod. *consulibus* sine ulla emendatione. Sed mendam apertissimum est vel *dormitantis* vel *ineruditi* librarii. Eum siquidem raptum contigisse feris *Consualibus* plerique omnes auctores tradunt. Consus est *Neptunus* Dionysio II. 31; at Caec. Cypriano de idol. vanitate II. 5. est *deus fraudis seu consiliorum*. Utramque sententiam refert Servius ad Aen. VIII. 636, nec non Tertullianus de spect. cap. v.

(3) Sabinas raptas mense post

P. 271. *liarum amplissimarum* || *matrimonii* (a) *collocavit* (b). Qua ex causa cum bellum Romanis Sabini intulissent, proeliique certamen varium atque anceps fuisset, cum T. Tatio, rege Sabinorum, foedus icit, *matronis ipsis* (c), quae raptae erant, oranti-

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *matrimonii*. (b) Ita 2. manu; at 1. *collocabit*. (c) Cod. 1. manu *is ipsis*; tum expunctum *is*, quod vel mendum fuit, vel pro *iis* positum.

urbem conditam quarto ait Fabius apud Plutarchum in Romulo XIV; sed enim peccare Fabium satis coarguit Dionysius II. 31, scribendumque demonstrat non *mense* sed *anno quarto*; idque eruitur ex rebus etiam apud Livium narratis, et diserte adfirmat Eutropius miscellus. Martio autem mense raptas Sabinas putat Servius ad Aen. VIII. 636, quoniam eo mense fiebant Consualia. Tertullianus sacrum ad Consi aram fieri solitum narrat mensibus Iulio et Septembri. In kalendario Capranicorum, mense Augusto; in Amiternino, mense Decembri fit id sacrificium.

[*in familiarum amplissimarum*] Ita Cod. Edd. Rom. Paris. Lond. Heine Sch. Stein. Tauchn. Pierr. Sed Lehnerus scripsit *familiarium amplissimorum*. Quod cur fecerit, haud facile dixeris, nisi inspicias Ed. Stuttg., in qua cum operarum errore expressum sit *familiarium*, Lehn., qui eam ad maam habuisse videtur, in Ed. Rom. idem scriptum esse ratus, mendum in voce *amplissimarum* latere credidit, ut ipse ait in annotatione contextis subjecta. Mendum Editionis Stuttg. repetivit ed. Heidelb. Mr.

*foedus icit*, — *quo foedere* — ] Locus hic iis adscribendus est, quos laudavimus ad I. 26. *id* — *consilium* — *ad eam causam referendum est*; quae *causa genuit civitatem*. Mr. [*matronis ipsis*] Ne quo inter-

roget, quomodo, quae modo *virgines* dictae suat, subito *matronae* dicantur, is videat quos laudat Cr. in Antt. Romm. p. 57. Ad Hofmanni Lex. Univ. s. v., ubi accurate et fuse de matronarum nomine agitur. Mr.

[*orantibus*] Non recte ceperunt hunc locum, qui *orantibus* idem esse censuerunt, quod *rogantibus*, *deprecantibus*, quod fecerant interpres Gallicus, et uterque Germanicus: videlicet quia plerumque narratur, matronas illas in mediam utriusque populi se coniecisse et objecisse aciem, precandoque effecisse, ut pugnantibus a certamine desisterent et pacem inirent: ut narrat Livius I. 13. Flor. I. 1. ubi vides in Ed. Begeri (itemque in Haurisii Scriptt. Hist. Rom. T. II. p. 12.) numum maximi moduli, in quo iste mulierum interventus conspicitur. Secutus potius est Cicero eam rei gestae narrationem, quae est apud Dionys. Halic. Antt. Rom. II. p. 110. ed. Syll. *ἐν ᾧ δὲ ἀμφοτέροι τὰντα διαλογόμενοι, καὶ οὐτε μάχης ἀρχὴν τολμῶντες* (videlicet cum prior pugna ancipitem habuisset eventum), *οὐτε περὶ φιλίας διαλεγόμενοι, παραλλοῦν τὸν χρόνον αἰ τῶν Ῥωμαίων γυναῖκες, αἰ τοῦ Σαβίνων ἐνύγχανον οὐδαί γένους, δὲ ἄς ὁ πόλεμος εἰσῆλκει, ἀνελεύθουσαι δίχα τῶν ἀνδρῶν εἰς ἐν χωρίον καὶ λόγον ἰσχυραῖς δοῦσαι γνῶμην ἰκοιῆσαντο ἀμβραθρίων ἀρξαι πρὸς ἀμφοτέρους λόγων κ. τ. λ.* *Oran-*

P. 139. bus (<sup>1</sup>): quo foedere et Sabinos in civitatem adscivit (<sup>2</sup>), sacris communicatis (<sup>2</sup>), et regnum suum cum illorum rege sociavit (<sup>3</sup>).

VIII. Post interitum autem Tatii cum ad eum potentatus (<sup>b</sup>) omnis recidisset (<sup>c</sup>), | quamquam cum P. 272. Tatio in regium consilium delegerat (<sup>d</sup>) principes, qui appellati sunt propter caritatem patres (<sup>4</sup>),

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *adscibit*. (b) Ita Cod. 1. manu; tum 2. refectum est *dominatus*; laevo, ut censeo, consilio et nimia castigandi libidine: nam *potentatus* generosior vox est, eaque praeter alios utitur Lactantius inst. VI. 17, Ciceronis pedissequus: eandemque revocari vult in usum Vorstius de lat. negl. IV. 1. (c) [Cod. *reccidisset*.] Caesellius orthographus p. 2514 ait: *re praepositio nonnumquam cum ad consonantes accedit, geminat illas, quod plerumque apud antiquos est, ut duco redduco, cado reccido, tuli rettuli, pello reppello*. (d) Ita Cod. 2. manu; at 1. *delegerant*.

tibus igitur id vult, eas colloqui et conciliationis utriusque populi, oratione habita ab Hersilia, causam fuisse; quod item conspicui poterat ex cap. seq., ubi matronae eadem dicuntur fuisse *oratrices pacis*, quod recte vertit Villem. *mediatrices de la paix*. Conf. annot. A. Maji ad v. *oratrices*. Mr.

(1) Ennii locus ex illius deperdito opere, quod *Sabinae* inscribatur, hic apud me est. *Ut Sabinis Ennius dixit: cum spolia generi detraxeritis, quam inscriptionem dabitis?* quae videntur Sabinarum orantium verba. Certe haec particula titulum Enniani operis Macrobio sat. VI. 5. (qui aliud citat fragmentum) cognitum, sed mox abs H. Columna (Ennii ed. Hessel. p. 188.) temere abolitum, sine ulla dubitatione confirmat.

(2) Quos deos Romanis constituerit Romulus, quos Tatio addiderit, narrat Augustinus C. D. IV. 23.

(3) *Hac tamen lege recepti in urbem Sabinus sunt, post Sabinarum raptum, et factum inter*

*Romulum et T. Tatium foedus, ut in omnibus essent cives Romani, excepta suffragii latio: nam magistratus non creabant*. Servius ad Aen. VII. 709. Fides sit pene auctorem. Rem aliam mentione dignam Romae in Tatii regno peragi coeptam scribit Symmachus ep. X. 35, nempe *streptuarum usum*, qui adhuc laudabiliter in urbe viget ad indigentis plebis semestrem solatium.

*Post interitum*] Id infra repetit verbis *eo interfecto*. De morte Tatii, qui Lavinii interfectus dicitur, vid. Liv. I. 14. Plutarch. in Romulo c. XXXI. Dion. Halic. Ant. Romm. II. p. 115. ed. Sylb. Mr. *potentatus*] Quamquam hoc vocabulo alibi non usus est Cicero, nisi fortasse in libris, qui perierunt, satis tamen firmatur auctoritate Caesaris de B. G. I. 51. 4. ubi vid. Davis. in ed. Oudend. Stuttg. p. 78. et Livii XXVI. 38. 7. p. 1134. supr. Drakenb. Cr. *propter caritatem patres*] Locis ab A. Maji laudatis adde Io. Laur. Lydem de magg. Romm. I. 16. p. 34. Cr.

(4) In Ciceronis sententiam

populumque et suo et Tatii (<sup>a</sup>) nomine et Lucu- P. 160.  
monis (<sup>1</sup>), qui Romuli socius in Sabino proelio  
occiderat, in tribus tres (<sup>b</sup>) curiasque trigin-  
ta (<sup>2</sup>) descriperat, quas curias earum nomini-  
bus nuncupavit (<sup>3</sup>), quae, ex Sabinis virgines

(a) Ita [Tati] codex; quamquam paulo ante est Tatii. (b) Ita [tris] Virg. Aen. V. 560: *tris equitum turmae*.

concedit Plutarchus in Romulo XIII, postquam varias super hujus appellationis origine sententias protulit. Contra Livius I. 8: *patres ab honore, patriciique progenies eorum appellati*.

[Tatii nomine] Ita nomen Tatii principio captis scriptum est in Cod., h. h. vero Tati: quam scrip- tionem cum servaverit A. Majus, non idem faciendum fuit Schützio et Steinackero, qui alibi nihil mo- nentes mutant Codicis scriptio- nem, aliis locis parum constanter eam servant. Sed de constantia cum dico, eam ego me secutum esse profiteor; nihil vero a me fuisse relictum, quod mutatum velim, praestare non ausim. *Mr.*

[Lucumonis,] Vid. Serv. ad Virg. Aeneid. v. 560. VIII. 475. Niebuhr. R. G. I. p. 80: sq. ibiq. Festus in *Lucumones*: add. Ama- duzzi Elench. vocc. Hetr. p. LXIV. et Lex. vocc. Etrusc. p. LXXII. et quos laudavimus in Antt. Romm. p. 25. *Cr.*

(1) *Rhamnenses ab Romulo, ab Tito Tatio Titienses appellati; Lucurum nominis et originis causa incerta est*. Ita Livius I. 13. [cf. infr. II. 20. *Cr.*] Re- memor Horatius P. 342 vigilanti verbo Romanos designavit: *celsi praetereunt austeram poemata Rhamnes*. Sed enim Luceres a Lucumone appellatos sine dubi- tatione ajunt heic Cicero; tum Varro LL. IV. 9; Propertius IV. 1. 29; Victor in Romulo; ne alios auctores frustra nominem. Festus

tamen nomen trahit a Lucero Ardeae rege.

[in Sabino proelio occide- rat,] Schützius nescio qua causa motus (tacet enim) correxit in *Latino proelio*: cum tamen re vera in proelio cum Sabinis ceci- derit ille Romuli socius (non con- fundendus cum eo Lucumone, de quo loquitur Liv. I. 34. videlicet Tarquinio Prisco:), ut narrat Dionys. Halicarn. Antt. Romm. II. p. 109. ed. Sylb. *ἔπει δὲ κάκτενος [Λοκόμενον] ἐλάθεισ διὰ τῶν πλε- ρῶν Σαβίνων τῆς δυνάμεως περι- κλειούσης* [ex conj. Sylb.] *ἔπεισεν. Mr.*

(2) Romulum in plerisque suis institutionibus usum fuisse cal- culo decimali, copiose docet Ovi- dius fast. III. 120. sqq. [De curiis a Romulo institutis v. J. Frid. Gronov. Obs. IV. 1. p. 517. ed. Platner. *Cr.*]

(3) Ita censet etiam Festus voc. *curia*. Nam triginta fuisse femi- nas oratrices tradit Servius ad Aen. VII. 638. [Dion. Halic. Antt. Romm. II. p. 111. sq. ita de hac re: *τινὲς μὲν γράφουσι—τοὺς ἡγεμόνας—τὰς φράτρας τριά- κοντα οὖδας—ἐκωνόμενος τῶν γυναικῶν ποιῆσαι τοσαύτας γὰρ εἶναι γυναίκας τὰς ἐπιπροσβα- ρείας. Οὐάροῦ δὲ Τερέντιος τοῦτ' αὐτοῖς τὸ μέρος οὐχ ὁμολογεῖ, παλαιότερόν τι λέγων ἐν ταῖς κορυφαῖς τεθῆναι τὰ ὀνόματα ἐπὶ τοῦ Ρωμίλου, κατὰ τὴν πρώτην τοῦ πλήθους διαίρεσιν, τὰ μὲν ἀπ' ἀνδρῶν ληφθέντα*



raptae, postea fuerant (<sup>a</sup>) oratrices (<sup>1</sup>) pacis et foederis: sed quamquam ea (<sup>b</sup>) Tatio sic erant|| descripta vivo, tamen eo interfecto, multo etiam P. 237. magis Romulus patrum auctoritate consilioque regnavit.

P. 141. VIII. Quo facto primum vidit iudicavitque idem, quod Spartaē Lycurgus paulo ante vide-

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. fuerunt. (b) Ita 2. manu; at 1. et.

ἡγεμόνων, τὰ δ' ἀπὸ πάντων  
(Gelenius legit: τὰ δ' ἀπὸ τῶν  
πάλαι πατριδῶν.) Mr.]

oratrices] Oratores quid significet, vid. ap. Festum h. v. Quod vero alibi voce *oratrix* noster non utitur, ideo ea non suspecta esse debet, nam est in scriptore ante Ciceronem, Plauto Mil. Glor. IV. 2. 80. et apud Quinctilianum, qui Ciceronem unice amplectebatur (Inst. Or. II. 14.): et ipse Cicero haud raro ejusmodi voces solebat vel adhibere ex usu quotidiano vel fingere: v. c. Tuscul. v. 2. 5. *O vitae philosophia dux! o virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum!* Denique nullum plane aliud vocabulum conveniebat nostro loco: quod vero alibi non legitur apud nostrum, id ideo factum est, quia ei voci alibi non erat locus, neque ejus ponendi causa aderat. Mr.

(1) Sabinae priore capite *orantes*, nunc *oratrices*; quae duo vocabula fortasse synonyma sunt. Etsi autem plerique historici preces Sabinarum tumultuarias fuisse tradunt, tamen Appianus de reb. Ital. cap. v legationem Sabinarum ad Tatium non secus ac Veturiae ad Coriolanum videtur innuere. Ita fere loquitur etiam Dionysius III. 1. Feminarum oratricium exemplum aliud suppeditat Pausanias v. 16, nimirum apud Eleos publica auctoritate lectarum, quae

pacem inter populos dissidentes sanxerunt.

sed quamquam ea] Memorabilis est haec structura periodi interruptae; sed ejus non unum exemplum apud Ciceronem reperitur. Ab initio capitis incipit: *quamquam cum Tatio delegerat principes* etc. et pergere vult: *tamen postea — regnavit.* Sed cum interjecisset accuratiorē expositionem earum rerum, quas cum Tatio conjunctim instituerat Romulus, factum est, ut necessarium videretur non tantum repetere *quamquam*, sed etiam verba superiora *post interitum* essent in memoriam revocanda scribendo *eo interfecto*; omnia autem conglutinanda erant particula *sed*. Plane ita locutus est in Or. pro Milon. 27. 75. — *qui huic Furfanio, cui viro? dii immortales! (quid enim ego de muliercula Scantia? quid de adolescentē Aponio dicam? quorum utrique mortem est minitatus, nisi sibi hortorum possessione cessisset: ) sed ausus est Furfanio dicere, si sibi pecuniam — non dedisset, mortuum se in domum ejus illaturum.* Particulam *quamquam* post parenthesisā repetit de Finn. III. 2. 5. ubi vid. Goerenz. p. 514. Conf. etiam loca, quae laudat Ern. in Cl. Cic. v. *sed*. Adde quem laudat Stallbaum. ad Ruddimann. Inst. Ling. Lat. II. p. 396. Mr.

rat<sup>(1)</sup>), singulari imperio et potestate regia tum melius gubernari et regi civitates, si esset optimi cuiusque ad illam vim dominationis adiuncta auctoritas<sup>(2)</sup>. Itaque, hoc consilio et quasi<sup>(3)</sup> p. 238. senatu<sup>(4)</sup> fultus | et munitus, et bella cum fini-

(a) Cod. 1. manu *senatu*; tum super imposita a factumque *sae-natu*. Perversa haec castigatio haud semel inferius occurrit in codice.

(1) Nempe ante annos circiter quadraginta, ut est apud Eusebium chron. lib. II; ubi tamen videsis, quae in editione Mediolanensi ad Abrahami annum MCCCXXI adnotantur.

(2) En Plutarchi verba in Lycurgo cap. v: *πλειόνων δὲ καινοτομουμένων ἐπὶ τοῦ Ἀνούργου, πρῶτον ἦν καὶ μέγιστον ἡ καταστάσις τῶν γερόντων, ἦν φησὶν ὁ Πλάτων τῇ βασιλείων ἀρχῇ φλεγμαινούσῃ μιχθεῖσαν, καὶ γενομένην ἰσόφηρον εἰς τὰ μέγιστα σωτηρίαν ἅμα καὶ σωφροσύνην παρασχεῖν κ. τ. λ.* Tum et Dionysius II. 12. 14. civilia ad militaria Romuli instituta sic cum Laconicis Lycurgi comparat, et sic de optimationum consilio ad regis dominationem adjuncto loquitur, ut hunc Ciceronis locum imitari videatur.

*hoc consilio et quasi senatu*] Cur quasi senatum dicat Romuli senatum Scipio interrogat A. Majus, et laudat Servium ad Aen. I. 426. qui *senatus* nomen a Bruto coepisse dicat. Quod ad rem, probabiliter. At ille Servii locus manifesto corruptus est: ita enim se habet in Ed. Burmann. p. 118. T. II. *Legitur apud quosdam: Brutum eos, qui se in ejiciendis regibus juvissent, lectos in consilium, eum ordinem senatum appellatum, quod una sensissent: quod patritii essent, Patres conscriptos. Alii patres a plebe in consilium senatus separatos tradunt; ac conscriptos, qui post a Servio Tullio e plebe electi sunt. Alii senatum a senectute ho-*

*minum, qui allecti erant; dictum volunt, quia apud Graecos γερουσία appellatur. Post lectos in consilium videtur excidisse: publicum adhibuisse. Villem. vertit: Ainsi fort et comme appuyé de ce conseil, de ce senat: Kobbio vertit: Gestützt und gestärkt durch diesen Plan (?) und gleichsam schon durch einen Senat: additque alios senatus nomen Numae tempore ortum referre. Sallustius etiam in Catil. vi. patres dictum ait illud consilium, neque vero senatus nomen addit. Pierr. autem, alter interpretis Germanicus, vertit: Also verstärkt und gleichsam gestützt auf diesen Senat. Credas, virum doctissimum ad emendandum se contulisse, scribique vellet: itaque munitus et quasi fultus hoc senatu (ejectis verbis consilio et): sed salva res est; nihil emendat; sed, quamquam e regione versionis suae latinum Ciceronis contextum describi curavit, tamen pleraque omnia e Gallica Villemanii versione ad verbum reddidit, quod hoc quoque loco factum esse patet, nisi quod exemplaris sui verba de ce conseil currente calamo praetermisit. Melius certe fuit ea praetermittere, quam cum Kobbio vertere Plan. Mr.*

(3) Cur quasi senatu? An quia nonnulli, ut est apud Servium ad Aen. I. 426, *senatus* nomen a Bruto coepisse ajunt? Lactantius Inst. II. 6. imitatur ea, quae dicit Cicero de Romuli senatu.

*fultus*] Ita locutus est ad Famm.

timis felicissime multa gessit, et, cum ipse nihil ex praeda domum suam reportaret (1), locupletare cives non destitit. Tunc (2), id quod retinemus hodie magna cum salute rei publicae (3),

(a) Ita Cod. pro *tam*, ut alibi.

**XII. 5.** *magnis subsidiis fulta res publica est.* Ad v. *ex praeda* — *reportaret* conferri potest Or. de Leg. Agr. II. 23. 61. *est aequum, praedas suas imperatores* — *ad decemviros deportare*, ubi Grut. et plures ante eum habent *reportare*. Neque vero plane necessarium est, nostro quoque loco corrigere *deportaret*, quamquam supra I. 14. dixit *cum aliud nihil ex tanta praeda domum suam deportavisset*, ad quem locum v. annotationem nostram. Ceterum *deportandi* verbum in hac re nostro quasi proprium est. *Mr.*

(1) Similem fere locutionem habes supra lib. I. 14.

*locupletare cives*] Ita ad Fam. II. 13. *quoniam* — *civitates locupletaram*. De etymo vocis *locuples* commode monet J. G. Vossius in Etymol. L. L., Meursii etymologiam, a *loculis plenis* illud vocabulum repetentis, ideo non probari posse, quia antiquorum opes non in pecunia loculis sitae fuerint, sed *locis* sive *agris*, verioreque esse Plinii H. N. XVIII. 3. sententiam: *Locuplet es dicebant loci, hoc est agri, plenos.* *Mr.*

*Tunc, id quod*] Stein. scripsit *Tum*, nihil monens: ego vero cum reliquis editoribus nihil mutandum esse existimavi: intelligendum enim, quasi scriptum sit: *Et tunc auspiciis plurimum obsecutus est Romulus, idemque nos hodie magna cum salute rei publicae retinemus.* Neque vero id vult: Romulum, postquam locupletasset cives, auspi-

ciis esse obsecutum. Ita noster jungit *tunc* et *nunc* Tuscul. I. 30. 74. *quam vero causam iustam deus ipse dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni* etc. Quid intersit inter *tum* et *tunc* de eomouit Goerenz. ad de Finn. I. 8. 28. p. 57. conf. Heusinger. ad Cic. de Off. III. 8. 1. III. 20. 6. Add. Gerbard. ad Cic. de Senect. 19. 69. p. 132. Schwarz. ad Plin. Pa-neg. 50. 6. p. 213. sq. *Mr.*

*quod retinemus hodie*] De eadem re eodem verbo utitur de Divin. II. 35. 75. *Existimoque jus augurum — reipublicae causa conservatum ac retentum.* Voce cum eodem quo h. l. sensu usus est in Verr. Act. II. L. 1. 24. 63. *ut illo itinere veniret Lampscum cum magna calamitate et prope pernicie civitatis.* Ad rem conf. etiam Liv. VI. 41. 4. *Mr.*

(2) De lege Aelia et Fufia a Clodio sublata cogitabat sine dubio Cicero haec scribens. Multus autem honor auguriis tribuitur; nam et Scipio et Laelius et Scaevola interlocutores, et ipse Cicero auctor operis in augurum collegio fuerunt. De prioribus recole prosopographiam in praefatione, de postremo Plutarchum in Cicrone cap. XXXVI. Curiosam apud Romanos auspicio- rum observationem docent Plutarchus in Marcell. IV. v.; Strabo XVII. p. 1168; Plinius X. 21, aliique auctores. Omnes magistratus fieri auspicato jubet lex apud Cic. leg. III. 3. Ceterum auguria valde irridet Plinius XXVIII. 2, Iusaque docet Dionysius II. 6; neglecta denique Arnobius II. p. 91; sed adhuc observata Salvianus de G. D. VI. 2.

auspiciis plurimum obsecutus est Romulus<sup>(1)</sup>. Nam et ipse, quod principium rei publicae fuit, urbem condidit<sup>(a)</sup> auspicato<sup>(b)</sup>, et omnibus publicis rebus instituendis, qui sibi essent<sup>(c)</sup> in  
 P. 259. auspiciis, ex singulis tribubus<sup>(c)</sup> singulos cooptavit augures<sup>(3)</sup>: et habuit plebem in clien-

(a) Cod. condidit. (b) Ita Cod. Sed num scribendum *adessent*? (c) Ita Cod. 1. manu; at 2. mendose *tribus*.

(1) Sive animi superstitione, sive astu politico. Sic Lycurgus Lacedaemoniis non ante leges tulit, quam eas fore utiles, Delphico oraculo confirmatum est. Xenoph. reip. Lac. cap. VIII; Plut. Lyc. XXIX; Dionys. II. 61.

(2) Sic loquitur Cicero etiam de Divin. I. 2: *Principio hujus urbis parens, Romulus, non solum auspicato urbem condidit, sed ipse etiam optimus augur fuisse traditur.*

*qui sibi essent in auspiciis*] Ego cum A. Maji annotationem criticam legissem, conjicientis *adessent*, vidissemque eam conjecturam probari etiam Lehnero, in mentem mihi venit gemini plane nostro loci, qui est de Divin. II. 34. 71. *O. Fabi, te mihi in auspicio esse volo*; ubi eandem plane Hottingerus, quam nostro loco A. Majus, conjecturam fecit. Nihil certe est proclivius et facilius, quam hisce locis conjicere, quod conjecerunt isti viri: neque potest negari, verbum compositum rei accommodatissimum videri, cum dicatur ad Qu. Fr. III. 4. extr. *Pomptino ad triumphum — volebam adesse*: sed tamen ego a corrigendo manum abstinerim. Ex eo enim, quod his duobus locis eadem formula est, eam ipsam solennem fuisse existimo. Quod nisi esset, et Cicero scripsisset *adesse*, quomodo ex tot librorum de Divinatione Codicibus ne unus quidem

genuinam eamque facillimam, in qua errare ne stupidissimus quidem potest, servavisset? Et tueretur sectionem *esse* Codex Gymnasii Ulmensis, qui praeter libros de Divinatione complures Ciceronis libros continet, quemque ego ad manus habeo. Supra etiam II. 3. *esse pro adesse* poni monet Cr. Mr.

*cooptavit augures*] Proprium in hac re est *cooptandi* verbum: vid. Philippic. XIII. 5. 12. *auguratus locum, in quam ego eum — cooptabo. Mr.*

(3) Livius x. 6: *inter augures constat, imparium numerum debere esse, ut tres antiqua tribus suum quaeque augurum habeant*. Falso autem dici videtur apud eundem Livium IV. 4, augures Romulo regnante nullos fuisse. Confer tamen Lydum m. R. I. 45.

*Plebem in clientelas principum*] De ea re, iisque, quae hic in censum veniunt, vide disputantem Cr. in Antt. Romm. p. 91. et qui ibi laudantur scriptores veteres et recentiores. In hac autem re factum est, quod saepe accuratioris disquisitione instituta usu venire solet, videlicet ut, antequam Niebuhrius rem altius indagaret, antiquitatum Romanarum compendia nihil fere dubium in doctrina de clientibus esse statuerent, quae nunc res inter Niebuhrium, A. W. Schlegelium et Wachsmuthium haud parum controversa est. Nostrium vero non est tantas com-

telas principum descriptam, (quod quantae fuerit utilitati (<sup>a</sup>), post videro (<sup>b</sup>)(<sup>1</sup>):) „multaeque P. 143. „dictione (<sup>c</sup>) ovium et boum (<sup>d</sup>) (<sup>2</sup>), (quod tum

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *quante fuerit utilitate*. (b) Cod. *viderom*; tum *m* fuit deleta. Sane littera *m* saepe abundat in codice, multo autem rarius desideratur. (c) Locum e II. de rep. citat Nonius voc. *pecuniosorum et locupletum*; et quidem in Plantiniana et Gotofrediana editione *multaeque ditione*. [Ita etiam Aldina ad calc. Nic. Perotti Corn. Cop. et Ed. Paris. 1583. et Schütz. in Ed. Frgm. 1817. *Mr.*] Iam primi verbi mendum satis videtur priscum, namque in membranarum ipsis de rep. Vaticanis prior manus scripserat *multa*, tum superaddita *e* fuit. Sed bene in Parisiaca Nonii editione *multaeque ditione*, sicuti utrumque vocabulum perscute emendaverat Cuiacius observ. xi. 9. Locum e II. de rep. citat etiam Isidorus orig. x. 156. Et quidem recte Grialius dederat in Isidoro *multae ditione*, verum Arevalus ad Nonium respiciens locum nolens pessumdedit. In Gotofrediana autem Isidori editione legitur *multa quae editione*, in qua pessima lectione latet nihilominus scintilla veritatis; namque *e* a voce *multa* translata fuit ad vocem *ditione*. [*Ditione* dedit etiam Patric. *Mr.*] (d) Ita 2. manu; at 1. *bovum*, quae est rector scri-

ponere lites. — Eo sensu, quo est h. l. *describere*, est *descriptio* in Or. pro Sext. 65. 157. *nosse descriptionem civitatis, a majoribus nostris sapientissime constitutam*. *Mr.*

*post videro*:] Similis constructio, *potuero* videlicet pro *potero*, est supra I. 43. prc. De formula autem paulo *post videro* ejusque sensu vid. disputantem Stallbaum. ad Ruddimannum II. p. 583. *Cr.* — Plane ut nostro loco locutus est de Or. III. 10. 37. *nam de actione post videro*. Conf. Goerenz. ad Cic. Acad. II. 24. 76. p. 141. Steinackerus ait in Cod. fuisse scriptum *viderum*, unde in Add. conjicit scribendum esse *viderunt*. Sed non fuit *viderum* sed *viderom*, deinde supervacaneum *m* recte est deletum. *Mr.*

(1) De clientelae Romanae utilitatibus, caritate, et jure legantur Dionysius II. 10; Plutarchus Romul. cap. XIII; Gellius v. 13: namque hic locus in mutilis de rep. membranarum desideratur.

*multaeque ditione*] Villem. scripsit *multaeque*; sed nos ser-

vavimus Codicis scriptionem, quam habent membranarum veteres et lapides fere omnes. Conf. Cellar. Orthogr. Lat. T. I. p. 292. ed. Harles. Grotend. l. c. §. 144. Add. Hess. ad Taciti Germ. XII. 4. p. 56. *Mr.*

*ovium et boum*] Conf. *Cr.* Antt. Romm. p. 96. et qui ibi laudantur scriptores. Ad *v. tum erat res*, i. e. res familiaris, tenendum, pecuniam signatam non in usu fuisse ante Servium Tullium; argenteos vero numos non exstitisse ante bellum Punicum primum, vel ante Pyrrhum devictum. Coeperunt enim argentum signare a. u. c. 484. (269. a. C. n.) Q. Ogulnio Galbo et C. Fabio Pictore Coss. Vid. Warm. de Ponderum, nummorum, mensurarum etc. rationibus apud Romm. et Grr. p. 17. sqq. Add. Ioberti Notitia rei nummariae p. 23, qui ibid. monet auream monetam usurpasse Romanos demum inde ab a. u. c. 546. Conf. Plin. H. N. XXXIII. 3. *Mr.*

(2) Haud sine causa verborum ordinem servat Cicero. Quippe

„erat res in pecore et locorum possessionibus,  
 „ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur (1),“  
 non vi et suppliciis coercebat (2).

X. Ac Romulus cum septem (a) et triginta  
 regnavisset annos (3), et haec egregia duo fir- P. 144.  
 P. 240. mamenta rei publicae peperisset, | auspicia et

putura, si casuum sectiones spectes. (a) Cod. *septe*. Iam *m* finali omitti interdum in antiquis codicibus exploratum est. An vero illud *septe* e lingua rustica est? Certe ita fere nunc loquuntur Itali.

ait Plinius XVIII. 3 *cautum est, ne bovem prius quam ovem nominaret, qui indiceret multam*. Ibidem Plinius Tullianum hunc locum illustrat: *locupletes dicebant loci, hoc est, agri plenos. Pecunia a pecore appellabatur. Multatio quoque non nisi ovium boumque impendio dicebatur*. Confer Ovidium fast. V. 281.

*possessionibus, ex quo] i. e. ex possessione agrorum et pecorum. Hinc rerum mancipi origo: cf. Heynii Opuscc. Acad. IV. p. 129. Cr.*

(1) Locum hunc ex Tullio nominatim, sed libere, citat Hieronymus comm. ad Eccles. cap. v: *Tullius pecuniosos primitus eos dictos refert, qui plura habuissent pecunia, id est pecora; ita enim antiquitus appellabant*. Verba vero Hieronymi exscribit Isidorus Orig. x. 210.

*non vi et suppliciis coercebat.] Jo. Laur. Lydus de magistr. Romm. I. 3. p. 14. sq. de Romulo agens regium imperii genus tyrannicum significare dicit et a βασιλεία differens (ῥήγιον οἶον τυραννικόν) et in fine addit: Ἐστὶ γὰρ βασιλείως ἦν ὁ νόμος, τυράννου δὲ νόμος ὁ τρόπος: et cap. 5. p. 18. pergit: Ὡστε τυράννος ἦν ὁ Ῥώμυλος, πρῶτον μὲν τὸν ἀδελφῶν ἀνελών, καὶ τὸν μείζονα, καὶ πράττων ἀλόγως τὰ προσπίπτοντα. Cr. —*

Quod ad verba et sententiam convenit Cic. de Off. III. 5. 23. *quam (civium conjunctionem) qui dirimunt, eos morte, exsilio, vinculis, damno coercent. Mr.*

(2) Aliter Plutarchus Romul. XXVI - XXVII, qui Romulum extremo tempore tyrannum fastuque et ferocitate elatum describit; contradicente tamen Appiano apud Photium cod. LVII.

*Ac Romulus] Sch. nihil moneus dedit At Romulus, qua correctione nihil minus est necessarium. Quam saepe vero Cicero in enarrando pergens periodos incipiat ab ac, id, opinor neminem fugit: ita ut hanc quoque emendationem, si qua est, operis (doctis scilicet) debere videamur. Vide modo infra initium cap. XIV. Sed manum de tabula! Mr.*

(3) Sic passim historici scribunt XXXVII, et ipse Plutarchus in Numa cap. II; qui tamen in Romulo fin. scribit XXXVIII. Romulus ergo anno aetatis LV, vel ut ait Plut. LVI, obiit; siquidem in vulgo dicitur Romam simul regnumque suum occoepisse annos natus XVIII, qua super re nullam esse historicorum dissonantiam ait Dionysius II. 56.

*firmamenta rei publicae peperisset.] Noli conjicere reperisset. Quamquam enim Cicero dixit in Verr. III. 46. 110. mihi met ineunda ratio et via reperiun-*

senatum, (a) „tantum est consecutus, ut, cum  
 „subito sole obscurato (1) non comparuisset,  
 „deorum in numero collocatus (b) putaretur:  
 „quam opinionem nemo umquam mortalis asse-  
 „qui potuit sine eximia virtutis gloria (2).“ Atque  
 hoc eo „magis est in Romulo admirandum, quod  
 „ceteri, qui dii ex hominibus facti esse dicun-  
 „tur, minus eruditus hominum saeculis fuerunt,  
 „ut (c) fin || gendi proclivis (d) esset ratio, cum P. 241.  
 „imperiti facile ad credendum impellerentur. Ro-  
 „muli autem aetatem minus his sexcentis (e) an-

(a) Ita Cod. 1. manu; at 2. *saenatum*. (b) Ita Cod. [*conlocatus*] modo *conl.* modo *coll.* (c) Cod. *et*; mox ibi emendatum *ut*. (d) Male in Augustini contextu (qui hunc locum citat C. D. XXII. 6.) *proclivior*; verum ibi Maurini editores admonent, in *ms.* Augustini legi *proclivis*, quae nunc lectio mire confirmatur. (e) Recole lib. I. 37. p. 96. n. d. [Cod. *sescentis*.]

*da est, — qua ad istius ingen-*  
*tem — praedam possim perve-*  
*nire: eodem tamen, quo nostro*  
*loco, modo loquitur Or. in Catil.*  
*IV. 1. 1. dammodo meis labori-*  
*bibus vobis populoque Romano*  
*dignitas salusque pariat ur.*  
 Ad verba conf. etiam ad Att. I.  
 18. *duo firmamenta rei publicae*  
*per me unum constituta.* Add.  
 pro Planc. 9. 25. Philipp. III. 5.  
 13. *firmamentum imperii populi*  
*Romani.* Mr.

(1) Solis hunc defectum lege-  
 bat in libris de rep. Seneca ep.  
 CVIII.

*deorum in numero collocatus*  
 Cic. de Off. III. 5. 25. *quem ho-*  
*minum fama, beneficiorum me-*  
*mor, in concilio caelestium col-*  
*locavit: ubi vid. Beier. p. 224*  
 29. Cr.

(2) Locum hunc in libris de  
 rep. legebat Augustinus C. D. III.  
 15. Huc idem Augustinus respicit  
 etiam XVIII. 24. Consonat sibi Tul-  
 lius III. in Cat. 1: *illum, qui*  
*hanc urbem condidit, Romulum*

*ad deos immortales benivolentia*  
*famaque sustulimus.* Haec  
 fuisse complurium deorum apud  
 ethnicos originem sapienter ob-  
 servat Augustinus serm. CCLXXXIII.  
 3, et C. D. II. 5. 15; tum Lactan-  
 tius de ira D. cap. XI. et inst. I. 15  
 (ubi nominatim citat libros Tullii  
 de rep.) et VII. 14.

*Atque hoc eo magis est*] Sch.  
 tacite correxit: *Atque hoc est*  
*eo magis: quo jure, ipse vide-*  
*rit.* Mr.

*fin gendi proclivis esset ratio,*  
 Conf. usus vocis *proclivis* supra  
 I. 28. Cr.

*ad credendum impellerentur*  
 Similiter dixit de Senect. 21. 77.  
*ratio-me impulit, ut-crederem.*  
 Mr.

*minus his sexcentis annis*] i. e.  
 ante hos sexcentos annos, non  
 plenos illos; nam erant aliquanto  
 minus annis sexcentis, videlicet  
 inde ab anno, quo habiti fingun-  
 tur hi sermones de re publica,  
 qui est DCXXV a. u. c., retro nu-  
 merati ad mortem Romuli erant

„nis, iam inveteratis litteris atque doctrinis,  
 „omnique illo antiquo ex inculta hominum vita  
 „errore sublato, fuisse cernimus“<sup>(1)</sup>: Nam si; id <sup>P. 145.</sup>  
 quod Graecorum investigatur annalibus, Roma con-  
 dita est<sup>(2)</sup> secundo anno Olympiadis septimae<sup>(3)</sup>,

(a) Ita Cod. [*condita est*] 1. manu; at 2. superaddidit *e*. Ego vero archaismum satis nobilem et crebra auctoritate firmatum heic et alibi retinui: [quem nos constantiae causa obliteravimus. *Mr.*]

**DLXXXVIII.** Conf. quae ad similem structuram monuimus ad I. 37. *his annis quadringentis*, qui locus nostro ita geminus est, ut noster non nisi addito minus differat, quod intelligendum est, quasi in parenthesi additum sit numero, justo majori. *Mr.* — *His* i. e. proxime praeterlapsis: cf. supra I. 37. *ab hoc tempore anno sexcentesimo*. Verrin. II. 3. *ad illam veterem disciplinam, non ad hanc, quae nunc increbuit*: conf. Ern. Cl. Cic. in *hic*. Tenendus autem hic usus pronominis *hic* cum certo annorum numero junctus. Similiter Graeci *verba* usurpant. Lxx Interpret. Genes. xxxi. 38. *ταῦτα — εἰκοσὶν ἔτη ἐγὼ εἶμι μετὰ σοῦ*. *Cr.* — Longiorem ad h. l. Patricii annotationem, quasi excursum, ad calcem libri rejecimus. *Mr.*

*inveteratis litteris atque doctrinis,*] Paulo aliter locutus est in Catil. III. 11. 26. *nostrae res — litterarum monumentis inveterascent*. *Mr.*

*ex inculta*] Conf. Schütz. Lex. Cic. ibiq. Cic. Attic. I. 19. Famil. x. 4. *Cr.* — Ut h. l. dixit *inculta hominum vita*, ita in Bruto 31. 117. loquitur de *homine* (Aelio Tuberone) *vita inculto*. Consimilis est etiam quod ad dictionem nostro locus de Finn. I. 11. 37. *ut tollatur error omnis imperitorum*. *Mr.*

(1) Locum citat Augustinus C. D. xxii. 6 sine ulla varietate.

*secundo anno Olympiadis se-*

*ptimae,*] Vid. Niebuhr. R. G. I. p. 189. cf. p. 168. sqq. p. 183. sqq. Add. Euseb. Canon. Chronicorr. I. p. 195. II. p. 320. ed. nov. Mediolan. et Ruhnkenii Praelectt. ad Antiqq. Romm. p. III. Ptolemaei Chronolog. ed. Abbat. Halma. Paris. 1819. ibique *Discours préliminaire sur la Chronologie de Ptolémée*. pag. 29. *Cr.*

(2) Solinus cap. II. vel alium Ciceronis locum legebat, vel ipse Solinus mendosus est aut memoria falsus. Ait enim: *Cinco Romam duodecima Olympiade placet conditam; Pictori octava; Nepoti et Lutatio, opinionem Eratosthenis et Apollodori comprobantibus, Olympiadis septimae anno secundo; Pomponio Attico et M. Tullio Olympiadis sextae anno tertio*. Equidem opus chronologicum Tullii, quo potissimum consentiret cum Attico, videtur hoc ipsum de rep. (ut diximus ad hujus libri cap. I. p. 124. n. 2.) quo Romam conditam ait anno secundo Olympiadis septimae. Porro autem sicubi revera Cicero anno tertio Olymp. vi natam esse Romam dixerit, is haberet suffragatores Plutarchum in Rom. xii. Vellejum I. 8. et denique Eusebium chron. lib. II, qui refert Romam dici conditam anno tertio Olympiadis vi in quorundam Romanorum libris: quamquam ipse Eusebium annum urbis natalem statuit primum Olympiadis septimae, quod et Solinus cap. II calculando colligit: ea-



in id saeculum Romuli cecidit aetas, cum | iam P. 242.  
 plena Graecia poetarum et musicorum esset, mi-  
 norque fabulis, nisi de veteribus rebus, habere-  
 tur fides. Nam centum et octo annis, postquam  
 Lycurgus leges scribere instituit, prima posita  
 P. 146. est Olympias (<sup>a</sup>): quam quidam nominis errore  
 ab eodem Lycurgo constitutam putant (<sup>1</sup>). Home-  
 rum autem, qui minimum dicunt, Lycurgi aetati

(a) Locutionem posita est Olympias Graeco de fonte Tullius derivat *τεθνηαι ἀγῶνα* vel *Ὀλυμπιάδα*, uti est apud Eusebium chron. I. 32. ed. Mediol. Item quod paulo post ait *constitutam Olympiadem* manat de graeco *Ὀλυμπίας ἐράχθη*. Euseb. ibidem. A Tullii vero auctoritate nimis recedit Eusebius, qui chron. lib. II. leges a Lycurgo scriptas ait annis ferme quinquaginta ante primam Olympiadem.

demque sententia est etiam Dionysii I. 71. 74. 75. Verum apud eundem Dionysium I. 74 Polybius Romae natales scribit secundo Olympiadis septimae anno, quam sententiam discipulus Polybii Scipio hoc in sermone sectatur. (Confer inferius cap. XIII.) Idem colligebatur ex tabula h. e. annalibus pontificum. Etenim apud Dionys. I. 74. *ἀρχιερεῦσι*, non *Ἀρχιερεῖσι*, legendum esse docuit vir. ill. et de litteris praeclare meritis Niebuhrius in disquisitione de anno urbis natali, usus Vaticani codicis (immo licet tribus uti) lectione apud Hudsonum *ἀρχιερεῖσι*, ex qua merito fecit *ἀρχιερεῖσι*. [Quem intelligit A. Majus Niebuhrii locus est R. G. I. p. 176. sq. Cr.]

in id saeculum Romuli cecidit aetas,] Nolo contendere, hoc plane non esse Ciceronianum: sed suspicor tamen a Cicerone profectum esse *incidit*, quo verbo in tali constructione uti solet: v. c. Orat. 12. 39. *quorum aetas cum in eorum tempora — incidisset*: cujus usus plura laudare possum exempla, ejus, qui hic est, nullum, nisi quaedam mi-

nus congruentia v. c. Epp. ad Famm. xv. 14. *ne in alienissimum tempus cadat adventus tuus*: ad Att. xv. 20. *in eam diem cadere numos*. Sed plane nostro geminus est locus Corn. Nep. in Eumen. I. 2. *nam quum aetas ejus cecidisset in ea tempora*. Quamquam ibi Edd. fere omnes et Codd. habent *incidisset*, Staveriana quoque, q. v. p. 4. T. II. Ed. Bardili. Mr.

plena Graecia — musicorum esset,] Convenit Tuscull. I. 2. 4. Ergo in Graecia musici floruerunt. Ad v. minorque fabulis — haberetur fides conf. de Divin. II. 55. 113. *Nam igitur me cogis etiam fabulis credere? — non debemus — fidem commentitiis rebus adungere*. Mr.

ab eodem Lycurgo] De Lycurgo juniore laudat Kobbius Marshami canon. chronic. (Ed. 1696. 4.) p. 450. Adde Simsonii Chronic. T. III. p. 40. Ed. Oxon. 1651. Mr.

(1) Hoc in errore versatus est Aristoteles, teste Plutarcho Lycurg. cap. I, quo loco haec controversia ventilatur. De Lycurgo autem juniore, qui primum ago-

triginta annis anteponunt fere (¹). „Ex quo in-  
 \*O. xv. „telligi potest, permultis annis an\* || te (²) Ho-  
 P. 301. „merum fuisse, quam Romulum: ut, iam doctis P. 167.  
 „hominibus ac temporibus ipsis eruditis, ad fin-  
 „gendum vix quicquam (³) esset loci. Antiqui-

(a) Hoc est codicis folium postremum, cujus nonnisi frustum intimum superest laceræ membranæ. Quum autem cujusque paginae sint duo latercula, folii vero latercula quatuor; hoc quidem in folio nihil reliquum est praeter primi quartique laterculi partes dimidiatas a vertice ad imum. Sed enim prior folii pagina ferme tota suppletur feliciter ab Augustino locum citante C. D. xviii. 24, et xiii. 6, quo postremo capite, ne interpolationem aliquam suspicemur, ait Augustinus se verba Ciceronis prout scripta sunt inserere. Desideramus itaque particulam laterculi secundi, laterculum tertium, et quarti dimidium; supputatis autem spatiis constat ereptas nobis esse litteras circiter cxxx. En autem hiatus codicis. P. 301. laterc. 1. *te Ho . . . fuisse . . . Romu . . . ut iam . . . homi . . . ac tem . . . ipsis er . . . ad fin . . . uix cui . . . esset lo . . . antiqu . . . nim r . . . fabula . . . etiam n . . . numqu . . . P. 302. laterc. 2 . . . us ne . . . etc.* ut scribinus in textu. Iam vero paginae 301 supplementa Augustiniana, quia certissima sunt, eodem genere litterarum excudo; supplementa autem paginae 302 litteris inclinatis exaro, quia sunt conjecturalia, etsi vix dubia. [Probabilia haec esse concedit St., sed ne dicantur vix dubia, deprecatur. Mr.] (b) Textus Augustini *quidquam*. [A. M. edidit *cuiquam* — locus. Mr.]

nem cum Iphito instituit, legatur Euseb. chron. I. 32.

(1) Intelligit Apollodorum. Complures ac varias de Homeri aetate sententias veterum acervaverant Suidas voc. *Ουρηος*, et Eusebius chron. II ad Abrahami annum dcccxxv. Apud Gellium xvii. 21 Nepos Homerum vixisse dicit ante Romam conditam annis circiter centum et sexaginta; quo fit, ut is prorsus congruat cum Cicerone, siquidem Olympiadis septimae annus secundus Romæ natalis fuit. Namque ab Homero ad Lyc. anni 50; ab hoc ad I. Ol. anni 108; ab Ol. I. ad septimam dimidium anni 26; ergo 164. Conferatur Cicero etiam Tusc. I. 1. Item Heynius ad Apollodori fragmenta pag. 1086.

*temporibus ipsis eruditis,*] Plane ita noster ad Att. xii. 18.

*quantum his temporibus tam eruditis fieri potuerit. Mr.*

*ad fingendum vix quicquam esset loci.*] Ex A. Maji nota critica vides, in Cod. ultima verba sic fuisse scripta: *uix cui . . . esset lo . . .* Egregie autem subvenit Augustinus de Civ. Dei, qui L. xiii. 6. eum integrum servavit. Ex eo A. Majus adnotavit esse in Augustini textu *quidquam*, deditque ipse *cuiquam esset locus*. Ego vero cum Augustini looem inspexissem, reperi addendum fuisse, non legi apud eum *locus* sed *loci*, scribique *vix quicquam esset loci*. Et ita plane rescribendum duximus; amat enim noster hanc structuræ rationem. Ita scripsit ad Fam. iv. 3. *postcaquam illi arti — nihil esse loci — viderim*; et plane ut nostro loco, ad Att. xii. 18. circa

„tas enim recepit fabulas, fictas etiam nonnumquam incōdite; haec aetas autem iam exculta, praesertim eludens (a) omne, quod fieri non potest, respuit“...\* | ... eodem nomine alius nepos eius, ut dixerunt quidam, ex filia, quoniam illo mortuus eodem est anno; natus Simonides (b) Olympiade sexta et quinquagesima:

\*P. 302.  
Desiderantur  
litterae pl. m.  
350: id est  
hujus editio-  
nis versus  
prope se-  
ptem.

(a) Ita textus Augustini *eludens*, quod vocabulum parum placet Patricio, quamquam vocabulum idem is observat apud Ciceronem in Verr. III. 4. In editis fragmentis legitur *jam exculta praesertim et erudita, omne* etc. Cave tamen putes id fluxisse ex aliquo Augustini codice, quum reapse mera fuerit critici alicujus conjectura et immutatio, quia scilicet apud eundem Augustinum C. D. XVIII. 24, ubi aliis verbis eadem recitatur sententia, scriptum vidit *temporibus iam expolitis et eruditis*. (b) Quum ego haec lacunam illi Niebuhrio considerandam obtulissem, is e superstitibus elementis *moni* exculpit *Simonides*; quo supplemento nihil ego vidi verius aut doctius. Datis autem pro sua humanitate ad me litteris toti huic Ciceronis loco lucem plurimam attulit; quarum litterarum verba ipsa haec scribere pretium operae est: *In Suida lego Σιμωνίδης Ἀλωπερούς Ἰουλιήτης γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς 57 Ὀλυμπιάδος; scilicet natus est: nam qui prope nonagenarius Ol. LXXVIII. obiit, nasci debuit Ol. LVI. Habemus autem Olympiadis numerum, tum superstites litteras moni, quae, litterarum calculo inuito ex nullo alio vocabulo esse possunt. Certe illud mihi extra controversiam esse videtur, Ciceronem in hac lacuna enumeravisse poetas Graecos qui sub Romanis regibus floruerint, atque ita desivisse in Simonide sene, qui, quum reges urbe pellerentur, quadragenario major erat. Pluribus sane locis Graecorum aetates cum Romanorum temporibus a Cicerone componi videmus; in Bruto v. gr. et in Tusculanis:*

fin. *neque esse quicquam aut parvae curae aut novae loci.* Heinr. edidit *quisquam esset locus*, quod, ut opinor, non fecisset, si inspexisset Augustinum *Mr.*

*fabulas, fictas*] Supra II. 2. *ut jam a fabulis ad facta veniamus.* Cr. — Ad v. *fictas* — *incondite* conferri potest de Divin. II. 71. 146. *Nihil tam — incondite* — *cogitari potest, quod non possimus somnari.* Mr.

*respuit . . . eodem*] Inde a *respuit* usque ad *immortalitate* Steinack. omnia omisit, Heinr. nominis eas exhibet literas, quae

legi poterant in Cod., omissis A. Maji et Niebuhrii supplementis, quae merito sagacissima et felicissima appellant Sch. et censor Lips. 1824. 7. p. 52. *Mr.*

*Simonides*] Scholiastes Platon. ad Rempubl. x. p. 192. Ruhnken. *Ἀλοῦργος, Σπαρτιάτης, ἢ Ἀρχαϊμόνιος, γέγονε τῶν Τρωϊκῶν μετὰ 58' (unus Cod. ap. Bekk. habet 59') ἔτη, ἣν δὲ κατὰ Σιμωνίδην Περτάνδος μὲν νῆος, Ἐννομον δὲ ἀδελφός, καὶ Σπῆτος τοῦ Ἐννόμον νιού, Χαριλάου τοῦ βασιλευσάντος τῆς Σπάρτης; ἧς ἤρξε καὶ Ἀλοῦργος αὐτός ἔτη 17, ὅτε καὶ τοὺς νό-*

*quo facilius intelligi possit* tum de Romuli im- P. 148.  
 P. 67. mor' || talitate (a) creditum, cum iam inveterata  
 vita hominum ac tractata esset et cognita. Sed  
 profecto tanta fuit in eo vis ingenii atque vir-  
 tutis, ut id de Romulo Proculo Iulio (1), homi-

*nominatumque fuisse ante alios Archilochum propterea mihi  
 persuadeo, quod in Tusc. I. 1 sub Romulo floruisse dicitur: id  
 quidem parum accurate; sed vixit certe ante Romuli excessum:  
 tum vero Alcaeam, Stesichorum etc. At Simonidem alium, ne-  
 potem ex filia majoris Simonidis, propterea posui, quod Suidas  
 haec habet: Σιμωνίδης Κετος, Συναγριδούς κατά τινος τοῦ προτέ-  
 ρου etc. Quae quidem ex Apollodori chronicis in Suidam illata  
 esse, tot alii loci comprobant: Apollodorum autem Ciceronis  
 aetate omnes manibus versabant, qui de illustrium hominum tem-  
 poribus quaererent. Neque tamen nego magis mihi arrisurum  
 fuisse, si licuisset credere, Bacchylidem, quem Graeci auctores,  
 quos quidem novi, συγγενῆ Simonidis senis vocant, a Cicerone  
 nepotem ejus ex filia dictum fuisse; [Non novam hanc esse con-  
 jecturam, sed dudum a Duckero (van Goem) in Diss. de Simo-  
 nide Ceo (Traj. ad Rhen. 1768. 4.) p. 44. sqq. prolatam monet  
 censor Lips. 1824. 7. p. 52. Mr.] nobilissimum quippe habere-  
 mus pro incognito, qui tamen μελίηρος dictus est. Fuerit  
 autem ejus commemorandi ratio, quod Cicero committere nole-  
 bat, ut recentior nepos, post reges exactos natus, cum illo ve-  
 tusto permutteretur. Poetas vero istos Graecos omnes pro-  
 pterea recensuerat, quia nemo ex illorum numero de suis tem-  
 poribus prodigiosas res retulisset.*

(a) Cod. jam mortalitate; tum superpositum fuit im. Atqui  
 delenda erat potius littera a ex jam ut nos fecimus. Neque enim  
 rô jam heic belle retineretur.

*μους ἔγραψεν, ἐπιτροπήων τὸν  
 ἀδελφιδούν κ. τ. λ. In Bekkeri Ed.  
 Scholl. est hic locus p. 419. Cr.*

*quo facilius intelligi possit]*  
 Haec verba suspicatur esse cor-  
 rigenda Schützius, quia sensus  
 postulet: *quo difficilius intelligi  
 possit*: ego, ut non nego, haec  
 paulo videri probabiliora et faci-  
 liora, a Cicerone tamen esse pro-  
 fecta nequaquam crediderim. Mr.

*ac tractata esset et cogni-  
 ta.] Ernest. Cl. Cic. in tracta-  
 tus, ibiq. Cic. Orator. 33. orator  
 habet omnes philosophiae no-  
 tos et tractatos locos. Conf.  
 de Orat. III. 14. Contra ap. Auct.  
 ad Herenn. iv. 24. vita honeste  
 tractata est acta. Cr.*

(1) Subornati Proculi fraudem  
 passim narrant ethnici christiani-  
 que scriptores; irrident autem  
 Augustinus C. D. III. 15, et Ter-  
 tullianus Apol. xxx. Tullianum  
 hunc locum libere exhibet Lactan-  
 tius inst. I. 15.

*Proculo Iulio]* Villem. ad h. l.  
 annotat, Ciceronem in libris de  
 Legg. [videlicet I. 1.] irridere  
 hanc de Proculo Iulio narratio-  
 nem eamque conferre cum fabula  
 ista de Orithyia a Borea rapta.  
 Memorabile vero illud potissimum  
 videri, quod hoc loco Italiae po-  
 pulos jam multo cultiores con-  
 tendat Cicero temporibus istis,  
 quam plerumque credantur fuisse.  
 Historiarum quidem libros favere

ni agresti, crederetur, quod multis iam ante  
 P. 149- saeculis nullo alio de mortali<sup>(a)</sup> homines cre-  
 didissent: qui impulsu patrum, quo illi a se  
 invidiam interitus Romuli pellerent, in concione  
 dixisse fertur, a se visum esse in eo colle | Ro-  
 mulum, qui nunc Quirinalis vocatur<sup>(2)</sup>; eum P. 68.  
 sibi mandasse, ut populum rogaret, ut sibi eo  
 in colle delubrum fieret; se deum esse et Qui-  
 rinum vocari<sup>(b)</sup>.

(a) Cod. 1. manu mortalitate; mox litterae quatuor extremae fuerunt expunctae. (b) Sive a *cari* hasta, sive a *χοιρανος*, sive a *χυριος*. Postremam originem tuetur Lydus m. R. I. 5, qui testibus confirmat, Romulum et ejus aequales haud ignaros fuisse linguae Aeolicae. Erudite Lactantius Inst. I, 21. *solent mortuis consecratis nomina immutari, credo ne quis putet eos homines fuisse. Nam et Romulus post mortem Quirinus dictus est.* [Vid. Symbolicam II. p. 895. sq. Cr.]

opinionum communi: sed magnifica illa et immensae molis aedificia et opera, quae manifesto antiquiora sint Romana re publica, temporibus adscribenda videri, quibus minime impotens et inculta fuisse potuerit ea gens, cui originem debeant. — Interpres Germanicus, Petrus ille, vertens hanc annotationem nomen puellae a Borea raptae scribit *Orithia* videlicet quia Villem. scripsit *Orithie*. Sed quid aliud ab homine expectes, qui in alia Villemanni nota ex Gallico sermone conversa p. 259. Dionysium Halicarnassensem appellat *Denys von Halikarnasses*, et eadem pagina *Denys von Halikarnasses*. Debeatur hoc operis: illud certe scriptori debetur, nam p. 303. item scripsit *Denys von Halicarnasses*. Mr.

*homini agresti,*] Aliter rem narrat Plutarchus in Romulo c. 28. Iulium videlicet Proculum fuisse unum ex iis, qui Alba Romanam commigraverint, virum inter patricios primae nobilitatis, moribus probatissimis, Romuloque ipsi fide et familiaritate conjun-

ctissimum: eum in concionem prodiisse et ad religiosissima sacra jure jurando concepto speciem sibi in via oblatam enarravisse. Sed operae pretium est totum conferre Plutarchi locum.

Mr.

*a se invidiam — pellerent,*] Si respicias loca, qualia sunt de Finn. I. 9. 30. *dolorem — a se repellere*: Or. pro Muren. 14. 30. *ab illo belli pericula repelluntur*: reputasque verbum *pellendi* hoc sensu poetis potius usitatum esse, quam orationi pedestri: facile induceris, ut suspiceris, nostro quoque loco scribendum esse *repellerent*. Sed cum tamen noster de Finn. I. 13. 43. scripserit *quae maestitiam pellat ex animis*; nolui violentius agere. Mr.

(2) Haud procul aedibus Attici, ut ait Cicero leg. I. 1. Revera templum Quirini et domum Attici proxime inter se collocat Rufus in VI regione. [Conf. Livius I. 16. Plutarch. Romulo cap. 28. p. 62. ed. Coraui. Cr.]

*se deum esse et Quirinum vo-*

XI. Videtisne igitur, unius viri consilio non solum ortum novum populum, neque ut in cunabulis<sup>(a)</sup> vagientem relictum, sed adultum<sup>(b)</sup> iam et paene puberem<sup>(1)</sup>? Tum Laelius, Nos vero videmus, et te quidem ingressum ratione ad P. 150.  
 p. 81. disputandum nova, quae || nusquam est in Graecorum libris. Nam princeps ille, quo nemo in

(a) Sic lego in *cunabulis* non *incunabulis*. Paulinus item ep. xxxii. 4 inter Augustinianas scribit divisim *adultum aetate corporea, in spiritalibus adhuc cunabulis vagientem*. (b) Cod. manifeste *aduitum*.

cart.] Cic. de Legg. I. 1. 3: *Romulus Proculo Iulio dixerit, se deum esse et Quirinum vocari, templumque sibi aedificari in eo loco iusserit*. Ad rem adhabe Beier. ad Cic. Offic. III. 10. 41. ibiq. laudd. Cr. — Isto librorum de Officiis loco non minus irridet Cicero istam de deo Quirino narrationem, quam in loco librorum de Legibus. Mr.

in *cunabulis*] Saepius quidem utitur Cic. voce *incunabula*, quam simplici: sed cum in praecedat, dicit *cunabula*, post ad et ab ponit compositum: v. c. de Divin. I. 36. 79. *qui cum esset in cunabulis*: ad Att. II. 15. *ad incunabula nostra pergam*: de Orat. I. 6. 23. *ab incunabulis nostrae doctrinae*. Lehn. edidit *cunabilis*. Mr.

*vagientem relictum*,] Varro ap. Gell. xvi. 17. idem de L. L. vi. 5. fin. *vagire* ab haedo tractum esse dicit. Cic. de Senect. xxiii. 83. *ut ex hac aetate repuerascam et in cunis vagiam*: ubi Nonius legit *cunabulis*. Vid. Gernhard. in notis p. 158. Caeterum si vera est Varronis sententia, *vagire* non est Graecum *κνύσσειν*, ut Facciolatus vult, sed *φρυσάσσειν* et *βληχάσσειν*. Nam haec de capris, ovibus et haedis dicuntur. Schol. Theocr. ad Idyll.

V. 141. et Meletemm. mea I. p. 11. et 12. De hominibus dicitur etiam *μυρωπίτευ*. Plutarch. in Numa 4. Cr.

*adultum jam et paene puberem?*] Ad rem commode laudat Lehn. Livium II. 1. Ad verba conf. nostrum in Bruto 7. 27. *ante Periclem — et Thucydidem, qui non nascentibus Athenis, sed jam adultis fuerunt*. Mr.

(1) Contra Seneca in opere, quod videtur historicum, apud Lactantium vii, 15 ait, *populi Romani infantiam fuisse sub Romulo: pueritiam sub ceteris regibus* etc. Senecam hunc alii philosophum intelligunt, alii Annaeum Florum. Lege Bünemannum ad Lactantium. Nuper in fragmento Palatino vitae M. Senecae patris, cura ill. Niebhrii invento atque edito, is ipse pater cognitus est historiarum suctor. Et sane nihil vetat, quominus Lactantium de patre potius loqui putemus quam de filio, quando quidem et is Senecam ambigue appellat, et nunc patrem fuisse historicum scimus. Roborata haec opinio, quod historia Senecae, tam apud Lactantium quam in fragmento Palatino, memoriam complectitur bellorum civilium.

*ingressum — ad disputandum*] Ita noster de Fato II. 4. *timide*

scribendo praestantior fuit (<sup>1</sup>), aream sibi sumpsit, in qua civitatem exstrueret arbitrato suo (<sup>2</sup>); praeclaram illam quidem fortasse, sed a vita hominum abhorrentem et moribus (<sup>b</sup>) (<sup>3</sup>). Reliqui disseruerunt, sine ullo certo exemplari for-

(a) Festive hanc formulam *arbitrato suo* usurpat Cicero, in locandis aedificationibus usitatam. Gruter. CLXXXV. 2. (b) Cod. 1. manu a majoribus; 2. moribus sine praep., quam ego retineo. Nam sic eam retinet Cicero hac de re loquens iisdem prope verbis de Or. I. 52. 224. *a vitae consuetudine et a civitatum moribus abhorrebant.*

*ingredientem ad hoc genus disputandi:* Or. pro Caecin. 28. 79. *qui cum istam disputationem mecum ingressus esset.* Mr.

*praestantior]* Eodem ἐπιφέρει ornat Platonem de Orat. I. 50. 217. Mr.

(1) Plato scilicet, quem quod admiratione commotus saepius fortasse laudet, excusari se petit Cicero leg. III. 1. Confer Cic. orat. XIX; Quintil. x. 1. 367; Gell. II. 5; Val. M. VIII. 7. ext. 5.

*praeclaram illam quidem]* Admodum placet Heinrichii emendatio *praeclaram illam quidem*, eamque ego recepi, quamquam minus suaviter sonat trium verborum fere idem exitus. In Cod. est *illo*. Sed *praeclaram illam quidem fortasse* idem est, ac ei dicat: *quae quamvis fortasse praeclara dici mereat, abhorret tamen* etc. Ea constructione utitur noster saepissime, v. c. Tuscc. III. 16. 35. *est enim tarda illa quidem medicina, sed tamen magna:* ad Att. XVI. 7. *causas habes, justas illas quidem et magnas, sed nulla justior, quam* etc. Sed de hac constructione vid. disputantem Beier. ad Cic. de Off. II. 6. 22. p. 44. Mr.

*a vita hominum abhorrentem et moribus]* Ita scripsi cum Heinrich. Stein. et Lehn. ut est in Cod. a 2. manu, rejecto *a* ante

*moribus.* *Moribus* enim ut *vita* ad genitivum *hominum* est referendum. Nihil probat locus ab A. Majo allatus: ejus enim plane alia, quam nostri, est ratio. Sch. retinet illud *a*, quo orationem fieri inconcinnam recte monet Stein. in Add. Errat Lehn. scribens a prima manu esse in Cod. *a moribus.* Mr.

(2) Plato remp. suam, tamquam picturam, sibi ad oculorum veluti oblectationem confinxit. Athen. XI. 15. Pergit ibidem Athenaeus dicere Platonis remp. et leges vel eo maxime nomine parum videri laudabiles, quod iis nulla gens apud se locum concesserit. Sic de Platonica rep. loquitur etiam Polybius VI. 47. Plotinus remp. Platonis in Campania instituere frustra meditatus est, ut narrat in ejus vita Porphyrius. [Cap. XII. p. 114. in Fabric. B. Gr. Vol. IV. Nimirum Πλατωνόπολιν condere voluit. Cr.]

*sine ullo certo exemplari]* Nescio cur ita displicuerit Schützio verbum *certo*, ut illud ne ratione quidem addita deleret. Illud certe eum non potuit movere, quod *certo* generis causa non potest referri ad utrumque substantivum; tum enim omittendum etiam fuit *ullo*. De qua re plura loqui putidum sit. Sed fortasse vox illa excidit Schützio nolente. Mr.

maque rei publicae, de generibus et de rationibus civitatum (<sup>a</sup>) (<sup>1</sup>). Tu mihi videris utrum-  
 P. 82. que facturus; es | enim ita ingressus, ut, quae ipse reperias (<sup>b</sup>), tribuere aliis malis, quam, ut facit apud Platonem Socrates, ipse fingere, et illa de urbis (<sup>c</sup>) situ revoces ad rationem, quae a Romulo casu aut necessitate facta sunt (<sup>2</sup>), P. 151. et disputes non vaganti oratione, sed defixa in

(a) Ita codex; at alibi *civitatum*. (b) Ita cod. [*repperias*] (c) Cod. *verbis*; tum fortasse expuncta fuit *e*, quae sententiam oppido perturbabat.

*formaque rei publicae.*] Bis junxit haec noster in Epp. ad Fam. III. 11. *Quod ad me quasi formam — rei publicae misisti*; et ad Att. VI. 3. *formam igitur mihi — rei publicae — velim mittas*: utroque autem loco de eo, qui tunc erat, statu et conditione rei publicae loquitur, neque vero de exemplari quodam vel adumbratione rei publicae animo informata. *Mr.*

(1) Sic facit Aristoteles, cujus opus politicum per omnia rerump. genera late vagatur. Hunc praecipue puto intelligi a Cicerone.

*Tu mihi videris utrumque facturus*;] Lehnerus conjicit *fugiturus*. Qua conjectura nihil est minus necessarium; nam ad *facturus* subaudiendum est: *quod alii omiserunt vel neglexerunt*: videlicet, ut rem publicam, quam effingis, ad vitam humanam accommodes, et certum exemplar formae rei publicae tibi proponas. *Mr.*

*revoces ad rationem*] Eodem sensu (qui explicatione non eget) locutus est noster de Or. II. 11. 44. *omnia ad artem et praecepta revocare*: de Finn. II. 13. 43. *Herillus — ad scientiam omnia revocans*. Imitatus est nostrum locum, sed satis incondite,

auctor Orationis pro Domo 6. 15. *nonnulli autem illam rem ad illam rationem conjecturamque revocabant*: ubi vid. Wolf. p. 153. *Mr.*

(2) Recole dicta cap. III. Cicerone enim ibi dixit situm urbis sapienter a Romulo sponteque electum; haud equidem veritatem secutus, sed ne omitteret occasionem tradendi praecepta politica de situ urbi novae captando. Quare et hanc objectionem auctor irrefutatam, tamquam foveam, praetergreditur; astu scilicet oratorio, ne malam causam tuendo faciat pejorem.

*non vaganti oratione,*] Heinr. correxerat *vagante*. Monet nimirum Grammatici, longe frequentius participia in *ns* habere *e* in ablativo, quam *i*, itemque in ablativis absolutis constanter scribi *e*. Sed et haec constantia reperitur non plane constans, et illud plerumque vel *frequentius* significat, illam formam exemplis nequaquam destitui. Utriusque usus exempla videsis apud Ruddimannum Inst. Gr. Lat. I. p. 88. sq. ed. Stallb. *Vagandi* verbo de oratione saepissime usus est noster, v. c. de Or. III. 49. 190. *efficiendum est illud — ne suat oratio, ne vagetur*. *Mr.*



una re publica. Quare perge, ut instituisti: prospicere enim iam videor, te reliquos reges persequente, quasi perfectam rem publicam<sup>(1)</sup>.

XII. Ergo, inquit Scipio, cum ille || Romuli P. 281. senatus<sup>(2)</sup>, qui constabat ex optimatibus, quibus ipse rex tantum tribuisset, ut eos patres vellet nominari, patricosque eorum liberos, tentaret post Romuli excessum, ut ipse gereret<sup>(b)</sup>

(a) Ita Cod. 1. manu; at 2. *saenatus*. (b) Ita Cod. 1. manu; at 2. fecit *regeret*, quam emendationem haud recipio: prior enim scriptura et latino sermoni satis congruit, et elegantior est quam *regeret sine rege*. Eandem tamen scripturae varietatem apud Augustinum observabimus in hujus libri fine.

te reliquos reges persequente,] Cod. *persequentem*. Id, ut vides ex annot., A. Majum advertit, cum dicit se verbum desiderare. Ego primum additum volebam *adumbrare* post *perfectam*: sed loco paulo inferiori cap. XVIII. cum sit: *neque enim serpit, sed volat in optimum statum, instituto tuo sermone res publica*: ego commotus sum, ut leniore medela nostro loco succurrere studerem, unicamque demerem literam. Cr. conjecerat: *quasi perfectam praestare rem publicam*: nunc in mea qualicumque emendatione acquiescit. Heinr. et Stein. sola distinctione minore posita post *persequentem* nihil mutarunt. Sch. ut A. Majus plane non distinxit. Lehn. conjecit *video pro videor*; ut (ait) hoc sit *ῥο εἰσέτης*: *video enim, te jam prospicere reliquos reges, quasi persequentem* (i. e. persequendo) *perfectam rem publicam*. Quae ratio aliquanto videtur contortior. Mr.

(1) Ita sine ullo verbo. De re confer Cic. de Or. I. 9, et Tusc. IV. 1.

*patres vellet nominari*] Conf. Cr. Antt. Romm. p. 106. ibiq.

laud. In seqq. scripsit Steinack. *temptaret*, quod neque Cod. habet, neque suadet ratio etymologica. Vid. Cellar. Orthogr. Lat. p. 371. ed. Harl. Grotefend. l. c. §. 148. Mr.

*tentaret* —, ut] Si *tentare* est i. q. operam dare, hanc habet constructionem, sed rariorem eam. Ita est pro Sex. Rosc. 5. 13. *Etenim quid aliud — tentatur, nisi ut id fieri liceat?* Mr.

*ut ipse gereret sine rege rem publicam*] Lehn. recepit *scriptionem* 2. manus *regeret*, addens, id verbum de industria obsequens *sine rege* posuisse videri Ciceronem. Mihi ut fatear, quod est, non admodum probatur hoc *ὀξύμωρον regere sine rege*, quamquam probe scio, Ciceronem minime abstinere ab ejusmodi loquendi formis, quales ex eo collegit I. G. Vossius Institut. Oratt. T. II. p. 410. (V. 12. 7.). Sed *gerere* gubernandi sensu et alibi posuit noster et de Finn. III. 20. 68. *ut sapiens velit gerere — rem publicam*: Or. pro Sext. Rosc. 45. 131. *cum solus rem publicam gereret, orbemque terrarum gubernaret*: ita certe est in Ed. Crataand. sed in plerisque est *regeret*. Mr.

sine rege rem publicam, populus id non tulit<sup>(1)</sup>, desiderioque Romuli postea regem flagitare non destitit: cum prudenter illi principes novam et inauditam ceteris gentibus interregni ineundi rationem excogi || taverunt<sup>(2)</sup>, ut, quoad certus rex declaratus esset, nec sine rege civitas, nec diuturno rege esset uno, nec committeretur, ut quisquam, inveterata potestate, aut ad deponendum imperium tardior esset<sup>(a)</sup>, aut ad obtinendum munitior. Quo<sup>(b)</sup> quidem tempore novus ille populus vidit tamen id, quod fugit Lace-

(a) Cod. *essed.* Neque emendator quidquam mutavit. (b) Cod. *quod*, manifesto mendo.

(1) Confer Dionys. II. 57; Liv. I. 17; Serv. Aen. vi. 809. *interregni ineundi*] Vid. Liv. vi. 1. *interregnum initum*: ad quem locum v. interpr. in ed. Drakenb. Stuttg. T. III. P. II. p. 17. sq. Conf. Liv. v. 17. *ut — auspicia de integro repeterentur et interregnum iniretur*: Vid. Cr. Ant. Romm. p. 177. sq. Quod paulo superius dixit *populus id non tulit*, id de *plebe* intelligit *Franckius* (de Tribuum, Curiarum atque Centuriarum ratione p. 63), monens, clientium (qui ex Niebuhrii in Hist. Rom. sententia non fuerint pars plebis, cum totus ab initio populus non nisi ex patronis et clientibus fuerit compositus: de quo adhuc dubitari potest:) clientium igitur nihil interfuisse, utrum rex imperium teneret, an patroni: laudatque Zonaram II. p. 9. ed. Wolf. et Liv. I. 17. qui a *plebe* ait patres esse coactos ad regem creandum. Idem apparere ait, Livium patricios et senatores eorumve posteros eosdem habuisse: quod ne errori Livii tribuatur, apertum esse testimonium verba Ciceronis in nostro capite: *Romuli sena-*

*tus — patres — patriciosque eorum liberos.* Mr.

(2) Interrex mansit etiam in libera rep. usque ad Pompeji consulatum sine collega, anno urbis DCCL.

*ad deponendum imperium tardior*] Aliquantum convenit ad Att. VII. 3. *Bibulus — in decedendo erit — tardior.* Mr.

*quod fugit Lacedaemonium Lycurgum,*] Bene vidit Lehnerus, in hac periodo usque ad distinctionem majorem post *generatus*, non dici, quid fugerit Lycurgum, sed in sequentibus demum. Ideo omnia, quae sunt inde a *qui regem* usque ad *generatus* inter duas lineas transversas, quasi parentheses signa, posuit. Quod ad sensum optime. Sed tamen nos idem facere nolimus, cum non ita interrumpatur post *Lycurgum* structura, ut inde a *nostri* eodem tenore, quo coepta est, continuetur: sed interjectis illis, quae secluit Lehn., omnibus, de novo incipit constructionem, paulo aliter repetens, quae supra posuerat. Cum igitur voluisset dicere: *Novus ille populus vidit tamen id, quod fugit*

daemonium Lycurgum, qui regem non diligendum (<sup>a</sup>) duxit, (si modo hoc (<sup>b</sup>) in Lycurgi potestate || potuit esse,) sed habendum, qualis-<sup>P. 283.</sup> cumque is foret, qui modo esset Herculis stirpe generatus. Nostri illi, etiam tum agrestes, viderunt, virtutem et sapientiam regalem, non progeniem, quaeri oportere (<sup>1</sup>).

XIII. Quibus cum esse praestantem Numam (<sup>1</sup>) Pompillum fama ferret, praetermissis suis civibus, regem alienigenam, patribus auctoribus (<sup>3</sup>), sibi ipse populus adscivit (<sup>c</sup>), eum-

(a) Cod. 1. manu *redigendum*; mox 2. manu *diligendum* veteri orthographia pro *deligendum*. (b) Ita 2. manu; at 1. *haec*. (c) Ita 2. manu; at 1. *adscibit*.

*Lacedaemonium Lycurgum, videlicet virtutem et sapientiam regalem, non progeniem, quaeri oportere*: haec cum dicere instituisset, interpellat se ipsum ista ἐπετηγῆσιν inde a qui regem, deinde quod dixerat *novus ille populus*, repetit verbis *nostri illi, etiam tum agrestes*, et quod dixerat *vidit* repetit verbo *viderunt*. Locus plane esset geminus ei, qui est supra cap. VIII. hujus libri (ubi v. notam ad verba *sed quamquam ea*), si pergeret Cicero *sed nostri illi* vel *nostri igitur illi*, ut alibi annectere solet repetita periodorum initia. Fortasse etiam nostro loco alterutrum vocabulum, compendio scriptum, excidit. *Mr.*

*deligendum*] Ita scripsimus pro eo, quod dedit A. Majus, *diligendum*, cum Heinr. Sch. Steinack. et Lehn., qui merito respuerunt veterem illam, quam vocat A. Majus, orthographiam: qua de re diximus ad I. 34. Confunduntur *delectus* et *dilectus* etiam apud nostrum in Parad. VI. 2. 46. *Mr.*

*etiam tum*] De usu et constru-

ctione harum particularum conjunctarum vide praecipientem Ernestum ad Sueton. Calig. c. 10. p. 356. ed. Wolf. et in Indice Latinitatis ad eund. p. 413. *Cr.*

(1) Sic de Romanis apud Livium IV. 5 loquitur Canulejus tribunus, et sic Rutilius in itiner. I. 14. [Sed vide tamen infra cap. 17. praec. notam A. Maji. *Cr.*]

(2) Si Servium audias ad Aen. VI. 809, proprium nomen fuit *Pompilius*, cui postea accessit agnomen *Numa ἀπὸ τῶν νόμων*, ab inventione et constitutione legum. De virtute Numae satis haec Tullius; ad sapientiam quod attinet, Tullius idem or. III. 51 eum vocat *doctissimum*.

*regem alienigenam*] Ita dixit in Or. pro Deiot. 3. 10. *is rex — homo longinquus et alienigena*. Ad v. *patribus auctoribus* conf. Cr. Antt. Romm. p. 108. et 114. *Mr.*

(3) Quid sit *patres auctores fieri* perspicue docet Livius I. 17. *sibi ipse*] Conf. Goerenz. ad Cic. de Finn. v. 10. 28. *Cr.* — Add. quae praecipit Gesner. in Chre-

P. 284. que ad regnandum, | Sabinum hominem, Romam Curibus accivit (¹). Qui ut huc venit, quamquam populus curiatis eum comitiis (²) regem P. 153. esse iusserat, tamen ipse de suo imperio curiatam legem tulit: hominesque Romanos instituto Romuli bellicis studiis ut vidit incensos, existimavit, eos paulum ab illa consuetudine esse revocandos (³).

XIII. „Ac primum (ᵇ) agros, quos bello „Romulus ceperat, divisit viritim civibus (²),“ ||

(a) Ita Cod. [comitis] pro comitiis, solita crasi. (b) Nonius, qui hunc locum e II. de rep. citat voc. *viritim*, habet *primus*.

stom. Ciceron. p. 15. 76. 143. lin. 1. Ruddimannus in Inst. Gramm. Lat. II. 56. sq. et, quem laudat ibi Stallb., Bremi ad Nepot. Pausan. iv. 5. et ad eund. locum Tzschuck. *Mr.*

*Curibus accivit.* Vid. Leopold. ad Plutarch. Num. III. §. 3. p. 271. Adde cap. xxx. §. 5. ibiq. ejusdem annot. p. 328. *Cr.*

(1) Praeter Numae virtutem, illae quoque causae eum ad regnum vocaverunt, quod Sabinis, jam inde ab Tatio Romae incolis, Sabinus rex erat concedendus; quodque Numa Tatii filiam habebat in matrimonio. Plut. Num. II. Quin progenie formaque regia erat. Dionys. II. 58. Anno aetatibus XL regnum adiit, natus scilicet cum ipsa Roma. Dionys. ibidem; Dio frag. xx; Plut. Num. III. *curiatis comitiis*] Conf. Cr. Antt. Romm. p. 111. sq. 120. et de lege curiata ib. p. 112. ibiq. laudd. *Mr.*

*bellicis studiis — incensos*] Ne quis coniciat scribendum esse *intentos*, laudans fragmentum Cic. ex Hortensio ap. Nonium v. *relaxo*: *Quaero enim, non quibus intendam rebus animum, sed quibus relaxem*: cujus

etiam loci alia est ratio, quam nostri: *quibus* enim est ablativus casus, *studiis* autem in nostro, si scriberetur *intentos*, esset dativus, quo non uti solet Cicero, qui dicit *intentus ad vel in aliquam rem*: igitur ne quis illud *intentos*, quo Horatius et Ovidius ita utuntur, nostro quoque obtrudere velit, laudabo modo de Orat. I. 21. 97. *qui incensus essem studio*: Or. pro Rosc. Amer. 17. 48. *qui et ipsi incensi sunt studio*. *Mr.*

(\*) Confer Lactantium Epit. xxii.

*Ac primum*] De institutis Numae consule J. Laur. Lydum de mensib. p. 12. ed. Schow. p. 17. ibiq. Plutarch. in Sympos. p. 35. p. 56. p. 106. et Fastos quod attinet a Numa emendatos consule Ideler. et Halma ad Cl. Ptolemaei Canon. Chronolog. part. III. p. 156. sqq. *Cr.*

*agros divisit viritim*] Ita dixit in Brut. 14. 57. *qui — legem de agro — viritim dividendo tulerit*. Junxit *depopulationem* et *praedam* suctor Or. pro domo 58, 146. *Mr.*

(²) Nimirum egenis illis et no-

docuitque, sine depopulatione atque praeda posse P. 87.  
 eos colendis agris abundare (a) commodis  
 omnibus, amoremque eis otii (b) et pacis iniecit,  
 quibus (c) facillime iustitia et fides conva-  
 lescit, et quorum patrocínio (d) maxime cultus  
 agrorum perceptioque frugum defenditur (1).  
 Idemque Pompilius et auspiciis maioribus inven-  
 tis (2) ad pristinum numerum duo augures ad-  
 didit (3), et sacris e principum numero pontifi-  
 ces quinque praefecit (4), et animos, propo- P. 88.  
 sitis legibus his, quas in monumentis habe-

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *abundari*. (b) Cod. *coistii*; tum  
 2. manu factum *his otii*; mihi vero videtur prior scriptio pec-  
 care metathesi, ceterum nulla littera desiderari. (c) Ita Cod. 2.  
 manu; at 1. *in quibus*. (d) Male Cod. *superadditis* 2. manu  
 duabus cc, quum prima nullam scripsisset.

vitii, qui nihil a Romulo acce-  
 perant. Dionys. II. 62.

*quibus facillime iustitia — con-  
 valescit,*] Revocavit Heinr. le-  
 tionem primae manus *in qui-  
 bus*, haud reprobendam quidem  
 illam, sed minime praefereendam  
 correctioni, quam non ex ejus,  
 qui corrigeret, ingenio, sed ex  
 comparato alio, eoque vetustiore,  
 codice factam esse consentaneum  
 est. Bene autem dici non tantum  
*in otio et pace* iustitiam et fidem  
 convalescere, sed etiam *otio et  
 pace* effici, ut convalescat iusti-  
 tia et fides, quis dubitet? Verbo  
*convalescendi* eodem, quo h. l.,  
 sensu usus est in *Fragm. Or. pro  
 C. Cornel.* p. 1120. Ed. Ern. min.  
*qua lege suffragiorum vis pote-  
 stasque convalluit.* Ad v. *per-  
 ceptioque frugum* conferri potest  
 de Off. II. 3. 12. ubi est *frugum  
 fructuumque perceptio.* Mr.

(1) Hac de causa Numa Ter-  
 mino et Fidei fana et sacra con-  
 stituit. Plutarch. Num. xvi, Dio-  
 nys. II. 74. 75. Fides in Capitolio  
 vicina Jovis erat. Cic. Off. III. 29.

(2) Puta ad fulminum curatio-  
 nem; qua super re vide Plutar-  
 chum Num. xv, Livium I. 20. Tum  
 morem Romanum dandi operam,  
 ut priora auguria posterioribus  
 confirmarentur, attingit Servius  
 ad Aen. II. 691.

(3) Quinque nimirum evaserunt  
 augures, servato numero impari.  
 Recole cap. ix. p. 142. n. 4.

*e principum numero*] *Princi-  
 pes* sunt iidem, quos supra cap.  
 9. clientibus opposuit, dicens: *et  
 habuit plebem in clientelas pri-  
 cipum descriptam.* Mr.

(4) Si Livium consulas x. 6,  
 quatuor tantum fuisse videbuntur  
 veteres illi Numae pontifices;  
 quorum numerus duplicatus est  
 Valerio et Apulejo coss. adsum-  
 ptis de plebe totidem. Sylla de-  
 mum pontificum augurumque col-  
 legium ampliavit, ut essent quin-  
 decim. Liv. epit. lxxxix. Lydus  
 I. 45 quatuor scribit pontifices a  
 plebe creatos.

*quas in monumentis habemus,*]  
 Unde, i. e., e quibus fontibus  
 haec Numae instituta duxerit Tul-

mus (¹), ardentis consuetudine et cupiditate bellandi, religionum caerimoniis mitigavit: adiunxitque praeterea Flamines, Salios (²), virginesque Vestales (³); omnesque partes religionis statuit sanctissime. Sacrorum autem ipsorum diligen-

lius, non diserte his verbis declarat, recte observante Dirksenio in *Versuche z. Kritik u. Ausleg. d. Quellen des Roem. Rechts* p. 365. Cr. — Universe autem et prae ceteris omnibus hic Dirksenii liber conferendus est de legibus et institutis Numae, ubi etiam, quae legum ejus exstant, fragmenta collecta et accuratissime diducata reperies inde a p. 505. ad p. 540. Mr.

(1) Numae leges commemorantur infra lib. v. 2. Insuper a Gellio iv. 3; Servio ad Aen. vi. 860; Festo voc. *pellices*; Aur. Vict. in Numa; Augustino C. D. II. 16. Eae leges fuerunt in jure civili Papiriano. Dig. I. 2. 2.

*ardentes consuetudine et cupiditate bellandi*] Notandum est hoc zeugma, alibi ardorem non obvium. *Cupiditate ardere* infinitis legitur locis; *consuetudine ardere*, quae alibi ardorem extinguere dicitur, singulariter dictum est. In seqq. Sch. scripsit *caeremoniis*, minus bene, vid. Cellar. Orthogr. Lat. ed. Harles. T. I. p. 196. Grotend. l. c. §. 127. et 132. Saepe jungit noster *caerimonias et religiones*, sed *sacrae religionis caerimonias* auctor Or. pro domo 41. 109. ut est in Edd. Ald. Cratand. Victor. Car. Steph. Sylb., quo loco primus Lambinus *sacra, religiones, caerimoniae* induxit. *Mitigandi* verbo, ita ut nostro loco, usus est Cicero de Legg. II. 14. 36. *quibus ex agresti immanique vita exculi ad humanitatem et mitigati sumus.* Mr.

*Flamines*] De tribus a Numa institutis Flaminiibus vid. quae

collectasunt in Rosini Corp. Ant. Romm. p. 209. sqq. Sed plures etiam ibidem enumerantur Flamines p. 212. v. c. *Folcanalis, Voltornalis, Furinalis, Floralis, Falacer, Pomonalis, Virbialis, Carmentalis*, rell. Mr.

*Salios*] Notissimus est liber Gutberlethi de Saliis, Martis Sacerdotibus. Franekeræ 1704. c. figg., ubi collecta sunt, quaecunque apud veteres et recentiores scriptores de iis reperiuntur. Quibus adde Jo. Laur. Lydum de Menss. p. 56. Cr.

(2) Flamines tres, Dialectem, Martialem, et Quirinalem. Augustin. C. D. II. 15. Salios Martis sacerdotes duodecim, Aur. Vict. in Numa. Quin Salias quoque virgines commemorat Festus; *saliare* autem Numae carmen Horatius epist. II. 1. 86.

*virginesque Vestales*] De Vesta et Vestalibus exstat singulariter Justi Lipsii liber, qui est in Vesaliensi operum ejus editione T. III. p. 1069 — 1116. in Plantiniana T. III. Part. II. Fusius item et docte disputatur de eadem re in Hofmanni Lexico universali T. iv. p. 613 — 615. apud Rosinum l. c. p. 216. sq. nunc vero in primis Creuz. Symb. et Myth. II. p. 622 — 639. ibiq. laudd. Mr.

(3) Opinionem eorum, qui Vestae cultum a Romulo repetebant, studiosè refutat Dionysius II. 65. In ea scilicet videtur fuisse Varro, a quo LL. iv. 7 Tarpeja illa quodritrix virgo dicitur Vestalis. Quatuor autem fuisse institutas a Numa Vestales, quibus postea duae accesserint, nempe a Prisco rege, ait idem Dionysius II. 67, et III. 67.

tiam difficilem<sup>(1)</sup>, apparatus perfacilem esse voluit: nam, quae perdiscenda quaeque observanda es || sent, multa constituit, sed ea sine impensa. P. 69. Sic religionibus colendis operam addidit, sumptum removit<sup>(2)</sup>: idemque<sup>(a)</sup> mercatus<sup>(3)</sup>, lu-

(a) Cod. ut idemque; verum ut (quod in codice satis videtur expunctum) profecto hic locum non habet.

*diligentiam difficilem*] Alibi non junxit *ἐπιθερον difficultis* huic substantivo, sed similia, v. c. *acerba diligentia, artificiosa d., minuta d.* Partitt. Oratt. 17. 57. Neque alibi *facilem* vel *perfacilem* dixit *apparatum*: sed hoc loco egregie opponitur *diligentiae difficili*. Notissimum est illud Martialis Epigr. II. 86. 9. *Turpe est difficiles habere nugas.* Mr.

(1) Tertullianus apol. cap. XXI: *Numa Romanos operosissimis superstitionibus oneravit.*

*nam, quae*] A. Majus post voluit plene distinguit: quod fecit etiam Lehnerus, qui in seqq., plena distinctione post *impensa* sublata, eam reposuit post *removit.* Mr.

*quae perdiscenda*] Similiter dixit de Or. I. 58. 250. *Contortas res et saepe difficiles necessario perdiscimus.* Ad verba *sumptum removit* vid. ad locum ab A. Majo laudatum de Legg. II. 8. annotationem nostram p. 202. ed. nostr. et Cr. Mr.

(2) Cic. Leg. II. 8 ex duodecim tabulis: *ad divos adeunto caste, pietatem adhibento, opes amovento*; quam doctrinam pergit idem Cicero sapienter explicare cap. x et xvi. Rei meminit etiam Parad. I. 5. Adi praeterea Tertullianum apol. cap. xxv. Unam excipit Cicero stipem ad Matris magnae cultum; verum Dionysius II. 19 observat hanc ipsam non a civibus, sed a Phrygibus colligi Romae solitam. Cur autem ea

stips quaereretur, docet Ovidius Fast. iv. 350. Quia tamen sine sumptu sacra curari nequeunt, Romulus ante Numam ex aerario publico pecuniam ad id conferri jusserat, ut ait Dionysius II. 23. Numae Postumiae lex erat *vinorum ne respergito* Plin. xiv. 12, id quod ab eo statutum propter parsimoniam est. Cur autem lex Numae dicitur Postumiae? Etsi eruditi in alias absunt sententias, mihi haec lex videtur fuisse sumptuaria, in Postumii illius consulatu renovata, sub quo etiam Epicurei voluptatis magistri Roma pulsi fuerunt; teste Athenaeo xii. 12, et Suida voc. *Ἐπίκουρος*; nec non Bacchanaliorum scelera severissime vindicata, ut ait Firmicus de err. prof. relig. ed. Lugd. Bat. 1672. p. 16. Plato quoque superbum sacrorum luxum reprehendit in Alcibiade II. Tum et Plutarchus Lycurg. cap. xix. et apophth. reg. initio observat, sacra minimi sumptus a Lycurgo Spartae fuisse instituta. In eandem sententiam loquitur Persius II. 69, et Lactantius II. 4. vi. 25. Nihilominus plerique populi, duce veluti et magistra meliore natura, deos suos sacris magnificis honorare semper consueverunt.

(3) Nundinarum auctorem, non Numam, sed alii Romulum, alii Servium Tullium faciunt apud Macrobius Sat. I. 16. Apud Servium ad G. I. 275 *Varro dicit antiquos nundinas feriatis diebus*

dos, omnesque conveniendi causas et celebritates invenit<sup>(1)</sup>. Quibus rebus institutis, ad humanitatem atque mansuetudinem revocavit animos hominum, studiis bellandi iam<sup>(2)</sup> immanes ac feros. Sic ille cum undequadrageinta annos<sup>(3)</sup>

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. tam.

*agere instituisse, quo facilius commercii causa ad urbem rusticis commearent.*

*conveniendi*] Ita scripsimus cum Sch. constantiae causa, cum reliqui Edd. ex Ed. principe servaverint *conveniendi*. Mr.

(1) Cur antiqui legumlatores voluptates in festa contulerint, sapientem causam tradit Athenaeus VIII. 16, nempe ut modeste et pudice homines genio indulgerent.

*atque mansuetudinem*] A. Majus et Villem. ex Cod. *adque*. Hoc ne quis probet, dictumque existimet pro *et ad*, monendum videtur, reperiri quidem exempla compositionum *exque, eque*, apud poetas etiam *aque*, sed *adque* non reperiri, nisi in inscriptionibus et Codd. perperam pro *atque* positum. — *Humanitatem et mansuetudinem* Cicero junxit etiam in Epp. ad Qu. Fr. I. 1. 8. extr. Mr.

*studiis bellandi jam immanes ac feros.*] Restituit Steinack. lectionem primae manus *tam*, sine dubio existimans, quod nos primo adpectu; videlicet non id velle nostrum, humanos primum et mansuetos fuisse Romae incolas, sed a Romulo ad studia belli excitatos, ita ut, cum Numa regno potiretur, *jam* immanes ac feri essent redditi: significare eum potius, Numam homines *tam* immanes et feros, quales eos fuisse sciamus, ad humanitatem et mansuetudinem revocasse. Sed ego ab hac sententia recessi, admonitus a Cr., exeunte cap. 12. dici: *homines-*

*que Romanos institutis Romuli bellicis studiis ut vidit incensos.* Ad rem conf. Liv. I. 19. Mr.

*immanes ac feros*] Saepissime jungit noster haec adjectiva; sed etiam eorum substantiva junxit de Divin. I. 29. 6. et *gentes immanitate efferatas* de Nat. Deorr. I. 23. 62. Mr.

*undequadrageinta*] Vid. Nolten. Lex. Antibarbar. p. 643. et 1855. ibiq. laudd. in his J. G. Vossius de Vitiis sermonis p. 543. 654. et Borrich. in Voss. p. 255. Cellar. Antibarbar. 124. ej. Curae Posteriores 184. Sed Caesar tamen de B. G. I. 8. *decem et novem*, si lectio vera. Cr. — Lectionem *decem et novem* ex Edd., quae mihi ad manum sunt, habet non nisi Haurisiana in Scriptt. Hist. Rom. T. III. Sed *decem novem* est in Edd. Bip. Herzog. Lugd. (cum X virorum comment. 1612.) Jungermann. Oudendorp. (Stuttg. 1822.); in Ed. Oberlin. est *decem*, omisso *novem*, ubi vid. annot. Interpres Graecus habet *ἐκατόν καὶ πενήκοντα δύο στάδια*. Mr.

(2) Dionysius I. 75. et II. 76, Livius I. 21, Solinus cap. II, Eutropius I. 2, Rufus cap. II regnantis Numae annos scribunt tres supra quadrageinta. Verum Eusebius et Cassiodorus in chronicis et historia miscella duos detrahunt, Polybius autem quatuor; cujus postremae sententiae, annorum nempe XXXIX, meminit Augustinus C. D. III. 9, Ciceronis locum, ut puto, respiciens.



sum | ma in pace concordiaque regnavisset, (se P. 70.  
quamur enim potissimum Polybium nostrum,  
quo nemo fuit in exquirendis temporibus dili-  
gentior (<sup>1</sup>),) excessit e vita, duabus praeclaris-  
simis ad diuturnitatem rei publicae rebus confir-  
matis, religione atque clementia (<sup>a</sup>) (<sup>2</sup>).

XV. Quae cum Scipio dixisset, Verene, inquit  
P. 157. Manilius, hoc memoriae proditum est (<sup>b</sup>), Afri-  
cane, regem istum Numam Pythagorae (<sup>c</sup>) ipsius  
discipulum, an certe Pythagoreum fuisse (<sup>3</sup>)? ||

(a) Cod. *religionem atque clementiam*. (b) Ita Cod. 2. manu;  
at 1. sit. (c) Cod. *Pythagorae ne*; sed enim cum hac particula  
incipiunt posteriori manu supplementa verborum sequentium usque  
ad *saepe*, quae ante omissa fuerant. Itaque et *ro ne* videbatur  
mihi mendosum et minime ferendum.

*in exquirendis temporibus di-  
ligentior*] *Tempora* dicit noster,  
quod vulgo minus latine *chronolo-  
giam* dicere solent. *Diligenter*  
*exquirere* dixit ad Att. XIII. 22.  
prc. Mr.

(1) Regum Romanorum histo-  
riam videtur Polybius sexto libro  
praelibavisse, si certe vera est  
inscriptio *sexti libri* in Valesia-  
nis excerptis, ubi Tarquinii Pri-  
sci res attinguntur.

*praeclarissimis ad diuturni-  
tatem rei publicae*] De constru-  
ctione hac, qua *ad* post adjecti-  
va, qualia sunt *utilis*, *accommo-  
datus* eorumque contraria, vide  
disputantem Ruddimannum in  
Inst. Gramm. Lat. II. p. 95. sq. ubi  
adjectivis, quae collegit R., hoc  
quoque (*praeclarus*) addendum  
est. *Confirmare* est aliquid at  
fundamentum substruere; abla-  
tivos autem *religione atque cle-  
mentia* intellige: videlicet quod  
homines religiosos fecit et cle-  
mentes i. e. mansuetos et huma-  
nos. *Clementiam, mansuetudinem*  
et *humanitatem* junxit loco supra  
laudato ad Qu. Fr. I. 1. 8. extr.  
Mr.

(2) Haud absimilis est illa Ochi  
morientis sapiens sententia, qui  
rogatus a filio, quonam pacto  
tamdiu tamque feliciter regnum  
tenuisset? *officiis*, ait, *demerendo*  
*deos et homines, τὰ δίκαια κηρά-  
των πρὸς ἀπαντὰς ἀνθρώπους καὶ*  
*θεούς*. Athen. XII. 12.

*memoriae proditum est,*]  
Heinr. lectionem primae manus,  
*proditum sit*, restituit: quod  
factum probo. Cr. — Ego quidem  
cum A. Majo et reliquis editoribus  
servandum existimavi *est*,  
cum totus sermonis color inter-  
rogationem, quam dicunt, rectam  
prodere videatur. Mr.

*an certe Pythagoreum*] Noli  
corrigerere aut. Ita enim Cicero,  
quamquam rarius, ad Famm. VII. 9.  
Cn. Octavius, *an Cn. Cornelius*  
*quidam est, tuus familiaris, sum-  
mo genere natus, terrae filius:*  
*is me — invitat*. Mr.

(3) Quare Manilius Aemilianum  
de Pythagora rogitat? idcirco  
fortasse, quia nonnulli existima-  
bant (Plut. Num. VIII, et Fest.  
voc. *Aemilian*) gentem Aemilianam  
a Mamercio, cognomine Aemilio,  
Pythagorae filio, genus ducere.

P. 295. Saepe enim hoc de maioribus natu audivimus<sup>(a)</sup>, et ita intelligimus vulgo existimari: neque vero satis id annalium publicorum auctoritate declaratum videmus. Tum Scipio, Falsum est enim<sup>(b)</sup>, Manili, inquit, id<sup>(c)</sup> totum, neque solum fictum<sup>(d)</sup>, sed etiam imperite absurdeque fictum<sup>(1)</sup>: ea sunt enim demum non ferenda in

(a) Cod. *audibus*; tum ibidem emendatum *audivimus*. Jam et sequentia verba *et ita intellegimus* expuncta fuerunt temeraria libertate emendantis, quae nos retinenda censemus Tullianaque existimamus. (b) Haec superponitur in codice *enim* posteriori manu: [quod recipiendum est. A. M. in Emm.] (c) *Id* superadditur in codice. (d) Ita Cod. 2. manu hic et inferius; at 1. *factum*.

*de maioribus natu*] Vid. Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 15. p. 159. III. 19. p. 279. et praecipue ad Acadd. II. 4. 11. p. 26. *qui se illa audisse Romae de Philone dicerent. Cr.*

*Falsum est enim*] Recepimus illud *enim*, additum a posteriore manu, monente A. Majo et praecipientibus Sch. St. et Lehuero. Steinack. monet pereleganter id vocabulum in hoc sermonis genere addi, et Graecorum more; videlicet in colloquio ita ad ea, quae modo dicta ab alio sunt, relatum, quasi ipse, qui nunc loquitur, ea dixerit. *Mr.* — Quamquam Heinr. non recepit *enim*, mihi tamen placet. Est enim, quod γὰρ, quod sexcentis a Platone ponitur cum ellipsi sententiae antecedentis. H. l. cogita: *Nil mirum, abesse hoc ab annalibus; falsum enim id totum. Cr.*

(1) Fabulam non haec solum, verum etiam de Or. II. 37. Tusc. I. 16. IV. 1 refutat Cicero, et praeterea Dionysius II. 59; Livius I. 18, et XL. 29; Plutarchus Num. I; Gellius XVII. 21. Erroris fontes fuerunt 1. quia Numa suscept imperium Olympiade, qua vicis Pythagoras Laco: quum au-

tem Olympionicae in Graecia essent eponymi, ut Romae consules, quumque nomen congrueret, famosior philosophus Olympionicae aetatem occupavit. Quid quod Samius quoque Pythagoras quidam inter celebriores Olympionicas ponitur apud Eusebium Olympiade XLVIII? 2. Quia Pythagoras Italiam, ubi regnavit Numa, incoluit. 3. Quia Pythagorae Numaeque leges atque sapientiae inter se conspirare visae sunt. (Quamquam ne plus aequo Pythagoram admiremur, docet nos Augustinus retract. I. 3, Pythagoricae doctrinae plures fuisse eisdemque capitales errores.)

*ea sunt enim demum*] Ne cui suspectum sit *demum* quarto loco positum. Ita est ad Att. VIII. 8. *sic sentio id demum*. Nec est h. l. sine vi, ut quod pertineat ad *non ferenda. Cr.* — Non nego *demum* non sine vi positum esse: sed in laudato ex Epp. ad Att. VIII. loco in omnibus, quae ad manum sunt, editionibus (sunt autem duodecim) nulla eam lectionem habet, quae supra scripta est, sed: *sic enim sentio, id demum, aut potius id solum esse miserum, quod turpe sit*: ubi *demum* se-

P. 158. mendacio, quae non solum facta (a) esse, sed ne fieri quidem potuisse cernimus. Nam, quartum (\*) [ iam annum regnante Lucio (b) Tarquinio Superbo (c), Sybarim et Crotonem et in eas

(a) Ita Cod. 1. manu; at 2. falsa. Scilicet emendator ignorabat, rocte et eleganter dici *non solum sed, omisso non; quam* particulam Cicero et Caesar fere non ponunt. (b) Cod. 1. manu *M. Lucilio*; sed deinde videtur in codice facta emendatio. (c) Rursus mendose cod. *Tarquinius*, et deinde *Ybarim*, quae mox metathesis sublata fuit.

cundo, ut plerumque, post distinctionem loco positum est. Quarto et quinto loco reperitur apud Quintilianum, sed ita, ut significet *tantum*. Ad rem monet Lehn. in Praef. p. v. omisisse h. l. A. Majum notare, Scipionem h. l. Idem dicere ac Polybium vi. 59. 2. τὸ γὰρ ἀδύνατον ἐν τῷ ψεύδει μόνον οὐδ' ἀπολογία ἐνδέχεται τοῖς ἀμαρτάνουσιν. Jam, pergit, non diutius certa sede carebit hoc ἀποδρασμάτιον Polybii; rursusque Ciceronem intelligimus in regno Numae describendo Megalopolitani potissimum auctoritatem esse secutum: quod tanto est veri similis, quia in capite xiv. ejus etiam mentio fit. *Mr.*

quae non solum facta esse, sed ne fieri quidem potuisse cernimus.] Vide annotationem A. Maji criticam, et certus eris, eum, ut aliis aliquot locis, ita hoc etiam loco, cum Grammaticum agat, alienam personam agere videri. Veram est, illum emendatorem, qui *facta* mutavit in *falsa*, Ciceronis et Caesaris usum ignorasse: sed hos scriptores fere non ponere particulam *non*, si post *non solum* sequatur *sed*, hoc vero verum non est. Ponitur enim semper, si post *sed* sequitur sententia affirmans, ut est de Orat. I. 26. 122. *fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor, qui tamen non modo non obsessus ejus orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. Poni-*

tur item in constructionibus, qualis haec est Epp. ad Att. x. 4. *horum ego summorum imperatorum non modo res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam; quia non sequitur post sed — ne quidem praedicatum utrique propositioni commune. Sed posset omiti non, si scriptum esset: horum ego — non modo res gestas, sed ne fortunam quidem ipsam antepono meae.* Nolo autem longior esse in re ab aliis jam saepius tractata, quos laudavit Stallbaum. ad Ruddimanni Inst. Gr. Lat. II. p. 361. Add. quae nos monuimus ad Cic. de Legg. III. 9. p. 422, et quae nuperrime disputavit C. G. Herzog. ad Caesar. de Bell. Gall. II. 17. p. 130. sq. *Mr.*

(\*) Nullus dubito, quin ea, quae sequuntur, a Polybio sint, quem auctorem sequitur Cicero in rebus romanorum regum scribendis.

regnante Lucio Tarquinio—*Sybarim et Crotonem*] Omitit Sch. nihil monens verba *Lucio et et Crotonem*; correctoris, opinor, oscitantia, quem, alibi parum vigilantem, in hoc capite plane dormitantem deprehendimus. Quem enim alium nobis istas peperisse delicias dicamus, quae apud Sch. sunt in fine hujus capituli: *non esse hos transmarinis, et domesticisque virtutis?* *Mr.*

Italiae partes Pythagoras venisse reperitur. Olympias enim secunda et sexagesima (<sup>1</sup>) eadem Superbi regni initium et Pythagorae declarat adventum. Ex quo intelligi, regniis (<sup>c</sup>) annis dinumeratis, potest, anno fere centesimo et quadragesimo (<sup>b</sup>) post mortem Numae primum Italiam

\* Q. XVI.  
P. 39.

Pythagoram \* || attigisse (<sup>c</sup>): neque hoc inter eos, qui diligentissime persecuti sunt temporum annales, ulla est (<sup>d</sup>) umquam in dubitatione versatum. Dii immortales, inquit Manilius, quantus <sup>P. 159</sup> iste est hominum et quam inveteratus error (<sup>2</sup>)!

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *regis* cum crasi. (b) Ita Cod. 2. manu; at 1. *quadragesimo*. (c) Ita Cod. 2. manu; at 1. *attigisse*; cujusmodi alia occurrunt antiquis in codicibus v. gr. *relinquisse*, *nanctus*. (d) Ita [st] Cod. 1. manu; at 2. superposuit e.

(1) Quod Olympiade LXXII Pythagoras philosophus cognitus fuerit, confirmatur ab Eusebio chron. lib. II; apud quem tamen primus ejus Olympiadis annus est Tarquinii regnantis quintus decimus: quam levem temporis aberrationem, praeter Ciceronem, coarguit etiam Dionysius IV. 41. Tum et gravior Eusebiani canonis error, quod Superbus nimirum regnaverit annis triginta quinque (ut scribit quoque Hieronymus prolog. in Aggaeum; utque est in variis Livii l. 60 codicibus et edd. apud Drakenb. immo non solum xxxv, sed etiam xlv.) refellit apud ipsum Eusebium priore libro cap. XLVI, et XLVII, ubi Tarquinus regnavisset dicitur annis xxiv vel xxv.

et Pythagorae declarat adventum.] Verbum *declarandi* in temporum et rerum notatione posuit etiam paulo superius: *annalium publicorum auctoritate declaratum videmus*. Mr.

*regis annis dinumeratis,*]

De hoc verbo vid. Davisii et nostram annot. ad Cic. de N. D. I. 1. p. 11. et 12. ed. Gr. et nostr. maj. Mr.

*persecuti sunt temporum annales.*] Similiter dixit in Brut. 32. 122. *nunc reliquorum — aetates — persequamur*: de Divin. II. 6. 17. *qui siderum motus numeris persequuntur*. Mr.

(2) Antiquissimus sine dubio error; namque apud Eusebium chron. I. 5. 9. cum sequitur Polyhistor cum Beroso nec non Abydenus, apud quos Pythagoras floruit sub Senecherimo et Ezechia regibus, id est Numae aetate. Errorem (quamvis meliora, ut puto, edoctus) poetica licentia retinet Ovidius Fast. III. 153, nec non Metam. xv, ut Numam scilicet Pythagorae praecceptis imbutum canere possit. Eandem opinionem sequi videtur Hieronymus contra Jovin. II. 38, cujus loci sententia frustra torquet Vallarsium. Neque abludit Augustinus ep. III. 13 Sed contra Clemens

Ac tamen facile patior, non esse nos transmari-  
nis nec importatis artibus eruditos, sed genuinis  
domesticisque virtutibus (¹).

XVI. Atqui multo id facilius cognosces, in-  
quit Africanus, si | progredientem rem publicam P. 40.  
atque in optimum statum naturali quodam itinere  
et cursu venientem videris; quin hoc ipso sapien-  
tiam maiorum nostrorum esse (²) laudandam,

(a) Cod. natu es esse.

strom. I. Rursus idem Augustinus ep. cxxxvii. 12 a veritate recedit cum ait: *Pherecydes Assyrius* [1. *Syrius*, ex insula Syro. Cic. Tuscc. I. 16. 38. *Mr.*] *Pythagoram Samium ex athleta in philosophum vertit*. Eruditi enim ab hoc etiam Samio Olympionica philosophum discernunt.

*facile patior,*] Plerumque ita dicit noster, cum aliquid se nec admodum libenter, nec moleste tamen ferre significare vult: vid. Manut. ad Cic. ad Fam. I. 9. p. 125. ed. Richt. p. 180 sq. ed. Wechel. et ad v. 7. p. 317. ed. Richt. p. 494 sq. ed. Wechel. Hoc vero loco est quasi *λιτότης* pro *placet mihi v. iucundum est*. Ita locutus est ad Att. xiii. 20. *Torquato nostra officia grata esse facile patior, eaque augere non desinam*. Opponitur gaudendi verbo ad Att. xvi. 16. *ut — id tu — non modo facile patiare, sed etiam gaudeas*. *Mr.*

*non — transmariinis nec importatis artibus*] Ita de Or. III. 33. 135. *Quid enim M. Catoni, praeter hanc politissimam doctrinam transmarinam atque adventiciam, defuit?* et de Or. II. 12. 53. *modo enim huc (ex Graecia) ista (orationis ornamenta) sunt importata*. *Mr.*

*sed genuinis*] Vid. Gell. N. A. II. 2. *genuinos ac naturales ho-*

*nores*: cf. ibid. III. 3. et Ulpian. in Digest. lib. xliii. tit. 28. leg. 3. Tene igitur vocem in ipso Cicerone obviam et cf. supra II. 4. ibiq. adscripta. *Cr.* Videlicet voce *genuinus* alibi non ita usus est, ut sit i. q. *γνήσιος* vel *proprius*, *patrius*, sed modo dixerat *dentes genuini*, quos Graeci *κατατήρας* et *σφραγονιτήρας* appellant: qua de re diximus in Indice ad Cr. nostramque Ed. Cic. de Nat. Deorr. majorem p. 823. et accuratius etiam in Ed. min. ad II. 54. 134. p. 160. *Mr.*

(1) Haec sententia Catonis senioris est, apud Plutarchum ejus vita xxii. xxiii.

*progredientem — videris;*] Conf. hujus libri c. xi. extr. et c. xviii. init. Post *videris* majorem posuit distinctionem Villem. cum A. Majo: quo facto non habet accusativus cum inf., qui sequitur, unde pendeat: cum tamen pendere debeat a verbo *cognosces*; quod videntes Heinr. Sch. et Lehn. distinxerunt, ut nos fecimus. Quod vero iidem conquire potuerunt, quod dedit A. Majus, *majorum natu esse laudandam*, id equidem miror. Cuinam enim placere potest illud *majorum natu* de hominibus, qui multa secula ante vixerunt? Laudant quidem Cornel. Nep. xi. 1. 1. *Fuit enim talis dux, ut non*

quod (a) multa intelliges, etiam aliunde sumpta, meliora apud nos multo (b) esse facta, quam ibi (c) fuissent, unde huc translata essent, atque ubi primum exstitissent (1): intelligesque, non P. 160. fortuito populum Romanum, sed consilio et

(a) Cod. sine ulla emendatione quot pro quod; de qua confessione loquentem Longum superius laudavimus. (b) Multo additur secunda manu. (c) Cod. sibi. Num pro si ibi?

*solum aetatis suae cum primis compararetur, sed ne de majoribus natu quidem quisquam anteponeretur. Sed primum si h. l. majores natu ponantur pro majoribus, exemplum admodum singulare est, neque Ciceronianum: deinde illo etiam loco possunt majores natu ii intelligi, qui cum Iphicrate vixerunt quidem, neque vero aetatis ejusdem, sed aetate proveci essent. Denique, ut ad locum nostrum redeam, loco supervacaneae illius vocis (natu) desidero vocem, quam noster verbo majorum alibi apponere solet, videlicet nostrorum, quae si forte aliquando compendio fuit scripta*

NORU v. noru, facile transire potuit in NATU v. natu, quod tam saepe voci majores additum legitur librarius. Noster Parad. I. 1. In quo equidem — majorum nostrorum saepe requiro prudentiam: et alia est eorum locorum ratio, quibus majores, non addito possessivo, univarse ponitur, v. c. de Off. I. 53. 121. Sed quoniam paulo ante dictum est, imitandos esse majores: primum illud exceptum sit, ne vitia sint imitanda. Dedimus igitur, quo non commode carere posse visa est oratio. Aliam iniiit rationem Steinack., qui, servata post videris distinctione majore, scripsit: Quin hoc ipso sapientiam majorum statues (quia Cod. habet natu es) esse laudandam, monens item majorum natu

stare non posse, quia de aequalibus intelligi deberet. Et certe ita placet ejus ratio, ut recepissem statues in contextum, nisi magis etiam necessarium videretur additam nostrorum. Ex nostro opere duos addam locos, qui favent iis, quae supra disputavimus: prior est hujus libri cap. 37. extr. majores nostros et probavisse maxime et retinuisse sapientissime judico: posterior c. 58. prc. quoniam nihil ex te — hi majores natu requirunt, ex me audies. Mr.

quam ibi fuissent.] Ita bene correxit vitiosam codicis scriptiorem sibi A. Majus: sed quod idem in notula critica conjicit, si ibi, id invita, si quid video, fecit ratione, neque probare id debuit Lehn. Quid enim sibi vult quam si ibi fuissent? nonne vera ibi fuerunt, unde Romam translata sunt? Mr.

(1) Sic omnino loquitur Cicero etiam Tusc. I. 1. Confer praeterea, quae dicit Augustinus C. D. II. 16 de legibus Solonis, quas Romani meliores emendatioresque fecerunt.

consilio — fortuna.] Haud incommode laudat ad h. l. Villem. locum Bossuetii ex libro qui inscribitur Discours sur l'histoire universelle, cujus nos verba hic repetemus: De tous les peuples du monde le plus fier et le plus hardi, mais tout ensemble le plus réglé dans ses conseils, le plus constant dans ses maximes, le

disciplina confirma || tum esse, nec tamen adver-<sup>p. 117.</sup>  
sante, fortuna (a).

XVII. Mortuo rege Pompilio (b), Tullum  
Hostilium (1) populus regem, interrege rogan-  
te, comitiis (c) curiatis creavit (d), isque de im-  
perio suo, exemplo Pompilii, populum consuluit

(a) Cod. *fortunam*. Geminavit scilicet amanuensis *m*, quia se-  
quitur *mortuo*. Nisi credendum est potius detractam esse sylla-  
bam, quasi scribendum foret *fortuna*. *Nam mortuo*. (b) Ita Cod.  
2. manu; at 1. *Popilio*. (c) Cod. *comittis*. (d) Codex 1. manu  
his locis valde mendosus; sed 2. emendatus.

*plus avisé, le plus laborieux, et  
enfin le plus patient a été le peu-  
ple romain. De tout cela s'est  
formée la meilleure milice et la  
politique la plus prévoyante, la  
plus ferme et la plus suivie, qui  
fut jamais. Mr.*

*adversante fortuna.*] Similiter  
locutus est de Off. I. 31. 110. *ad-  
versante et repugnante natu-  
ra. Mr.*

*Mortuo rege*] Non displicet  
A. Maji suspicio, conjicientis le-  
gendum esse *Nam mortuo*, cum  
ultimum cap. praeced. vocabulum  
in Cod. scriptum sit *fortu-  
nam*. Si enim scriptum fuit ali-  
quando *mortuNamortuo*, quod  
legendum erat *fortuna nam mor-  
tuo*, ab alio potest esse neglecta  
repetita literarum majuscularum  
lectio et scriptio. Commodè autem  
pergeret voce *Nam*, quia  
pergit in enarrandis iis, quorum  
causa dixit cap. praeced. *si pra-  
gradientem rempublicam — vide-  
ris — intelligesque etc. Mr.*

(1) Cur Tullus sit rex creatus,  
causam silet Cicero aliique vulgo  
auctores seu veteres seu recen-  
tiores. Sed tamen egregia Diony-  
sii varia lectio Tullum, ni fallor,  
declarat Romuli nepotem, natum  
scilicet e filia Hersiliae (quae qui-  
dem Hersilia Romuli uxor existi-  
matur fuisse). Nimirum apud

Dionys. III. 1, ubi vulgatus tex-  
tus matrem Tulli dicit *Hersilii  
filiam*, vel ut quaedam exempla-  
ria *Servilii*, prisci interpretes  
Lapus atque Gelenius legebant  
*Hersiliae filiam*, eamque disertè  
lectionem tuetur in notis Portus,  
citato alio Dionysii loco I. 45,  
ubi *Hersilia venise Romam cum  
filia dicitur*. Si ergo *Hersilia* fuit  
Romuli uxor, utique hujus filia  
Romuli saltem privigna fuit, si  
ea forte ante nuptias matris cum  
Romulo nata erat: ergo Tullus  
ex hac natus, Romuli nepos appel-  
landus est. Pater autem Tulli Ho-  
stilius fuit, avus paternus ille  
Hostus a Romulo corona dona-  
tus, ut ait Plin. xvi. 4. En itaque  
quo jure Tullus Romanum sce-  
ptrum adeptus est. Profecto, etsi  
Romani reges suffragiis legeban-  
tur, nihilominus plerumque ratio-  
nem cognationis in iis creandis  
habitam esse videmus (praeter  
quam in Prisco Tarquinio, qui  
parvulis Anci liberis regnum  
praecipuit.) Numa quidem mari-  
tus Tatiae ex rege Tatio genitae.  
Tullus, ut dixi, Romuli nepos.  
Ancus natus e Numae filia. Ser-  
vius Prisci gener. Denique Super-  
bus soceri Servii regnum invasit.

*de imperio suo — populum con-  
sultuit curiatis.*] Ita supra de  
Numa cap. 15. *quamquam popu-  
lus curiatis eum comitiis regem*

curiatim. Cuius excellens in re militari gloria, magnaëque exstiterunt res bellicae<sup>(1)</sup>. Fecitque idem et saepsit<sup>(2)</sup> de manubiis<sup>(3)</sup> comitium et curiam<sup>(4)</sup>, constituitque ius, quo bella indicerentur; quod, per se iustissime inventum, P. 218. sanxit | fetiali religione<sup>(5)</sup>, ut omne bellum, quod denuntiatum indictumque non esset, id iniustum

(a) Cod. 1. manu *sepsit*; 2. *saepsit* cum diphthongo. (b) Ita [manubis] Cod. pro manubiis. Ob has fortasse Tullus dicitur dives apud Hor. Od. iv. 7. 15.

*esse iusserat, tamen ipse de suo imperio curiatam legem tulit.* Mr.

[Cujus excellens] Male Villem. post *curiatim* sublata distinctione majore colon posuit. — De descriptione *saepsit* vid. quae monuimus ad I. 26. Mr.

(1) Idem dicit Cicero N. D. II. 3. Tum Virgilius Aen. vi. 814: *otia qui rampet patriae residuesque movebit Tullus in arma viros; in quem locum commentatur Augustinus C. D. III. 14.*

[de manubiis] Alibi Cicero dixit *ex manubiis*: sed *de manubiis Cimbricis porticum fecit* scripsit auctor Or. pro Domo c. 38. De etymo et significatione vocis *manubiae* vid. J. Gerh. Vossium in Etymol. L. L. s. v. et quos ille laudat scriptores. Mr.

(2) Eam scilicet, quae dicta est *curia Hostilia*. [Conf. Creuz. Antt. Romm. p. 19. Mr.]

*justissime inventum, sanxit*] Sch. nihil monens scripsit *sanctissime inventum, sanxit*: qua correctione non erat opus. Dicit enim, eum non satis habuisse, quod justissime invenit illud jus, quo bella indicerentur, sed, ut magis servaretur, sanxisse eum idem jus religione. Mr.

[fetiali religione] Conf. Dirksen *Versuche zur Kritik u. Aus-*

*leg. der Quellen des Roem. Rechts.* p. 343. et p. 368. De *Fetialibus* (ita enim scribendum, non *Fecialibus*, ut scripserunt Villem. et Sch.; conf. *Marini gli Atti de' Fratelli Arvali* p. 708.) vid. Cic. de Legg. II. 9. ibiq. annott. p. 216. ed. Mos. et nostr. et p. 628. sq. Cr. — De descriptione *Fetiales* vid. etiam Grotefend. Orthogr. Lat. (in Gram. T. II.) §. 132. et in primis §. 139. Cellar. Orthogr. Lat. T. I. p. 236. ibiq. Harles. De *Fetialibus* aliter disputat Lactantius, cujus locum infra apposuit A. Majus III. 13. prc. Mr.

(3) Consentit Livius I. 24. Verum Servius ad Aen. x. 14 jus fetiale institutum Romae ab Anco Marcio dicit, qui id a gente Aequiculana arcessiverat. Confer eundem Servium etiam Aen. vii. 695. Cum Servio Aurelius Victor cap. v conspirat. Dionysius autem II. 72 collegii fetialium institutionem repetit a Numa.

*bellum — denunciatum*] Locus nostro plane geminus est de Off. I. 11. 36. *Ac belli quidem aequitas sanctissime* (an hinc suam emendationem repetiisse credamus Schützius?) *fetiali populi Romani jure perscripta est. Ex quo intelligi potest, nullum bellum esse justum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante*



esse atque impium iudicaretur. Et, ut advertatis animum, quam sapienter iam reges hoc nostri viderint, tribuenda quaedam esse populo, (multa enim nobis de eo genere dicenda sunt,) ne insignibus quidem regiis (<sup>a</sup>) Tullus, nisi iussu populi, est ausus uti. Nam ut sibi duodecim lictores cum fascibus anteire liceret (<sup>1</sup>) ||

Desiderantur  
paginae duae.

P. 16a. \* Propterea et istum non creditum inter deos receptum tali morte, quia fortasse quod erat in Romulo probatum, Romani vulgare noluerunt, si hoc et alteri facile tribueretur.

(a) Ita 2. manu; at 1. *regis* cum crasi.

(\*) Hic mihi videbatur collocandum fragmentum ab Augustino C. D. III. 15 servatum, cui sic praefatur: „de Tullo quippe etiam „Hostilio, qui tertius a Romulo rex fuit, qui et ipse fulmine „absumptus est, dicit in eisdem (de rep.) libris Cicero: *propterea et istum* etc.“ Ceterum hic Ciceronis locus videtur aliquantam ab ipso Augustino interpolatus, saltem quod adinet ad flexiones grammaticas. Jam vero praedicto genere mortis periisse

*sit et indictum*: ubi vid. quos de Fetalibus laudat Beierus p. 84. Alio sensu de Divin. I. 45. 97. dixit: *quibus portentis magna populo Romano bella — denuntiabantur. Mr.*

*tribuenda quaedam esse populo*] Supra I. 45. dixit: *placet — esse quasdam res servatas iudicio voluntatique multitudinis. Mr.*

*anteire liceret...*] Conf. Jo. Laus. Lydus de magistrat. Romm. I. 7. et 8. p. 21. sq. qui etiam de insignibus Tarquinii Prisci. Cr.

(1) Macrobius Sat. I. 6: *Tullus Hostilius, debellatis Etruscis, sellam curulem lictoresque et togam pictam atque praetextam, quae insignia magistratuum Etruscorum erant, primus ut Romae haberentur instituit.* Confer Plinium IX. 39, et Diodorum v. 40. Sed Dionysius III. 61. 62 lictores cum fascibus primum

praesisse Tarquinio Prisco scribit de senatus populique, quem rex consuluerat, sententia: quamquam eum morem antiquiorem, et quidem ab ipso Romulo usurpatum, a quibusdam (quos inter est Livius I. 8) credi fatetur Dionysius. Cetera, quae in lacuna perierunt, de his imperii ornatibus facile sarcit Dionysius loco praedicto. Atque oppido pauca brevi hoc in hiatus amisimus, praesertim si in eum incidunt verba ab Augustino servata. Hoc igitur spatio nihil fere dicere auctor potuit, nisi Tulli regis insignia ejusque interitum: quibus peroratis, alius nescio quis (num Laelius? confer finem capituli XI) interloquitur, Scipionis sermoni plaudens, ut in proximo folio videre est.

*Propterea etc.*] Omiserunt hoc fragmentum pro suo consilio Heinr. et St. Schützius id laudasse

P. 171.

XVIII.... *neque* enim serpit, sed volat in optimum statum instituto (a) tuo sermone res publica. s. Post eum (1) Numae Pompilii nepos ex filia (2) rex a populo est Ancus Marcius constitutus: itemque (b) de imperio suo legem cu- P. 165.

Tullum ajunt Livius I. 31; Plinius II. 53. XXVIII. 2; Victor; Eutropius; Valerius M. IX. 12. 1; Appianus apud Photium Cod. LVII. Dionysius autem III. 35 more suo varias ejus interitus famas narrat.

(a) Cod. *instituto*, quod mendum videbatur. [Dedit enim A. M. *instituta*, quod receperunt Edd. omnes. Mr.] (b) [A. M. dedit *idemque*, Mr.] Cod. *itemque*. [Et ita corrigendum. A. M. in Emm.]

satis habuit: Lehnerus recepit, bene hic ab A. Majo collocatum esse judicans. Cujus nos sententiae accedimus. Mr.

*instituto tuo sermone*] Ita Cod. Sed scripsit A. Majus *instituta*. Sed, quaero, an Scipio sermone suo instituit rem publicam? Faceret id, si fingere vellet rem publicam, quod se facere nolle ait cap. 11. hujus libri. An sermone Scipionis instituta volat in optimum statum res publica? Nihil minus. Enarrat Scipio, qua ratione per temporum decursum pervenerit res publica Romana ad summum, quod adepta est, perfectionis fastigium, et ita *sermonem instituit*, ut, qui audirent, oculis quasi contuerentur eam in optimum statum evolantem vel ascendentem. Quod autem supra cap. 11. est: *Quare perge, ut instituisti*: ibi, opinor, quisque malit subaudire *sermonem*, quam *rem publicam*. Sic Cic. Tuscc. II. 4. 10. *Est igitur — ad hunc modum — sermo institutus*. Epp. ad Fam. III. 12. *Itaque, quemadmodum expediam exitum hujus institutae orationis, non reperio*. Mr.

(1) Sine dubio loquitur rursus Scipio.

*ex filia*] Pompiliae ei nomen fuisse ait Plutarchus in Numa XXI. Cr.

(2) Numae filia, quae peperit Ancum regem, memoratur a Plutarcho in Numa cap. XXI, a Dionysio II. 76. III. 35, a Livio I. 32, et abs Hieronymo in chron. Anci origini Sabinae favet apud Probum ed. Gotof. p. 1398 Varro, qui *Ancum* praenomen a Sabinis translatum putat. [Sancus praecipuus Sabinorum deus. Lactant. inst. I. 15. A. M. in Add.] Hunc autem Ciceronis locum legebat Seneca ep. CVIII.

*est Ancus Marcius*] Verbum *est* omisit Lehnerus; invitus, ut existimo: nam nihil monet. *Ancus*, ait Festus p. XIII. ed. Scaliger., *appellatur, qui aduncum brachium habet, ut exporrigi non possit*: ubi Scalig. in comm. p. XIX. *Qui Latine Ancus, is a Graecis γαλιγκών. Meminit et Glossarium: Ancus, Mancus, κλλός, λορδός*. Servius ad Virg. Aen. VI. 816. *Ancus autem dicitur ἀπὸ τοῦ ἀγκώνος, id est, a cubito, quem incurvum habuisse dicit. (an dicitur?) Mr.*

*rex a populo est — constitutus*:] De Numa dixit *ascitus*, et ad regnandum *accitus*, de Tullo Hostilio *creatus*, itemque de L. Tarquinio (Prisco) c. 20. Mr.

*itemque de imperio suo legem curiatam tulit*.] Ita est in Cod. eodemque modo A. Majus

riatam tulit. Quí cum Latinos bello devicisset, adscivit (<sup>a</sup>) eos in civitatem. Atque idem Aventinum et Caelium montem (<sup>b</sup>) adiunxit urbi (<sup>1</sup>), quosque agros ceperat, divisit, et silvas maritimas omnes publicavit (<sup>2</sup>), | quas ceperat, et ad <sup>P. 172.</sup> ostium Tiberis urbem condidit, colonisque firmavit (<sup>3</sup>). Atque ita cum tres et viginti regna-

(a) In codice perperam fit pausa post *adscivit*. (b) *Caelius mons*, non *collis*, constanter appellatus videtur a scriptoribus, quos inter est M. Aurelius ep. ad Front. II. 1. Hinc *caelimontana* seu melius *caelíomontana regio*.

in Emm. rescribi jussit, quod fecerunt Edd. omnes, praeter Villem. et Heinr. Prior, cum excuderetur hic locus, fortasse nondum habebat Additamenta illa; Heinr. ea non inspexisse videtur. Et necessario scribitur *itemque*; narravit enim idem factum a Numa cap. 15. *ipse de suo imperio curiatam legem tulit*, idemque de Tullo Hostilio. Quare, cum Ancus Marcius idem fecerit, recte dicit *itemque* i. e. eodem, quo priores, modo et consilio. Quod vero idem a tribus deinceps regibus factum narratur, id memorabile videtur Villemanio, qui inde concludit in tabulis publicis Romanorum existisse tum quoque hujus facti si minus narrationem, tamen vestigia, unde sequeretur, primorum Romae regum historiam non esse tam incertam et testimoniis auctoritate comprobatis destitutam, ut hodie plerique contendant. *Mr.*

(1) De Aventino consentiunt Dionysius III. 43 et Livius I. 33. Victor autem et Eutropius non solum Aventinum, verum etiam Janiculum urbi adjectum ab Anco ajunt. Sed enim Caelium Dionysius III. 1, et Eutropius, a Tullo adjunctum narrant, quod apparet etiam ex Livio I. 33. Unus Strabo lib. v. p. 358 Caelium ab Anco adjectum dixerat, uti nunc de-

mum confirmat Cicero. Ceterum in his grandis est dubitatio, siquidem nonnulli apud Servium Aen. vi. 784 septem colles ab ipso Romulo inclusos muro dicitant; quod tamen est incredibile et absurdum: quamquam gravissimus auctor Varro apud eundem Servium Aen. vii. 657 Aventinum certe traditum Sabinis a Romulo susceptis ait.

(2) Victor de Anco: *silvas ad usum navium publicavit*. Quod autem Cicero ait *maritimas*, id probat, silvam Maesiam, de qua Livius I. 33, non fuisse in mediterraneis, ut Cluverius putavit, sed propius mare circa ostia Tiberis, ut rectius in annot. geogr. affirmavit Holstenius.

*colonisque*] In Verr. III. 98. 228. Siculi dicuntur *coloni populi Romani et aratores. Mr.*

(3) Ostiam scilicet, quae fuit instar navalis Romanorum, ut ait Dionysius III. 43; quale nonnullas mediterraneas Graeciae urbes percommodum habuisse observat Aristoteles reip. vii. 6. Fossis etiam circumdatam ab Anco Ostiam ait Festus voc. *Quiritium*. [Polybii Reliquiae Archaeolog. Rom. vi. 2. 9. p. 455. Schwgh. *Ἐκτίσθη δὲ καὶ πόλις Ῥωτίαν ἐπὶ τοῦ Τιβεριδός. Conf. Steph. Byz. in v. Ῥωτία. Cr.*]

visset annos<sup>(1)</sup>, est mortuus<sup>(a)</sup>. Tum Lae-<sup>P. 164.</sup>lius, Laudandus etiam iste rex<sup>(2)</sup>; sed obscura est historia Romana; siquidem istius regis matrem habemus, ignoramus patrem<sup>(3)</sup>. s. Ita est, inquit: sed temporum illorum tantum fere regum illustrata sunt nomina.

(a) Ita Cod. [*mortus pro mortuus.*] Est autem prior declinatio magis naturalis. Sed audiamus Augustinum C. D. XIII. 11: *non importune arbitrator accidisse, ut hoc verbum, quod est moritur, in Latina lingua nec grammatici declinare potuerint ea regula, qua cetera talia declinantur. Namque ab eo quod est oritur, fit verbum praeteriti temporis, ortus est; et siqua similia sunt. Ab eo vero quod est moritur, si quaeramus praeteriti temporis verbum, responderi adsolet, mortuus est, u littera geminata. Convenienter itaque factum est, ut quemadmodum id, quod significat, non potest agendo, ita ipsum verbum declinari loquendo non possit. Ludit scilicet Augustinus in verbi declinare duplici significatione. Sed enim Ciceronis vel certe codicis auctoritas lepidis Augustini argutiis contradicit.*

(1) Ciceronis sententiam, qui Ancum regnavisse dicit annos tres et viginti, confirmat Eusebius chron. lib. II, cum Samuele Aniensi chron. lib. I. 6. Jam quod idem Eusebius chron. I. 46 scribit annos xxxiii, id mendum codicis Armenii est, a quo decussim merito demas. Dionysius autem I. 75. III. 45; Livius I. 35 atque Eutropius annos scribunt xxiv.

(a) Apud Paulum voc. sos Eunnus sic: *postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquit.* [Eunni verba repetit Lucretius III, 1038. A. M. in Add.] Laudatur etiam a Livio I. 35.

*sed obscura est historia Romana*] Ut fatear, quod est, non admodum placet haec lectio, quamquam ab omnibus probari videtur. Cur enim, cum de regibus Romanis loquitur, necesse habuit addere tam universe: *historiam Romanam esse obscuram*, cum ipse mox Scipio ad illa tantum tempora obscuritatem referat, dicens: *sed temporum illorum tantum fere regum*

*illustrata sunt nomina.* Suspicio igitur mihi orta est, sive Romana esse glossam, ut scribendum sit *sed obscura est historia* vel *sed obscura ea est historia*; sive plenius esse scribendum: *sed obscura in eo est historia Romana.* Mr.— Nil ego movendum arbitrator. Confero II. 10. *quod Graecorum investigatur annalibus.* Cr.

(3) Haec in libris de rep. legabat Seneca ep. cviii. [Plutarchum in Numa si sequeris (xxi. 2. 3.) haec efficitur progenies:

*Marcus*, homo Sabinus, Numae fautor, Hostilii in regno capessendo rivalis, Romae senator.

*Marcus*, ejus filius et ipse Romae habitans — *Pompilia*, Numae filia, uxor.

*Ancus Marcus*, rex Romae. Cr.]

*illustrata sunt nomina.*] Simili sensu dixit in Bruto 64, 228. *quamque genus hoc descriptionis nondum sit satis Latinis litte-*

XIX. Sed hoc loco primum videtur insitiva (<sup>a</sup>) quadam || disciplina (<sup>b</sup>) doctior facta esse <sup>P. 175.</sup> civitas. Influxit (<sup>c</sup>) enim non tenuis quidam e

<sup>P. 165.</sup> Graecia rivulus in hanc urbem, sed abundantis-

Quamquam, ut vere dicam, videtur librarii mendum, non tam declinantis *mortus* pro *mortuus*, quam incaute scribentis: alibi enim hoc ipso in codice scribuntur duae *uu* hujus vocabuli. [Eadem fere ait Augustinus etiam de Gramm. t. I. Append. p. 13. A. M. in Add.] (<sup>a</sup>) Ita Cod. 2. manu; at 1. *insitiba*. (<sup>b</sup>) Cod. 1. manu *discipulina*; tum *u* expuncta. (<sup>c</sup>) Ita Cod. 2. manu; at 1. *influxcit*.

*ris illustratum*: et Acadd. I. 1. 3. *posteaquam sum ingressus, res eas — Latinis litteris illustrare. Mr.*

*insitiva quadam disciplina*] Phaedr. Fabb. III. 10. *insitiviliberi*. Cic. pro Sext. 47. 101. *insitivum Gracchum*. Gell. N. A. XII. 1. *insitivum et degener alimentum lactis alieni*. Conf. supra II. 4. II. 15. ubi, quod h. l. appellat, *insitivam disciplinam*, dixit *artes importatas. Cr.*

*Influxit enim etc.*] Monet ad h. l. Villem. illud ipsum, quod fatentur Romani historici, quintum Romae regem fuisse hominem Graecum, favere opinioni eorum, qui recenti tempore Romam coloniam Graecam esse contenderint. Nihil tamen ea sententia profici, cum Roma jam ante hunc regem Corinthium habuerit opera magnifice exstructa, quae artium culturam haud mediocrem prodere videantur. Ancum Marcium, constat inter omnes, aqueductum illum, ab ipsius nomine appellatum, exstrui jussisse, qui per complura secula Romam advexerit aquam perennem eamque abundantem, Tiberinam multo limpidiorem et salubriorem: quae de re exstat Plinii testimonium H. N. XXXI. 24. *Clarissima aquarum omnium in toto orbe, frigoris salubritatisque palma, praeconio urbis, Marcia est, inter reli-*

*qua deum munere urbi tributa. Vocabatur haec quondam Aulseja, fons autem ipse Pitonia. Oritur in ultimis montibus Pelignorum: transit Marsos et Fucinum lacum, Romam non dubie petens. Mox in specus mersa in Tiburtina se aperit novem millibus passibus, fornicibus stractis perducta. Primus eam in urbem ducere auspicatus est Ancus Marcius, unus ex regibus; postea Q. Marcius Rex in praetura; rursusque restituit M. Agrippa. Qua in re illud memorabile accidere ait Villem., quod nomen regis et praetoris instaurantis admodum sunt similia, et posterior adeo cognomen regis habet: indeque suspicionem oriri, Romanos monumentum illud illustre eo magis illustrare voluisse, ut, quod praetori deberetur temporis inferioris (Q. Marcius Rex consul fuit a. u. c. 636.), rejicerent historici in tempora remotissima. Ad Plinii locum vid. quae monuit et contulit Harduin. p. 553. Mr.*

*non tenuis quidam e Graecia rivulus*] Habet h. l. *quidam*, ut alibi haud raro, ad adjectivum magnitudinis positum, intendendi vim, ut Acadd. I. 12. extr. *incredibili quadam fuit facultate*: ubi vid. Goerenz. p. 72. Plane ita solent Graeci ponere *τις*: v. c. Lycurg. Orat. in Leocr. p. 210.

simus annis illarum disciplinarum et artium (<sup>1</sup>). Fuisse enim quendam ferunt Demaratum, Corinthium, et honore et auctoritate et fortunae facile civitatis suae principem (<sup>a</sup>); qui cum Corinthiorum tyrannum, Cypselum, ferre non potuisset, fugisse cum magna (<sup>b</sup>) pecunia (<sup>2</sup>) dicitur, ac se contulisse Tarquinius, in urbem Etruriae florentissimam. Cumque audiret, do-

(a) Locutio Ciceroni familiaris, v. gr. pro Roscio Amer. vi; de Divin. II. 42; ad Fam. vi. 10. (b) Quoties g est ante n, toties memini me videre in antiquis codd. si quando vocabulum divideretur, litteram g adhaerere priori vocabuli parti; n autem posteriori. Ergone Hispani, Angli et Germani melius, quam Itali, pronuntiare haec verba videntur?

Reisk. p. 40. Heinec. *ροῦς γε ἀνδρας ἀντιέβλητόν τινα δὲ τῆς εὐνοίας ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἔχειν.* Add. nos ad Cic. de Legg. I. 7. p. 549. Mr.

(1) Notanda est haec artium et disciplinarum Graecarum apud Romanos origo; quamquam infra de rep. III. 3 docebimus, Graecam sapientiam ante Scipionem et Laelium vix Romae esse gustatam. [De graecis artificibus, qui cum Demarato Tarquinius venerunt, lege Plinium H. N. xxxv. 3 et 12. A. M. in Add.]

*facile — principem*] Vid. quae monuimus supra ad l. 23. ad verba *facile — viceris.* Cr.

(2) De magnitudine pecuniae accedit testis Strabo VIII. p. 581.

*Tarquinius*] Hodie Corneto. V. *Micali Italia avanti il dominio dei Romani* ibiq. Tab. LI. Cr. — Ipsa Tarquiniorum rudera hodieque a Cornetanis dici *la Tarquinia* dicit L. Holstenius, a rusticis *la Turchina*. Dionysio Halic. dicitur haec urbs *οἱ Ταρκύνιοι*, Straboni et Stephano Byz. (ubi vid. Holst.) *ἢ Ταρκυνία*, Ptolemaeo *Ταρκουνίαι*, ubi sunt, qui legant *Ταρκουνίαι*, quia Romanorum plerumque sequitur scriptionem Pto-

lemaeus. Minus bene, ut videtur, Heinec. in seqq. post *florentissimam* et *collocavit* sustulit distinctionem majorem. Mr.

*dominationem Cypseli confirmari.*] In hac causa cum Tullio facit Dionys. Halic. III. 46. non tam certo Strabo v. p. 218. Conf. etiam Macrobi. Sat. I. 6. III. 4. et vid. *Raoul - Rochette Hist. d. Colonies Grecques* III. p. 290. sqq. Ad hanc Corinthiorum coloniam Pegasus in Romanorum semissibus refert Laur. Beger Thesaur. Brand. II. p. 77. cf. Rasche Lex. rei. num. III. 2. p. 787. Sed vid. Eckhel. D. N. V. Vol. v. p. 197. De aetate vid. Larcher. Chronol. p. 604. qui haec refert in Olymp. xxx. 1. a. u. c. 94; ante Chr. n. a. 660. Cr. — Pro *dominationem* Schützius dedit *tyrannidem*, cuius mutationis rationem velim nobis reddidisset vir clarissimus: nam cum Cic. utraque voce fere promiscue utatur, causa non fuit, cur invito codice aliquid novaret. Vide modo de Off. III. 25. 90. *tyrannidem occupare conabitur*: ad Att. VII. 22. *Caesaris dominatio*: ad Att. VIII. 3. in Ed. Cratand. est: *idem fecero, quod in Cinnae dominatione*

minationem Cypseli confirmari (<sup>1</sup>), defugit (<sup>a</sup>) patriam vir liber ac fortis, et adscitus est civis a Tarquiniensibus, atque in ea civitate domicilium et sedes collocavit. Ubi cum de matrefamilias Tarquiniensi duo filios procreavisset,

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *confirmatam, fugit*. Sane Tullius de eodem Demarato Tusc. v. 37 scribit *fugit Tarquinius Corintho*.

et *Marii tyrannide Philip-  
pus*, quo loco verba et *Marii  
tyrannide* omittuntur in Edd.  
quae ad manum sunt, reliquis  
omnibus. Proclivius certe fuit  
(si quid corrigendum fuisset)  
corrigere *dominatum*, cum Cic.  
Tusc. v. 20. 57. scripserit: *Dio-  
nysius cum — dominatum oc-  
cupavisset*; et de Divin. I. 25. 59.  
*quae — urbs* (Pherae) — *ab Alex-  
andro tyranno crudeli domi-  
natum tenebatur*. Mr.

(1) Tyrannidem quippe Cypselum annis xxx tenuisse docet Aristoteles reip. v. 12; annis autem xxviii Eusebius chron. lib. II. [Herodot. v. 92. cum interpr. Larcher. Chronolog. p. 604. qui xxx annos ponit. Heynii Opuscul. Acad. v. p. 351. *Quatremère de Quincy le Jupiter Olympien* II. §. 9. Cr.]

*defugit patriam vir liber ac fortis*] A. Majus, qui dicit in ann. crit. esse a 1. manu *fugit*, laudatque Tusc. v. 37. dicens: sane Tullius de eodem Demarato scribit: *fugit Tarquinius Corintho*, loco hoc allato lectioni *fugit* patrocinari velle videtur. Verum est, ita sane Tullius; poterat etiam nos rejicere ad verba paulo antecedentia: *qui — fugisse — dicitur ac se contulisse Tarquinos*. Sed quis laudet locum, cujus plane alia est ratio et structura, ubi ne cogitare quidem poterat de verbo *defugere*, quod nostro loco optime convenit? Ita Somn. Scip. 7. (infra vi. 15.) *ne munus*

*humanum adsignatum a deo defugisse videamini*. Tusc. v. 41. 118. *sic injurias fortunae, quas ferre nequeas, defugiens relinquant*. — *Fugit patriam* nostro loco stare non posset: fugisse enim Demaratam jam antea dictum est; nunc vero dicere vult, eum dominationem Cypseli confirmata redire noluisse, idque optime verbo *defugit* significatur. Infinitivum quoque *confirmari*, i. e. in dies firmiorem fieri, praetulerim lectioni 1. manus *confirmatam*. Quod dicit Lehn. ad h. l.: „praepositioni *de* verbo junctae „h. l. propter praegressum *fugit* „tanta vis inest, ut *defugit* idem „significet quod *despuit*,” id bene animadvertit; sed quod pergit: „nisi forte posterius (*despuit*) „verbum, aut simile quod, in *de-* „fugit corruptum putaveris;“ in eo me minime habet assentientem. Nam et *defugere* probum est, et *despuere* plane non Ciceronianum, Mr.

*domicilium et sedes collocavit*.] Quamquam Cicero plurali numero plerumque in voce *sedes* de pluribus hominibus uti solet, singulari vero tum de pluribus, tum praesertim de singulis: plurali tamen numero usus est de una femina de Divin. I. 46. *Verò, mea puella, tibi concedo meas sedes*, ubi in antecedentibus *Caeciliae sella* memoratur. Fortasse etiam h. l. in *sedibus* Tarquinii significatio est amplioris aedificii, ut in *hortis*, qui differunt ampli-

omnibus eos artibus ad Graecorum disciplinam

Desiderantur  
paginae dum.

erunt || *diit* . . . . .

P. 219.

XX. . . . . (1) facile in civitatem receptus P. 166.

esset; propter humanitatem atque doctrinam Anco regi familiaris est factus, usque eo, ut consiliorum omnium particeps, et socius paene regni putaretur. Erat in eo praeterea summa comitas, summa in omnes cives opis, auxilii, defensionis, largiendi etiam, benigni-

tudine ab horto. Cr. — Posuisse etiam potest *sedes*, quia non solum venit Demaratus, sed comites secum habuit. *Mr.*

*omnibus eos artibus ad Graecorum disciplinam erudit*] Dion. Halic. Antt. Romm. III. p. 184. ed. Sylb. γενομένων δ' αὐτῷ δοῦναι παιδων, Τυρρηνικὰ θήμενος αὐτοῖς ὀνόματα, τῷ μὲν Ἀροντα, τῷ δὲ Ἀνκόμονα· καὶ παιδεύσας ἀμφοτέρους Ἑλληνικὴν τε καὶ Τυρρηνικὴν παιδείαν, εἰς ἀνδρας ἐλθούσιν αὐτοῖς γυναῖκας ἐκ τῶν ἐπιφανεστάτων οἰκῶν λαμβάνει. *Mr.*

(1) Hoc loco Ciceronis quidem verba amisimus, haud tamen Tarquinii historiam, quam abunde supplet Dionysius III. 46-48, et Livius I. 34; nempe quod Demarati uterque filius, Aruns et Lucumo, uxores duxerint nobiles feminas Tarquinienses; quodque pater itemque major natu filius obierint, totumque patrimonium ad minorem natu Lucumonem deveniret; qui, quum ab indigenis nullo satis digno pro tantis opibus honore adficeretur, Tanaquilla uxore hortante, Romam cum ingenti comitatu grandique re bona commigravit, non sine auspice regni aquila, quae Tarquinio apicem imposuit; quod ceteroqui prodigium irridet Cicero Leg. I. 1, et indignum historia existimat. Tanaquillam seu Cajam

Caeciliam utrum laudaverit Cicero, incertum est; quae certe optima uxoris apud Romanos exemplum habita fuit. Lege Probum de nom. imp. ed. Gotof. p. 1400; nec non Hieronymum contr. Jovin. l. 49, a quo Tanaquilla dicitur nottor marito suo.

*familiaris est factus, usque eo, ut*] Eodem modo dixit in Verr. Act. II. L. iv. 18. 39. *Quod ubi audivit iste, usque eo est commotus, ut sine ulla dubitatione insanire omnibus ac furere videretur.* Quod posterioribus scriptoribus tam frequens fuit *eo usque*, a Ciceronis consuetudine abhorret. In seqq. Villem. contra auctoritatem librorum veterum et lapidum scripsit *pene pro paene*. Vid. Cellar. Orthogr. T. I. p. 305. Grotend. l. c. §. 132. Noltenii Lex. Antibarb. p. 132. qui ex scriptione medii aevi  $\epsilon$  pro  $\alpha$  ortum esse errorem docet. Junguntur *particeps et socius* etiam Or. pro Fonte. 17. 37. Imitatus est nostrum locum scriptor orationis spuriae, quae inter Ciceronianas fertur, Antequam iret etc. 10. 24. *teque particeps connubii, sociam regni*—Junio. *Mr.*

*benignitas.*] Quem laudat A. Majus Polybium 10. p. 455. Schwgh., eum potissimum h. l. sequitur Tullius. Ad Livii I. 34, quod laudat A. Majus, adde c. 35, ubi, quibus artibus Anci filios



tas<sup>(1)</sup>. Itaque mortuo Marcio cunctis populi suffragiis rex est creatus L. Tarquinius<sup>(2)</sup>: sic enim | suum nomen ex Graeco nomine inflexe- P. 210.  
 P. 167. rat<sup>(2)</sup>, ut in omni genere huius populi consuetudinem videretur imitatus. Isque ut de suo imperio legem tulit, principio duplicavit illum pristinum patrum numerum; et antiquos patres maiorum gentium appellavit<sup>(3)</sup>, quos priores sententiam rogabat; a se adscitos, minorum<sup>(3)</sup>. Deinde equitatum ad hunc morem constituit, qui

(a) Merito ergo Sigonius debebat apud Livium I. 34 agnomen *Priscus*; quod ei posteri demum imposuerunt, ut a Superbo distingueretur, uti discrete ajunt Dionysius IV. 41, et Paulus voc. *Priscus*. Ceterum Strabo V. p. 336 eodem prorsus modo loquitur, quo Livius. Igitur quod Sigonius castigat Livii lectionem, recte habet; quod vero idem existimat glossema id esse potius, quam Livii errorem, clementius agit. Numquid enim Strabonis quoque textum glossemate corruptum dicemus? (b) Ita Cod. 2. manu; at 1. appellabit.

regno privavit Tarquinius, narratur. Regni autem ejus initium cadit in Olymp. XX. 2. u. c. 139. ante Chr. n. 615. Larcheri Chronolog. p. 609. Cr.

(1) Paria narrant Polybius VI. 2; Dionysius III. 48; Livius I. 34; Dio fragm. XXI. [Imo Cicero exscribit Polybium VI, 2. A. M. in Emm.]

ex Graeco nomine] Dionys. Halic. III. 48. p. 542. Reisk.: ἰσομοιοῦσθαι καὶ κατὰ τοῦτο ἀντοῖς βουλούμενος Λεύκιον μὲν ἀπὶ Ἀνκόμωνος τίθεται τὸ κοινὸν ὄνομα, Ταρκύνιον δὲ τὸ συγγενικόν, ἐπὶ τῆς πόλεως, ἐν ἡ γενεῶς τε καὶ τροφῆς ἔτυχεν. Cr.

inflexerat.] De oratione usus est hoc verbo noster in Bruto 9. 38. Hic (Demetrius Phalereus) primus inflexit orationem, et eam mollem teneramque reddidit. Mr.

(2) Lapsus est festinantis Cice-

ronis; nam *Lucumo* Etruscum nomen est; Graecum vero nomen erat Demarati patris. A. M. in Add. legem tulit] Quod supra saepius dixit legem curiatam, hoc quoque loco intelligi vult Scipio. Ad v. duplicavit v. Creuz. Antt. Romm. p. 76. Mr.

quos priores sententiam rogabat;] Conf. Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 13. p. 61. Liv. I. 34. post init. Aruns prior quam pater moritur, ubi aliquot Codd. prius. Cr. — Sine varia lectione est Liv. I. 7. 1. Priori Remo augurium venisse fertur. Mr.

(3) Haec quoque magna controversia est; nam Tacitus Annal. XI. 25 familias majorum gentium a Romulo, minorum a Bruto appellatas existimat. P. Victor region. II minorum gentium institutionem conferre videtur in Tullum Hostilium; Servius ad Aen. I. 426 in Servium Tullium. Sed cum Cicerone satis consentiunt

p. 57. us||que adhuc est retentus.<sup>(1)</sup>: nec potuit Titien-  
sum<sup>(2)</sup> et Rhamnensium<sup>(3)</sup> et Lucerum mutare,  
cum cuperet, nomina, quod auctor ei summa  
augur gloria<sup>(c)</sup> <sup>(2)</sup> Attus<sup>(d)</sup> Navius non erat.  
Atque etiam Corinthios video publicis equis  
assignandis et alendis, orborum et viduarum

(a) Ita codex, non *Titieniam*. At Plutarchus Romul. xx, et Servius ad Aen. V. 560 scribunt *Tatienses*, scilicet a *Tatio*; non a *Tito Titienenses*, ut Livius et Cicero. Recole superius cap. VIII. p. 140. n. 2. (b) Cod. *Rhamnensium*; mox ita expunctae literae, ut reliquum sit *Rhamnium*. Ego vero cunctas retinui, quia mendum haud excessus, sed metathesis litterarum fecerat. Quamquam nec *Rhamnium* improbaverim, quoniam Horatius P. 342 usurpat *Rhamnes*. Et quidem *Rhamnes* vox antiquior. (c) Ita 2. manu; at 1. *summa gloria augur*. (d) Cod. *Tatus*. Sed tamen prior fuit deleta, quum potius esset metathesis pro *Attus*, uti habet Livius I. 36. Ceterum varietates hujus nominis collegit Drakenborchius ad praedictum Livii locum.

Dionysius III. 67, Livius I. 35; Aur. Victor denique cap. vi, qui hunc Ciceronis locum presse imitatur.

(1) Notemus hunc equitatus morem tamdiu a Romanis retentum.

*Titienium*] De re conf. supra II. 8. Cr. — Pro *Rhamnensium* scripsimus *Ramnensium* cum Heine et Lehn., quod, ut in re dubia, praefendum tamen visum est cum H. L. Schneidero Gramm. Lat. (Elementarl.) I. p. 215. Ad *Luceres* v. Creuz. Antt. Romm. p. 25. 188. ibiq. laudd. Vid. praeterea ad nomina *Titienenses*, *Ramnes* et *Luceres* Hoffmanni Lex. Univ. s. vv. et ad *Ramnes* et *Luceres* Voss. Etymol. L. L. s. vv., ad omnes Rosinum in Antt. Romm. p. 468. sq. et 18. Singularis est Etymologia apud Plutarchum in Romulo c. 20. *φυλάς δὲ τρεῖς καταστήσαντες ἀνόμασαν τοὺς μὲν ἀπὸ Ρωμύλου Ραμνήσης, τοὺς δὲ ἀπὸ Τατίου Τατήνης, τοῖς δὲ ἀπὸ Λουκερένης* (ita Bryanus, alii *Λουκερήνης*) *διὰ τὸ ἄλσος* (ob lucum), *εἰς ὃ*

*πολλοὶ καταφυγόντες ἀσυλίας διδομένης, τοῦ πολιτεύματος μετέσχον.* Mr.

(2) Nevii seu Navii gloriam praedicat Dionysius III. 70.

*Attus Navius*] Cur ex *Navio* fecerit *Naevium* Villem. (in contextu et in versione Gallica) ipse, opinor, non facile dixerit. Certe non potuit cogitare de *Naevio* poeta, qui ipse de se tritum illud cecinit (Gell. N. A. I. 24.):

*Mortales immortales flere si foret fas,*

*Flerent divae Camenae Naevium poetam.* Mr.

*Atque etiam Corinthios etc.]* De hoc loco disputat *Franckius* in libro, quem scripsit *De tributum, curiarum atque centuriarum ratione* (Slesvici. 1824.) p. 12. sq. cujus sententiam hic adscribam. „Cicerone auctore Tar-  
„quinio illa quoque lex est tri-  
„buenda, quam Servio Tullio Li-  
„vius I. 43. assignat, quaque vi-  
„duae ad equites equo publico  
„ornandos tributa conferre jus-  
„sae sunt. Sic enim ille (II. 20.):  
„Deinde equitatum, inquit, ad

P. 168. tributis, fuisse quondam diligentes (<sup>a</sup>). Sed tamen, prioribus equitum partibus secundis additis, ∞ ac cc (<sup>a</sup>) fecit | equites (<sup>b</sup>), numerum-P. 38.

(a) Cod. ∞. ACCC. Mihi vero visum est, interpungendum esse, ut feci; ita ut prior C sit littera, reliquae sint notae numerales. Jam ad notam ∞ mille quod adinet, eam Maffejus (hist. dipl. p. 132. 133.) in Ravennate papyro, circa annum Christi cælxiv scripta, observavit; ego autem ipse in Verrinarum orationum palimpsesto mirabili Vaticano p. 81. col. 2. v. 17. Verrin. II. 25 eandem video; quem palimpsestum praedicta papyro antiquiorem existimo; est enim scriptura ejus quadrata perpulchra, ceu Plautina illa Mediolanensis; immo prope speciosior Galbae imp. honesta missione, quae extat apud eundem Maffejum p. 30. Papyrus autem illa Ravennâ Romam migravit, et nunc in Vaticana bibliotheca legentium oculis prostat, rudibus plane et festinatis litteris exarata. Eadem nota ∞ est etiam in tabula Vellejate. (b) Praeclara Ciceronis lectio, quae Livij I. 56 mendosum locum purgat; ubi equites dicuntur facti mille et octingenti; felicemque Glareani et Salmasii conjecturam dilaudat, qui legendum in Livio MCC jamdiu docuerant. Utinam vero

„hunc morem constituit, qui us-  
 „que adhuc est retentus: quae  
 „quidem verba initio ni [si non]  
 „falsa, tamen perobscura mihi  
 „esse videbantur, quoniam longe  
 „alia postea fuit, quam tunc,  
 „equitum ratio. Sed statim ipse  
 „ea Cicero illustravit. Ita enim  
 „pergit: nec potuit — fuisse  
 „quondam diligentes. Jam enim  
 „videbam hunc esse morem illum  
 „usque adhuc retentum, quo vi-  
 „duae ad equos publicos con-  
 „tribuerent. Neque tamen sanum  
 „esse locum crediderim, quoniam  
 „tam dispersa ea ipsa leguntur,  
 „quae sunt jungenda. Mutilum  
 „arbitror atque turbatum. Se-  
 „quuntur enim jam ea, quae supra  
 „posui (p. 11.): sed tamen prio-  
 „ribus etc. Equidem ita fere Ci-  
 „ceronem scripsisse existimo:  
 „Deinde equitatum ad hunc mo-  
 „rem constituit, qui usque adhuc  
 „est retentus, ut viduis attributis  
 „quae tributa conferrent, equi  
 „publici darentur, etc.]. Atque  
 „etiam Corinthios video publi-  
 „cis equis assignandis et alendis  
 „orborum et viduarum tributis  
 „fuisse quondam diligentes. Nec  
 „potuit [tamen, quod addendum

„censeo ex sequentibus] Titien-  
 „sium et R. et L. mutare cum  
 „cuperet nomina, quod auctor  
 „ei summa augur gloria Attus  
 „Navtus non erat. Sed [hoc lo-  
 „co, ut supra monui, omittendum  
 „tamen] prioribus equitum cen-  
 „turiis etc.“ Quod ad sensum  
 „percommode: sed quis ita Ci-  
 „ceronem scripsisse praestiterit?  
 Mr.

(1) Apte mentionem Corinthi  
 in Tarquinii institutionibus facit  
 Cicero; indidem quippe fuit Tar-  
 quinii pater, unde et instituta de-  
 portavisse credendus est. Non  
 est autem, cur miremur Corin-  
 thiorum in orphanos viduasque  
 duritiam; nam et Dionysium Si-  
 culum narrat pseudo-Aristoteles  
 oecon. II. ed. Casaub. p. 286 re-  
 ditus orphanorum, donec tutela  
 exissent, sibi vindicavisse; et Li-  
 vius I. 43 lege Servii Tullii ait ad  
 equos alendos viduas fuisse ad-  
 tributas, quae bina millia aeris  
 in annos singulos penderent. Sed  
 enim orphanorum viduarumque  
 tributum clementior Publicola re-  
 misit. Plut. in ejus vita cap. XII.  
 [secundis additis.] Vid. Creuz.  
 Antt. Romm. p. 188. Ad v. nume-

que duplicavit <sup>(1)</sup>, postquam bello subegit Aequorum magnam gentem et ferocem, et rebus populi Romani imminentem. Idemque Sabinos, cum a moenibus urbis repulisset <sup>(2)</sup>, equitatu fudit bello-<sup>P. 169.</sup> que devicit <sup>(2)</sup>. Atque eundem primum ludos ma-

Livianae primae decados, etsi non integrae, nobilis Veronensis palimpsestus aliquando ad verbum exscribatur, ejusque fructus, ut spero non modicus, cum erudito orbe communicetur! (a) Ita co-dex, [reppulisset] ut alibi.

*rumque duplicavit* monet Lehn. „sc. partium s. centuriarum, ita „ut duodecim centuriae factae „sint:“ Cr. autem in schedis: noli ita huic locum intelligere, quasi numerum MCC duplicaverit, sed verba *numerum duplicavit* sunt *ἰπερήγησις*. Videlicet intelligendum est, ac si scriptum esset: *numero duplicato fecit M ac CC equites*. Pierr. quem non semel, egregiae scilicet versionis gratia, laudavimus, numerum equitum vertit 1300; quod nemeris, scito, oraculum ejus, Vilemanium, nescio cur, scripsisse à treize cents: cuius cum ille homo versionem Gallicam, neque vero Ciceronis contexta, Germanice verteret, factum est, ut augetur equitum numerus. Mr.

(1) Victor cap. vi: *equitum centurias numero duplicavit, nomina mutare non potuit.*

[*postquam bello subegit*] Mirum est, quod apud alios rerum Romanarum scriptores nihil de hoc Tarquinii Prisci bello cum Aequis, quos bello hic subactos ab eo ait Cicero, relatum legitur. Sed cum Aequi potuerint Sabinis adnumerari (vid. *Allg. Weltgesch.* X. p. 23.) quod hic de Aequis narratur, ad Sabinos non semel ab illo rege victos (ut est apud Dionys. Halic.) potest referri, quamquam hic ab iis distingui videntur. Singulare item est, quod dicit: *postquam subegit*, quod in hac constructione

incommodum est, et si factum esset ante equitum numerum duplicatum, antea narrandum fuit. Suspicio igitur scribendum esse *posthac bello subegit* etc., quod vocabulum, compendio scriptum, facile cum *postquam* confundi potuit. Mr.

[*rebus populi Romani imminentem*] Ita dixit pro Corn. Balb. 15. 34. cum — Carthago — huic imperio immineret. Mr.

(2) Tusciae praeterea populos a Prisco devictos narrat Florus I. 5 et Orosius II. 4: veteres Latinos Livius I. 38 et Victor cap. vi. [Add. Jo. Laur. Lydus de Magistrat. Romm. I. 8. p. 22. Cr.]

*ludos maximos, qui Romani dicti sunt*,] Ascon. Pedian. ad Cic. Or. in Verr. Act. I. 10. 31. *Romani*, ait, *ludi* sub regibus instituti sunt, *magnique* appellati, quod magnis impensis dati sunt: tunc enim primum ludis impensa sunt ducenta millia nummum. Alii ideo *magnos ludos* dictos putant, quod *Conso*, consiliorum secretorum deo, id est, Neptuno, Larium regi et rerum conditarum, et diis *magnis*, id est, Laribus urbis Romae, dati sunt: quibus ajuunt raptas Sabinae esse, ut videatur propter hoc dicere Virgilius: *magnis Circensibus actis*: nam et magni et Circenses iidem sunt. Sed plura de his ludis vide apud Rosinum l. c. p. 341. ed. Amstelod. 1685. Ad lectionem quod attinet, quis eam non sanam existi-

ximos, qui Romani dicti sunt<sup>(1)</sup>, fecisse accepimus: aedemque in Capitolio Iovi optimo maximo, bello Sabino, in ipsa pugna vovisse<sup>(2)</sup> facien<sup>3</sup> || dam<sup>(3)</sup>, mortuumque esse, cum duodequadraginta regnavisset annos. \*O. XVII.  
P. 51.

XXI. Tum Laelius, Nunc fit illud Catonis certius, nec temporis unius, nec hominis esse constitutionem rei publicae<sup>(3)</sup>. Perspicuum est enim, quanta in singulos reges rerum bonarum et utilium fiat accessio. Sed sequitur is, qui mihi videtur ex omnibus in re publica vidisse plurimum<sup>(4)</sup>. Ita est, inquit Scipio. Nam post eum Servius Tullius<sup>(b)</sup> primus P. 52.

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *bovisse*. (b) Ita [*Sulpicius*] co-  
dex; quamquam 2. manu expunctis litteris videtur factum *Tullus*.  
Praenomina certe varietas explorata est; namque ab Eusebio

met? Sed repertus est, qui mendum subodoraret corrigeretque qui *humani dicti sunt*: quam palmariam emendationem debemus ei viro, qui Schütztianam editionem curavit. *Mr.*

(1) De his Tarquinii ludis Livius I. 35: *sollemnes deinde annui mansere ludi, Romani magnique varie appellati*. Hi fiebant mense Septembri, teste Amiternino calendario apud Fogginium.

*aedemque-vovisse faciendam*] Cap. 24. legimus, ejus demum filium votum patris Capitolii aedificatione persolvisse: ipse non nisi Tarpeiae rupis verticem aequavit, locumque templo exstruendo assignavit. Conf. Dionys. Halic. III. 92. *Mr.*

(2) Jacta etiam a Prisco Capitolii fundamenta ajunt Livius I. 38, Tacitus Hist. III. 72.

*Nunc fit illud Catonis certius,*] *Fit* ponitur pro *apparet esse*. Post *certius* Steinack. incommode posuit semicolon. *Mr.*

(3) Recole cap. I; et sic fere putat Plato de Leg. III.

*in singulos reges*] *Καθ' ἑκάστου βασιλέα*. Tene Graecismum: ut Horat. Epod. II. 39. *in partem*: cf. Sanct. Minerv. p. 411. sq. ed. Bauer. Hoc loco dicitur per breviloquentiam, pro: *si dinumeraveris, quot bonas et utiles populo Romano res singuli reges effecerint*. *Cr.* — Ad verba similis est locus Epp. ad Fam. II. 1. *quantaecunque tibi accessiones fient et fortunae et dignitatis*. *Mr.*

(4) Servii Tullii laudes magnificas habes apud Plutarchum de fort. R. t. VII. p. 278. Hic rex tanti Romae fuit, quanti fere postea Sixtus V. P. M; si tam remota tempora et mores inter se contendere licet.

*Servius Tullius*] Ita cum Heinr. et Sch. necessario rescribendum fuit; quod vidit etiam Lebnerus. Nam quod in Cod. est *Sulpicius*, id facile in calamum

iniussu (a) populi regnavisse traditur: quem P. 170. ferunt ex serva (b) Tarquiniensi natum (1), cum esset ex quodam regis cliente concehron. l. 46-47, et in tabulis, itemque in scholio Sigonii ad Livium x. 46 dicitur *Servilius*, quae est derivatio a *Servio*. Sane et *Servius Sulpicius Galba* imp. dicitur *Servilius Sulpicius Galba* a Zonara xi. 13. Utrum vero apud aliquem auctorem rex hic non *Tullas* seu *Tullius* audiat, sed *Sulpcius*, nondum equidem novi; factum tamen puto, quandoquidem in Coquaei adnotationibus ad Augustinum C. D. xviii. 37 video diserte hunc regem dici *Servium Sulpitium*. (a) Cod. 1. manu *injussus*, 2. *injussu*. (b) Cod. *exerva*, extrita s. pronunciationis vitio.

venire potuit homini, qui in historia Romana toties *Servii Sulpicii* nomen legisset, cum plures ejusdem nominis variis temporibus fuerint viri celebres, a. u. c. 254. 397. 604. 710. 785. Mr.

*Servius Tullius*] Quod ait A. Majus in nota critica, in Coquaei annotationibus ad Augustinum eundem regem dici *Servium Sulpitium*, id accuratius adscribemus. Est p. 682. ed. Francof. et Hamburg.: et ultimi prophetarent *Aggaeus*, *Zaschaeus* [ita pro *Zacharias*] et *Malachias* *Servio Sulpitio* regnante apud Romanos. — Sulpiciorum certe fuit gens patricia antiquissima: v. Tacit. Annal. III. 48. nihil ad veterem et patriciam Sulpiciorum familiam *Quirinus* pertinuit. Sueton. in *Galba* cap. 2. (*Sulpic.*) *Galba* — haud dubie nobilissimus magnaue et vetere prosapia. Videlicet ille a Jove et Pasiphaë oriundum se esse credi volebat: conf. Havercamp. in Thesaur. Morell. p. 408. a. Cicero pro Muren. 7. *Tua vero nobilitas Ser. Sulpici, tametsi summa est, tamen hominibus literatis et historicis est notior*: ubi Ernestus in annot. *Servium Sulpitium* hunc a *Ser. Sulpicio* ortum dicit, qui anno decimo post reges exactos consul fuit: vid. Cic. Brut. c. 16. Cujus sententiae cum ulteriorem rationem non addat Ern., nonne suspicioni locus est, hunc ipsum consulem priscum

genus a rege Romano duxisse, cujus nomen plenum fuerit *Servius Sulpicius Tullius*? an locus, quem laudavi, Ciceronis in Bruto. c. 16. (*ut, si ego me a M' Tullio esse dicerem, qui patricius cum Ser. Sulpicio consule anno x post exactos reges fuit*?) an, inquam, hic locus corruptioni, si qua est, ansam dedit, cum *Tullii* et *Servii Sulpicii* nomina sibi invicem sint tam vicina? an denique Codicis Vat. scriptor, qui fortasse saepissime scripsisset *Sulpicii* nomen nomini *Servii* adjunctum, corrente calamo illud addidit? Cr.

*injussu populi regnavisse traditur*:] Ita ad Att. iv. 16. dixit: *ne injussu populi judicarent*. Conf. de Invent. I. 33. 56. Mr. *ex serva Tarquiniensi*] Cod. *tarquiniense*, quam scriptiorem cum A. Majo servarunt Vilem. et Sch. Perperam: est enim nomen adjectivum, cui additum est substantivum: quare non potest iis adnumerari adjectivis, quae, si ut substantiva ponantur, nonnunquam ablativum habent in e desinentem: vid. H. L. Schneider. Lat. Formenl. I. p. 221-224. Mr. — Conf. ad Cic. de N. D. I. 21. p. 95. sqq. Add. Sanct. Minerv. II. 6. et II. 7. itemque Ruddimann. l. c. I. 2. p. 82-88. Cr.

(1) Locum in libris de rep. legebat Seneca ep. viiii.

*ex quodam regis cliente conceptus*.] Similiter in Or. pro

ptus (¹). Qui cum, famulorum numero educatus, ad epulas regis assisteret, non latuit scintilla (²) ingenii, quae iam tum elucebat in puero (³): sic erat in omni vel officio vel ser-

(a) Cod. *pueros*. Locationem sine dubio imitatur Fronto de M. Aurelio scribens in fragmentis de orationibus II. 3: *elucebat in puero iam tunc nobilitas mentis*.

Cluent. 11. 31. *ut una illa, et quod erat ex fratre conceptum, necaretur. Mr.*

(1) Opiniones de Servii patre varias perpendunt Dionysius IV. 1. 2, et Livius I. 39. Lege etiam Festum voc. *nothum*, [p. 282. Dacer. ibiq. interpr. cf. Wesselingii Observatt. II. 10. p. 185. Cr.] Arnobium V. p. 169. Diem Servii natalem, idus nempe Augusti, prodit Festus voc. *servorum dies*, et Plutarchus quaest. Rom. t. VII. p. 157. Verum Macrobius Sat. I. 13 ait, Servium natum nominis, incerto mense. Valerius M. lib. X. sic arguitur: „*Servius, qui mortua matre in utero servatus est; Tullius praenominatus est omnis gratia, quasi tollendus, o littera in u conversa.*“

[*famulorum numero*] Habet suam vim haec scriptio, est enim pro *servorum modo* s. *serviliter* educatus. Audi Livium I. 39. init. ubi Tanaquil de hoc Servio: *Viden tu puerum hunc, quem tam humili cultu educamus?* Haec ad me Cr., cum tentassem *famulorum in numero*: bene equidem guarus *famulorum numero* intelligi posse *servorum modo*: sed reputans, eum, utpote clientis filium, non serviliter tantum, sed re vera inter *servorum gregem*, quod esset *famulorum in numero* esse educatum, et tum demum ei numero exemptum, postquam illa scintilla vel flamma e capite dormientis pueri exardere visa fuerat, quod narrat Livius I. 39. Quam facile vero in inter *m* et *n* excidat, non est, quod moneam. Llectioni codicis similis est locus

Divinat. in Qu. Caecil. 19. 62. *cum is tibi parentis numero fuisset*: conjecturae nostrae: Epp. ad Fam. XIII. 6. *ut - haberet eos in numero meorum necessariorum*. Conf. etiam Francius ad Or. pro Arch. poet. cap. ult. p. 63. ed. Lezeow. *Mr. ad epulas regis assisteret.* Conjiat aliquis *ad epulas regi assisteret*, motus locis, quales sunt apud Plin. Epp. X. 85. *Eumolpus assistens Flavio*: et apud Cic. in Verr. Act. II. L. I. 26. 66. *simul servis suis Rubrius, ut januam clauderent, et ipsi ad fores assisterent, imperat.* Sed priore loco Plinius loquitur, non Cicero, et *assistere* significat i. q. adesse, patrocinari alicui; posteriore loco *ipsi nominativus* est, neque vero dandi casus. *Mr.*

[*scintilla ingentii*] *Virtutum quasi scintillulas videmus in pueris*, noster dixit de Fin. V. 15. 43. *Ingenii lumen elucet* legitur de Off. I. 29. 103. Vocem *sollers* solus Vilem. scripsit *sollers*: minus bene: vid. Cellar. Orthogr. Lat. I. p. 359. ed. Harles. Noltenii Lex. Antibarbar. p. 168. Grotfend. Orthogr. Lat. l. c. §. 141. Aldi Manutii Orthogr. (12. Antw. Plantin. 1564.) p. 85. *Mr.* — Accurate nunc rem narrat Jo. Laurent. Lydus de Ostentis cap. 5. p. 18-20. Hasii. Fieri potest (neque tamen de eo ut de re certa statuo) ut huc pertineat, quod narratur a Livio I. 39. *Servio caput arsisse ferebatur. Cr.*

(2) Alludit Cicero ad fabulam

mone sollers. Itaque Tarquinius, qui admodum  
 P. 291. parvos tum ha||beret liberos (<sup>1</sup>), sic Servium  
 diligebat, ut is eius vulgo haberetur filius: atque  
 eum summo studio omnibus iis (<sup>2</sup>) artibus, quas P. 171.  
 ipse didicerat, ad exquisitissimam consuetudi-  
 nem Graecorum erudiit (<sup>3</sup>). Sed cum Tarqui-  
 nius insidiis Anci filiorum interisset, Serviusque,  
 ut ante dixi, regnare coepisset, non iussu, sed

(a) Ita Cod. 1. manu; at 1. ts.

flammae quae e capite dormientis  
 pueri exarsit.

*Tarquinius, qui admodum  
 parvos tum haberet liberos,]*  
 Qui si causam continet vel in-  
 fert, apud nostrum habere solet  
 conjunctivum: v. c. Tusc. III. 12.  
 27. *Tarquino — quid impuden-  
 tius, qui bellum gereret cum  
 iis, qui ejus non tulerant super-  
 biam?* Ruddimaan. Gr. Lat. Inst.  
 II. p. 349. Mr.

(1) Immo vero Dionysius III.  
 65 masculini sexus liberos Tar-  
 quinio non fuisse ait; qui tamen  
 sibi contradiceret IV. 1, ubi Tar-  
 quinium decessisse ait relictis  
 duobus infantibus *viois* (quae lec-  
 tio confirmatur a Vaticanis co-  
 dicibus;) nisi ipse veram suam  
 lectionem esse *vivovov*; nepotes  
 ostenderet IV. 4. 6. 7. sqq. ubi  
 contra Fabium aliosque historico-  
 cos disputat, qui omnes (Pisone  
 excepto) filios masculos Tarqui-  
 nio Priaso concesserant; quibus  
 cum historicis conspirat Cicero,  
 nec non Livius I. 46, et Strabo  
 v. p. 336. Quamquam horum  
 omnium auctoritas haud satis in-  
 firmat rationes, quas Dionysius  
 pro sua sententia protulit. [V.  
 Laurent. Vallae diss. ad Alphon-  
 sum regem, duo Tarquinii, Lu-  
 cius ac Aruns, filiae an nepotes  
 fuerint, adversus Livium: in Ed.  
 Livii Drakenborchiana T. VII.  
 p. 150-154. Mr.]

*ad exquisitissimam con-  
 suetudinem Graecorum]* Erat  
 cum conjicerem *exquisitis-  
 sime ad cons. Gr.* quo adver-  
 bio usus est Tiro, Ciceronis liber-  
 tus, apud Gellium N. A. x. 1. p.  
 465. ed. Gronov. *eam rem Pom-  
 pejus exquisitissime retulit  
 ad doctissimos civitatis.* Inter-  
 pretabar autem *exquisitissime*  
 verbis *diligentissime, accuratis-  
 sime.* Sed manum abstinui, repu-  
 tans apud Livium I. 29. legi:  
*puerum — erudiri artibus, qui-  
 bus ingenia ad magnae fortunae  
 cultum excitantur, quae artes  
 optime dicuntur exquisitissimae:  
 consuetudo autem est i. q. disci-  
 plina.* Mr.

(2) Confer Livium I. 59. Ado-  
 lescentis Servii Tullii strategema  
 narrat Frontinus II. 8.

*insidiis interisset]* *Ex insidiis  
 interire* dixit noster de Off. II. 7.  
 26. Quod est in seqq. *obaeratos*,  
 in reliquis Ciceronis libris non  
 legitur: sed de ejus veritate non  
 est dubitandum, cum eo vocabulo  
 usi sint Caesar et Livius, ut alios  
 taceam. Locutionem *non com-  
 misit se patribus* imitatus est  
 scriptor Or. pro domo 19. 49. scri-  
 bens: *qui se populo commisc-  
 rant.* Vid. quae ad h. l. monuit  
 Zachariae in libro, quem inscrip-  
 sit *Staatwissenschaft. Bestracht.  
 über Cic. Werk vom Staate.* p.  
 159. Mr.



voluntate atque concessu civium (<sup>a</sup>), quod, cum Tarquinius ex vulnere ae | ger fuisse et vivere P. 192. falso diceretur (<sup>1</sup>), ille regio ornatu ius dixisset, obaeratosque pecunia sua liberavisset, multa comitate usus iussu Tarquinii se ius dicere probavisset; non commisit se patribus (<sup>2</sup>), sed, Tarquinio sepulto, populum de se ipse consuluit, iussusque regnare legem de imperio suo curiatam tulit (<sup>3</sup>). Et primum Etruscorum (<sup>b</sup>) iniurias bello est ultus; ex quo cum ma || . . . . (<sup>4</sup>) . . . . . Desiderantur paginæ duæ.

(a) Ita 2. manu; at 1. *coivium*, qui est archaismus. (b) Cod. 1. manu *rusticorum*; 2. *Etruscorum*, recte. Confer Dionysium IV. 12. 27 et Victorem cap. VII.

(1) Dionysius IV. 4. 5; Livius I. 41.

(2) Patres infensos Servio fuisse, cum aliunde, tum etiam ex Paulo liquet: *patricius vicus Romae dictus eo, quod ibi patricii habitaverunt iubente Servio Tullio, ut, si quid molirentur adversus ipsum, ex locis superioribus opprimerentur.*

*populum de se ipse consuluit*] Dionys. Halic. IV. 12. p. 667. Reisk. de Servio Tullio: *ἀπάσαις δὲ ταῖς φράσαις κριθεὶς τῆς βασιλείας ἀξίος, πολλὰ χαιροῖεν τῆ βουλῇ φράδας, ἣ οὐκ ἠξίωσεν ἐπικυρῶσαι τὰ τοῦ δημοτικοῦ πλήθους, ὡς περ αὐτῆ κοιεῖν ἔθος ἦν, κατέσχε τὴν ἀρχήν.* Conf. Liv. I. 17. *deceverunt autem, ut, cum populum regem jussisset, id sic ratum esset, si Patres auctores fierent.* Conf. J. Frid. Gronov. Observv. I. 25. p. 15. ed. Platner. Cr. — Ad verba *de se ipse* vid. quae monuimus supra ad II. 13. et ad *legem — curiatam* ad II. 17. Pro *Etruscorum* monet Sch. in Cod. a. pr. man esse *nesticorum*: alia narrat A. M. Mr.

(3) Copiose scribuntur haec a Dionysio IV. 8. 40. Sed contra omnino Livius I. 41: *Servius primus injussu populi, voluntate patrum, regnavit.* Idem tamen Livius I. 46, narrat Servium, postquam usu haud dubium possederat regnum, et plebem agro donato illexerat, tulisse demum ad populum, vellent juberentne se regnare? omniumque consensu regem esse declaratum.

(4) Ex Dionysio IV. 27 suppleendum videtur *ex quo cum magnam* [Scribe *maximum agrum*; neque enim *magnum* divideretur, nisi post g. Confer p. 165. n. b. Quare *to ma* non licet explere *magnum* aut *magnam*. A. M. in Emm.] *agri partem Caeretanis, Tarquiniensibus Vejentibusque adeptam nactus esset, eam inter cives novissime adscriptos divisit.* Namque ipsum bellum Etruscum, etsi Dionysius in extremos, Livius tamen I. 42 in primos Servii annos confert. Immo vero Victor ait, Etruscos saepe ab eo fuisse domitos. Agri ceteroqui publici inter cives divisi a Servio regnum adeunte

P. 107.

XXII. . . . *scripsit centurias equitum duodeviginti* censu maximo. Deinde equitum magno numero ex omni populi summa separato, reliquum<sup>(a)</sup> populum distribuit in quin-

(a) Ita Cod. [*relicuum.*]

meminit ipse Dionysius iv. 13. Reliqua pars lacunae occupatur initio describendi census ordinumque civilium.

*scripsit centurias equitum*] Haec verba, quae addidit A. Majus ex conjectura, plane omisit Heiar., Sch. vero iisdem, quibus Ciceronis contexta, litteris describi jussit. Mr.

*duodeviginti censu maximo. Deinde equitum*] Ad h. l. Franckius in libro De Tribuum, Curiarum atque Centuriarum ratione p. 25 sq. haec monuit: „Illud „miror nemini adhuc in mentem „venisse, quod certum mihi esse „videtur, ea verba, a quibus hoc „fragmentum incipit, male jun- „cta legi. In his numerus ille „*duodevicenarius* cuius statim „ad equitum centurias, quarum „eum numerum a Servio factum „satis constat, pertinere videbi- „tur; sed aliter rem habere, qui „accuratius locum inspexerit, fa- „tebitur. Nam quae statim se- „quuntur verba: *Deinde equi- „tum — numero — separato* rell. „vel nolentibus nobis atque invi- „tis persuadent, oculisque ipsis „objiciunt, diversos esse equites „ab his *duodeviginti*, a quibus fra- „gmentum incipit. — Nec, quosnam „Cicero intellexerit, difficile vide- „tur expeditu. Nam cum hoc ipso „libro res Romanas, eas praeser- „tim, quae ad rem publicam mu- „tandam fecerunt, percurrat, jam- „que in eo sit, — ut Ser. Tullii „regimen — exponat, — earum re- „rum omnium a Cicerone mentio- „nem fieri debuisset nemo dissen- „tiet, quarum summum fuisset in „rebus publicis mutandis, atque

„constituendis momentum. Atqui „classium centuriarumque memi- „nit; *tribuum* vero mutatarum „in iis, quae supersunt, ne men- „tio quidem. Quarum tamen mu- „tatam rationem et numerum gra- „vissima fuisse, — nemo facile ne- „gabit. Omitti igitur non pote- „rant, neque etiam longo spatio „earum mentio a classium com- „memoratione disjungi poterat ob „argumenti similitudinem. Quare „—hiatum — eam hausisse existi- „mo, praesertim cum, quorsum „numerus ille pertineat, nisi aut „ad equitum centurias, ad quas „referri eum non posse docui, aut „ad tribus, prorsus intelligi ne- „queat. Quare ego universam Ci- „ceronis sententiarum seriem ita „fere esse restituendam, certo „affirmare ausim: *Universum po- „pulum non jam ut Romulus se- „cundum gentes, sed, quoniam „earum discrimen jam paene abo- „litum videbatur, e locis in tri- „bus descripsit duodevigin- „ti. Censu maximo deinde „equitum magno numero „separato* etc.“ Quae quidem probabiliter videntur disputata. Quod vero, ut probaret, *deinde* tertio loco stare posse, laudavit Liv. III. 55. *Per interregem deinde* etc. poterat laudare Cicero- nem ipsum ad Qu. Fr. III. 8. *Quas ad te deinde litteras mittemus.* Mr.

*ex omni populi summa se- parato, reliquum populum* etc.] Ex his verbis contra Liv. I. 43. concludit Franckius l. c. p. 35. in auxilium vocato Polyb. vi. 18. equites non *pertinuisse*; ad primam classem, sed *adscriptos*

que classes, senioresque a junioribus divisit<sup>(1)</sup>, eosque ita disparavit, ut suffragia non in multitudinis, sed in locupletium potestate essent<sup>(2)</sup>: curavitque, quod semper in re publica tenendum est, ne plurimum valeant plurimi<sup>(3)</sup>.

tantum ob dignitatem fuisse, lectos ante classium descriptionem, classes vero ipsas non nisi ad pedites pertinuisse. *Mr.*

*in quinque classes*] Non contradicunt sibi invicem Livius I. 43. Dionysius iv. 16 — 18. p. 676 — 682. vii. 59. p. 1449 — 1452. qui *sex classes* esse institutas civium narrant, et Cicero h. l. Salust. de ord. rep. II. §. ipse Livius III. 30. aliique, qui *quinque* tantum nominant. Extrema enim classis ab his est ommissa, cum neque tributa penderet, neque militaret, et unâ tantum centuriâ contineretur. Haec Franckius l. c. p. 42. Idem p. 49. pro *eosque ita disparavit* legendum censet *et asque ita disparavit*: et ad verba *ne plurimum valeant* ad nostrum sensum addit explicationem: *adhuc, ni fallor. Mr.*

(1) *Juniores* appellavit Servius ab anno xvii usque ad xlvi; supraque eum annum *seniores*, ut ait Tubero. apud Gellium x. 28.

*disparavit.*] Est Graecum *διέτενε*, i. q. distinxit, sejunxit. Caesar B. G. vii. 28. Plaut. Rud. Prolog. v. 10. *Cr.* — Non legitur hoc verbum finitum in reliquis Ciceronis libris: semel autem *disparatus*, adjectivi vi, de Invent. I. 28. 42. *Contrarium est, quod etc. Disparat ut autem est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, hoc modo: sapere et non sapere.* Qui verbi sensus, ut vides, alius est, quam nostro loco. *Mr.*

(2) Rationem rei reddit Paulus apud Gellium xvi. 10: *quoniam res pecuniaeque familiaris obsidis vicem pignorisque esse apud*

*remp. videtur.* Quin adeo gravior obaerati remp. gerere lege vetabantur, quia nimirum, ut ait Ambrosianus interpres prol. ad or. de aer. al. Mil. *magno aere alieno defaenerati praedae videbantur habituri esse remp.* Confer Cic. Philipp. II. 2, et Suidam voc. *ἐνδεξις*.

*curavitque — ne plurimum valeant plurimi.*] Noli corrigere *valeret*, quia praecedit *curavitque*: loquitur enim de consilio, quod effectum habuit permanentem. Neque tamen absone iſa explicari potest Praesens tempus, ut scriptum esse censeas, quasi diceret: *curavitque, quod semper in re publica tenendum est: tenendum enim, i. e. h. l. cavendum, ne plurimum valeant plurimi: idque optime ea, quam inuit, ratione, prohibuit.* Conf. Ruddimannus Inst. Liag. Lat. II. p. 351. *Tenere pro impedire* dixit noster in Epp. ad Fam. vii. 1. *si te dolor aliqui — tenit quo minus ad ludos venires. Mr.*

(3) Locum hunc prae oculis habuisse videtur Ampelius cap. penult. ubi ait, curatum a Servio rege, *ut optimus et locupletissimus quisque in suffragiis, id est in populo Romano, plurimum valeret.* Id autem sequebatur e praedicta classium descriptione, quoniam prima classis majorem numerum centuriarum habebat, quam reliquae omnes simul. Valebant autem non singulorum sed centuriarum suffragia in comitiis; et quidem primae classis centuriae priore loco suffragia quam ferrent, rem per se ipsae saepe

P. 108. Quae | descriptio (a) si esset ignota vobis, expli- P. 175.  
 caretur a me. Nunc rationem videtis esse talem,  
 ut equitum centuriae cum sex suffragiis (b) (1),  
 et prima classis, addita centuria, quae ad sum-  
 mum usum urbis fabris tignariis est data,  
 LXXXVIII (c) centurias habeat: quibus ex cen-  
 tum quattuor centuriis (d), (tot enim reliquae  
 sunt,) octo solae si accesserunt, confecta est

(a) Ita Cod. [*descriptio*]. (b) Ita Cod. 2. manu; at 1. equi-  
 tum certamine et suffragiis. (c) Ita Cod. 2. manu; at 1. tan-  
 tummodo VIII. (d) Ita Cod. 2. [*cent. quattuor centuriis*] manu,  
 at 1. manu VIII centurias; tot enim reliquae sunt, sine illis ver-  
 bis habeat quibus ex cent. quattuor centuriis. Totum hunc vexa-  
 tissimum locum ill. Niebuhrius sic esse persanandum docte arbi-  
 tratur: „ut equitum centuriae cum sex suffragiis, et prima clas-  
 „sis, addita centuria, quae ad summum usum urbis fabris tigna-  
 „riis est data, LXXXVII centurias habeant: quibus XII centuriae,  
 „tot enim reliquae sunt equitum, solae si accesserunt etc.“  
 Sic licet erunt tunc 10 centuriae, oppositae reliquae multitudini XVI  
 centuriarum. [Niebuhrius non scripsit *lignariis*, ut est in Ed.  
 Stuttg., sed *tignariis*, ut recte ex Ed. Romana expresserunt Edd.  
 Paris. Londin. et Steinack.; Sch. et Lehn., quorum prior nihil  
 monet, posterior Niebuhrium vituperat, quod *lignariis* scripserit,  
 nonnisi Ed. Stuttg. ad manum habuisse videntur. Mr.]

ante definiabant, quam ad cete-  
 ras deveniretur. Belle autem do-  
 cet Dionysius IV. 20. 21, hoc pa-  
 cto comitia Romana e democra-  
 ticis facta esse aristocratica.

*descriptio*] Ita scripsi cum  
 Villem. Heinr. Lehn. Steinack.  
 Solus Sch. cum A. Majo servavit  
*descriptio*, ut supra I. 46. ubi  
 vid. annot. Mr.

*Nunc rationem videtis esse  
 talem,*] De hoc loco, paene de-  
 sperato, litem ortam esse inter  
 Niebuhrium et Steinackerum,  
 eique liti se plures etiam viros  
 doctos immiscuisse, nemo est,  
 omnium, quibus quidem hae lit-  
 terae curae cordique sint, qui  
 nesciat. Nos vero, cum de ea re  
 loqui longum sit, disputationem  
 de hoc loco in Excursum rejeci-  
 mus, ad calcem operis appositum,  
 in contextu vero servavimus le-

ctionem 2. manus, quam exhibet  
 A. Majo: non quod eam prae  
 ceteris probarem, sed quod  
 nullam adhuc rationem excogita-  
 tam esse existimamus, quae nihil  
 haberet dubitationis. Mr.

(1) Festus voc. *sex* ait: *sex  
 suffragia appellantur in equitum  
 centuriis, quae sunt adjectae ei  
 numero centuriarum, quas Pri-  
 scus Tarquinius rex constituit.*  
 [Vid. cap. 20. post. med. Mr.]

*centurias habeat*] Robbins  
 cum Niebuhrio praefert *habeant*,  
 quo non opus esse contendit  
 Lehn. Sed v. Excursum. *Usum*  
 noster dixit *summum* etiam in  
 Epp. ad Famm. IX. 25. sed ibi  
*usus* est i. q. familiaritas, con-  
 suetudo. Mr.

*octo solae si accesserunt*]  
 Heinr. qui horum librorum ad-  
 huc nonnisi contextum a multis

vis populi universa; reliquaque multo maior multitudo sex et nonaginta centuriarum<sup>(1)</sup> || neque P. 93. P. 174. excluderetur suffragiis<sup>(2)</sup>, ne superbum esset, nec valeret nimis, ne esset periculosum. In quo etiam verbis ac nominibus ipsis fuit diligens; qui, cum locupletes assiduos<sup>(a)</sup> appellasset ab

(a) Ita Cod. [*adsiduos*] Charisius autem p. 58: *adsiduos quidam per d scribunt, quasi sit a sedendo figuratum, sed errant*

corruptionibus purgatum edidit, h. l. nihil plane mutavit, sed tantum iater *solae* et *si* asteriscum posuit, ut lacunae vel corruptionis signum. Franckius (cujus sententiam vid. in Exc.) malebat *acceserint*. Mr.

*sex et nonaginta centuriarum*] Vid. Liv. I. 43. cum annot. ed. Drakenb. et Savign. in Hugo. Civilist. Magaz. III. 307-317. Cr.

(1) Quo pacto 96? videtur Cicero dare secundae classi centurias 20; tertiae rursus 20; quartae item 20; quintae 30; quarum summa 90: quibus addit 6, nempe accensorum, velatorum, liticinum, cornicinum, proletariorum, et niquis scivit; de qua postrema locum Festi mox proferemus. Apud Dionysium lib. IV, 16-18 sic:

II. classis	cent.	20
fabrum	cent.	2
III. classis	cent.	20
IV. classis	cent.	20
tubicinum et cornicinum	cent.	2
V. classis	cent.	30
VI. classis	cent.	1
		95
I. classis	cent.	80
equitum	cent.	18
		193

Igitur quinque priorum classium centuriae fuerunt 192, quarum dimidia pars 96: quamobrem ad obtinenda comitia opus erat centuriis 97. Itaque si prima classis centuriarum 98 conspirasset, res erat confecta: alioqui oportebat

e sequentibus classibus tantum sumere donec centuriae 97 conspirarent. Quod si forte utrimque par numerus, nempe 96 consistere; addebatur alterutri parti classis ultima sive sexta, quae lancem inclinabat.

*neque excluderetur suffragiis,*] „*Excluderetur,* ait Lehn., quamquam praecessit *habeat*: utrumque vero tempus bene habet, ita ut etiam aut antea imperfectum *haberet* scribi potuerit a Cicero, aut hoc loco praesens.“ Videlicet ita hoc intelligendum, ut *praesens* significet, esse adhuc, quod tum institutum est; *imperfectum* vero consilium, quo institutum sit, indicet. Mr.

(2) Ciceronis locutionem imitatur Livius I. 43 de hac ipsa re loquens *neque exclusus quisquam suffragio videretur.*

*In quo etiam verbis ac nominibus ipsis fuit diligens;*] Cum alibi Cicero non dicere soleat *diligentem esse aliqua re* sed vel *alicujus rei* vel *in aliqua re*, ego conjiciebam *in verbis*: nolui tamen corrigere scriptionem codicis, quia fortasse repetere noluit *in*, cum paulo ante praecesserit *in quo*, et ablativus *verbis ac nominibus* positus esse possit pro *quod ad verba ac nomina attinet*. Qua de constructione adjectivorum multus est Ruddimanus Inst. Gr. Lat. II. p. 109-112. p. 79. Mr.

*assiduos*] Conf. praeter eos, quos ad A. Maji annot. criticam

aere dando<sup>(1)</sup>, eos, qui aut non plus mille quingentum<sup>(2)</sup> aeris, aut omnino nihil in suum censum, praeter caput, attulissent, proletarios nominavit<sup>(2)</sup>, ut ex iis quasi proles, id est P. 94. quasi progenies, civitatis | exspectari videretur. P. 175. Illarum autem sex et nonaginta centuriarum

etc. Tum Vindex p. 2318 diserte jubet scribere per duo *ss assiduos*. Tum idem Charisius: *qui asses dabant assidui dicti sunt*. Confer et Paulum in hac voce. [V. Gell. N. A. 16. 10. vel *assiduos* est ab *assidendo* in conciliabulis, idque verius. Doussa ad Plaut. Trin. 203. in Plautin. Explanatt. p. 395. Mr.] (a) Cod. 1. manu *centum*; mox videtur superaddita *D*, id est factum *quingentum*.

laudavi, Creuz. Antt. Romm. p. 96. In Bibl. Crit. Seebodii 1822. p. 1150—1152. exhibentur fragmenta ex Codice Festi Vindobonensi, (Cramer. *Hauschronik*. Hamb. 1822. p. 196-202.) ubi scribitur: *assiduos, capite census, qui nihil praeter prolem dare poterant*. Plane contra nostri loci sensum et contra usum vulgarem. Mr.

(1) Confer Cic. Top. 2. 10; Gell. xvi. 10, xix. 8; Plaut. Amph. I. 1. 14.

(2) Accuratus Paulus apud Gell. xvi. 10; *qui in plebe Romana non amplius quam mille quingentum aeris in censum deferebant, proletarii appellati sunt: qui nullo, aut perquam parvo aere censebantur, capite censi vocabantur. Proletariorum ordo honestior aliquanto et re et nomine, quam capite censorum fuit.*

*ut ex iis quasi proles, id est quasi progenies, civitatis exspectari videretur.*] Miro consilio post vocem *iis* distinctionem minorem posuit Sch. Sed de toto hoc loco adscribam, quae primo statim ejus adpectu in schedas conjeci: Admodum patientes habuit Scipio auditores, si hoc con-  
coquere et sine taedio audire po-

terant docentem, quod et parum accurate dictum est, et notissimum sine dubio erat omnibus: planeque videtur oblitus esse, quod dixit L. I. c. 24. *apud prudentes enim homines et in maxima re publica versatos cum loquar — non tanquam magister persequar omnia*. Nonne agit nostro loco putidum magistellum, cum, quod voce *caput* peritis jam satis significaverant (ut paulo ante *assiduos* uno fere verbo explicuit:) nunc balbutiens (*quasi proles, id est quasi progenies*) dilatat, idque ne accurate quidem sed, fere dixerim, inepte facit. Non enim ideo sunt *proletarii* dicti, ut v. quod ex iis proles civitatis exspectari *videretur*; quasi ab aliis civibus non (neque potior) exspectaretur proles; sed quia propaganda *tantum* alendaque prole rem publicam juvarent: qua de re accurate disputat Paulus apud Gellium N. A. xvi. 10. p. 730—733. Gronov. Meo quidem iudicio haec omnia: *ut ex iis — videretur* ut pannus interpretis, recidi merentur. Quod si cui nimium videatur, quia in voce *caput* non continetur proles, tulerim: *ut ex iis nil nisi proles exspectari videretur*. — Nunc Franckio quo-

in una centuria tum quidem plures censebantur, quam paene in prima classe tota (¹). Ita nec prohibebatur quisquam iure suffragii (²), et is (³) valebat (⁴) in suffragio plurimum, cujus plurimum intererat, esse in optimo statu civitatem (⁵). Quin

(a) Cod. iis. (b) Ita Cod. 2. manu; at 1. valebit.

que in libro, quem laudavi in Excurso, p. 50. verba *id est quasi progenies spuria* videri video. Mr.

in una centuria] Censor Jenensis C. R. TH. (1824. Supplem. 41. p. 323 sq.) legendum censet in una ultima centuria (i. e. ne reliquas memorem): quod mihi quidem satis probatur. Burchardus (cujus libellum in Excurso laudavi), vituperat Cicero-nem, quod, si in una intelligas in unaquaque, nimium dixerit: et, si sextam intelligas, *λιγνός* sit vel sermo modestiae *ὑπερβολικός*, cum quater etiam multitudine superaverit primae classis cives; quare, quod addatur *paene*, probari non posse. Quid de h. l. Franckius sentiat, in Excurso diximus. Mr.

(1) Quia nimirum in omni populo multo pauciores divites sunt egentibus aut tenuibus.

(2) Nolo hic praetermittere Festi verba: *ni quis scivit, centuria est a Servio Tullio rege constituta, in qua liceret ei suffragium ferre qui non tulisset in sua, ne quis civis suffragii jure privaretur.*

(3) Sic Flaminius, dum rem Thessalorum publicam constitueret, (Liv. xxxiv. 51.) *a censu maximo* (male in edd. *maxime*) *et senatum et judices legit*; additque alia ibidem Livius, quae cum hujus Tulliani loci sententia consentiunt; uti etiam Aristoteles reip. iv. 12.

Quin etiam *accensis, velatis, liticinibus, cornicinibus, proletariis*] Niebuhrius in libello, qui inscribitur: *Ueber die Nachricht von den Comitten der Centurien* etc. p. 7, suspicatur accensos et velatos ex proletariorum numero fuisse sumtos. In inscriptionibus, idem monet, ex imperatorum temporibus *accensus velatus* sine distinctione ut titulus vel centuriae nomen legitur. Steinack. autem (*Replik* etc. p. 14.) dicit se distinctionem inter utrumque vocabulum sublatam voluisse, id vero a correctore fuisse neglectum. Omnia loca, quibus *accensi* nominantur, qui erant in exercitu, quique item nominibus *Optionum, Adoptatorum, Adscriptivorum, Ferentatorum* appellantur, collegit Burchardus l. c. p. 60. sq. Cens. Jen. l. c. p. 322. contra Steinack. recte monet, non debuisse eum irasci correctori, quod distinctionem non sustulerit, quae si absit seriore tempore, id factum esse ut in trita illa senatus allocutione *Patres conscripti. Accensos* idem monet Livio teste ex quinta classe fuisse sumtos. De *accensis* vid. Creuz. Antt. Romm. p. 95. De *velatis* Festus in *velati* et *adscriptitii*, velatos esse dictos ait, quia vestiti inermes exercitum sequebantur. Mr. — Fabretto Inscriptt. antiqq. c. 6. p. 433. sunt *velati*, qui sacra ministeria obibant, ideoque honesto loco habiti. Vid. Facciol. in v. *velati*. Cr.

etiam accensis, velatis, liticinibus, cornicini-  
bus (a), proletariis || . . . (1)

Desiderantur  
paginae qua-  
tuor.

XXIII. Statu esse optumo constitutam rem publi- P. 176.  
cam, quae ex tribus generibus illis, regali et optimati et  
populari confusa modice, nec puniendo irritet animum  
immanem ac ferum (2).

(a) Cod. *liticinibus*; tum *litici* videtur deletum, et certe super-  
positum est *cornici*. Mihi utrumque vocabulum retinendum vide-  
batur. De *liticinibus* Gell. xx. 2.

(1) In lacuna periit reliqua  
census descriptio: tum aliae for-  
tasse res a Servio gestae, et apud  
historicos celebratae; nempe quod  
urbis moenia pomœriumque pro-  
tulerit, aggerem fossamque fecerit,  
Quirinalem Viminalem et  
Esquilinum incluserit, Dianae  
aedem in Aventino struxerit  
(aedem item Fortunae Liv.  
x. 46.) aes primus Romanorum  
regum signaverit, mensuras et  
pondera constituerit. Quibus nar-  
ratis videtur Cicero instituisse  
comparationem Romanae reip.  
cum Lacedaemonia et cum Kartha-  
giniensi.

*Statu esse optimo*] Hoc frag-  
mentum omittunt Heinec. Steinack.  
et Sch. Duo priores etiam verba  
*quinque et*, quae Sch. exhibet ut  
partem contextus Ciceroniani.  
Quod vero omisit in his libris  
Sch. fragmenta prius aliunde  
nota, id ideo fecit, quod ea jam  
exhibuit in ea Opp. Cic. parte,  
quae fragmenta continet, quae  
est xv. 2. proditque jam a.  
MDCCXVII, ut jam supra monui-  
mus. Mr.

*optimati*] Neutro genere hoc  
adjectivum alibi non legi vide-  
tur: semel feminino, sed plurali  
numero (ut plerumque de viris  
usurpatur, qui sunt procures ci-  
vitatibus) in loco Ennii, quem lau-  
dat noster Epp. ad Fam. vii. 6.  
*arcem altam habebant matronae  
opulentae, optimates.* Mr.

*confusa modice*] *Confusa* est  
i. q. *permixta*, quod illi noster,  
si hunc sensum habet, adungere  
solet: v. c. Crat. 57. 195. *Ego  
autem sentio, omnes in oratione  
esse quasi permixtos et con-  
fusus pedes.* Ceterum hic locus  
in Ed. Nonii Aldina (1513. ad cal-  
cem Nic. Perotti Corn. Cop.) in-  
cipit; *Statue, esse optime  
constitutam rem publicam* etc.;  
pro *puniendo* perperam habet  
*punienda*. Si quid in fragmentis  
eiusmodi hariolari liceret, ego in  
fine conjicerem esse scribendum:  
*nec puniendo irritet animum,  
immanemque ac ferum red-  
dat.* Haec postquam dudum scrip-  
seram, inspexi editiones, in qui-  
bus expressa exhibentur fragmenta  
pridem cognita: ibi vero hoc frag-  
mentum ita editum est: *Statuo  
esse optime constitutam rem  
publicam, quae ex tribus gene-  
ribus illis, regali, optimo, et  
populari confusa modice nec puni-  
endo irritet animum immanem  
ac ferum, nec omnia prae-  
termittendo, licentia ci-  
ves deteriores reddat.* Et  
sic jam a Patricio constitutus est  
locus. Lambinus vero ex Nonii  
Codd. correxit *optimati*, ut A.  
Majus exhibet, pro *optimo*. Mr.

(2) Locum a Nonio sumo, qui  
voc. *modicum* citat eum e II. de  
rep. Videtur autem ad hanc sedem  
quadrare, in qua sermo est de tri-  
plici politicae generis. Quamquam



. . . . *quinque et* <sup>(1)</sup> sexaginta annis antiquior, P. 45.  
 quod erat xxxviii <sup>(2)</sup> ante primam Olympiadem  
 condita. Et antiquissimus ille Lycurgus eadem  
 P. 177. vidit fere <sup>(3)</sup>. Itaque ista aequabilitas atque hoc  
 triplex rerum publicarum genus videtur mihi  
 commune nobis cum illis populis fuisse <sup>(4)</sup>.

et alibi non absurde poni posse videtur. De laudabili principis clementia Cassiodorus var. I. 30.

(1) Quoniam hic sine dubio comparatur Karthaginis aetas cum Romae aetate, diciturque Karthago antiquior quam Roma, ausus sum addere *quinque* ad *sexaginta*. Quum enim supra Cicero dixerit Romam conditam anno secundo Olympiadis septimae, id est anno sexto et vigesimo post coeptas Olympiadas; haec autem dicat Karthaginem conditam anno nono et trigesimo ante primam Olympiadem; sequitur, ut Karthago quinque et sexaginta annis sit Roma antiquior. Utor autem locuplete sententiae auctore Vellejo I. 6: *ante annos quinque et sexaginta quam urbs Romana conderetur, ab Elissa Tyria, quam quidam Dido autumant, Karthago conditur.* (Orosius IV. 6. scribit lxxii pro lxxv. Servius Aen. I. 12. dicit lxx.) Neque fere nisi paucis fortasse annis ab hac sententia recedunt scriptores prisci, qui Karthaginis seu nascentis sui extinctae tempora notaverunt. Lege Appianum Pun. cxxxii; Vellejum I. 12; Hieronymum chron. lib. II; Eutropium IV. 5; Orosium IV. 6. 23; Suidam voc. *Ἀρχαιός* et *Καρχηδών*. Horum sententiae eo fere recidunt, ut Karthago annos prope septingentos vixerit. Cicero pro Flac. xxvi observat, sua aetate Lacedaemonios quoque septingentesimo jam amplius anno iisdem legibus vivere. Peccat tamen in oratione pro Flacco Tullius, siquidem vera narrat de rep.

II. 10; scribendum est enim *ccccxxx*.

*antiquior,*] Nimirum condita Karthago secundum Velleji rationem Olymp. Iphiti xvii. 2. ante Chr. n. 819. Vid. Larcheri Chronolog. p. 592. qui et ipse Velleji locum laudat. Cr.

(2) Apud Dionysium I. 74 Timaeus Romam conditam dicit eodem tempore, quo Karthago, nempe anno, ut ipse putat, xxxviii ante primam Olympiadem, *οὐδὲν καὶ τριακοστῷ πρότερον ἢ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος*. Id vero notare non fuit inutile, propterea quod Cicero scribit xxxviii, et aliter sentit de duarum urbium aetate.

(3) Comparat Cicero Romana instituta cum Laconicis. Vix autem dubito, quin, quidquid hac super re scripsit Cicero, id fere e Polybio VI. 43. seqq. hauserit, qui Romanam remp. accurate prolixèque cum Laconica et cum Punica confert. Athenaeus quoque VI. 21 ait, Romanos a Lacedaemoniis mutatos esse politicam disciplinam, quam et his ipsis melius retinuerint. Instituta Laconica fuisse admixta Romanae reip. observat Plutarchus in Numa cap. II, itemque Dionysius II. 23. Fuit Numa Sabinus, Sabini autem Laconum colonia, et quidem Lycurgi tempore deducta, ut ait Dionysius II. 49.

*ista aequabilitas*] Vid. quae annotavimus supra ad I. 27. ad v. *tamen ipsa aequabilitas.* Cr.

(4) Spartae statum civilem rege gemino, delectis proceribus, et

Sed quod proprium sit in nostra re publica, quo nihil possit esse praeclarior, id persequar, si potero, subtilius; quod erit eius | modi, nihil ut tale ulla in re publica reperiat. Haec enim, quae adhuc exposui, ita mixta fuerunt et in hac civitate et in Lacedaemoniorum et in Karthaginiensium, ut temperata nullo fuerint modo<sup>(1)</sup>. Nam in qua re publica est unus aliquis perpe-

P. 178.

potestate populari fuisse mixtum, nemo ignorat. Ad Poenos quod adinet, Cato apud Servium Aen. iv. 682. ait, *de tribus partibus politicae, populi, optimatum, regiae potestatis, ordinatam fuisse Karthaginem*. Ad confirmandam Romanae reip. et Karthaginiensis similitudinem valet etiam, quod Aristoteles reip. II. 11 Laconica instituta cum Punicis conspirare ait: quum autem constet Romana Laconicis saepe fuisse similia, sequitur, ut aequae fere ad Punica accesserint.

*Sed quod proprium sit*] Conf. Cic. de Fin. III. 17. 58. *Quod autem ratione actum sit, id officium appellamus*: vid. Goerenz. ibid. ad III. 20. 65. p. 395. Cr. — Videlicet ejusmodi conjunctivo, qui ibi est, Goerenzii aliorum fere sententiam, quam nostram fecimus, indicari monet. Sed nostri loci paulo alia videtur ratio, construendumque: *id persequar, si poterò, subtilius, quod (quodnam) proprium sit in nostra re publica*: quasi dicat: *accuratius, si fieri poterit, exponam, quidnam sit illud in re publica nostra, quod nobis sit proprium, quoque nihil possit esse praeclarior*. Ut hic dicit *subtilius persequar*, de Divin. I. 24. 49. dixit *diligentissime res Hannibalis persequutus est*: sed *subtiliter persequi* scripsit de Orat. I. 21. 98. Mr.

*mixta—temperata*] Quae hoc

loco distinguuntur et quasi sibi invicem opponuntur, alibi jungere solet noster: v. c. de Off. III. 33. 119. *Nec vero finis bonorum, qui simplex esse debet, ex dissimilibus rebus misceri et temperari potest*. Mr.

(1) En subtilis, sed verissima, quam Cicero facit, distinctio reip. mixtae a temperata. Suum hunc de rep. locum memorat Cicero Leg. III. 5. Eximia vero laude Romanam remp. mactat auctor, dum eam Laconicae Punicaeque contendendo praefert, quas duas ait omnium praestantissimas Isocrates in Nicocle p. 39. Quin Varro apud Servium Aen. vii. 176 docet, mores partium habuisse Romanos etiam a Cretensium re publica, quam Aristoteles reip. II. 9. 10. et Plato in fine Minois, valde extollunt, et cum Laconica consentire demonstrant.

*Nam in qua re publica etc.*] Conf. infra II. 28. Quod si h. l. Cicero Lacedaemoniorum rei publicae constitutionem *regnum* vocat, eamque regno Romano comparat, *primum* illud est reputandum, Pompejanorum fuisse partium Ciceronem, optimatum auctoritati faventem, qui unius imperio essent inimicissimi, quorum quippe intererat, ut res publica esset in potestate procerum: eum igitur, ut Livium, regale imperium si minus ut tyrannidem, certe ut dominatum describere: *deinde* quod fuerint duo Spartae reges.

tua potestate (<sup>1</sup>), praesertim regia, quamvis in ea sit et senatus, (ut tum fuit (<sup>a</sup>) Romae, cum erant reges, ut Spartaе Lycurgi legibus,) et ut (<sup>b</sup>) sit aliquod etiam populi<sup>2</sup> || ius, ut fuit <sup>Q. XVIIII.</sup> P. 145.

apud nostros reges; tamen illud excellit regium nomen, neque potest eiusmodi res publica non regnum et esse et vocari (<sup>2</sup>). Ea autem forma

(a) Cod. *fuit et*; sed *et* postea ibidem expunctum. (b) Ita Cod. 2. manu; at 1. *ut et*.

ipsam Lacedaemoniorum rem publicam eam ob causam *regnum* a Cicerone appellari, quam veteres (quae est sententia Jo. Mülleri Allg. Gesch. I. p. 58.) fere omnes δημοκρατίαν fuisse censuerint: *denique* Ciceronem h. l. ad speciem tantum externam iudicare; aliter vero plane rem apparere, si vetera illa instituta Dorica accuratius explores, Spartanorumque leges vitamque civilem spectes: manifestum inde erit, Ciceronis hac de re sententiam non satis esse circumspectam. Vide modo Isocr. Panegy. 16. Aristot. Politicorr. iv. 1. p. 138. Schneider; in primis vero Isocrat. Areopagit. c. 24. p. 150. ed. Goray: *Οἶδα μὲν γὰρ, τοὺς τε προγόνους τοὺς ἡμετέρους ταύτῃ τῇ καταστάσει πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκόντας, καὶ Λακεδαιμονίους διὰ τοῦτο κάλλιστα πολιτευομένους, ὅτι μάλιστα δημοκρατούμενοι τυγχάνουσιν. Ἐν γὰρ τῇ τῶν ἀρχῶν αἰρέσει καὶ τῷ βίῳ τῷ καθ' ἡμέραν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασιν ἴσοιμεν ἂν παρ' αὐτοῖς τὰς ἰσότηρας καὶ τὰς ὁμοιώτηρας μᾶλλον ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἰσχνούσας, οἷς αἱ μὲν ὀλιγαρχίαι πολεμοῦσιν, οἱ δὲ καλῶς δημοκρατούμενοι χρώμενοι διατελοῦσιν.* De Lacedaemoniorum re publica vid. etiam disputantem C. O. Müllerum Gesch. Hellen. Stämme u. Städte III. p.

75. sqq. Cr. — Ita etiam Bodinus de Rep. p. 235. Rei publicae, ait, Spartanorum majestas penes fuit populum, qui senatus decreta confirmare posset. Mr.

(1) Pergit sensum Cicero ad dicendum de Romanorum rep. libera: nam libertatis prope fundamentum est, ne magistratus aliquis perpetua potestate sit, sed ut invicem imperent atque obediunt, ut ait Aristoteles reip. vi. 2: *ἐλευθερίας ἐν μὲν, τὸ ἐν μέρει ἀρχεσθαι καὶ ἀρχεῖν.* Quaestionem versat idem lib. iv. 15.

*ut tum — legibus.*] Haec, ut structura loci magis appareat, parenthesesos signis circumscripsimus. In seqq. Steinack. scripsit *et sit aliquod etiam populi jus*, omisso *ut*, quod servarunt reliqui. Rationem non addidit: sed ea fuit, ut opinor, ut jungas: *quamvis in ea sit senatus — et (quamvis) sit aliquod etiam populi jus*. Quod si voluit, ipsam Codicis scripturam melius servavisset. Posuit enim Cicero post parentheses, ne eandem particulam (*quamvis*) iteraret, neve omissa ea perspicuitati nonnihil officeret, particulam *ut* eodem, quo *quamvis*, sensu, quod saepe fecit: vide modo de Divin. II. 35. 71. *etenim ut sint auspicia, quae nulla sunt; haec certe, quibus utimur, simulacra sunt auspiciorum.* Mr.

(2) Stobaeus tamen Serm. xli.

civitatis mutabilis maxime est hanc ob causam, quod unius vitio praecipitata in perniciosissimam partem facillime decedit. Nam ipsum regale genus civitatis non modo non est reprehendendum, sed haud scio an reliquis | simplicibus longe anteponendum (<sup>1</sup>), (si ullum probarem <sup>P. 179.</sup> simplex rei publicae genus;) sed ita, quoad (<sup>a</sup>)

(a) Ita 2. manu; at 1. hoc ad.

p. 267 docet, Laconicam quoque remp. satis fuisse temperatam: regibus enim erant oppositi ephori; his senatores; medii autem erant illi, qui hippagretae et cori dicebantur, qui in quamlibet partem imperium vergeret, ad contrariam sese adjucebant. [De rei Spartanorum publicae forma vid. Platon. de Legg. III. 691 sq. p. 309. sq. Bekk. et praecipue IV. 712. p. 347 sq. Bekk. quem locum hic Tullius fortasse ante oculos habuit. Conf. etiam Isocratem in Areop. cap. 24. p. 150. Corayi, qui orator, contra atque Cicero, in *ἰσοκρατίας* numerat; quocum facit Io. Müller in *Allgem. Gesch.* I. p. 50. Caeterum adde nostrum infra II. 28. p. 186. Cr.]

*in perniciosissimam partem — decedit*] Similiter locutus est ad Fam. II. 10. *abduxi ad infestissimam — partem.* Mr.

*non modo non*] Vid. quae supra annotavimus ad II. 15. ad v. *non solum facta esse, sed* etc. ubi monui, scribi *non modo non*, si sequatur sententia affirmans. Cui regulae ne quis locum opponat nostrum, quia sequitur negatio in verbis *sed haud*: est enim *haud scio* an affirmans loquendi formula pro *utique, fortasse*. Ad verba *haud scio an* vid. Goerenz. ad Acadd. II. 40. p. 228. Beier. ad Cic. de Off. I. 11. p. 79. et p. 335. sqq. nos ad Cic. de N. D. I. 2. 4. p. 7. ed. min. ubi Schup-

pil libello ibid. laudato adde A. G. Gernhard. *Ueber nescio an od. haud scio an* in Seebodii libro menstruo qui inscribitur Archiv f. Philol. u. Paedag. I. 1. p. 104 — 110. (Helmst. 1824. 8.)

Mr. *longe anteponendum*,] Tuscc. v. 5. 12. *cujus ego iudicium — longe antepono tuo.* In seqq. mutanda fuit distinguendi ratio A. Maji, quam nihil fere corrigentes servarunt Edd. Erat semicolon post *anteponendum*; aberant parentheseos signa; erat plena distinctio post *genus*, colon post *retinet*. Nostro certe modo si legas, structura et sensus videtur expeditior. Mr.

(1) Notabile Ciceronis dictum de monarchiae praestantia! quam in sententiam plerique seu veteres seu recentiores politici pedibus eunt. Ceterum et in regni bonis et in ejusdem abusibus edisserendis imitatur Cicero tertium Platonis de legibus librum.

*si ullum probarem* etc.] Vid. qua in hanc rem disputavit supra I. 28. sqq. et c. 29. extr.: *Itaque quartum quoddam genus rei publicae maxime probandam esse censeo, quod est ex his, quae prima dixi, moderatum et permixtum tribus.* Mr.

*quoad statum suum retinet.*] Supra I. 26. extr. dixit *posse videtur aliquo esse non incerto statu.* Ad seq. *omnique sapientia*, cum non commode ad ea quoque tra-

statum suum retinet. Is est (<sup>a</sup>) autem status, ut unius perpetua potestate et iustitia omnique (<sup>b</sup>) sapientia regatur salus et aequabilitas et otium civium. Desunt omnino ei populo multa, qui (<sup>c</sup>) sub rege est, in primisque libertas; quae non in eo est, ut iusto utamur domino, sed (<sup>d</sup>) ut nul || lo . . . . (<sup>1</sup>)

Desiderantur  
paginae duae.

P. 15.

XXIII. . . . . ferebant. Etenim illi iniusto domino (<sup>e</sup>) atque acerbo aliquamdiu in rebus gerundis prospere fortuna comitata est. Nam et omne Latium bello devicit, et Suessam Pometiam, urbem opulentam refertamque, ce-

(a) Cod. 1. manu *isset*; tum 2. manu expuncta prior *s*, addita alia *s* ante *t*. Atqui nullum erat erratum praeter metathesim. (b) Ita 2. manu; at 1. *omneque*. (c) Qui additur 2. manu. (d) Ita Cod. etsi paulo ante *sed*. (e) Cod. *dominato*; tum expunctae litterae *at*.

hatur unius, ut ad *perpetua potestate* et ad *justitia* (quis enim ita pergat *omnique unius sapientia?*), cumque a prima manu scriptum fuerit *omneque*, suspicor *omninoque sapientia* i. e. ut omnes boni principis virtutes uno vocabulo complectar. Eo sensu ponitur *omnino* de Invent. II. 53. 161. *vis et injuria et omnino omne, quod obfuturum est*. Mr.

*otium civium*.] Eodem sensu *otium* posuit supra I. 34. *permissio otio suo, quibus id tuendum est*. Mr.

(1) Utrum ad superiorem, an ad praesentem, pertineat lacunam Servii caedes, haud liquido constat: malim tamen id facinus in praesente collocare, quoniam huc usque sermo fuit de civitatum institutis variaeque politia; quod argumentum apte connectitur cum Servii praedicto censu et descriptione civili. In hac ergo breviori lacuna transitum Romanae civitatis narravit Cicero a iusto rege ad Tarquinium tyrannum.

*illi iniusto domino — fortuna comitata est.*] Ita in nonnunquam construi *comitari* ut *comitem esse alicui*: v. c. Tusca. v. 35. 100. *ceteraque, quae comitantur huic vitae*. Quod scribitur *prospere fortuna comitata est*, parum placet; malim *prospera fortuna comitata est*. Codicis lectio ita sonat, quasi in Epp. ad Att. ix. 7. *prc: non jam id ago, — ut prosperos exitus consequar*, aliquis scribi vellet: *ut prospere exitum consequar*. Neque, ut opinor, aliquis patrocinabitur illi descriptioni laudato Brut. 69. 243. *ille omni jam fortuna prospere functus: cujus loci plane alia, quam nostri, est ratio*. Mr.

*urbem opulentam refertamque.*] Habet quidem *refertus* pleurumque ablativum vel genitivum objecti; sed etiam absolute ponitur, ut h. l. v. c. de Orat. I. 35. 161. *tamquam in aliquam locupletem ac refertam domum venirem*. Or. pro Muren. 9. 20.

pit<sup>(1)</sup>, et maxima auri argentique praeda locupletatus votum patris<sup>(2)</sup> Capitolii aedificatione persolvit<sup>(3)</sup>, et colonias deduxit<sup>(4)</sup>, et institutis eorum, a quibus ortus erat, | dona magna, quasi libamenta praedarum, Delphos ad Apollinem misit.

XXV. Hic ille iam vertetur orbis, cuius naturalem motum atque<sup>(a)</sup> circuitum<sup>(b)</sup> a primo

(a) Ita Cod. etsi paulo ante atque.

*Asiam istam refertam et eandem delicatam - obiit. Mr.*

(1) Dionysius iv. 50; Livius I. 53; Florus I. 7; Victor cap. viii; Eutropius I. 7.

*votum - persolvit,]* Quamquam Cicero alibi non dixisse videtur *votum persolvere*, quod est in Oratiōe spuria de Harusp. Resp. 13, 28. Plin. Epp. x. 101. Propert. II. 25. 23, sed *solvere, reddere* (Philipp. III. 4. extr. de Legg. II. 9. 22.); optime tamen se habet h. l. *persolvit votum*: cujus enim *solvendi* initium fecerat pater, jactis Capitolii fundamentis (vid. supra II. 21. ibiq. A. Maj. et nos:), id *persolvit* filius. Dicitur plane eadem differentia *ferre* et *perferre legem*: quibus de locutionibus dicemus ad II. 31. *Mr.*

(2) Sive potius avi. Recole cap. xxi. p. 170. n. 3.

(3) Tacitus Hist. III. 72. alii-que passim historici.

(4) Signiam et Circejos. Dionysius iv. 63; Livius I. 56.

*institutis eorum,]* i. e. ad consuetudinem, ex more eorum. Dixit Brut. 59. 23. *patrio instituto*. Vocem *libamenta* excusat addito *quasi*, quia ea improprie, ut dicunt, utitur. Proprie ea semel usus est de Legg. II. 12. 29. *ut sacrificiorum libamenta serventur*: ubi vid. Turneb. Ed. nostr. et Cr. p. 644. *Mr.*

*Hic ille jam vertetur orbis,]* Similiter locutus est ad Att. II. 9. *minore sonitu, quam putaram, orbis hic in re publica (al. rei publicae) est conversus: et Or. pro Planc. 38, 93. Stare - debemus, tanquam in orbe aliquo rei publicae, qui quoniam versatur, eam deligere partem, ad quam nos illius utilitas salaque converterit. Mr.*

(5) Naturalem quandam esse rerum publicarum conversionem atque periodum contendit Plato reip. viii. p. 546, a quo se hanc sententiam mutuari fatetur Tullius de Divin. II. 2: *a Platone philosophiaque didiceram, naturales esse quasdam conversiones rerum publicarum, ut eae tum a principibus tenerentur, tum a populis, aliquando a singulis*. Verumtamen ea sententia Platonis minime placet Aristoteli reip. v. 12, qui et universam Platonis remp. legesque graviter accusat reip. II. 1. 2; nec non politicus Graecus Vaticanus. Sed enim Ciceronis quoque resp. vituperata fuit a Didymo, contra quem scripsit pro Cicerone Suetonius, ut diximus in praefatione.

*a primo discite agnoscere.]* Nihil monent nec movent Sch. St. et Lehn. Locus vero, ut hic scribitur, jam A. Majo displicuit, cujus conjectura *discite atque cognoscite* commendatur locis,

discite agnoscere (a). Id enim est caput civilis prudentiae, in qua omnis haec nostra versatur oratio, videre itinera flexusque rerum publicarum, ut, cum sciatis, quo quaeque res inclinet, retinere, aut ante possitis || occurrere (1). Nam P. 181. rex ille, de quo loquor, primum optimi regis caede maculatus, integra menta non erat, et cum metueret ipse poenam sceleris sui summam (b), metui se volebat (2). Deinde, victoriis divitiis-

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *adque cognoscere*. Quamquam reapse non *ad sed que et co* litterae tantum videntur deletae. Addita est tamen *a* ante *agnoscere*. Sed scribendum videtur *atque cognoscite*. (b) Vocabulo *a metueret* ad *metui* posteriore manu supplentur.

qualis est ad Att. v. 4. *perfice et cognosce rationem*, ubi sunt qui legant *perspice et cognosce rationem*. Sed mihi etiam parum probatur illud *a primo*, quod melius scriberetur *a principio*. Facile autem A PRIO et A PRIO potuerunt permutari, quorum illud legendum *a principio*, hoc *a primo*. Conjeceram etiam *discite ac noscite*. Ita verbum *discere* cum simili conjungit ad Fam. III. 5. *animadverti enim et didici ex tuis litteris*. Neque nunc me hujus suspicionis poenitet, postquam legi Heinrichii emendationem paulo audaciorum: *cujus — circuitum operae pretium est discere atque cognoscere*. Mr.

*civilis prudentiae*] Huc facit locus Partitt. Oratt. 22. 76. *Prudentia in suis rebus, domestica; in publicis, civilis appellari solet*. Mr.

*rerum publicarum*] Male vertit Villem. *des etats*, male item Pierr. *der Staatensysteme*; melius Kobbius *der Staatsgeschäfte*: sed vertendum fuit: *der öffentlichen Angelegenheiten*. — Quod h. l. dicit translate *itinera flexusque*, similiter dixit proprie ad

Att. xvi. *ad pontem — in quo flexus est ad iter Arpinas*. Mr.

(1) Sic omnino loquitur Aristoteles reip. v. 9. De rerum commutationibus accurate agit idem Aristoteles praedicto libro cap. 1. seqq; deque iisdem peculiare opus conscripserat Theophrastus.

*integra mente*] Alio sensu dixit de Sen. 20. 72. *integra mente ceterisque sensibus*: ut Horat. Od. I. 31. 18: *simili nostro Or. pro Sulla 31. 86. vos, dū, — testor, integro me animo — P. Sullae causam defendere*. Mr.

*Metui se volebat*] Noli delere *se*: amat enim Cicero eam constructionem, ut est notissimum illud Or. Catil. I. 2. 4. *Cupio, patres conscripti, me esse clementem*. Ita saepius legis, *volo me, mavult se, studeo me* seq. Infinit. infra III. 17. extr. est: *quis tandem erit tam demens, qui dubitet, atrum se esse malit?* Qua de re locutus est Ruddimannus Inst. Gr. Lat. II. p. 233: plura autem exempla collegit Beier. ad Cic. de Off. I. 19. 65. p. 151. Mr.

(2) Lege Dionysium IV. 41, et Eusebium chron. lib. II.

que subnixus, exultabat insolentia, neque suos mores regere poterat <sup>(1)</sup>, neque suorum libidines <sup>(2)</sup>. Itaque cum maior <sup>(a)</sup> eius filius <sup>(3)</sup> Lucretiae, Tricipitini filiae, Collatini uxori, P. 156. vim <sup>(b)</sup> attulisset, mulierque pudens et nobilis ob illam iniuriam sese <sup>(c)</sup> ipsa morte multavisset, tum vir ingenio et virtute praestans, L. Brutus, depulit a civibus suis iniustum illud durae servitutis iugum; qui, cum privatus esset, totam rem publicam sustinuit, primusque in hac civitate docuit, in conservanda civium libertate esse privatum neminem <sup>(4)</sup>.

(a) Post *major* ponitur in codice punctum crassum recurvum supra versum, scilicet ne legatur *maiore jus*. (b) Ita Cod. 2. manu; at 1. *uxorium*. Confirmat lectionem suam Cicero *Fin. II. 20: stuprata per vim Lucretia a regis filio*. (c) Cod. *esse*; vitiosa metathesi, quae correctae deinde fuit, expuncta priore s, aliâque superaddita.

(1) Impuros Superbi mores narrat Theophilus ad Autolyc. III. 27.

(2) Cicero de *Fin. III. 22: Tarchinius nec se nec suos regere potuit*.

(3) Ita etiam Dionysius *rv. 64 Σέκτος ὁ προσβύρατος τῶν Ταρκυνίων παιδῶν*. Vix ergo audiendus Ovidius *Fast. II. 691* a quo dicitur trium filiorum minimus. Ovidium tamen sequitur *Eutropius I. 7*.

*multavisset*] Contra librorum veterum et lapidum auctoritatem Villem. scripsit *multavisset*. Vid. *Cellar. Orthogr. I. p. 202*. Aldi *Manutii Orthogr. p. 62, coll. p. 27. Mr.*

*depulit — durae servitutis jugum*] In *Philipp. I. 2. 6*. dixit *jugum servile dejicere*. — Locutionem *totam rem publicam sustinuit* imitatus est, quales imitationes non semel notavimus, scriptor *Or. pro domo. 56. 142. universam rem publicam — solis vestris cervicibus sustinetis*:

sed magis etiam imitatus esse haec dici potest ex *Or. pro Sext. 66. 138. qui — suis cervicibus — rem publicam sustinent*. In simili re ut nostro loco *depellendi* verbo usus est in *Catil. III. 7. 17. non facile hanc tantam molem mali a cervicibus vestris depulisse m. Mr.*

(4) Cicero ad *Fam. xi. 7* juniori Bruto, qui Caesarem percussit, scribens, rursus hanc immanem injustamque sententiam prae se fert: *nullo publico, inquit, consilio remp. liberasti; quo etiam est res illa major et clarior*. Confer etiam de *Off. III. 4. 19*. Tum *Tusc. xv. 23* de *Nasica* loquens, qui *Gracchum sine publica auctoritate interemit, ait, numquam privatum esse sapientem*; *Stoice id quidem Cicero, vel potius quia memor fortasse erat priscae legis Publicolae, qua cautum fuerat, ut, qui tyrannidem affectaret, is indicta causa a quovis necaretur*. *Plut. in Publico. xii*. Ceterum ipse Cicero



P. 182. „Quo auctore et principe concitata civitas, (1)“ P. 245.

et hac recenti que || rela (a) Lucretiae patris ac propinquorum, et recordatione superbiae Tarquinii multarumque iniuriarum et ipsius et filiorum, exulem et regem ipsum et liberos eius et gentem Tarquiniorum esse iussit.

(a) *Querella* [ita Cod.] cum duplici l constanter prope scribitur in antiquis seu codicibus seu etiam lapidibus. Attamen geminari hoc in vocabulo l vetat Caper et Scaurus p. 2241, 2249; quorum grammaticorum praeceptum prae tot contrariis exemplis vix audiendum videtur: quum praesertim Papirianus p. 2290 paulo recentiorem consuetudinem scribendi id vocabulum per duas l testetur. Scripturam *querella* retinet lingua Hispanica, ut alias bene multas vetustae latinitatis reliquias. [Scribitur etiam *assiduas jacit ore querellas* in Cod. Gymn. Ulm. in loco Cic. de Divin. I. 8. 14. Mr.]

conjuratōnis in Caesarem non fuit particeps. Plut. in Cicer. XLII, Cic. ad Fam. XII. 3. 4. Dantis quoque poëtae iudicio (inf. xxxiv) nemo nescit Brutum Cassiumque poenas in tartaro maximas luere, quidquid ibi interpres Landinus circa poëtae mentem cavillettur. Sed quid est quod idem poëta dicit: *et P' altro è Cassio che par sì membruto?* quum e Plutarcho Caes. cap. LXII, et Anton. XI, Cassii potius gracilitas innotescat: quippe qui dicitur pallidus et macilentus *ὄψος καὶ λεπρός*. Videtur mihi Dantes deceptus fuisse Ciceronis verbis in Catil. III. 7, *nec L. Cassii adipem pertimescendum*, ubi sermo est non de hoc C. Cassio percussore Caesaris, sed de L. Cassio qui cum Catilina conjuravit. Jamvero Tullii Catilinariae cum paucis aliis ejusdem orationibus aetate Dantis regnabant in scholis; Graecum autem Plutarchi textum Danti haud innotuisse ii certe non mirabuntur, qui hunc Graecae linguae ignarum fuisse arbitrantur.

*Quo auctore et principe*] Ante

*quo* Heinr. colon posuit, nos A. Maji distinctionem praefendam censuimus. Minus etiam placet, quod Villem. distinxit post *principe*. Haec jungit etiam in Epp. Famm. x. 6. *qui — te — senatui bonisque omnibus auctorem, principem, ducem praebes.* Mr.

(1) Locum citat Nonius voc. *urbs a civitate.*

*querela*] In Codicis scriptione *querella* non acquiescere debuit Lehn., qui alibi in ea servanda non est religiosus. Docet enim Papirianus Grammaticus p. 2290. *Querela apud Latinos per unum L scribitur, sicut suadela, tutela, cautela, corruptela: nunc autem etiam querella per duo LL scribitur.* Quem locum laudavit Cellar. Orthogr. I. p. 332. ed. Harles. Mr.

*et ipsius et filiorum,*] Prius et omisit Sch. nihil monens. Quod si tamen consulto fecit, suspicor ideo factum, quia eadem linea reddit *et regem ipsum et liberos ejus*. Quae quidem vix justa satis causa ejiciendae videtur particulae. Mr.

XXVI. Videtisne igitur, ut de rege dominus ( <sup>1</sup> ) P. 183. extiterit, uniusque vitio genus rei publicae ex bono in deterrimum ( <sup>a</sup> ) conversum sit ( <sup>2</sup> )? Hic P. 246. est enim dominus populi, quem Graeci tyrannum vocant: nam regem illum volunt esse, qui consulit, ut parens, populo, conservatque eos, quibus est praepositus, quam optima in conditione vivendi ( <sup>3</sup> ). Sane bonum, ut dixi, rei ( <sup>b</sup> ) publicae genus, sed tamen inclinatum et quasi pronum ad ( <sup>c</sup> ) perniciosissimum statum. Simulatque enim se inflexit hic rex in dominatum iniustiore, fit continuo tyrannus, quo neque tætrius,

(a) Ita [deterrimum] Cod. 1. manu; at 2. deterrimum. (b) Cod. re. (c) Ita Cod. 2. manu; sed 1. at, quod et supra vidimus lib. I. 13.

de rege dominus] Conf. Creuz. Antt. Romm. p. 127. sq. Ad sqq. uniusque vitio conf. supra I. 40. unius importunitate et superbia. In seqq. male servavit Lehn. Codicis scriptionem *condicione*; qua de re jam supra monuimus. Mr.

1) Hinc Plinius Trajanum laudans cap. II: *non de tyranno, sed de cive, non de domino, sed de parente loquimur.* Tum cap. XLV: *sunt diversa natura dominatio et principatus.* Sed tamen optimi Caesares Trajanus, Pius et Marcus *domini* nomen sine publica invidia admiserunt, ut patet e Plinii ac Frontonis epistolis.

(2) Confer lib. I. 41. 42.

(3) Ita scholia Ambrosiana ad Odysseae librum II. 47: *οἱ ἀρχαῖοι τὴν βασιλείαν ἐμέριζον εἰς τρία ἐπίθετα· τὸν μὲν πρῶτον βασιλέα ἀνόμαζον πατέρα· τὸν ἀπηνῆ καὶ θυμώδη, δεσπότην· τὸν φειδωλὸν καὶ φιλόχρηστον, κάπηλον.* Id autem scholiastes ex Herodoto III. 89 haurit, qui sic lo-

quitur de tribus Persarum regibus Cyro, Cambyse et Dario. [Vid. Olympiodor. in Platon. Alcibiad. I. p. 45. sq. ubi haec fusius explicantur. Mr.]

Sane bonum, ut dixi, rei publicae genus,] Repetit h. I. cum quadam circumscriptione et exceptione, quod paulo superius nude posuerat *ex bono in deterrimum conversum sit.* Illud sane cum sequitur *sed*, non est intendenti, sed concedenti, quasi dicat: Non quidem nunc nego, quod supra posui, sed etc. Ego autem, quamquam nihil mutuo, scriptum tamen malim *Bonum sane vel Est sane bonum.* Ad rem conf. supra I. 42. *Cum rex injustus esse coepit, perit illud illico genus, et est idem ille tyrannus, deterrimum genus et finitimum optimo.* Mr.

neque tætrius,] Villem. et Sch. scripserunt *tetrius*: nos cum rell. Codicis scriptionem servavimus, quae paulo melior videtur altera. Vid. Cellar. Orthogr. p. 369. Nolten. Lex. Antibarb. p. 178.

neque foedius, nec diis hominibus || que invi- P. 29.  
 sius (a) animal ullum cogitari potest: qui quam-  
 quam figura est hominis, morum tamen immani-  
 P. 184. tate (b) vastissimas vincit beluas. Quis enim  
 hunc hominem rite dixerit, qui sibi (c) cum suis  
 civibus, qui denique cum omni hominum genere  
 nullam esse iuris communionem, nullam huma-  
 nitatis societatem velit (1)? Sed erit hoc de  
 genere nobis alius aptior dicendi locus, cum  
 res ipsa admonu | erit, ut in eos dicamus, qui P. 30.

(a) Vox *invisius* repetitur in margine codicis tamquam nota-  
 bilis. (b) Cod. *tamen initate*; tum plures litterae, quae legi  
 nequeunt, superscriptae fuerunt; quae tamen additio et litura  
 videtur mihi potius ad Augustinianum superimpositum opus per-  
 tinere. Verbum correxi ex ipso Tullio de Off. III. 6. ubi de ty-  
 ranno sic loquitur; *ista in figura hominis feritas et immanitas*  
*beluae, a communi tamquam humanitatis corpore segreganda*  
*est. Sed feritas in textum nostrum recipi non potest, si certe*  
*praedicta litura ad Tullii textum non pertinet.* (c) Cod. *sinbi*;  
 sed deinde *n* videtur fuisse expuncta.

Grotensend. l. c. §. 130. Eodem  
 adjectivo de Verre usus est no-  
 ster in Verr. iv. 55. 125. *quanto*  
*taetrius hic tyrannus Syra-*  
*cusanis fuerit, quam quisquam*  
*superiorum. Mr.*

[*morum tamen immanitate*]  
 Addidit Heinr. ex loco, quem  
 laudat A. Majus in annot. critica,  
 de Off. III. 6. 3a. *et feritate*. Et  
 jungit certe Cicero alibi *immani-*  
*tatem et feritatem*: v. c. de Divin.  
 I. 29. 60; alibi *fera et immanis*  
*bellua*, v. c. de N. D. II. 64. 161.  
 Acadd. II. (iv.) 34. 108. Ego vero  
 nolui recipere illam vocem, cum  
 de litura, quam h. l. esse ait A.  
 Majus, quamque ad Augustinia-  
 num opus superimpositum per-  
 tinere existimat, melius eo, qui  
 codicem manu tractavit, iudicare  
 non possit is, qui eum ne oculis  
 quidem unquam subjectum ha-  
 buit. Mr.

*qui sibi cum suis civibus, qui*  
*denique cum etc.] Denique, si*  
 non nisi unum enumerationis mem-

brum praecedit, dilatandi pote-  
 statem habet, ut Or. in Pison.  
 20. 45. *quod nemo bonus, nemo*  
*denique civis est, — qui vos*  
*non — fugiat. Mr.*

*nullam esse juris commu-  
 nem,]* Addidimus *esse*, quam-  
 quam omnes ad unum editores  
 concoquere potuerunt senten-  
 tiam: *ego mihi nullam societa-*  
*tem volo cum aliquo*. Aliud plane  
 est, quod saepius dicitur *quid*  
*tibi vis?* multo aliud etiam, quod  
 est in Or. pro Cluent. 66. 188.  
*Nihil est enim mali, quod illa*  
*non ab initio filio voluerit,*  
*optaverit, cogitaverit, fecerit.*  
 In seqq. cur Sch. post *velit* po-  
 suerit exclamandi signum pro in-  
 terrogandi signo, non video. Mr.

(1) Tyranno, ait Tacitus Annal.  
 II. 42 *aequa nedum infima inso-*  
*lita sunt*. Tyranni vitam, com-  
 memorato ipso Tarquinio, gra-  
 phice pingit Cicero de Am. xv.  
 [Non est in loco Taciti *tyranno,*  
*sed regibus. Cr.]*

etiam liberata iam civitate dominationes appetiverunt.

XXVII. Habetis igitur primum ortum tyranni: nam hoc nomen Graeci regis injusti esse voluerunt: nostri quidem omnes reges vocitaverunt, qui soli in populos perpetuam potestatem haberent <sup>(1)</sup>. Itaque et Spurius <sup>(a)</sup> Cassius, et M. Manlius <sup>(b)</sup> et Spurius <sup>(c)</sup> Maelius <sup>(d)</sup> regnum occupare voluisse dicti sunt: et modo ||  
*Ti. Gracchus* <sup>(2)</sup> . . . . .

Desiderantur  
paginae duae.

(a) Ita 2. manu; at 1. est *Perius*. (b) Ita 1. manu; at 2. male *Manilius*. Confer. de rep. I. 12. p. 36. (c) Ita 2. manu; at 1. est *Purtus*. (d) Ita 2. manu; at 1. *Maectius*.

*dominationes appetiverunt.*] Plurali *dominationes* alibi non usus esse videtur Cicero: neque vero ideo scribendum *dominationem*. Pluralem habet Tacit. Annal. III. 26. *postquam — pro modestia ac pudore ambitio et vis incedebat, provenere dominationes: et alibi. Mr.*

*nostri—vocitaverunt,*] Ita dixit de N. D. II. 41. 105. in Arateis: *Quas nostri septem soliti vocitare Triones. Mr.*

(1) Graeci quoque, saltem antiquiores, regum nomine tyrannos vocitaverunt, vicissimque dixerunt tyrannos eos, qui juste imperabant. Lege Suidam voc. *τύραννος* et *βασιλεύς*.

*Spurius Cassius*] De *Spurio Cassio* regnum (a. u. c. 267.) affectante vid. Liv. II. 41. conf. Car. Sigonii Comm. in Fastos et Triumph. Rom. p. 43. ed. Steph. De *Sp. Maelio*. (a. u. c. 316.) Liv. IV. 14. C. Sigon. I. c. p. 67. sq. De *M. Manlio* (a. u. c. 371.) Liv. VI. 20. C. Sigon. I. c. p. 98. De his tribus sermo est in Or. pro domo 38. 101. *Sp. Maelii regnum appetentis domus est complanata. Ecquid aliud? aequum accidisse Maelio populus Romanus iudicavit: — Sp.*

*Cassii domus ob eandem causam eversa, — M. Manlius, — regnum appetisse est iudicatus: ergo ejus domum eversam duobus lucis convestitam videtis.* Ad quem locum operae pretium est legere annot. Marklandi, Gesneri et F. A. Wolfii, cujus Ed. vid. p. 245 — 247. *Mr.*

*Ti. Gracchus*] Hoc nomen Heinr. omisit, utpote ab A. Majo adjectum, quod certe magis probandum, quam quod apud Sch. ita expressum est, quasi in Codice fuisset repertum. Ceterum de Gracchiis Cicero Or. II. de lege agr. 5. 10. magnifice loquitur: *venit enim mihi in mentem, duos clarissimos, ingeniosissimos, amantissimos plebis Romanae viros, Ti. et C. Gracchos, plebem in agris publicis constituisse, qui agri a privatis antea possidebantur. Non sum autem ego is consul, qui, ut plerique, nefas esse arbitrer, Gracchos laudare, quorum consiliis, sapientia, legibus, multas esse video rei publicae partes constitutas.* Scipio vero, qui hic loquitur, erat Gracchorum adversarius. *Mr.*

(2) Sine dubio sermo auctoris deflectebat ad *Ti. Gracchum*,

P. 185. XXVIII. *Lycurgus γέροντας* (a) *Lacedae-* P. 155.

mone appellavit (b), nimis is quidem paucos, xxviii., (c) quos penes summam consilii voluit esse, cum imperii (d) summam rex tene- ret (1): ex quo nostri, idem illud secuti at-

(a) Scribendam esse Graecam vocem *γέροντας* patebit mox, cum fiet ejusdem interpretatio. Sic autem dicuntur Lycurgi senatores a Graecis passim auctoribus. [Videtur ex conjectura supplendum: *concede consilium delectis viris, ut Lycurgus illis, quos γέροντας* etc. A. M. in Emm.] (b) Ita 2. manu; at 1. appellabit. (c) Cod. 1. manu xxxviii; mox prior nota x fuit expuncta. Profecto Spartaee senatores *viginti octo* fuerunt; cujus rei testes habemus Platonem Leg. III. p. 692; Aristotelem et Sphaerum apud Plutarchum Lyc. cap. v; Pausaniam III. 5. Vix enim ob retinendam decuriam, quam prima manus scripserat, addere licet ephoros quinque et bidiaeos totidem, de quibus de- cemviris Pausaniam III. 11. Namque recentiores Lycurgo cre- duntur ephori, ut certe scribit Cic. de rep. II. 55: multo autem recentiores bidiaei existimantur; contradicente tamen Nic. Cragio de rep. Laced. II. 5, qui eos a Lycurgo institutos esse sibi per- suasit. (d) Cod. *imperis*; tum expuncta s.

qui turbulenta potentia regnare visus est, et cui objectum tyrannidis affectatae crimen ait Plutarchus in Gracch. cap. xiv. xvii. xix. Atque in hac lacuna, non minus, quam apud Vellejum II. 4. dixit, ut puto, Scipio Ti. Gracchum, si is occupandae reip. animum habuisset, jure caesum. Post Gracchi commemorationem videtur auctor in reliqua lacuna persecutus coeptum jam argu- mentum, academico scilicet more non definitivo; nempe quod libertas seu populi jus in regno sit adeo intutum, ut nullum per- petua potestate magistratum fieri expediat; siquidem nec senatus praesidium contra vim regiam satis validum esse videatur. [Sup- ple h. l. ex conjectura: *regnavit paucos menses, aut certe oppri- mendae rei publicae animum ha- buit; quare et jure caesus vide- tur.* Cic. de Am. xii. Vell. Pat. II. 4. A. M. in Emm.]

*Lycurgus γέροντας Lacedae- mone appellavit,*] Heiar. et Stein.

omittunt A. Maji supplementum, prior etiam syllabam *La*: Sch., ut saepius, literarum forma non distinxit supplementum a verbis codicis. Lehnerus vero, loco ejus supplementi, quod A. Majus proposuit in Emm. et Add., scripsit: *Delige viros, quos γέροντας Lycurgus Lacedaemone appel- lavit, nimirum, opinor, ut re- spondeat verbo, quod infra se- quitur Imperti.* Neque vero hoc supplemento Ang. Majo palmam praeripuit. Quid enim? An dicere potuit: *Delige viros, quos* etc.? nonne certe debuit: *Delige viros, quales fuerunt, quos* etc.? quod probe animadvertit A. Ma- jus, cum scriberet: *concede con- silium delectis viris, ut Ly- curgus illis, quos* etc. Mr. *summam consilii*] Ita locutus est noster in Catil. iv. 7. 15. *equites Romanos — qui vobis — summam ordinis consilii- que concedunt.* Mr.

(1) Apud Justinum III. 5: *Ly- curgus regibus potestatem bel-*

que interpretati (<sup>a</sup>), quos senes ille appellavit, nominaverunt senatum (<sup>1</sup>); ut iam Romulum, P. 186. patribus lectis, fecisse diximus; tamen excellit atque eminent vis, potestas, nomenque regium. P. 136. Imperti (<sup>b</sup>) etiam populo potestatis | aliquid, ut et Lycurgus et Romulus; non satiaris eum libertate, sed incenderis (<sup>c</sup>) cupiditate libertatis, cum tantummodo potestatem gustandi feceris. Ille quidem semper impendebit timor; ne rex, quod plerumque evenit, exsistat (<sup>d</sup>) iniustus (<sup>2</sup>). Est igitur fragilis ea fortuna populi, quae posita est in unius, ut dixi antea (<sup>3</sup>), voluntate vel moribus.

(a) Cod. *interpretati* cum diphthongo, quam passim habet hoc verbum in antiquis codicibus. Haec tamen expuncta fuit *a*. (b) Cod. *impertit*; tum expuncta posterior *i* mendose, erat enim expungenda potius *t* finalis. (c) Ita 2. manu; at 1: *incendires*, vitiosa metathesi. (d) Ita Cod. interposita *s*, quae alias omittitur.

*lorum, senatui custodiam legum permisit.* Recte autem Ciceroni paucior justo numerus Spartiarum senatorum videtur; namque Athenis v. gr. fuere quingenti, Massiliae sexcenti. Denique quod ait *ῥεγοντας*, docet nos Plutarchus Lyc. cap. xxvi; Spartae legi solitos senatores Lycurgi jussu sexaginta annis majores. *patribus lectis*] Conf. quod dicitur supra II. 8. — Ad v. *non satiaris — potestatem gustandi feceris* conf. I. 43. ubi simili metaphora usus est: *cum enim — populi fauces exarauerunt libertatis siti, et — ille — nimis meracam libertatem hauserit* etc. *Mr.* *Ille — semper impendebit timor,*] Similiter scripsit Epp. ad Fam. II. 11. *quia belli magni timor impendet.* Ad seqq. non tantum conferendum, quod laudat A. Majus, caput xxiii, sed etiam I. 41. 42. In fine hujus capituli Kobbius puncta posuit, ut lacunam significaret. Utinam vero per hos libros omnia tam bene cohaerent, quam haec cum sequentibus! *Mr.*

(1) *ῥεγοντας* graece dicendum esse Romanum senatum, ejusque ordinis naturam Romanos a Laeadaemoniis condidicisse ait Dionysius II. 12. 14.

*ut jam Romulum — fecisse diximus,*] Cod. *etiam* pro *jam*; sed necessario corrigendum fuit cum Heinrichio illud vocabulum. Quomodo enim dicere posset hoc *etiam* a Romulo factum esse, quod is instituit, et nemine praeunte fecit? Ad rem conf. supra II. 9. tum quod ad *Lyourgum*, tum quod ad *senatum* pertinet, et vid. *ibid.* nostram annot. ad *quasi senatu.* *Mr.*

(2) Consonat Plato in Politico p. 301, eaque sola de causa legem scriptam regiae auctoritati praelatam inter homines observat.

(3) Cap. xxiii, ut arbitror, vel in lacunis.

XXVIII. Quare prima sit haec forma et species et origo ty<sup>r</sup> | ranni, inventa nobis in <sup>0. XVIII.</sup> P. 189. ea re publica, quam auspicato (a) Romulus condiderit, non in illa, quam, ut perscripsit (b) Plato, sibi (c) ipse Socrates Peripatetico (d) illo in P. 187. sermone depinxerit (1); ut, quemadmodum Tar-

(a) Cod. 1. manu *auspicatu*; mox factum *auspicato*; haec quidem lectio melior, sed et illa haud prorsus absurda. (b) Ita Cod. 2. manu; at 1. *praescripsit*. (c) Ita Cod. 2. manu; at prima *sive*, videlicet fortasse pro *sibe* archaismo. (d) Ita Cod. 2. manu; at 1. *peripeateto*.

Quare prima sit etc.] In hoc capite distinctio habet aliquid difficultatis, neque ea potuit servari, quam exhibet A. Majus, quamquam eam servavit Sch. Posuit enim ille distinctionem majorem post *depinxerit*, cujus loco recte reliqui, praeter Sch., posuerunt semicolon. Majoris etiam perspicuitatis gratia Lehnerus verba *inventa nobis* usque ad *depinxerit* inter duas lineas, quasi in parenthesi, posuit. Quae vero sequuntur, nos cum Heiner. ita jungimus, ut ut ante *quemadmodum*, posita distinctione minore, trahamus ad *sit huic oppositus*, quo facto verba *quemadmodum* — *everterit* item quasi in parenthesi posita seorsim construuntur. Steinack. vero a verbis *Sit huic oppositus* novam incipit periodum, quia ab illo genere civitatis, de quo adhuc est disputatum, regio, fiat ad aliam rei publicae formam transitus, consularem. Quod ut non nego, ita tamen non obscurari sensum ea, quam cum Heiner. amplexi sumus, distinctione cuncto. Mr.

*auspicato*] Quod ait A. Majus, primae manus lectionem *auspicatu* non esse prorsus absurdam, mirari lubet. Absurda quidem non est, sed plane contra Ciceronis, et alio-

rum fortasse scriptorum omnium, morem. Mr.

*condiderit* — *depinxerit*]; Eam h. l. conjunctivi vim esse ait Steinack., ut electa ad exemplum civitate Romana id ipsum tamen alia quoque in civitate reperiri posse significetur. Mr.

*ut perscripsit Plato*,] *Perscribendi* verbo eodem fere sensu usus est Or. de Leg. agr. II. 32. 88. *hoc perscriptum in monumentis veteribus reperietis*. Mr.

(1) Idoneus Ciceronis locus ad definiendam historiae philosophicae quandam controversiam. Peripateticorum nomen ortum traxisse a Platone ante Aristotelem perspicue docet Ammonius comm. ad Porphy. isagoges locum tertium; cujus verba quia prolixiora sunt, haec scribere nequeo: quamquam idem Ammonius rem brevius tradit etiam ad Arist. categ. non procul initio. Ammonio gravis nunc testis accedit Cicero, qui Socratis seu Platonis sermonem appellat Peripateticum. Cur ergo Bruckerus hist. phil. t. I. p. 788. testimonium Ammonii, quod nempe Academicum quoque dicti sint Peripatetici, fundamento carere ait? Cur Ionsius de scr. phil. hist. I. 8. 1 ludere conatur Suidae auctoritatem, qui seniore Aristotele Antiathenem appellat Peripateticum?

quinius, non novam potestatem nactus (<sup>a</sup>), sed, quam habebat, usus iniuste, totum genus hoc regiae civitatis everterit (<sup>b</sup>), sit huic oppositus P. 190. alter, bonus et sapiens et peritus utilitatis dignitatisque civilis, quasi tutor et procurator rei publicae; sic enim appelletur, quicumque erit rector et gubernator civitatis (<sup>1</sup>). Quem virum facite ut agnoscatis (<sup>c</sup>): est enim, qui consilio et opera civitatem tueri potest. Quod quoniam nomen minus est adhuc tritum sermone (<sup>d</sup>)

(a) Ita Cod; quum tamen libro I. 10 fuerit *nactus*. (b) Ita Cod. 2. manu; at 1. *everteret* et *everterit*; nam repetuntur in cod. duo versus. (c) In codice post s punctum appingitur, sive pausae gratia, sive admonendi, ne legatur *agnoscat is est enim*. (d) Cod. *sermonem*; mox *m* expuncta.

*sed, quam habebat, usus iniuste.*] Malis certe *ea usus iniuste*. Sed potest ad excusandam hanc negligentiam in subsidium vocari Philipp. II. 34. 87. *Caesari—Antonium—regnum detulisse, Caesarem ut i noluisse*; ibi vero non debet dici, *regnum* trahendum esse ad utrumque verbum, vel ex voce *regnum* subaudiri debere *regno*: sed debet ex verbo *detulisse* intelligi *delato*. Quod vero laudare solent exemplum ex Epp. ad Att. XII. 22, ut probent, Ciceronem *verbe uti* cum accusandi casu junxisse, videlicet: *ne Silius quidem quidquam utitur*: id inde factum est, quod non inspexerunt totum locum, sed haec tantum quinque vocabula: ex orationis enim contextu facile apparet, subaudiendum esse *hortis suis*, ut *quidquam* sit casus absolutus (Graecus) pro *ad quidquam*. Mr.

*quasi tutor et procurator rei publicae*;] Rursus animadvertendum, minus proprium horum substantivorum usum excusari apposito *quasi*, eum *tutor* proprie sit mulierum vel liberorum, *procu-*

*rator*, qui alieni negotii aliquid gerit. Vid. explicationem accuratorem in Or. pro Caecin. 20. Dicuntur autem Consules *tutores rei publicae* in duabus Orationibus spuriiis, Post red. in Sen. 2. 4. *quum res publica sine Consulibus esset, neque solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis orbata*: ubi vid. F. A. Wolf. p. 18: et ad Quir. post red. 5. 11. *posteaquam orba res publica Consulis fidem, tanquam legitimi tutoris, imploravit*. Mr.

(1) Sapienter in his libris atque eleganter regia potestas (lib. I. 35. 41) cum patria, cujusmodi Romano jure erat, tutoris autem cum ejus civis comparatur, qui liberae reip. praestet. Etenim tutori in caput pupilli nihil licebat, ac iudicio tenebatur infami, si fraudem commisisset; pater, quaecumque crudeliter aut avare fecisset, impunis fuit.

*consilio et opera*] Similiter noster de N. D. III. 30. 74. *ope consilioque tuo*. Mr.

*nomen—tritum sermone*] Admodum amat hanc dictionem Ci-



P. 188. nostro, saepiusque genus eius hominis erit in reliqua nobis oratione trac || *tandum* (¹) . . . .

Desiderantur  
paginae duo-  
decim.

XXX. . . . (²) *Plato regionem sedesque civium aequis apprime partibus divisas* requisivit, civitatemque, optandam magis quam spe-

P. 187.

cero: ea usus est v. c. de Off. I. 10. 33. de Divin. II. 4. 11. Or. pro Flacc. 27. 65. Apud eundem de Off. III. 19. 77. est *contritum vetustate proverbium. Mr.*

(1) Certe cap. XL et XLII de hoc liberae reip. tutore ac rectore seu custode sermo erit; libro autem quinto potissimum. Suspiciari etiam licet, Tullium in hac ampla lacuna de consule dixisse, qui regi Romae successit. Et sane consulis descriptionem alicubi in his libris ab auctore luculenter fuisse exornatam vel eo nomine arbitror, quod ipse sibi perfecti consulis gloriam semper vindicavit. Interim haud absimiles locutiones de consule notare licet in Tullio v. gr. de Or. III. 1; ad Quir. p. red. cap. v; pro Sext. XIX; in Pis. x. De consulis nomine lege Dionysium IV. 76; Cic. de Or. II. 39; Varr. apud Non. voc. *consules*, et LL. IV. 14; Flor. I. 9; Hieronym. ad Isai. cap. III. voc. *consiliarius*; Isidor. orig. IX. 3. Lydum m. R. I. 30. Magistratum certe Romanae reip. praecipuorum descriptionem his libris exhibuerat Cicero, ut ipse ait Leg. III. 5 hac de re loquens: *atque pleraque sunt dicta in illis libris, cum de optima re publica quaereretur.* Nunc ea descriptio in mutilo codice Vaticano, paucis exceptis vestigiis, desideratur; supplendaque est ope praedicti libri tertii de legibus.

(2) Plato libro legum quinto civitatem vel novam constituens, vel veterem et corruptam reparans, primum purgat eam civibus improbis; deinde agrum et sedes inter cives aequo jure et hu-

maniter dividit; tum definit civium numerum. Horum ego memor locum Tullii hiantem sarcire aliquatenus ausus sum. In codicis ergo hiatus post expressam tutoris reip. formam, videtur auctor perrexisse ad novum Romanae civitatis jam a regibus liberae genus effingendum. Revera hinc alius rerum nascitur ordo. Ad Platonicam purificationem quod attinet, etsi in Tullio vestigia rei nulla supersunt, vix tamen dubito, quin ejus meminerit, propter nuper purgatam tyranno Tarquinio Romam. Sic enim is fere loquitur de Caesare interfecto ad Fam. XII. 1: *odium illud hominis impuri et servitutis dolor depulsus est.*

*Plato regionem — divisas*] Heinr., ut solet, rescisso supplemento, incipit hoc caput a syllaba *sas*; Sch. vero, item abjecto supplemento, ab *as* incipit, in minutis non magis, quam in rebus gravioribus, diligens. Ceterum etiamsi fortasse A. Majus sensum Ciceronis conjectura assecutus sit, verba certe non est assecutus. Quomodo enim Ciceroni conveniat adverbium *apprime*, quod cum in uno Ciceronis loco (de Finn. III. 9. 32.) sedem nimis diu habuisset in verbis: *id apprime rectissime dicitur*, tandem a Walkero, Davasio, Ernesto, Goerenzio merito exulare jussum est, ejusque loco receptum a primo, quod respondet Graeco ἀὐτὸ πᾶσι. Vid. Davis. et Goer. ad eum locum, et quem uterque de hoc usu laudat, Gronovium ad Senec. de vita beata c. 7. (p. 122. sq. ed. Elzevir. 12.) *Mr.* optandam magis quam speran-

randam, <sup>(a)</sup> quam minimam posuit <sup>(1)</sup>; non quae <sup>P. 189.</sup> possit esse, sed in qua ratio rerum civilium perspici posset, effecit <sup>(2)</sup>. Ego autem, si quo modo consequi potuero, rationibus eisdem, quas ille vidit, non in umbra et imagine civitatis, sed in amplissima re publica enitar, ut cuiusque et boni publici et mali causam tamquam

P. 188. virgulâ videar attingere. | His <sup>(b)</sup> enim regius quadraginta annis et ducentis paulo [cum inter-

(a) Cod. *sperendam* manifesto mendo pro *sperandam*. (b) Ita [hiis] Cod. pro *his* vel *iis*; cujusmodi alia exempla in antiquis Codd. sunt. *Hiis* legitur etiam in papyro apud Marinium XLV. p. 72. v. 21. [cf. meam notam ad Cic. de N. D. I. 5. p. 23. Ed. maj. Mr.]

*dam,*] Vere monet Lehn. ne ipsum quidem Platonem sperasse, talem rem publicam aliquando constitutum iri. Mr.

(1) Plato legum libro quinto p. 737 civitatem e quinque millibus colonorum et praeterea quadraginta constituit (propter quandam ejus numeri rationem p. 746. 771;) eandemque civitatem augeri non vult p. 740. Sed mirabilior est Aristoteles, qui Nicom. x. 10 civitatem ait neque ex decem hominibus neque ex centum millibus posse constare. In rep. autem VII. 4 sic disserit, ut haud magnam civitatem condere videatur. Apud eundem Aristotelem reip. II. 8 Hippodamus politicus civitatem habere jubet decem hominum millia.

(2) Ipse Plato Leg. v. p. 636, et 739 civitatem se verbis potius et phantasia, quam re vel spe, condere fatetur.

si quo modo consequi potuero,] Vid. annot. nostram ad I. 43. pra. Ad seqq. in umbra et imagine conf. de Off. III. 17. 69. Sed nos veri juris germanaeque justitiae solidam et expressam effigiem nullam tenemus: umbra

et imaginibus utimur: eas ipsas utinam sequeremur! ubi paulo diversum habent sensum: volunt enim nostro loco i. q. adumbratio et effigies mente informata (*Ideal*), illo de Officiis loci. q. exemplar imitando expressum, quod ad praestantiam illius non accedit (*Copie*), videlicet ad *idéay* juris justitiaeque. Mr.

quasi virgula] Noli cogitare h. l. de illa virgula divina, quae est apud nostrum de Off. I. 44. 158., qua, quaecumque aliquis cupiat, ei suppedientur, qui eam teneat. Est potius virga vel baculus, qua uti solent, qui picturae alicujus majoris singulas partes spectantibus accurate monstrare et explicare volunt. Quod cum verterit Villem. *marquer de doigt, pour ainsi dire*, statim ejus pedisequus Germanus (*Pierre*) vertit *gleichsam mit dem Finger*, Gallicae nimirum linguae probe gnarus, Latinae non item. Mr.

quadraginta annis et ducentis paulo [cum interregnis] fere amplius praeteritis,] Fuerunt sine dubio Scipionis amici admodum sive otiosi sive urbani, quod vi-

regnis] fere amplius praeteritis (1), expulsoque Tarquinio, tantum odium populum Romanum regalis nominis tenuit, quantum tenuerat post obitum, vel potius excessum Romuli, desiderium.

P.190. Itaque ut tum carere rege, sic pulso Tarquinio nomen regis audire non poterat (2). Hic facultatem cum \* || . . . . .

XXXI. . . . . Itaque illa praeclara constitutio Ro-

\* Q. XX.  
Desiderantur  
quaternio vi-  
ginti primus  
seu paginam  
sexdecim.

rum de historia Romana nimis fere accurate disputantem, hominumque nomina numerorumque rationes justo fere copiosius exponentem, non interpellarunt dicentes: quin tu adolescentulis haec enarra, nobiscum vero, quod promisti, de optimo rei publicae statu disputa; quem si ad nostram potissimum rem publicam accommodatam voles, ac tuo prorsus arbitrato: modo ne obliviscaris, te non *tanquam magistrum* omnia prosequi voluisse (I. 24.)— Sed quorsum ego haec? Nimirum ut excusae audaciam meam, qua ductus uncinis inclusi verba *cum interregnis*, quae ex margine, ab interprete nimis accurato adscripta, in orationis seriem praeter necessitatem recepta esse suspicor. Quod enim dicit hujus libri c. 31. extr. *Neque ego haec nunc sine causa tam vetera vobis et tam obsoleta decanto; sed illustribus in personis temporibusque exempla hominum rerumque definitio, ad quae oratio dirigitur mea*: id non eo valet, ut addidisse eum credamus quod et nimiam redolet diligentiam, et plane non est necessarium. Nam etiam sine interregnis sunt paulo amplius quadraginta annis et ducentis, si, quod est in historiarum libris, Romulus regnavit annis XXXVII, Numa XLIII, Tullus XXXII, Ancus XXIV, Tarquinius Priscus XXXVIII, Servius XLIV, Tarquinius Superbus XXIV. *Mr.*

(1) Nempe annis CXXIV, uti ajunt Dionysius IV. 85. et V. 1; Livius I. 60; Eusebius chron. I. 46: vel uno minus, uti scribunt Augustinus C. D. III. 15; Orosius II. 4.

*tantum odium populum — regalis nominis tenuit,*] Eadem constructione usus est in Verw. Act. II. L. 1. 8. 25. *Homines scitote esse quosdam, quos tantum odium vestri ordinis teneat.* Voce *excessus* in eadem re usus est noster de Legg. I. 1. 3. *nam post excessum suum Romulus Proculo Julio dixerit.* De *desiderio* populi post Romuli excessum vid. supra II. 12. et conf. I. 41. *pectora dura tenet desiderium. Mr.*

(2) Num incipit auctor partim dicere de causis mutationum reip. ceu paulo ante inquit se facturum, promiseratque jamdiu lib. I. 42? De monarchiarum interitu copiose, more suo, disputat Aristoteles reip. libro quinto, quo abs fonte omnia fere recentiorum super hac re praecepta manvisae videntur. In hoc igitur ingenti sexdecim paginarum hiatu videtur Cicero causas aperuisse altius, ob quas Romae politia mutata est. Exin Bruti laudes et Collatini, et cetera quae ad exordium libertatis pertinent subjunxisse Tullium puto.

*Itaque illa etc.*] Hoc fragmentum ab Heinr. ad calcem libri, a Villem. sub contexta rejectum, a

muli cum ducentos annos et quadraginta (<sup>a</sup>) fere firma mansisset (<sup>1</sup>). *Nonius cap. de doct. indag.*

P. 35. . . . lex illa tota sublata est (<sup>2</sup>). Hac mente tum nostri maiores et Collatinum innocentem suspicionem cognationis expulerunt, et reliquos Tarquinius (<sup>b</sup>) offensione nominis (<sup>3</sup>). Eademque <sup>P. 191.</sup> mente P. Valerius et fasces primus demitti ius-

(<sup>a</sup>) Nonii editio Paris. habet *xx*, Plantin. autem et Gotofr. *triginta*. Omnes Nonii Codd. Vat. habent *viginti*, ut et Plantin. ed. in marg. Sed scribendum *quadraginta*. (<sup>b</sup>) Itaque, quod jamdiu critici docuerunt, apud Livium III. 27 Dionysiumque X. 24. *Tarquitius* cum tabulis Capitolinis scribendus est, non *Tarquinus*, vir ille, quem Cincinnatus dictator magistrum equitum dixit. Nomen quippe Tarquiniorum multo ante ex urbe funditus ejectum constat.

St. autem plane abjectum est. Ceterum in Edd. Cic. ut in Edd. Nonii est *triginta*; Lamb. dedit *viginti*. Pro illa *praeclara* Edd. Cic. habent pleraeque *praeclara illa*, quod praestat. *Mr.*

(1) Frusti hujus, quod Nonius profert e II. de rep. videtur sedes haec; quamquam et prioribus lacunis haud fortasse immerito insereretur. Ex hac item sede fortasse deprompta sunt illa Augustini verba C. D. v. 12, ut iis certe videbitur qui de his rebus iudicare possunt. Neque spernendum indicium est, quod auctor ante lacunam nomen ipsum regale ait evasisse invisum. Sic ergo Augustinus: *Romani regalem dominationem non ferentes, annua imperia binosque imperatores sibi fecerunt, qui consules appellati sunt a consulendo, non reges aut domini a regnando atque dominando.* [Locus Augustini videtur in ipso textu collocandus post Nonii verba. Et quidem conferatur Cicero pro Sextio LXV. A. M. in Emm.]

(2) An loquitur Cicero de rebus Graecorum, et quidem de ostracismi lege, quae Athenis post ejectum Hyperbolum sublata est?

An potius (quod vix puto) de Romanis? et quidem de illa liberi populi lege, ut bona redderentur Tarquinis, quae sublata est, postquam regem moliri reditum in urbem apparuit? Dionys. v. 6. 13, Liv. II. 5.

*Collatinum innocentem suspicionem cognationis expulerunt,*] Est breviloquentia: non enim suspicabantur eum cognatum esse Tarquinio, sed (ut est in epitome libri II. Liv.) Tarquinius Collatinus, Bruto in consulatu collega, propter affinitatem Tarquiniorum suspectus erat. Res ipsa narratur a Livio II. 2. *Mr.*

*offensione nominis.*] Heinr. sublata distinctione majore posuit semicolon. Sed haec non arctius cum praecedentibus cohaerent, quam quae infra sequuntur post moveri, ubi nihil mutavit. *Mr.*

(3) Id magnopere reprehenditur ab Augustino C. D. II. 17. III. 16.

*fasces primus demitti jussit,*] Supra I. 40. *tum demissi populo fasces:* coll., cujus ibi locum adscripsi, Liv. II. 7. ubi ad seqq. ex fine ejusdem capitis faciunt verba: *delata confestim materia omnis infra Veliam; et, ubi nunc Vice-*

sit, cum dicere in concione coepisset, et aedes<sup>(a)</sup> suas detulit sub Veliam, posteaquam, quod in excelsiore loco Veliae coepisset aedificare, eo ipso, ubi rex | Tullus habitaverat<sup>(1)</sup>, suspicio- P. 36.  
nem populi sensit moveri<sup>(2)</sup>. Idemque, in quo fuit Publicola<sup>(b)</sup> maxime, legem ad populum tulit eam, quae centuriatis comitiis prima lata est, ne quis magistratus civem Romanum adversus provocationem necaret neve verberaret. „Pro-  
vocationem autem etiam a regibus fuisse, de-  
clarant pontificii<sup>(c)</sup> libri“, significant nostri

(a) Ita [aedis] Cod. 2. manu; at 1. edes. (b) Ita codex, et ita locutum esse Tullium arbitror. Scribitur tamen hoc nomen etiam *Poplicola*, cujusmodi fuisse pronunciationem aevo Valerii mihi persuadeo: namque in monumentis *poplicum* legimus pro *publicum*; itemque *popli*, *poplo*. (c) Ita Cod. [pontifici] pro *pontificii*. Locum autem hunc legebat Seneca ep. CVIII.

*potae est, domus in infimo clivo aedificata. Mr.*

(1) Tullii Hostilii domum in Velia fuisse, ibidemque postea habitavisse Valerium, concurs auctorum sententia est. Sed cur Servius Aen. IV. 410 Valerium in Esquiliis domum illam habuisse dicit altissimam, quum tamen Velia cacumen quoddam Palatii fuerit? Nimirum quia Velia, ut quibusdam placuit, fuit etiam urbis ea regio, per quam via sacra ad forum descendit, ubi postea templum Pacis aedificatum est: ideoque facile intelligitur, quomodo Servius Veliam Esquiliis adungere potuerit, a quo monte vix regio praedicta discriminatur, immo potius cum eo continuatur.

(2) Scilicet, ut ait praedicto loco Servius, regium est habitare in arcibus propter tutelam.

*in quo fuit Publicola maxime,]* Hic locus, quamquam aliter intelligi nequit, quam ita: *in quo*

*maxime significavit, quantopere populum colebat*: tamen a tribus, qui ad manum sunt, interpretibus ita est conversus, quasi scriptum sit a Cicerone: *quo maxime Publicolae nomen meruit. Mr.*

*Provocationem autem etiam a regibus etc.]* Quod Hugo Grotius de Jure B. et P. I. 3. 20. non nisi ex Senecae Ep. CVIII noverat, cum scriberet (p. 247.): *Quod si Romanis magis credimus, in causis quibusdam provocationem ad populum a regibus fuisse, ex Ciceronis de re publica libris, ex pontificalibus quoque libris et Fenestella annotavit Seneca: id nunc scimus docente Cicerone ipso. Conf. Dirksen. Uebersicht der bisherigen Versuche zur Kritik und Herstellung des Textes der zwölf-Tafel-Fragmente. Lpz. 1824. p. 633. sq. 646. Cr. declarant pontificii libri,]* De iisdem libris sermo est de N. D. I. 30. p. 135. ed. Cr. et nostr.

P. 119. etiam augurales (<sup>1</sup>): || itemque ab omni iudicio P. 192.

poenaeque provocari licere, indicant XII tabulae compluribus legibus (<sup>2</sup>): ut, quod proditum memoria (<sup>a</sup>) est, X viros, qui leges scripserint, sine provocatione creatos, satis ostenderit (<sup>b</sup>), reliquos sine provocatione magistratus non fuisse: Luciique (<sup>c</sup>) Valerii Potiti et M. Horatii Barbati, hominum concordiae causa sapienter popularium (<sup>3</sup>), consularis (<sup>d</sup>) lex sanxit (<sup>e</sup>), |

(a) Ita Cod. *proditum memoria* casu ablativo, uti ipse Cicero de Or. I. 40, Caesar B. G. V. 12, et Columella I. 4. Supra tamen cap. XV *memoriae proditum*. [Immo fortasse dividendum *memoriae st. A. M. in Emm.*] (b) Cod. *ostenderit*; sed n. videtur expuncta. (c) Cod. *L. Q.* (d) Cod. *consularis* sine ulla emendatione. Docuimus autem lib. I. 5 scribi interdum *L* aut *S* pro *R*; heic vero scripta est *L* pro *S*. (e) Ita 2. manu; at 1. *lex sanxit*; ut supra de rep. II. 21 *ex erva*.

maj. ne in pontificiis quidem nostris, ubi omittitur *libris*. Mr.

(1) Ita loquitur Scipio, quia in collegio augurum erat.

ab omni iudicio poenaeque provocari licere,] Supra I. 40. tum provocationes omnium rerum: Minus perspicue. Mr.

(2) Cic. Leg. III. 3.

quod proditum memoria est,] Niebuhrius in Ind. Lat. conjicit scribendum esse *memoriae*, quod non esse faciendum recte monet censor Jenensis C. Z. (1823. 54.): confirmari enim hoc loco, quod monuerunt Oudendorp. ad Caesar. de B. G. I. 12. (locus est V. 12. p. 383. ed. Stuttg.) et Drakenborch. ad Livium passim, *memoria proditum est* optimae esse Latinitatis; additque apud Cic. in Verr. I. 18. legendum videri *proditum memoria ac litteris*, ut *litteris* sit, quod esse debet, ablativus. De hac constructione v. Herzog. ad Caes. de B. G. V. 12. p. 254. qui nostrum quoque laudat locum. Mr.

decemviros, qui leges scripserint,] Plerumque dicuntur de-

cemviri legibus scribendis, quae appellatio accuratior est. In Cod. est *scribserint*, in Ed. Heinr. *cripserint*, cujusmodi operum errores in ea editione sunt tam rari, quam in Ed. Sch. frequentes, quod etiam de distinguendi ratione dicendum, cui Heinr. summam adhibuit diligentiam, Sch. admodum levem. Ad v. *sine provocatione creatos* conferendus Livius III. 52. *Placet creari decemviros sine provocatione*. Mr.

(3) Hi consulatum gesserunt anno urbis CCCV, quo decemviratus, non sine eorundem opera, fuit abrogatus. Dionysio XI. 45 dicuntur δημοτικοί τὰς φύσεις ὄντες, καὶ παρὰ τῶν προγόνων ταύτην διαδεγμένοι τὴν πολιτείαν. Namque, ut ait Livius III. 39, *Valerius et Horatius ducibus pulsi reges fuerant*.

consularis lex] A. Majus in annotatione critica res plane diversas confundit, cum ad descriptionem Cod. falsam (*consularis*) dicit, se docuisse Lib. I. 5., scribi interdum *L* aut *S* pro *R*, heic vero scriptam esse *L* pro *S*. — Quid

ne qui magistratus (a) sine provocatione crearetur (1). Neque vero leges Porciae, quae tres sunt trium Porciorum (2), ut scitis, quicquam, P.193. praeter sanctionem, attulerunt novi. Itaque Publicola, lege illa de provocatione perlata, (b)

(a) Cod. mag. quae est nota vocabuli magistratus. (b) Cod. sublataperta. [A. M. lata] Sed error manifestus in ipso codice emendatus videtur; tulit enim potius legem de provocatione Publicola. Dionys. v. 19, Liv. II. 8. Illud certe perta expunctum est.

hoc sibi vult? Si de *scriptione* sermo est, a scribis parum attentis confunduntur omnes litterae, quarum figurae a se invicem non sunt admodum diversae. Si de *enunciatione* literarum sermo est, eas inter se permutari dicimus, quae quod ad sonum nonnunquam apud hos vel illos homines congruunt. Atqui hoc est, ut quotidie audire possumus, in littera canina. Nam quibus *r* difficilium est ad exprimendum, *ii* sive *s* sive *l* ejus loco enunciare solent, neque vero vice versa, et multo minus homines in enunciando *l* dicunt pro *s*, minime vero omnium unquam aliquis, quod difficilium est, *contularis* dixit, quia fortasse *consularis* esset nimis difficile. Permutatio autem literarum alia esse solet oculis cernentium, alia auribus percipientium voces. Quod igitur nostro loco a *scriba* factum est, ut duas litteras inter se permutaret, *figura* non admodum differentes, plane diversum est ab eo, quod docuit ad I. 5 A. Majus, videlicet in *enunciando* nonnunquam *dictum*, ideoque ab audientibus scriptum esse *l* aut *s* pro *R. Mr.*

*ne qui magistratus*] Pro consueto *ne quis*. De simili formula *si qui* et *si quis* nuper disputavit Herzog. ad Caesar. de B. G. VI. 13. p. 319. *Mr.*

(1) Rem narrat Livius III. 55. Denique anno urbis *ccccxv* M. Valerius consul legem de provo-

catione tulit diligentius sanctam; atque ita tertio ea lex post reges exactos lata est, semper a familia eadem. Liv. x. 9.

(2) Ante hunc detectum Ciceronis locum nemo, ut puto, dixerat tres fuisse trium Porciorum leges de provocatione. Porciam generatim definit Livius x. 9: *Porcia lex sola pro tergo civium lata videtur; quod gravi poena, si quis verberasset necassetve civem Romanum, sanxit. Valeria lex, quum eum, qui provocasset, virgis caedi, securique necari vetuisset, si quis adversus ea fecisset, nihil ultra, quam improbe factum, adjecit.* Legis Porciae meminerunt Sallustius Cat. II, Cicero in Verr. v. 63, et pro Rabir. III. et IV. Jam e tribus Porciis de provocatione legem ferentibus unum certe tenemus cognomento Laecam, tribunum pl. anno urbis *dlvii*, in insigni denario cum inscriptione *provoco* apud Eckhelium num. vet. t. v. p. 286, quem jam antea memoraverat in annalibus Pighius t. II. p. 256, qui de Porcia lege verba multa facit. De viris Porciis variis legatur Gellius XIII. 19.

*lege illa de provocatione perlata,*] Commodissimum certe erat corrigere monstrum lectionis, quod in Cod. est, *sublataperta*, ut fecit A. Majus, scribendo *lata*, neque quidquam est, quod ad rem, certius. Sed miror tamen,

statim secures de fascibus demi iussit, postriedique sibi collegam Sp. Lucretium subrogavit, suosque ad eum, quod erat maior natu, lictores p. 185. transire ius || sit: instituitque primus<sup>(1)</sup>, ut singulis consulibus alternis mensibus lictores praerent, ne plura insignia essent imperii<sup>(a)</sup> in libero populo, quam in regno fuissent. Haud mediocris hic<sup>(b)</sup>, ut ego quidem intelligo, vir fuit, qui, modica libertate populo data, facilius tenuit

(a) Ita [imperii] 2. manu; at 1. inperi. (b) Ita 2. manu; at 1. hoc.

virum, qui plures codices manu trivit, quam ego unquam, non de erroris causa cogitasse, quae illud monstrum peperisse videri possit, quo facto Ciceronis manu restituere haud difficile fuisset. Mihi quidem satis videtur certum, legendum esse *lege — perlata*. Librarius videlicet aliquis, qui legeret, secures de fascibus esse demtas, abrogatum aliquid esse cogitans, id factum esse existimabat abrogata vel sublata aliqua lege. Scribebat igitur *sublata*. Quod cum rei gestae adversari videret alius, veram scripturam restitutus

*per — ta* superscripsit fortasse ita *sublata*; cui succedens aliquis nihil cogitans, sed religiosissimus, omnes has litteras in contexta recepit: cujus erroris certe facillima medela ea fuit, si tollerentur syllabae, quae sensum plane nullum haberent. Sed docet ipsa historia, nostro loco requiri *perlata*. Ita enim Livius loco ab ipso A. Majo laudato (II. 8.) *Ante omnes de provocatione adversus magistratus ad populum, sacrandoque cum bonis capite ejus, qui regni occupandi consilia inisset, gratae in vulgus leges fuere. Quas cum solus pertulisset,*

*ut sua unius in his gratia esset, tum deinde comitia collegae subrogando habuit. Creatus Sp. Lucretius consul. Ita statim noster: postriedique sibi collegam Sp. Lucretium subrogavit. Mr.*

*subrogavit.*] Hoc verbum, Livio tam frequens, nostro adeo est infrequens, ut, nisi in his libris, in operibus, quae exstant, germanis non legatur, sed tantummodo in spuris ad Brutum Epistolis Ep. 5. *statim enim* (Pansa) *collegam sibi subrogasset*. Est etiam infra cap. 36 et 37. *Mr.*

(1) Dionysius v. 2 et Livius II. 1. hanc institutionem haud uni Publicolae, sed Bruto simul tribuunt. Verum suos auctores, ut alibi, sequitur Cicero. Dionysius v. 19. peculiare Publicolae institutum refert demendi ex fascibus in urbe secures, retinendi vero tantummodo extra illam.

*insignia — imperii*] Miro usu haec verba de agris usurpavit noster de Lege agr. I. 2. 6. *His insignibus atque infulis imperii venditis.*

*tenuit auctoritatem principum.*] H. 1. tenuit est i. q. sustentavit: sed paulo alio sensu scripsit de Sen. 11. 37. *tenebat* (Appius) *non modo auctori-*



P. 194. auctoritatem principum (1). Neque ego haec nunc sine causa tam vetera vobis et tam obsoleta decanto; | sed illustribus in personis temporibusque exempla hominum rerumque definitio, ad quae reliqua oratio dirigatur (2) mea. P. 186.

XXXII. Tenuit igitur hoc in statu senatus (b) rem publicam temporibus illis, ut in populo libero pauca per populum, pleraque senatus auctoritate (2), et instituto ac more gererentur: atque uti consules potestatem haberent tempore

(a) Ita [*derigatur*] Cod. pro *dirigatur*. Jam ne scripturas ejusmodi amanuensium arbitrio semper tribuamus, legendus est Agroetius, qui differentias verborum a *de* et a *di* incipientium tradit. Et quidem de praesenti sic ait p. 2267: *directum, in rectum vadens; directum, in latera rectum.* (b) Ita Cod. 1. manu; at 2. fecit *saenatus* mendose. Et ita etiam saepe inferius.

*tatem, sed etiam imperium in suos. Mr.*

(1) Publicolae moderationem suspicit Plutarchus in comparatione ejusdem cum Solone; nec non Symmachus ep. x. 24.

*vetera — et — obsoleta*] Similiter in Verr. Act. II. L. I. 21. 56. *Vereor, ne haec forte cuiquam nimis antiqua et jam obsoleta videantur.* Or. pro Quint. 18. 56. *Vulgaria et obsoleta sunt. — Decantandi verbo usus est eodem, quo h. l., sensu de Or. II. 18. 75. Nec mihi opus est Graeco aliquo doctore, qui mihi per vulgata praecepta decantet.* Quod in seqq. nobis A. Majus commendare vult *derigatur*, id merito non movit Editores, ut pravam servarent codicis scripturam. Neque magis probavit illam formam Oudendorpius Oberlino, cum in Caesare de B. G. IV. 17. restituisset *directa materie injecta*, cum tamen ibid. VIII. 9. intactum reliquerit *fossam duplicem — lateribus directis deprimi*. Utriusque vocabuli, si

priori usquam est locus, differentiam melius exposuit Oberlinus in indice ad Caesarem, quam Agroetius; ita enim ille: „*directum* est, quod linea recta procurrit & extenditur; *directum* dicunt, quod linea perpendiculari descendit.“ Quod si accipias, parum placebit nostro loco *oratio deorsum vergens vel linea perpendiculari descendens*. Et dixit noster: *ad animi bona vel mala omnis dirigenda oratio est* in Topic. 23. 89. ubi nihil de varia lectione monent Edd., quamquam Codex Gymn. Ulm., quem manibus tracto, habet *ad animi bona omnis ratio dirigenda est* (omissis verbis *vel mala*). Mr.

(2) Sic prorsus de statu illo Romae post ejectos reges loquitur Dionysius v. 1, ἀριστοκρατίας δὲ γενομένης.

*atque uti consules*] Equidem Goerenzio assentior, qui ad Cic. de Finn. xv. 11. 28. p. 455. ait *seniori potissimum tempore frequentatam fuisse uti pro ut, vide-*

P. 5. duntaxat (<sup>a</sup>), annuam (<sup>b</sup>), || genere ipso ac iure regiam (<sup>1</sup>). Quodque (<sup>c</sup>) erat ad obtinendam (<sup>d</sup>) potentiam nobilium vel maximum, vehementer id retinebatur, populi comitia ne essent rata, nisi ea patrum approbavisset auctoritas (<sup>2</sup>). Atque his ipsis temporibus dictator etiam est institutus decem fere annis post primos consules (<sup>3</sup>), T. Larcus (<sup>c</sup>); novumque id genus im-

(<sup>a</sup>) Ambiguum est, utrum in codice sit *duntaxat*, an *duntaxat*. [A. M. edidit *duntaxat*. Mr.] (<sup>b</sup>) Cod. *anni annuam*; sed *anni* videtur expunctum. (<sup>c</sup>) Ita Cod. 1. manu; at 2. *quod qui*, aut *quod quia*. (<sup>d</sup>) *Vox optinendam* [ita dedit A. M. Mr.] superaddita fuit, et paulo acrius legitur. (<sup>e</sup>) Ita Cod. evidentissime *Larcus*. Jamque harum membranarum auctoritate corrigatur denique mendum *Lartius* apud Livium II. 28 et 21, ubi tanta tamque vana criticorum lis est. *Larcus* habet etiam Florentinus Livii codex multo nobilissimus. Dionysius quoque et alii Graeci scribunt *Λάρκιος*. Tum et in multis latinis codicibus, ubi legitur *Largius*, ibi scilicet est pronuntiandi vitium aut usus

rique in eo, ut in tot aliis, posteram aetatem priscos Latinos imitatum esse, qui aequae crebro usu *uti* frequentaverint: additque, apud Ciceronem certe, quamquam rarius legitur, saepe tamen scribis deberi. Nolui tamen corrigere *ut*, cum intactum sit *uti* in satis multis apud Ciceronem locis, velut Epp. ad Fam. XIII. 1. in Qu. Caecil. Divinat. 21. 68. de Orat. I. 19. 87. I. 26. 119. Quod vero Goer. l. c. dixit nunquam se praecedente *ut* reperisse *uti*, ejus oppositum reperitur de Or. I. 19. 87. ubi est: *et uti eorum, qui audirent, sic afficerentur animi, ut eos affici vellet orator*: altero loco bis ponitur conjunctio (de Or. I. 26. 119.) *non uti illis satisfaciat, quibus necesse est, sed ut illis admirabilis esse videatur, quibus libere liceat judicare*. Mr.

(1) Cicero de Leg. III. 3: *regio imperio duo sunt; militiae summum jus habent; nemini parento; ollis salus populi suprema*

*lex esto*. Consulum potestatem *regiam* appellant demonstrantque Livius II. 1. xv. 5; Dionysius v. 1; Polybius vi. 11; Ampelius cap. ult. [Ad Polybii locum, qui est p. 479. Tom. II. Schweigh. adde Gibbon Hist. cad. et lab. R. I. l. c. 3. p. 163. ed. Lips. et conf. infr. II. 36. Cr.]

*ad obtinendam potentiam nobilium*] Ita scripsit ad Fam. IV. 14. *me meam pristinam dignitatem obtinere*. Orat. 21. 69. *id unum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum*. Mr.

(2) De hoc jure Romano legitur Livius I. 17. 22, IV. 3. 49, VI. 42; Dionysius II, 14, qui tamen ibidem ait, sua aetate fieri contrarium, neque, utrum sit melius, definit. Eam juris mutationem testatur aperte etiam Cicero pro Plancio III, nec non Sallustius hist. III. in Maori oratione.

(3) De primae dictaturae anno legis, quae satis ex auctorum

perii (a) visum est et proximum similitudini regiae. Sed | tamen omnia summa cum auctori- p. 6.  
tate a principibus, cedente populo, tenebantur: magnaque (b) res temporibus illis a fortissimis viris summo imperio praeditis, dictatoribus atque consulibus, belli domique gerebantur.

XXXIII. Sed id, quod fieri natura rerum ipsa cogebat, ut plusculum sibi iuris populus adscisceret liberatus a regibus, non longo intervallo, sexto decimo fere anno (1), Postumo

roſ G pro C, ita ut, qui olim erant *Larcii*, nuperius dicerentur *Largii*, post invectam litteram G. [Et quidem littera G serius Romani usi sunt, teste Plutarcho qu. rom. t. VII. p. 122. A. M. in Add.] (a) Ita Cod. quum alibi sit *inperii* vel *inperi*. (b) Cod. *magnaſque*, sed u fortasse superaddita.

tæstimoniis disputat Pighius in annalibus.

et proximum similitudini regiae.] Singularis sane est loquendi ratio, et Ciceroni, ut videtur, alibi non usitata, id, cujus aliquid similitudinem habere vult, apponendi in forma adjectivi, quasi v. c. pro *nexu proxime accedit ad servitutem*, dicas: *nexu proximus est similitudini servili*. Quare conieci: *novumque id genus imperii visum est et proximum similitudine regio* i. e. et similitudine proxime accedere ad regium imperii genus. Nolui tamen violentius agere, cum Edd. omnes in Codicis lectione acquieverint, neque ego contendere ausim, me omnes plane Ciceronis dictiones in numero habere. Mr.

*magnaſque res—belli domique gerebantur.*] In Cod. est nonnisi *belli gerebantur*, quod corruptum esse apparet, quamquam de emendatione potest ambigi. Erat, qui mihi suaderet, ut reponerem *belli post summo*; erat, cum *belli* mihi videretur esse glossa ad *imperio*, alieno loco

contextis intrusa; erat denique cum conijcerem *bello*. Nunc mihi illud remedium adhibendum visum est, quod adhibui, quamquam *domi bellique* magis foret Ciceronianum, et fere ita est apud nostrum in his libris infra Lib. IV. 10. ex Augustino II. 9. *domi et belli*; de Off. II. 24. 85. *domi belli vel domi*, quod proxime accedit ad nostram emendationem, cum item praemittatur *belli*. Quam saepe autem apud probos scriptores legatur *belli domique*, non est quod exemplis probem, cum abunde sint congesta a Rudimanno Inst. Gr. Lat. II. p. 274. not. 7. Simile quid, ut nos, velle videtur Heiar. qui post *belli* asteriscum posuit, quo, ut opinor, deesse aliquid significat. Bellam, scilicet, nobis exhibet emendationem Sch. scribens *bella*: quod si voluit, debuit certe supra corrigere *magnaſque temporibus illis*: quamquam equidem eam rationem non probarem: sed voluit fortasse *bello*, quod mihi quoque in mentem venerat, inobedientesque habuit operas. Mr.

(1) Ad amussim Eutropius I.

- P. 7. Co || minio Sp. (a) Cassio consulibus<sup>(1)</sup>, conse- P. 196.  
 eutum est: in quo defuit fortasse ratio, sed ta-  
 men vincit ipsa rerum publicarum natura saepe  
 (b) rationem<sup>(2)</sup>. Id enim tenetote<sup>(c)</sup>, quod  
 initio dixi<sup>(3)</sup>, nisi aequabilis haec in civitate  
 compensatio sit et iuris et officii et muneris, ut  
 et potestatis satis in magistratibus, et auctori-  
 tatis in principum consilio, et libertatis in po-  
 P. 8. pulo sit, non posse hunc incommu|tabilem rei

(a) Cod. S. P. puncto interposito. (b) Cod. *saepa* (c) Ita  
 Cod. 2. manu; at 1. *idem teneto*.

12: sexto decimo anno, et ita ipse Tullius in Cornelianâ, quo loco commentatur Asconius: *numerus quidem annorum post reges exactos, quo id factum est, diligenter posuit, qui fuit A. Verginio Tricosto, L. Veturio Cicurino coss.* Consentit itaque in annorum numero Asconius, sed variat in consulibus, qui anno ante Cominium et Cassium magistratu functi sunt. Lydus m. R. I. 38 scribit anno decimo septimo.

*Postumo Cominio*] Non erat quod Villem. serioris aevi pejorem scriptionem et falsam etymologiam sequens contra codicis auctoritatem scriberet *Postumo*. Vide modo Gronov. ad Gell. N. A. II. 16. p. 155. 157. Cellar. Orthogr. Lat. p. 318. sq. Noltenii Lex. Antibar. p. 140. Grotensend. Orth. Lat. §. 136. coll. §. 126. *Mr.*

(1) Hoc ordine ponit hos consules etiam Dionysius VI. 49, a quo perversum fuisse ordinem putabat Almeloვენus, quia scilicet Livius II. 33 priorem consulem scribit Cassium. Atqui nunc Dionysianae scripturae suffragatur Tulliana.

*Sed id, — consecutum est:*] Ita correxi cum Heinr. lectionem codicis *consecutus est*, pro qua illam malebat etiam Steina-

ckerus. Multo autem elegantius dici: *id consecutum est, quod fieri natura rerum ipsa cogebat, videlicet ut etc.* quam: *populus consecutus est id, quod fieri natura rerum ipsa cogebat, videlicet ut etc.*, nemo, opinor, est, quin sentiat. Ita scripsit de Fato 5. 9. *is non videt, quae quamque rem res consequatur.* Sed quid opus est exemplis in re tam manifesta? Accedit, quod ad sequens in quo optime intelligitur: *quod consecutum est. Mr.*

(2) Parem sententiam in hoc argumento versans scribit Dionysius v. 64: *ταῖς ἀνάγκαις κρείττους εἶναι τῆς ἀνθρώπινης φύσεως· καὶ τότε τὸ εὐπρεπὲς ἀξιούν ἅπαντας σκοπεῖν, ὅταν ἐχθρῶν ᾦ ἡ τὸ ἀσφαλές.* Confer Ciceronis de Or. II. 48 insignem locum, ubi is narrat, Antonium illum oratorem omnium seditionum genera, vitia, pericula oratione quadam collegisse, atque ex omni reip. Romanae temporum varietate repetivisse; aliaque addit, quae cum his politicis locis apprime congruunt.

(3) Confer lib. I, 27 et 45. *incommutabilem*] Accedit haec vox, quam adhuc nonnisi ex Varro de L. L. VIII. p. 121. ed. Scallig., Augustino et aliis scriptori-

publicae conservari statum. Nam cum esset ex aere alieno commota civitas<sup>(1)</sup>, plebs montem Sacrum<sup>(2)</sup> prius, deinde Aventinum occupavit<sup>(3)</sup>. Ac ne Lycurgi quidem disciplina tenuit illos in hominibus Graecis frenos<sup>(4)</sup>: nam etiam Spartaë,

bus Christianis noveramus, vocabulis Ciceronianis: nulla enim est causa cur corrigas immutabilem. Mr.

cum esset ex aere alieno commota civitas,] Ita posuit ex pro propter Brut. 97. 532. Ex te duplex nos afficit sollicitudo. Mr.

(1) Seditiones commutationesque rerump. propter aeris alieni et foenoris magnitudinem recitat Plato reip. viii. p. 555. sqq.

(2) Ita appellatur *προληκτικός*; nam Festus voc. sacer montem illum sic vocitatum putat, quod eum plebs, creatis ibi tribunis, discedens Jovi consecravit. Ipse Tullius pro Cornel. [in Fragm. Orr. p. 1120. ed. Ern. min.] dicit: *montem illum trans Anienem, qui hodie mons sacer appellatur*. [V. Creuz. Antt. Romm. p. 151. not.]

(3) Sacrum tantummodo montem memorant occupatum Dionysius vi. 45; Livius II. 52; Ovidius Fast. III. 664; Florus I. 25; Orosius II. 5. Sed enim Livius causam aperit, cur Cicero Aventinum quoque dicat: *ea frequentior fama est (de sacro monte), quam cujus Piso auctor est, in Aventinum secessionem factam esse*. Sed apertius cum Cicerone sentit Sallustius historiarum libro primo apud Augustinum C. D. II. 18. III. 17, et apud Servium ad Aen. viii. 479: [in Fragg. Histor. I. 8. p. 215. sq. ed. Gerlach. Cr.] *foenore oppressa plebs montem sacrum atque Aventinum insedit*. Cicero pro Corn. [in Fragg. I. Ed. Ern. min. T. iv. 2. p. 1120. Mr.] sibi consonans de iis, qui in montem sacrum secesserant,

ait: *Romam armati reverterunt, in Aventino consederunt*. [p. 1048. ed. Ern. maj. Nimirum plebs Romam e monte sacro reverterat et in Aventino consederat. Hinc tollitur etiam G. O. Reizii dubitatio ad Theophili Instit. Lib. I. Tit. II. p. 37. cf. etiam Niebuhr. R. G. I. p. 409. praesertim p. 441. sq. Sed hic locus in Cornelia pertinet ad alterum secessum post Appii facinus in Virginiam et decemviros abrogatos. Vid. Liv. III. 52. init. et cap. 54. itemque infra apud nostrum II. 57. Cr.]

*frenos*:] De hac Accusativi forma, Ciceroni usitatore, quam *frena*, vide disputantem C. L. Schneiderum Lat. Formenl. I. p. 476, qui ibidem monet, a scriptoribus Latinis non usurpari solere nominativum *freni* sed *frena*, et multo minus singularem *frenus*. Mr.

(4) Locutio Platonica, ut observat Plutarchus in Lycurgo cap. viii.

*Spartae, regnante Theopompo, sunt etc.*] Conf. C. O. Müller. Gesch. Hellen. Stämme u. Städte III. 114, qui se a Niebuhrii (R. G. I. 420.) sententia de Ephoris et de Lacedaemoniorum vita civili in multis rebus suam sejungere ait sententiam, idemque (I. c. p. 311. sqq. 114. sqq.) probatum ivit, neque a Lycurgo, neque a Theopompo rege institutos esse Ephoros, sed seriore multo aetate. Ab ipso Lycurgo Ephoros institutos prodit auctor epistolae octavae in Platoniciis. Ceterum confer Ciceronem de Legg. III. 7. — De Ephoris et Cosmis vid. etiam Ephori Fraggm. ed. M.

regnante Theopompo (¹), sunt item quinque, quos illi Ephoros appellant, in Creta autem decem, qui Cosmoe vocantur (²), ut contra consulare imperium tribuni plebis, sic illi contra P. 197. vim || regiam, constituti (³).

XXXIII. Fuerat fortasse aliqua ratio maioribus nostris in illo aere alieno medendi (⁴), quae

(a) Cod. 1. manu *cosmoe vocantur ut contra consularem constituti*. Intermedia vero addita sunt posteriore manu, quae nos aegre quidem sed tamen certissime legimus. Jam quod 1. manus scripserat *consularem*, ea videtur corruptio pro *consularem vim*. *Vim* autem magis prope heic probem quam *imperium*; illi enim justius quam huic resistimus. (b) Notemus syntaxim *mederi in re aliqua*; nisi malumus dicere *in illo aere alieno medendo* contra codicis evidentiam.

Marx p. 167. de his C. F. Neumannii Rerum Graecarum specimen (8. Gotting. 1820.) p. 74 et 105. Tittmann. Darst. der Griech. Staatsverfassungen p. 413. Cr. — Kobbius monet, Archontibus potius, quam Ephoris comparandos esse Cosmos, laudans C. O. Müller. *die Dorier* II. 130. De *Cosmis* vid. etiam Goettling. ad Aristot. Politic. p. 475 sqq. Mr.

(1) Anno circiter centesimo et trigesimo post Lycurgum, ut docet Plutarchus praedicto loco; nempe Olympiade quinta, ut scribit Eusebius, adeoque ante Romae natales.

*qui Cosmoe vocantur*,] Non debuit mutare Villem. descriptionem *Cosmoe* in *Cosmoi*, de qua recte praecipit C. L. Schneiderus l. c. p. 82. *oe* responderet Graeco *oi*, ut *ae* Graeco *ai*, laudatque plures ejusmodi formas: conf. eundem ib. p. 67. Quod vero pravam distinctionem A. Maji, semicola ponentis post *appellant* et post *vocantur*, servarunt St. et Lehn., itemque Sch. posteriore loco, eo sensum turbarunt, qui non vult: *esse* Spartae Ephoros, et *esse* in Creta Cosmos, sed: *constitutos esse* Spartae Ephoros et

in Creta Cosmos, ut Romae tribunos plebis. Mr.

(2) De ephoris atque cosmis lege, si vacat, Aristotelem reip. II. 9. 10, et Strabonem lib. x. p. 738. [Adde J. Meursii Cretam L. III. c. ix. p. 167—169. Mr.]

*contra consulare imperium*] Nemo audivit A. Majum ex primae manus scriptione *consularem* conjicientem *contra consularem vim*. Et merito: nam et variat orationem *imperium*, et optime convenit consulibus imperium, quod, cum solum in bello, neque antequam in comitiis centuriatis lex de eorum imperio esset lata, haberent, domi quoque nunquam et in rebus civilibus exercere volebant eoque saepe invisi erant. Mr.

*Fuerat fortasse aliqua ratio* etc.] Vides ex annotatione critica, laborasse A. Majum in hac constructione, quia nos vel notare jubet structuram *mederi in re aliqua*, vel corrigere *in illo aere alieno medendo*. Nos quidem neutrum volumus, neque etiam Schützi conjecturam amplectimur, corrigentis: *in illo consilio aeri alieno medendi*, certe non magis, quam eam, quam ad

P. 198. neque Solonem Atheniensem non longis temporibus ante fugerat (<sup>1</sup>), neque post aliquanto nostrum senatum, cum sunt propter unius libidinem omnia nexa civium liberata, nectierque postea

eundem sensum nobiscum communicavit vir quidam doctus: *in illo aeri alieno medendi modo*. Quaero enim ex utroque, quodnam fuerit *illud consilium*; vel *ille* modus medendi, quo respiciat Scipio dicens *illo*? Nihil plane mutandum, sed locus ita construendus: *In illo aere alieno* (ex quo commotam esse dixi civitatem) *fuerat* (i. e. fuisset) *fortasse majoribus nostris aliqua medendi ratio*: (jam interponuntur ea, quae sequuntur usque ad *medicina quaesita est*: tum pergit:) *quo tum consilio praetermissa causa populo nata est* etc. Simili vel potius eodem modo intellexisse video locum Steinackerum et Lehnerum: *Mr.*

(1) Dicit *non longis temporibus*, quia Gellius xvii. 21, ait: *Solonem accepimus leges scripsisse Atheniensem, Tarquinio Prisco Romae regnante, anno regni ejus tricesimo tertio*. [cf. Corsini Fasti Attici III. 76. Larcheri Chronolog. Herodot. ad Olymp. xlv. 3. sive ad ann. ant. Chr. n. 594., et F. A. Wolfii Prolegg. Homericc. p. lxxix. Cr.] Innotuit autem heic Cicero inventam a Solone *σεισάχθεια*, nempe aeris alieni sublevationem, cui Solon ipse exemplo praeivit septem talenta, quae sibi debentur, omittens. De hac re lege Laërtium in Solone; Plutarchum item in Solone et in reip. ger. praeceptis; Heraclidem in politis. [De *σεισάχθεια* vid. Philochori Fragg. p. 39. sq. Androthionis Fragg. p. 118. ed. Lenz. et Siebelis. Petitus de Legg. Att. p. 412. Wesseling. ad Diodor.

Sicul. I. 79. Corsini Fast. Attic. III. p. 76. et Boeckhii *Staats-haushaltung der Athener*. I. p. 17. et II. p. 349. sqq. Cr.] Quin adeo Dionysius v. 64 orationem recitat Valerii, qui fuit Publicolae frater, suadentis, ut plebi Romanae aes alienum remitteretur, hoc ipso Solonis exemplo proposito: quamquam frustra fuit, contradicente Appio.

*omnia nexa*] De *nexis* vid. quos laudat Creuz. Antt. Romm. p. 36. Add. Lexicon, quod supra laudavi, Juridicum p. 759. Heineccii Antt. Jurisprud. illustr. II. 1. 20. III. 16. 15. III. 50. 2. *Mr.* — Plutarch. Solon. cap. 15: *γράφας τὰ μὲν ὑπάρχοντα τῶν χρεῶν ἀνεισθαι, πρὸς δὲ τὸ λοιπὸν ἐπὶ τοῖς σώμασι μηδὲν δανειζεῖν*. Anonymus de incredibilibus in Galei Opuscul. mythologg. p. 96. item de Solonis *σεισάχθεια*: *τὸ δὲ ἦν λύτρωσις τῶν σωμάτων· καὶ γὰρ ἐπὶ σώμασι ἐδανείζοντο, καὶ ἀποροῦντες ἐθήτεον*. Cr.

*nectierque postea desitum*.] Monet Lehn. forma *nectier* usum esse Ciceronem, ut aliquam legis antiquae retineret similitudinem. Poterat addere, etiam in sermone familiari ita loqui consuetos esse homines, ut est v. c. ad Famm. V. 9. *qui pro se causam dicier vult*. Sed accurate de verbis, quae hac quidem forma apud Plautum, Terentium, Lucretium, Horatium, alios reperiuntur, praecipit Ruddimannus Inst. Gr. Lat. T. I. p. 284. sq. et ibidem laudavit formulae toties a Cicerone usurpatae (*inter bonos bene agier*) loca. *Mr.*

desitum (¹): semperque huic generi, cum plebes (²) publica calamitate impendiis de | bilitata deficeret, salutis omnium causa aliqua sublevatio et medicina quaesita est (³). Quo tum consilio praetermisso, causa populo nata est, duobus tribunis plebis per seditionem creatis (⁴), ut potentia senatus atque auctoritas minuere- P. 199. tur (⁵): quae tamen gravis et magna remanebat, sapientissimis et fortissimis et armis et P. 129. consilio civitatem tuentibus; quorum au || ctori-

(a) Ita pro *plebs*. (b) Ita [*quaesita est*] 1. manu; at 2. hic et inferius videtur addidisse e.

(1) Intellegit ea, quae acciderunt Veturio seu Publilio adolescenti, et quorum causa jus Romanum mutatum est. Rem habes apud Valerium M. vi. 1. 9: Livium viii. 28; Dionysium in fragm. xvi. 9.

*plebes*] De hac forma vid. Schneider. Formenl. I. p. 182. Ruddimannus l. c. p. 72. sq. In verbis *semperque huic generi* aliquantum haereo. Vertit Kobbius: *so wie immer nach diesem Grundsatz — einige Erleichterung und Hilfe des allgemeinen Wohls wegen gesucht wurde*. Hoc parum latinis verbis respondere, nemo est quin videat. Neque magis ad fidem verborum reliquorum interpretum versio est facta. Ad *generi* potes subaudire *malorum* vel *incommodorum publicorum*: sed mihi quidem suspicio subnata est, legendum esse *semperque huic oneri* (sc. aeris alieni) — *sublevatio* — *quaesita est*. Certe optime conveniret *oneri* substantivum *sublevatio*; minus bene, fateor, vox *medicina*: quamquam haec est remotior, neque hoc Zeugmatis genus abhorret ab usu Ciceronis. *Sublevare* vero

recte dicit Gesnerus in Thesauro L. L. esse *sub onere gementem liberare*. Sed ad ipsum verbum *sublevatio* monendum est, hoc vocabulum alibi apud Ciceronem non reperiri, neque apud alios scriptores veteres, sed in Digestis tantum *Mr.*

*duobus tribunis plebis*] Ad rem cf. Creuz. Antt. Romm. p. 149 — 157. *Mr.*

(2) Duos tribunos creatos dicit Cicero etiam in Cornelianis; quo loco sic commentatur Asconius: *quidam non duos tribunos pl., ut Cicero dicit, sed quinque tradunt creatos esse, singulos ex singulis classibus. Sunt tamen, qui eundem illum duorum numerum, quem Cicero, ponant: inter quos Tuditanus et Pomponius Atticus, Liviusque noster. Idem hic et Tuditanus adjiciunt, tres praeterea ab illis duobus collegas creatos esse*. His, qui duos tribunos dixerunt, addatur Lydus m. R. I. 38. 44. In iis, qui quinque dixerunt, est Dionysius vi. 89.

(3) Hac de re disputat Cicero Leg. III. 7.

*et armis et consilio*] Quid hoc loco sanius? Sed Sch. si



tas maxime florebat, quod, cum honore longe antecellerent ceteris, voluptatibus erant inferiores, nec pecuniis ferme superiores (<sup>1</sup>); eoque erat cuiusque gratior in re publica virtus, quod in rebus privatis diligentissime singulos cives opera, consilio, re tuebantur.

XXXV. Quo in statu rei publicae Sp. (<sup>a</sup>) Cassium de occupando regno molientem, summa apud populum gratia florentem, quaestor | accu- P. 130. savit (<sup>b</sup>), eumque, ut audistis, cum pater, in

(a) Cod. S. P. interposito puncto. (b) Cod. *accusabit*, et mox *mactabit*.

minus correxit, certe edidit et *annis et consilio*, quae melius convenire adjectivis *sapientissimis et fortissimis*, quam lectionem Codicis, neminem concessurum arbitror. Est elegans chiasmus, *sapientissimis ad consilio*, et *fortissimis ad armis* est referendum. Et quamquam etiam fieri solet, ut aetas aliquid conferat ad fortitudinem, nemo tamen recte dici existimabit (praeter correctorem Schützii) *viris annis fortissimi*: unusquisque nobiscum sentiet jungentibus: *armis et consilio tuentibus civitatem viris sapientissimis et fortissimis*. Mr.

*voluptatibus erant inferiores*] Noli cogitare de usu Platónico ἡττονεὶς ἦσαν τῶν ἡδονῶν, qui est etiam apud Xenoph. M. S. IV. 5. 11. ὡς ἄνθρωποι ἡττονοι τῶν διὰ τοῦ σώματος ἡδονῶν πάντων οὐδεμιᾶς ἀρετῆς προσήκει. Convenit potius, quod est Epp. ad Fam. XIII. 5. *Gravissimum autem est, cum superior factus sit ordine, inferiorem esse fortuna*. Ad rem conf. Creuz. Ant. Romm. p. 157. sq. Mr.

(1) Consentit Sallustius Cat. VII. Virtutem Romanorum ejus

aetatis copiose laudat Augustinus C. D. v. 12. Consonat Cassiodori var. I. 16. nobilis sententia: *acquirunt nobiles thesauros famae, neglecta vilitate pecuniae*.

*de occupando regno molientem*,] Noli tentare meditantem cum singularis sit constructio *moliri de aliqua re*, neque, ut videtur, facile obvia. Accedit nonnihil Or. in Verr. Act. II. L. IV. 45. 95. *Hora amplius jam in demoliendo signo permulti homines moliebantur*. Sine accusativo objecti est Epp. ad Fam. VI. 10. *agam per me ipse et moliar*. Unde facile est ad intelligendum, dici etiam recte, ut hic dicitur, pro *consilia ineuntem et instruentem*. Plane ita dixit Philipp. II. 7. 17. *confiteri de — parricidio*: et contra de N. D. II, 4, 11. *peccatum suum — confiteri maluit*. — *Gratia florere* dixit etiam scriptor epistolarum spuriarum ad Brut. 3. et *morte mactare* item est in Oratione spuria de Harusp. resp. 20. 42. Mr.

*quaestor accusavit, eumque — morte mactavit*.] Haec esse jungenda, neque vero cum

ea culpa esse, comperisse se dixisset, cedente populo, morte mactavit<sup>(1)</sup>. Gratamque etiam illam rem<sup>(a)</sup>, quarto circiter et quinquagesimo anno post primos consules, de multae sacramento<sup>(b)</sup> P. 100.

(a) Ita Cod. evidenter *rem*. Sed scribe *legem*. (b) Locutionem declarat Festus: *sacramentum aes significat, quod poenae nomine penditur*. [Copiose explicatur in Lex., quod saepius laudavi, Juridico p. 1033. sq. Mr.]

sensum loco inesse, quem vult A. Majus, ut pater ipse Cassium morte mactaverit, facile est videre; neque tamen vidit Villem. et, qui nihil sine eo vidit, Pierr. Neque vero, quod monet Cr. in censura horum librorum, (Heidelb. Jahrbh. 1823. 4. p. 59.) sine libris corrigendum videtur *eumque pater, ut audistis, cum dixisset* etc. ut Cicero idem fere narret, quod ceteri. Ad verba *cum pater, in ea culpa esse, comperisse se dixisset* ne quis desideret *in ea eum culpa esse*, is legat, quae ejus omissionis exempla congescit Ruhken. ad Rutil. Lupum p. 41. sq. teneatque, ideo potissimum h. l. *eum* omitti, ne, quod modo praecessit, moleste repetatur. Ita dixit ad Famm. x. 20. *de te fama constans, nec decipi posse, nec vinci*: de N. D. I. 39. 109. *Puderet me dicere non intelligere*, ubi, tribus verbis me desiderantibus, semel positum est. Mr.

(1) Mediam quandam sententiam sequitur Cicero, dum ait, Cassium a quaestore quidem accusatum, verum a patre judicatum atque interfectum: quidam enim scripserunt, accusatum quoque fuisse a patre. Rem suo more ventilat Dionysius VIII. 79; atque ita concludit, ut ei Cassii pater nihil in filii judicio egisse videatur. Neque abhorret a Dionysii sententia Livius II. 41. Sed contradicunt Valerius M. v. 8. 2, et Florus I. 26.

*Gratamque etiam illam rem,— tulerunt.*] Scribe *legem*, ait A. Majus; eique dicto audientes fuerunt Heinr. et Sch., Lehnerum etiam assentientem neque tamen obsequentem nactus est. Non solet alibi ita quasi de tripode pronunciare vir doctissimus: hoc vero loco fidenter nos corrigere jubet, probe guarus, optime dici *legem ferre*. Neque ego, si ita esset in Cod., vel minimum molirer. Sed nunc patrocinandum videtur lectioni Codicis. Primum illud mihi largietur A. M., bene dici *ferre ad populum de aliqua re*, ita enim est Epp. ad Famm. xi. 2. *quod de commodis eorum mense Julio laturus esses*. Or. pro Milone 6. 15. *Tulit enim de caede*. Dici vero etiam *rem ferre* apparet ex Livio II. 56. 3. *haud parva res sub titulo prima specie minime atroci ferebatur*. Nostrum igitur locum ita intellexerim: *quarto circiter et quinquagesimo anno post primos consules de multae sacramento Sp. Tarpejus et A. Aternius coss. comitiis centuriatis tulerunt rem non minus gratam populo i. e. quae res non minus grata fuit populo*. Mr.

*de multae sacramento*] *Sacramento agere* erat formula solennis in causis privatis (in legis actionibus, v. Gajus Inst. Comm. xv. §. 12 — 15.); et mixeris, primo aspectu eam adhiberi ubi de *irroganda multa* sermo est. Sed a scerioribus pariter ac veteri-

Sp. Tarpeius, et A. Aternius (a) consules comitiis centuriatis tulerunt (1). Annis post ea xx, ex eo,

(a) Notabilis lectio *Aternius*, quam confirmant fragmenta Capitolina, quamque apud Plinium VII. 28, emend. 91. Harduinuis sex in codicibus esse ait. Variat in libris id nomen, *Aternius*, *Aternius*, *Aterius*, *Haterius*. Sed enim de hoc nomine nemo

bus scriptoribus multa dicitur nonnunquam sensu latiore, ad significandam *litis aestimationem* condemnationi adjunctam, si quis *peculatus* vel similis criminis esset convictus; Cic. in Bruto c. 34; sicuti etiam nonnunquam vice versa *pecunia aestimata* ponitur pro *aere multatio*: Festus v. *aestimata pecunia*. Jam vero in *litis aestimatione et multae dictione* (in hac quidem, ubi non statim a principio in causa publica certa quaedam multa esset rogata) poterat fieri, quod fiebat in causis privatis (videlicet quod dicitur *sacramento agere et iudicium recuperatorium*). Eam autem formam re vera ita fuisse adhibitam, hae rationes videntur evincere. *Primum* in causis privatis praecipue dicitur *litem aestimare* ad significandam condemnationis summam v. c. in damni compensatione: Brissonius de Verbor. significat. v. *lis*. §. 4. *Deinde* accurate distinguitur *litis aestimatio a iudicio repetundarum* vel *peculatus*: Liv. xxxviii. 54. 55. Vellej. II. 8. L. 1. pr. D. ad L. Jul. repetund. *Tum* in lege quadam apud Marinum (*Atti e monumenti degli fratelli arvali*. Tom. I. p. 70.) jungitur *legis actio et iudicium recuperatorium cum multa*. *Praeterea* in lege de aquaeductibus apud Reinesium in Syntagm. Inscr. Cl. 7. n. 10. cognitio de *multa*, cujus a rogatore certa quaedam summa erat rogata, ad eum potissimum magistratum defertur, qui in causis privatis jurisdictionem habebat. *Porro* haud pauca sunt veterum scriptorum loca, ubi, cum de

*repetundarum crimine* sermo est, etiam *recuperatores* aliquid habuisse muneris narratur: Liv. xlii. 2. Tacit. Ann. I. 74. *Denique* nostram si admittis sententiam, illud etiam solvitur dubium, quod oritur, si contradicentem videmus Ciceronem, de N. D. III. 30. condemnationem ex lege Laetoria v. Plaetoria in *iudiciis publicis rei privatae* ponentem, auctori Tabulae Heraclensis lin. 37. coll. lin. 43. aer. Neap., qui lege Plaetoria condemnatum distinguit ab eo, qui *iudicio publico* est condemnatus. Cicero enim actionem, quae fieret ex lege Plaetoria, qua actione praeter *litis aestimationem* fortasse etiam *multa* rogabatur, minus proprie videtur dixisse *iudicium publicum*, respiciens fortasse id momentum, quod esset in poenae irrogatione: cum contra rogator, ad formam actionis respiciens, accuratius loqueretur. — Quae de h. l. momentum, Dirksenio nostro accepta referent lectores *Mr.*

*consules comitiis centuriatis tulerunt.*] Vid. Creuz. Antt. Romm. p. 133. Ad verba *censores — a privatis in publicum* *averterat* conferri potest in Verr. Act. II. 4. 11. *istum ut quaestura pecuniam publicam, Cn. Carboni consuli datam, avertisse*. Villem. scribit *mulcta et multare* contra librorum et lapidum veterum auctoritatem. Vid. A. Manut. Orthogr. p. 62. Cellar. I. c. p. 292. Grotefend. I. c. §. 144. *Mr.*

(1) Dionysius x. 50. perspicue horum consulum legem edisserit; scilicet quod multandi potesta-

P. 41. quod L. Papirius, P. Pinarius censo || res <sup>(1)</sup> multis dicendis vim armentorum a privatis in publicum averterant, levis aestumatio pecudum in multa, lege C. Iulii, P. Papirii <sup>(a)</sup> consulum, P. 201. constituta est <sup>(2)</sup>.

XXXVI. Sed aliquot <sup>(b)</sup> ante annis, cum summa esset auctoritas in senatu, populo patiente atque parente, inita ratio est, ut et con-

doctius disseruit quam harum doctrinarum magister cl. Burghesius de frag. nov. fast. Capitol. part. I. p. 72. ed. nov. Liceat autem hoc loco rogare eos, ad quos Romanorum ruderum vestigatio pertinet, cl. in primis Feam, rei Romanae antiquariae praesidem, quem repertorum denuo laterculorum totque utilium operum gloria exornat; liceat, inquam, impense orare, ut Capitolinorum fastorum, quorum pars ingens apud curiam Juliam adhuc latet, inquisitionem sine mora prosequantur, et Romanam historiam his nobilissimis auctibus locupletent. Haud procul eo loco quaerere jam oportet reliquias etiam arcus Augustei; cujus aedificationem post signa a Parthis recuperata Dio lxxv. 8 narrat; formam autem, triplici fornice et quadriga ac statutis impositis, exhibet praeter alios aureus nummus bibliothecae Vaticanae; situm denique ejusdem incognitum nuper demonstravit juxta aedem divi Julii Virgilianus interpres quem Mediolani edidi p. 55.

(a) Consules hujus anni ccxxiv Livius iv. 30 habet *L. Papirium* et *L. Julium*. *Cajus* quidem *Julius* ter antea fuerat consul. *Papirio* autem praenomen falsum affingi apud Livium Pighius viderat, et in *Cajum* cum Diodoro immutaverat. Nunc Cicero scribit *P. Papirium*. (b) *Cod. aliquod*.

tem magistratibus cunctis fecerint, quam antea id consulibus tantum liceret.

(1) Notandum hoc censorum collegium hactenus, ut opinio mea fert, incognitum. Primi quidem censes fuerunt anno cccxi L. Papirius et L. Sempromius; secundi C. Furius Pacilus et M. Geganius anno cccxvi; tertii scribantur nunc L. Papirius iterum et P. Pinarius anno cccxxi. Quominus enim Papirius fieret censor iterum, nihil obstabat: lex quippe Marcia id demum vetuit permultis annis post, lata a Marcio, quem populus censorem iterum creaverat.

(2) Festus voc. *peculatus* con-

sules Menenium Lanatum et Sestium Capitolinum dicit ejus legis auctores. Gellius xi. 1 ait, lege Aternia eam aestimationem esse factam. Erat autem gravissima multa *duo boves et oves triginta*, uti ait Dionysius x. 50; seu contra *duae oves et boves triginta*, ut Fest. et Gell. At Plutarchus Poplic. cap. xi, ait a Publicola praefinitam esse multam quinq; boves duasque oves valentem. Denique non abs re moneo, apud Gellium vii. 11 extare fragmentum orationis de multa ad populum recitatae a Scipione nostro in censura.

*Sed aliquot ante annis*] Ad rem conf. Kreuz. Antt. Romm.

sules et (●) tribuni plebis magistratu se abdicarent (¹), atque ut decemviri maxima potestate sine provocatio | ne crearentur, qui et sum- P. 42.  
mum imperium haberent et leges scriberent. Qui cum x tabulas summa legum aequitate prudentiaque conscripsissent (²), in annum posterum decemviros alios subrogaverunt, quorum

(a) Cod. 1. manu consul esset.

p. 184 — 187. et qui ibi laudantur scriptores. In Ed. Sch. est *annos pro annis*, cujus mutationis nulla esse videtur causa idonea. Quid intersit inter *ante* cum accusativo et cum ablativo positum, docuit Stallbaum. ad Ruddimann. II. p. 291. *Mr.*

(1) Dionysius x. 19 eum morem a Cincinnato consule inventum narrat; isque adhuc manebat aetate Frontonis, cujus vide ep. ad M. Caes. II. 3; et ulterius servatum novimus.

*cum decem tabulas summa legum aequitate*] Non obedivimus viro cuidam docto, qui corrigi volebat: *cum decem legum tabulas summa cum aequitate* —: sed morem gessi eidem postulanti, ut publice proponerem conjecturam: fieri enim posse existimabat, ut, quae mihi displicerent, aliis probarentur. *Mr.*

(2) Circa urbis annum ccc, ut vulgo historici tradunt. Nullam tamen facit Cicero mentionem Romanorum in Graeciam legatorum ad Solonis leges petendas: cujus rei altum silentium est in aliis quoque Tullii scriptis. Immo is de Or. I. 44. leges Romanas aperte anteposit inconditionis et ridiculis, ut ait, Lycurgi, Draconis Solonisque legibus, quod facere vix debuit, si generatim jus Romanum e Graeco haustum putavisset. Praeterea Tusc. v. 36 commemorato illo Hermodoro, [de eo vid. Strab. xiv. p. 951.

p. 542. ed. Tzsch. Plin. H. N. xxxiv. 11. 5. Pompon. de Orig. Jur. 4. Niebuhr. R. G. II. p. 109 sqq. *Cr.*] quem quidam ajunt interpretandis apud decemviros Solonis legibus praefuisse, ne *ypu* quidem ea de re Cicero. Profecto duorum jurum natura mirum quantum diversa est. Itaque docti aliquot, praesertim Vicus Italus, Bonamicus Gallus, Gibbonius Anglus, et Germani quidam nuperrimi, legationem illam negare ausi sunt, contradicente licet prolixo Terrassonio Gallo et nonnullis Italis. Supplementa quaedam tabularum ab Aequis, Italiae populo, missis ad eos decemviris, accepisse Romanos narrat Servius Aen. vii. 695.

*subrogaverunt,*] De hoc verbo vid. quae monuimus ad II. 31. *Mr.*

*quorum non similiter fides est nec justitia laudata.*] *Est* addidi ex Steigackeri conjectura, qui recte monet, in tali sermone non omittere volere Ciceronem verbum substantivum, et facile id potuisse excidere finitimarum litterarum similitudine. *Omittitur est* in proverbii, sententiis et epiphonematis: non omittitur a nostro in narrationibus. Vid. Ruddimanni Inst. Gr. Lat. II. p. 7. *Omittitur item est*, ut monet Goerenz. ad Acad. I. 7. 25. si est praecipientis et si res quasi per locum communem effertur. *Mr.*

non similiter fides est nec iustitia laudata <sup>(1)</sup>. P. 202.  
 Quo tamen e collegio laus est illa<sup>o</sup> eximia C. Iulii, qui hominem nobilem, L. Sestium, cuius in  
 \*Q. XXII. P. 137. cu<sup>o</sup> || biculo effossum <sup>(a)</sup> esse, se praesente, mortuum diceret, cum ipse potestatem summam haberet, quod decemvir <sup>(b)</sup> sine provocatione esset, vades tamen poposcit: quod se legem illam praeclaram neglecturum negaret, quae de capite civis Romani, nisi comitiis centuriatis, statui vetaret <sup>(c)</sup>.

XXXVII. Tertius est annus decemvralis consecutus, cum iidem essent, nec alios subrogare  
 P. 138. voluissent <sup>(d)</sup>. | In hoc statu rei publicae, quem dixi iam saepe non posse esse diuturnum <sup>(e)</sup>,

(a) Ita [effossum] Cod. uti supra *ecferre, ecfrenati*. (b) Cod. *decemvirum*, nisi forte aliqua ibi litura est.

(1) Lege Dionysium x. 59. sqq. *laus est illa eximia C. Iulii* Monet Lehn. C. Julium a Livio III. 53. in decemvris primum creatis numerari. Mr.

*quod decemvir sine provocatione esset.*] Quod monet A. Majus in Cod. esse *decemvirum*, vel aliquam ibi lituram esse suspicatur, inde Steinackerus conjicit *quod decemvirum unus*; minus feliciter, quam supra. *Decemvir* bene se habet, et est i. q. *quod videlicet, tanquam v. utpote decemvir, sine provocatione esset*: sive *decemvir* dicitur, quod barbare diceretur: *in qualitate decemviri*. Mr.

*L. Sestium — vades tamen poposcit*:] Cum duplici accusativo his posuit noster hoc verbum in Verrianis Act. II. L. I. 3. 7. qui — *parentes pretium pro sepultura liberum posceret*: ibid. I. 17. 44. *In Achaja magistratum Sicyonium numos poposcit*.

Omnia quae hanc constructionem admittunt verba collegit Ruddimannus l. c. II. p. 176: eaque adposuit, quae perperam nonnulli huc retulerunt. Mr.

*quod se legem etc.*] Conf. Dirksen. *Uebersicht der bisher. Vers. zur Krit. und Herstellung des Textes der Zwölf-Tafel-Fragmente* p. 630. sq. Cr.

(2) Rem habes apud Livium III. 35.

*Tertius est annus decemvralis consecutus.*] Ad rem conf. Creuz. *Antt. Romm.* p. 186. Miro errore dedit Villem. *undecemvralis*, quod fideliter recepit egregius scilicet interpres Fuldensis, qui, ut omnia diligentissime administravit, in capite praecedente omisit verba *in cubiculo et vades tamen poposcit*. Mr.

(3) Dionysius xi. 1. sqq. Orosius II. 13.

(4) Lib. I. 41. [*potius cap. 45.*] II. 33.

quod non esset in omnes ordines civitatis <sup>(a)</sup>  
 P. 203. aequabilis, erat penes principes tota res <sup>(b)</sup>  
 publica, praepositis decem <sup>(c)</sup> viris nobilissimis,  
 non oppositis tribunis plebis, nullis aliis adiun-  
 ctis magistratibus, non provocatione ad populum  
 contra necem et verbera relicta. Ergo horum  
 ex iniustitia subito exorta est maxima pertur-  
 batio et totius commutatio rei publicae: qui P. 183.  
 duabus tabulis iniquarum legum additis, qui-  
 bus, etiam quae disiunctis <sup>(d)</sup> populis tribui

(a) Cod. *civitas*; sed ibidem videtur emendatum *civitatis*.  
 (b) Cod. *re*. (c) Cod. *xx*. Mihi vero videbatur prorsus emen-  
 dandum *x*: namque decemviros primi anni alios decem sibi sub-  
 rogavisse, non addidisse, ait ipse Cicero superius; secundi vero  
 anni decemviros continuasse magistratum in tertio, mox dictum  
 est. Igitur *xx* viri dici nequeunt, nisi omne simul tempus ejus  
 dominationis Cicero complectitur. (d) Ita [*dijunctis*] Cod. et  
 recte, pro *disiunctis*.

in omnes ordines civitatis, aequabilis] Quod est in Cod. a prima manu *civitas*, ita placet Lehnero, ut lectionem fortasse non fuisse mutandam dicat. Qua in sententia ei ego non assense-  
 rim. *Civitas* si scripseris intel-  
 ligere debebis *jus civitatis*, quod minus commode diceretur: *civi-  
 tatis* si servas, facile ex praec-  
 edentibus intelliges *status* vel  
*conditio*, quod ad jura et officia  
 et munera, ut est hujus libri c.  
 35. Mr.

erat penes principes tota res publica] Conf. Creuz. Antt. Romm. p. 154. Mr.

qui duabus tabulis iniquarum legum additis, etc.] Ad rem conf. Dirksen. l. c. p. 700. sq. Sed jam legat mihi aliquis totam hanc per-  
 iodum et dicat, quodnam verbum  
 pertineat ad *qui*. Quod cum re-  
 periri non posse videret Zacha-  
 riae l. c. p. 199. abjici voluit *qui-  
 bus* post *additis*. Sed hoc si fe-  
 ceris delendum etiam erit *illi*,  
 ne Cicero dicat *qui* — *illi* de eo-

dem subjecto in eadem proposi-  
 tione. Posses quidem *qui* referre  
 ad finem periodi *praefuerunt*,  
 si abjiceres *que* post *libidinose*:  
 sed tum fieret oratio, nescio quo-  
 modo, dura et contorta. Malo  
 igitur cum Lehnero hanc negli-  
 gentiam vel hoc ἀνακόλουθον Ci-  
 ceroni tribuere, idque intactam  
 relinquere. Voluit sine dubio jun-  
 gere *qui* — *lege sanxerunt*; sed  
 cum ad *tabulis* — *additis* expli-  
 catio eorum, quae contingerentur  
 his tabulis, propositione relativa  
 addenda esset, scripsit *quibus*  
 junxitque verbum, quod priori  
 relativo debebatur, posteriori.  
 Quae nisi valde mihi viderentur  
 veri similia, delerem facillima  
 medela ipsam illud *qui*, quod  
 verbo suo orbatum non habet,  
 quo nitatur. Mr.

*dijunctis*] Ita rescripsi cum  
 Villem. et Heinr., hoc quoque in  
 vocabulo, ut in reliquis, receptam  
 scriptionem (nisi ratione desti-  
 tueretur) secutus. Ceterum ope-  
 rae pretium est legere, quae de

solent, connubia, haec illi ut ne plebi et (<sup>a</sup>) patribus essent, inhumanissima lege sanxerunt (<sup>1</sup>), quae postea plebiscito (<sup>b</sup>) Canuleio abrogata (<sup>c</sup>) est (<sup>2</sup>): libidinosaeque omni imperio, et acerbe et avaro populo praefuerunt. Nota scilicet illa res  
 P. 184. et celebrata monumentis plurimis litterarum, cum Decimus (<sup>d</sup>) quidam Virginius virginem filiam, propter unius ex illis decemviris intem- P. 204.

(a) Ita [cum] Cod. 2. manu; at 1. plebi et patribus. (b) Ita [plebiscito] 1. manu; at 2. plebiscito, contra prius exemplum. (c) Ita Cod. 2. manu; at 1. statim subjunxerat b rō o rōū Canulejo, quasi auctor uteretur verbo obrogata, cujus o elideretur a praecedente. (d) Ita Cod. Decimus litteris explicitis sine ulla emendatione. Verumtamen hujus viri praenomen Lucius scribitur a Cicerone de Fin. II. 20; Dionys. xi. 28; Liv. III. 44; Ascon. ad Cornelianam; ne alios auctores otiose consulam. Decimi quoque Bruti Callaeci praenomen versum fuit in Aulum ab iis, qui Vellejum II. 5 exscripserunt. Reapse apud Livium III. 54. eidem Verginio datur praenomen Aulus, ubi interpretes jubent (rectene an secus?) revocari lectionem Lucius. Quod si codicis nostri de rep. scripturae confidere licet, Decimus praenomen tenendum est; locus autem ille de Fin. corruptus existimandus.

praepositione inseparabili (separata tamen a verbo apud Lucret. I. 653. disque supatis:) dis v. di disputat Cortius in T. II. Orthogr. Latinae Cellarii ab Harlesio editae p. 138 — 145. coll. Nolten. Lex. Antibarb. p. 51. sq. et Grotfend. I. c. §. 150. In seqq. cum reliquis Edd. scripti conubia cum A. Majus ediderit conubia. Mr.

ut ne plebi et patribus essent,] Restituenda mihi visa est primae manus lectio cum Heinr.; quae ideo praestare videtur scriptioni cum, quia vicissim vetitum erat utrisque connubium, et quia verba legis (ut quidem pleurumque scribuntur) non vetabant, ne plebeji inirent cum patriciis connubia, sed dicitur, ut scripserunt Ursinus et Merula: Patreos cum plebed conubia nei sunt. Sed de ipsa lege vid.

Dirksen. I. c. p. 703 — 705. — De lege Canuleja, quae lata est a. u. c. cccvii, vid. Bach. Hist. Jur. p. 135. Ed. sext. et Lexicon Juridicum p. 1251. Mr.

(1) Auctore praecipuo Appio decemviro, singularis superbiae homine. Dionys. x. 60.

(2) Legatur Livius iv. 1. sqq. Hunc vero Canuleji tumultum in monte Janiculo exarsisse ajunt Florus I. 25, et Ampelius cap. de secessionibus.

celebrata monumentis plurimis litterarum,] Saepius variavit noster hanc dictionem, v. c. pro Sext. 68. 142. litteris nostris et memoria videmus esse celebratum. Acadd. II. 2. 4. ea fere sunt et Graecis litteris et Latinis celebrata. Epp. ad Famm. v. 12. nomen ut nostrum scriptis illustretur et celebretur. Mr.



periem, in foro sua manu interemisset<sup>(1)</sup>, ac maerens ad exercitum, qui tum erat in Alcido, confugisset, milites bellum illud, quod erat in manibus, reliquisse, et primum montem Sacrum, sicut erat in simili causa antea factum, deinde Aventinum ar || *matos insedis* (a) (2) . . . .

\* Dictatore L. Quinctio dicto. *Philargyrius ad* Desiderantur  
paginae octo.  
*Georg. III. 125. (3).*

P. 205. . . . *maiores nostros et probavisse (b) maxime* P. 193.  
*et retinuisse sapientissime iudico.*

(a) Ita suppleo verba duo ex Livio III. 50; quamquam Tullius cap. XXXIII utitur verbo *occupare*, in Cornelianis autem verbo *considerare*. Ipse Livius praedicto loco semel dicit *insidere*, semel *obsidere*. (b) Ita Cod. 2. manu; at 1. *probavisse*.

(1) Verginii hoc facinus Cicero de Fin. II. 20 collocat in sexagesimo anno post libertatem receptam.

*ac maerens*] Ita recte ex Cod. scripserunt cum A. Majo, Editores, excepto Villem., qui, quod plerique faciunt, scripsit [ut infra c. 41.] *moerens*. Sed vid. Cellar. l. c. p. 281. sq. Nolten. l. c. p. 110. Ald. Manut. l. c. p. 59. Grotef. §. 132. Inseqq. Sch. infeliciter edidit in *Aegido*. Quod dicit noster *intemperiem* de libidine, id per *λερόντα* dicit, qua et saepe utitur et hic in primis, cum de patricii crimine sermo est. Mr.

*primum montem Sacrum, — deinde Aventinum*] Vid. annotationem nostram ad II. 33. Cr. — Quod sequitur ex Philargyrio fragmentum praeter Lehnerum abiecerunt Edd. omnes. Ad verba *quod erat in manibus, reliquisse* conferri potest Epp. ad Att. XIII. 47. *quae in manibus habebam, abject.* Mr.

(2) In hoc haud mediocri hiatus periisse videmus decemvirorum abrogationem et poenam; item res aliquot postea gestas, bella

v. gr. cum finitimis; sed certe tribunos militares pro consulibus lectos; Sp. Maellii consilium tyrannicum, ejusdemque supplicium jussu Cincinnati dictatoris; censurae initium; quae omnia sunt in tertio quartoque Livii volumine, pertinguntque usque ad Varronianum urbis annum cccxv. His et praeterea paucis fortasse adjectis, videtur Scipio in eo conclusisse sermonem, ut diceret, optimum esse habendum mixtum illud temperatumque reip. genus quod Romani veteres et probavissent maxime et retinuisent sapientissime; quam rem superiore libro cap. XLVI ostensurum se receperat.

(3) Hac in sede conjecturaliter colloco fragmentum quod Philargyrius ex opere de rep. sed tacito libri numero profert. Ista enim L. Quinctii dictatura paucis annis post sublatum decemviratum gesta fuit. Servius non secus ac Philargyrius, incerto indicio, hanc Tullii auctoritatem laudat, verum ridicule ab indoctis amanuensis distortam: *sic de accusatore lege quinta dicta.*

XXXVIII. Cum ea Scipio dixisset, silentioque omnium reliqua eius exspectaretur oratio (1), tum Tubero, Quoniam nihil ex te, Africane, hi maiores natu requirunt, ex me audies, quid in oratione tua desiderem. Sane, inquit Scipio, et libenter quidem. Tum ille, Laudavisse (2) mihi videris nostram rem publicam, cum ex te non de | nostra, sed de omni re publica, quaesisset Laelius (3). Nec tamen didici ex oratione tua, istam ipsam rem publicam, quam laudas, qua disciplina, quibus moribus aut legibus constituere vel conservare possimus (3).

(a) Ita 2. manu; at 1. *laudavisse*.

*silentioque omnium reliqua ejus exspectaretur oratio,*] Admodum variat hanc sententiam vel transeundi formulam in suis dialogis Cicero: v. c. de Or. I. 35. 160. *Haec cum Crassus dixisset, silentium est consecutum: sed* etc. ib. II. 7. 28. *Tum omnes oculos in Antonium conjecerunt: et ille* etc. ib. III. 5. 18. *ibi magna cum audiendi expectatione considitur. Tum* etc. III. 35. 143. *et ipse conticuit et ceteris silentium fuit. Tum* etc. Conf. praeterea Brut. 55. 201. Acad. I. 4. 14. II. 19. 63. extr. de Finn. II. 1. 1. et supra de Rep. II. 1. *Mr.*

(1) Num ut Romanam historiam usque ad sua tempora prosequeretur?

*nihil ex te — requirunt,*] Rarior haec est constructio, neque tamen nostro inusitata: v. c. pro Coel. 28. 67. ad Att. vi. 1. *Mr.*

(2) Lib. I. 20. 21. 30. 35. *ex oratione tua, istam* etc.] Solus Heinr. non neglexit distinctionem post *tua*, qua omissa videntur sequentes accusativi jun-

gendi cum *didici*: quod si fieret, pro *qua disciplina* legendum esset *qua ve eam disciplina*. Sed hoc nullum editorum voluisse existimo: male enim diceretur *discere rem publicam*. Intelligi igitur voluerunt locum, ut nos, recte distinguere noluerunt. *Mr.*

(3) Mores et leges fundamenta duo cujusvis reip. statuit esse Polybius vi. 47. De disciplina et de moribus quarto in libro tractabitur. De legibus vel in quinto actum est, vel id caput peculiari operi Tullius reservavit, cujus para extat in tribus de legibus. Valde tamen suspicor, quinto in libro actum fuisse de constitutione conservationeque civitatis (quod facit Plato reip. tertio et quarto) quoniam Tullius multa dixit in quinto de civitatis moderatore, qui Platoni in praedictis libris est *πόλιτης*, et et Ciceroni lib. I. 41. *custos*. Sed certe Platonici libri copiosissimi de rep. et de legibus satis nos docent, quanta pars Tullianorum scriptorum argumenti ejusdem desideretur.

XXXVIII. Hic Africanus, Puto nobis mox  
 P. 106. de instituendis et conservandis civitatibus aptio-  
 rem, Tubero, fore disserendi (<sup>a</sup>) locum (<sup>1</sup>). De  
 optimo autem statu equidem arbitrabar me sa-  
 tis respon || disse ad id, quod quaesierat Laelius. P. 143.  
 Primum enim numero definieram genera civi-  
 tatum tria probabilia, perniciosa autem tribus  
 illis totidem contraria; nullumque ex eis unum  
 esse optimum, sed id praestare singulis, quod  
 e tribus primis esset modice temperatum (<sup>2</sup>).  
 Quod | autem exemplo nostrae civitatis usus P. 144.  
 sum, non ad definiendum optimum statum va-  
 luit, (nam id fieri potuit sine exemplo,) sed  
 ut (<sup>b</sup>) civitate maxima reapse (<sup>c</sup>) cerneretur,

(a) Ita [*disserundi*] Cod. 1. manu; at 2. *disserendi*. (b) Prae-  
 positio a superaddita fuit. (c) Recole dicta de hoc vocabulo  
 lib. I. 2. p. 5. n. 2.

*disserendi*] In Cod. et Ed. A. Maji est *disserundi*, quod (invi-  
 tus, [ut opinor] servavit Heinrichus. Mr.

(1) Confer libri sexti fragmen-  
 ta sub initio.

*nullumque ex eis unum*] Ad sententiam conf. I. 26. et 35. Posteriore loco dicit: *eorum nullum ipsum per se separatum probo*: quae est quasi paraphrasis nostri loci. Sed *nullus* et *unus* junxit noster etiam in Bruto 59. 216. *hoc verissime judicari potest, nulla re una magis oratorem commendari, quam verborum splendore et copia*. Sed plane ut nostro loco est apud Herodotum I. 32. *ἀνθρώπων δῶμα ἐν οὐδ' ἐν αὐραῶν ἐστὶ*. Mr.

*modice temperatum*] *Moderatius temperare* dixit Orat. 52. 176. Mr.

(2) Ista omnia in primo libro

sunt. Quod si cui haec pagina paulo brevior ceteris esse videtur, is sciat, amanuense verba aliquot oscitanter repetivisse, quod et alibi accidit.

*sed ut civitate maxima — cerneretur,*] Ita maluimus scribere cum Heinr., quam cum reliquis ex Cod. a 2. manu *a civitate*, neque sufficit, quod Lehn. dicit, *a civitate* esse i. q. *in civitate*. Nam quod nonnulli dicunt a poni pro *in* apud nostrum de Orat. II. 68. 276. *eique ab ostio quaerenti Ennium ancilla dixisset*, id verum non est, ut patet cuique locum accurate inspicienti: et, si verum esset, nostri tamen loci alia esset ratio. Equidem malim scriptum *e civitate* vel *in civitate*: sine praepositione verbum *cernere*; ablativo jungitur Topic. 21. 80. *causa certis personis, locis, temporibus — cernitur*. M.

quale esset id, quod ratio oratioque describeret (1). Sin autem sine ullius populi exemplo genus ipsum exquiris optimi status, naturae imagine utendum est nobis (2); quoniam tu hanc imaginem urbis

\* Q. XXIII. et populi ni\* || (3) . . . .

P. 19. XL. . . . (\*). S. quem iamdudum (4) quaero, P. 207.

(a) Ita [*iamdudum*] Cod. pro *iamdudum*.

(\*) Exin ad usque libri II finem supersunt in codice paginae tantum sex. Quaeret aliquis, quot vel quaterniones vel paginae in his postremis secundi libri lacunis post quaternionem XXXIII amissae sint? Primi quidem libri quaterniones fuerunt XIII, quorum quatuor prooemium occupavit. Igitur si libro secundo parem molem attribuere licet, is quidem ultra quaternionem XXVI non processit. Verum idem liber paulo infra potius constituisse videtur; tum quia prooemio caruit; tum quia tertius liber, qui novum prooemium prae se fert, in quaternione XXVIII jam dialogum instaurat. Ergo mihi secundus liber ante dimidium fere quaternionem XXVI desivisse videtur. Id si vere conjicio, folium quidem pp. 19. 20. 25. 26 erit secundum vel tertium quaternionis XXIV aut XXV. Folium autem pp. 9. 10. 5. 4 erit item secundum vel tertium quaternionis XXVI. Tum folium pp. 207. 208. 201. 202 erit medium quaternionis XXVII. Denique folium pp. 23. 24.

*quod ratio oratioque describeret*] Alio plane sensu junguntur haec substantiva de Off. I. 16. 50. *societatis — vinculum est ratio et oratio*. Quod mox dicit *sine — exemplo genus ipsum* id hodie plerumque barbare dicitur *in abstracto non in concreto*. Mr.

(1) Sic fere loquitur in prooemio Livius. Dionysius autem V. 75 pressius adhuc Ciceronis sententiae et verbis adhaeret.

(2) Hunc locum haud scio an legisse videatur Io. Saresberienensis polier. vi. 21, cujus verba in testimonio laudavi.

(3) Incidimus in ingentem lacunam. Sine dubio autem nunc adgreditur Cicero ad commovendum illum de justitia sermonem, quem Augustinus C. D. II. 21. ait secundo libro coeptum totoque tertio protractum. Quum enim Romanae reip. exemplo formam optimam civitatis finisset

Scipio, Tubero tamen praedictam *imaginem urbis et populi nimis circumscriptam esse judicaret* (sic enim haec continuare licet sententiam auctoris;) ad jus universae naturae, seu generatim societatis humanae, demonstrandum accedit idem Scipio: sicuti superiore libro cap. XXXVI, ut unius dominatum suaderet, naturae universae testimonium invocaverat, quam physici ab una mente regi sentiebant. Est autem praeclara transitio a peculiari Romae jure ad generale naturae, quoniam, ut scribit Gravina, *nihil est aliud jus civile, nisi naturalis ad Romanae reip. institutionem relata Romanisque moribus et litteris explicata ratio*.

*S. quem jam dudum quaero,*] Sch. in initio capitis scribit LX. Scipio non ut interlocuentis nomen, sed ut ad contextum orationis pertinens vocabulum. Mr.

et ad (<sup>a</sup>) quem cupio pervenire. L. Prudentem fortasse quaeris (<sup>b</sup>)? Tum ille, Istum ipsum. L. Est tibi ex his (<sup>c</sup>) ipsis, qui adsunt, P. 208. bella (<sup>d</sup>) copia, vel ut (<sup>e</sup>) a te ipso ordiare (<sup>1</sup>).

21. 22 notam habet inscriptam quaternionis xxviii. Sed haec, ut dixi, conjecturis partim nituntur, neque satis exploratum est, quotam omnino partem foliorum aut quaternionum utrique libro attribuere oporteat. Sed certe a quaternione xxxiii ad libri finem sermo fuit de natura, quae moderationem justitiamque suadet et servat, de imperii ac libertatis naturali temperatione, de politici hominis prudentia ac dexteritate, quem quidem a se ipso docendo instituendoque initium facere decet. Exin dicta sunt illa aliquanto latius atque uberius, ut ait Augustinus, de justitiae necessitate, libroque imposita coronis fuit.

(a) Cod. at. (b) Ita distinguitur in codice post *quaeris*, puncto scilicet adjecto. (c) Nempe *eis* pro *his*. (d) Ita Cod. 1. manu; at 2. mendose *belli*. (e) Num potius legendum *velut*? Dubitabam etiam num in codice esset aliqua metathesis *vel ut* pro *ut vel*.

*ex his ipsis, qui adsunt,*] Non ferenda videbatur nobis cum Steinackero codicis lectio *eis*, cum de praesentibus loquatur Laelius: quia nimis debilitatur oratio illo pronomine. Nonnunquam reperies *hic* pro *is* ad augendam orationis vim; v. c. de N. D. I. 2. 4. *sunt autem alii philosophi, et hi quidem magni atque nobiles*. Sed de permutatione formarum *hi* et *ii*, *his* et *iis* et alii locuti sunt, et nos ad Cic. de N. D. I. 5. p. 23. et 808. ed. Cr. et nostr. maj.; p. 11. ed. nostr. min. accuratius. *Mr. bella copia,*] Recte movet Lehn. intelligendum esse *prudentum hominum*. *Mr.*

*vel ut a te ipso ordiare.*] Solus Steinack. secutus est A. Maji sententiam alteram, scribens *ut vel*, sine dubio ut sit i. q. *etiamsi v. licet adeo*: sed eam ipsam sententiam inesse etiam in codicis scriptione monuit Sch., sensum hunc esse dicens: *adeo quidem, ut, etiamsi a te ordiare, quicum nemo posse comparari videatur, supersit tamen aliorum etiam bella copia*: Lehn. dicit esse h. l. *vel*

i. q. *exempli gratia* (sic et III. 10. *in una urbe, vel in hac ipsa*) et *ut* (*ὡς*) *ordiaris* pro imperativo modo. Similiter ego dudum in schedis hoc scripseram: nisi malis legere *vel tu a te ipso ordiare*, intellige *vel* dictum pro *veluti* (ut est Epp. II. 13. *Raras tuas quidem, — sed suas accipio litteras: vel quas proxime acceperam, quam prudentis — consilii!*) et *ut pro licet*, ut est Tuscc. I. 21. 49. *ut enim rationem Plato nullam afferret, — ipsa auctoritate me frangeret*. *Mr. — Vel ut* i. e. *adeo, finge, fac*. *Cr.*

(1) Singularis consilii laudem tribuit Scipioni Aemiliano Cicero v. in Verr. x; et praesertim de Or. I. 48: *hunc reip. rectorem et consilii publici auctorem esse habendum definirem; praedicaremque P. Africanum et C. Laelium* etc. Sic etiam Plutarchus an sen. sit ger. resp. t. ix. p. 185. Immo Philus de rep. III. 18. dicit sibi consuli fuisse in consilio hos ipsos, qui nunc loquuntur de rep. homines.

Tum Scipio, Atque utinam ex omni senatu pro rata parte esset! Sed tamen est ille prudens, qui, ut saepe in Africa vidimus, immani et vastae insidens beluae, coercet et regit beluam; (a) quocumque vult, levi admonitu, non ac|tu, inflectit illam feram. L. Novi, et, tibi cum essem legatus, (b) saepe vidi. s. Ergo ille Indus aut Poenus unam coercet beluam, et eam docilem et humanis moribus adsuetam (c): at vero

(a) Ita in codice repetitur *beluam*, quamquam praecedat *beluae*.

*et vastae insidens beluae, coercet et regit beluam, quocumque* etc.] Habet hic locus aliquid, quo offendaris, videlicet quod duo enuntiata (*coercet et regit—inflectit*) contra Ciceronis morem juxta ponuntur neque vero conjunguntur. Quod cum videret Steinack, uncinis inclusit verba *coercet et regit beluam*, ut spuria; „continuo enim, ait, unam „*coercet beluam*, quae loco suo „mota, tum aucta verbo *regit*, „[addendum fuit: abjecto unam „et aucta verbis *et regit*] eam „sedem, e qua ejicienda sunt, occuparunt.“ Haec vero est operosa et artificiosa corrumpendi et consarciendi ratio. Nolim ego tam violenter agere: sed id mihi dabunt, opinor, omnes, orationem commodius decursuram, si scribatur *et, quocumque vult*, etc. Quod si vero St. offensus esset repetito *beluam* cum paulo ante praecesserit *beluae*, vel si quis alius ea repetitione offendantur, eum respicere velim ad annotationem nostram, quae supra est I. 26. ad verba *ad eam causam*, — *quae causa genuit civitatem*: ubi ex locis, quos lauvi, cum nostro is maxime convenit, qui est de Legg. II. 23. *cum lamina esset inventa, et in ea scriptam lamina: HONORIS*; ut ego certissima emendatione,

neque tamen vel unâ mutata litterâ, eum locum primum edidi. Adde locis supra laudatis Epp. ad Qu. Fr. III. 3. *Diem nullum esse scito, quo die non dicam pro reo. Mr.*

*levi admonitu.*] In mentem venit legere *leni admonitu*, cum recorderer, esse de Or. II. 85. 339. *tum admonitio, quasi lenior objurgatio*. Sed nihil moveo. *Mr. tibi cum esseq legatus.*] Ita pro Cluent. 36. 99. *qui M. Aemilio—legati—fuerunt: et infra vi. 9. M. Manilio consuli ad quartam legionem tribunus. Mr.*

(2) Bello tertio Punico legatus in exercitu apud Karthaginem Laelius Scipioni fuit. Appian. Pun. CXXVI.

*Ergo ille Indus aut Poenus* etc.] Indi elephantorum rectores in Pyrrhi exercitu ap. Dionys. Halic. Fragg. Lib. XIX. cap. 14. p. 154. ed. Mediolan. Cr.

(3) Sic loquitur de elephantis Cicero ad Fam. VII. 1. Elephantum intelligentiam praedicat Cassiodorus var. x. 30; acutissimos sensus Cicero N. D. II. 60.

*at vero ea, quae latet in animis hominum.*] Similem colorem habet Acadd. II. 34. 108. *credoque Clitomacho ita scribenti, Herculi quendam laborem exanclatum a Carneade, quod, ut feram et immanem beluam, sic ex*

ea, quae latet in animis hominum, quaeque pars animi mens (1) vocatur, non unam, aut facilem ad subigendum frenat et domat, si quando id efficit (2), quod perraro potest. Namque et illa

P.209. tenenda est ferox (3) || . . . . .

XLI. Quae sanguine alitur (b); quae in omni crudelitate sic exsultat, ut vix hominum acerbis funeribus satiatur (3). *Nonius voc. exsultare.*

(a) Ita 2. *mama*; et 1. *effecit*. (b) Sic Lactantius de Op. D. cap. II; *bestiae, quae sanguine aluntur*. Item Inst. VII, 24. [Edd. Cic. Fragm. pro quae in habent atque in. Mr.]

*animis nostris assensionem, id est, opinionationem et temeritatem extraxisset*. Noster vero locus, quo de officio viri politici sermo est, videlicet ut ab omni animi perturbatione liberum se servet, manifesto fluxit ex Platone de Rep. publ. IX, p. 588. c. p. 458. Bekk. *πλάττε τοίνυν μίαν μὲν ιδεάν θηρίου ποικίλου και πολυκέφαλου κ. τ. λ.* Conf. ib. IV, p. 459. b. et Politic. p. 509. d. Athenaeum VI, p. 474. Schwgh. Platonici de Rep. loci meminit Proclus in Alcib. c. 56. p. 160. *τοῦτο γάρ ἐστιν ὁπερ ἄνθρωπος ἐν πόλει φησὶν ὁ Ἀθηναῖος ξένος, και ὁλως τὸ πολυκέφαλον θηρίον, ὡς ὁ ἐν πολιτείᾳ φησὶ Σωκράτης* ad quem locum complures Platonici loci imitationes ex scriptoribus Graecis indicavi. Cr.

(1) De mente prolixiora dicentur initio libri tertii.

(2) Coeperat hoc loco dicere Scipio de animi perturbationibus, quibus mens politici viri debet invicte imperare. Videtur autem initium fecisse ab iracundia, tum perrexisse ad cupiditatem, ad libidinem, ad anxietudinem etc. quibus qui apte moderari nequit, is videlicet tamquam auriga indoctus e curru trahitur et male mulcatur. His ego conjecturis utens locos Nonii quinque e secundo libro de rep. ab eo citatos hac in

sede collocandos esse putavi. Paulo tamen aegrius mihi persuasi, tot auctoritates e paucis Tullii paginis a grammatico fuisse depromptas.

*Quae sanguine alitur; etc.*] Hoc fragmentum Villem. ita adjuunxit praecedentibus, ut scriberet: *Namque et illa tenenda est ferox, quae sanguine alitur; quae — satiatur*. Quae sequuntur fragmenta sub textum rejecit, tum cap. 41. incipit a *dici possit*. Eadem plane abjecit St., ad calcem libri rejecit Heinr. qui in secundo fragmento scripsit *libidinoso* pro *lubidinoso*. Vocabulum *anxietudo*, quod est in fragmento tertio, alibi non legitur. Mr. — Fortassis h. l. Cicero expresserat illud, quod apud Platonem est de Legg. VI, 765. extrem. 766. init. p. 446 Bekkeri: *ἀνθρώπος δὲ, ὡς φαμεν, ἡμερον, ὁμως μὴν καιδειας μὲν ὀρθῆς τυχόν και φύσεως εὐνυχούς θεότατον ημερώτατόν τε ζῶων γίγνεσθαι φιλεῖ, μὴ ἱκανώς δὲ ἢ μὴ καλώς τραφὲν α γριώτατον ὀπόσα φύει γῆ. Cr.*

(3) Iracundiam a politico viro abesse vult Cicero Tusc. IV, 22; profertque exemplum Scipionis nostri, quem inflammatum fuisse iracundia ne tum quidem credit, quum hostem manu sua interimeret. Addit et proprium exemplum Cicero, quae fortiter in rep. se

Desiderantur  
paginae neque  
plus octo, ne  
que minus  
quatuor. Est  
enim hoc vel  
secundum vel  
tertium qua-  
ternionis in-  
certi folium.

Cupido autem et expetenti et lubricitate et volutabundo in voluptatibus. *Idem voc. volutabundus.*

Quartaque anxietudo (1) prona ad luctum et maerens, semperque ipsa se sollicitans. *Idem voc. anxietudo.*

Esse autem angores, si miseria afflictas atque (a) P. 210. abiectas timiditate et ignavia. *Idem voc. timor.*

Ut auriga indoctus e curru trahitur, operitur, eliditur, laniatur. *Idem voc. elidere.*

Concitantiones animorum iuncto currui similes sunt, in quo recte moderando summum rectoris officium est,

(a) *Atque* habent duae editiones et codd. mss; at Parisiaca ed. aut.

cisset, numquam se iratum fecisse. Sed enim nusquam vehementius Cicero iracundiam a magistratu removet, quam in illa proluxa ad fratrem Asiae praetorem epistola (I. 1.), quae politici tractatus instar est. [Edidit eam epistolam singulari opera cum annot. et Italica interpretatione Jac. Faciolatus, inscriptam *De ratione regendae provinciae*, ad calcem *Exercitationum in duas priores Ciceronis Orationes. Patavii 1751. 8. Mr.*] Denique hunc locum politicum vel exprimit vel aemulatur Lactantius inst. I. 9; ubi postquam eleganter et, ut puto, Tulliane, dixit: *Herculem quasi Africanum inter deos haberi*, pergunt loqui de frangendis cupiditatibus, de superanda iracundia ceu fera in homine inclusa, de libidine vincenda etc.

*Quartaque anxietudo*] Edd. Cic. Fragmm. habent *Quantaque*, sed Ed. Nonii Aldina, quator, *quartaque. Mr.*

(1) Lactantius Inst. VI. 19: *tres sunt adfectus, qui homines in omnia facinora praecipites agunt, ira, cupiditas, libido. Ira ultionem desiderat, cupiditas opes, libido voluptates.* Quartum adfectum, anxietudinem, omittit Lactantius. [Lactantii locum satius est ponere in textu ipso. Tum

conferendus idem Lactantius de ira D. v. xv. epit. LXXI. LXXII. nec non Augustinus in ps. xvi. 6. A. M. in Emm.]

*si miseria*] Edd. Fragmm. Cic. *esse miseria.* Lamb. dedit *angore et miseria. Mr.*

*abjectas timiditate*] Inter has voces Heinr. asteriscum posuit, ut abesse aliquid significet. Ad verba convenit Cic. ad Att. I. 16. *recreavi afflictos animos—senatum—abjectum excitavi:* ad seq. Tuscc. v. 6. 16. *Qui rebus his fractus aegritudine eliditur. Mr.*

*Ut auriga indoctus etc.*] Pro *operitur* Lamb. habet *deripitur*, alii *opprimitur*. Car. Sigonius ad h. l. haec annotavit: Nescio an haec similitudo eo adhibita sit, ut rationem, quae est inter appetitum et animum, demonstraret, atque an mentem, sensibus obedientem, cum rudi atque indocto auriga, qui se trahi ab equis patitur, compararit. Quod si ita est, Platonem certe secutus est, qui in Phaedro de duobus equis, bono et malo, et eorum auriga, ratione, disseruit. *Mr.*

*in quo recte moderando—rectoris officium est,*] *Rector et moderator* dicitur deus de N. D. II. 35. 90. In seqq. Sch. edidit *licet placide ac leniter ierit pro*



ut viam noverit; quam si tenebit, quamlibet concitate irerit, non offendet: si autem aberraverit, licet placide ac leniter eat, aut per confragosa vexabitur, aut per praecipitia labetur, aut certe, quo non est opus, deferetur. *Lactantius inst. r1. 17. (1)*

XLII. .... dici possit. Tum Laelius, Video (<sup>a</sup>) P. 25. iam, illum, quem exspectabam, virum cui praeficias officio et muneri. Huic scilicet, Africanus (<sup>b</sup>), uni paene: nam in hoc fere uno sunt cetera, ut numquam a se ipso instituendo contemplandoque discedat (<sup>c</sup>), ut ad imitationem sui vocet alios, ut sese splendore animi (<sup>2</sup>) et vitae suae sicut speculum praebeat civibus. „Ut

(a) Cod. *video* bis; sed alterum deinde expunctum. Si retineretur, fieret quaedam emphasis. (b) Subintellige *inquit*. (c) Cod. *discendant*, sine ulla, ut videtur, emendatione.

*eat*: ex conjectura, ut videtur. Nam quae mihi ad manum sunt Edd. Lactantii Thomasi (Antw. Plantin. 1570.), Heumanniana, Biontina et Bünemanniana nihil variant: et recte, ut opinor. Pejor autem multo est emendatio Villem. *aut certe, quo non est opus, differetur*, pro *deferetur*. Mr.

(1) Locum hunc a Lactantio vel sumi vel potius interpolari ex Tullio, docuit me praecedens Nonii auctoritas.

Tum Laelius, *Video jam, illum*,] Secutus est Heior. primae manus lectionem bis scribens *video*. Fieri potest, ut ita scripserit Cicero, ut repetit I. 47. vocem *taum*. Sed cum praecedat lacuna, scire non possumus, ad quae prius sunt dicta, tantam respondentis vel admittant vel requirant emphasis. Omittitur h. l. *inquit* et idem verbum mox (*Huic scilicet, Africanus, uni paene*;) subaudiendum. Priore loco nihil

desidero; posteriore additum malim, scriptumque *inquit Africanus*. Vid. notas nostras ad I. 37. ad v. *Cedo, nam, Scipio* etc. et II. 2. prc. Ad nomen *Laelii* bis intelligendum est *inquit* infra III. 32. *Praeclare quidem dicis, Laelius*; et: *Minime vero, Laelius*. Post *virum* male Steinack. distinxit. Mr.

(2) De animo excolendo scribit copiose Plato quinto legum libro.

*vitalis suae sicut speculum*] *Sicut* pro quasi scripsit etiam de Invent. II. 5. 19. *Hic locus sicut aliquod fundamentum est hujus constitutionis*. Mr.

*Ut enim in fidibus aut tibiis* etc.] Similiter locutus est de Finn. IV. 37. 75. *Ut — in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut contentum servare possit, omnes aequae incontentae sint; sic peccata, quia discrepant, aequae discrepant*. Mr.

P. 36. „enim in fidibus<sup>(1)</sup> aut<sup>(a)</sup> | tibiis, atque ut<sup>(b)</sup>  
 „in cantu ipso ac vocibus concentus est qui- P. 211.  
 „dam tenendus ex distinctis sonis, quem immu-  
 „tatum<sup>(c)</sup> aut discrepantem aures eruditae ferre  
 „non possunt, isque concentus, ex dissimil-  
 „limarum vocum moderatione, concors tamen  
 „efficitur et congruens; sic ex summis et infi-  
 „mis et mediis<sup>(d)</sup> interiectis ordinibus, ut  
 „sonis, moderata ratione, civitas con- ||<sup>(1)</sup>

(a) August. ac. (b) Aug. sine ut. (c) Cod. *inmutantum*;  
 sed n posterior expuncta. Coeperat nimirum scribi *inmutan-*  
*tem*. (d) Aug. sine et, etiam in Codd.

(1) Hunc locum reapse spectare ad secundi libri finem, praeclare testatur Augustinus C. D. II. 21 his verbis: *cum Scipio in secundi libri fine dixisset, ut in fidibus ac tibiis*, et reliqua prolixiora, quam in mutilo codice servantur. Porro Tullii hunc locum aperte imitatur politicus Graecus Vaticanus in quinti libri fragmentis. [Hac similitudine utitur aliquatenus etiam Lactantius de opif. D. XVI. A. M. in Add.]

*concentus—ex distinctis sonis*] Ita de N. D. II. 46. 119. *Stellarum—concentus ex dissimillimis motibus*. — Quod h. l. dicit *aures eruditae* in Bruto 52. 124. dixit *tritae— aures et erudita civitas*. In seqq. Sch. scripsit *dissimilimarum et dissimiliorum*. *Mr. ex summis et infimis et mediis interjectis*] Ad hunc locum ego dudum haec adnotaveram: Quod A. Majus ex Cod. dedit *et mediis et interjectis*, male fecit: delendum est enim posterius *et*. Enumerat ordines *summos, infimos et medios interjectos*. Medii autem et interjecti non possunt distingui; nam qui *medii* sunt, sunt *interjecti* et v. v. Ne vero inde aliquis alterutri voci aitem moveat, dicens *vel mediis*

*vel interjectis* esse delendum. Ita enim utramque conjungit noster Philippic. x. 5. 10. *Erat enim ei spes una in C. Antonio: qui duorum fratrum aetatibus medius interjectus, vitium cum atroque certabat*. Possit etiam aliquis voci *et*, quam nos exulare jussimus, patrocinium quaerere ex Acadd. I. 10. 36. *Cetera autem etsi nec bona nec mala essent, tamen alia secundum naturam dicebat, alia esse naturae contraria: iis ipsis alia interjecta et media numerabat*. Sed ut h. l. bene additur et explicativum *pro id est*, cum praecedat *interjecta*, sequatur *media*; ita nostro loco, in enumeratione *summorum, infimorum et mediorum ordinum*, si addas *et interjectis*, quartum aliquod addidisse videris, quod a ratione loci alienum est. Nunc Heinrichium et Steinackerum in eadem, qua ego, sententia esse video. Ceterum locus noster in L. Vivis editione operis Augustini de C. D. p. 131. ita legitur: *sic ex summis et mediis et infimis interjectis ordinibus* etc. Male omnino. *Mr.*

(2) Huc usque codex cum Augustino consentiens; reliqua prosequitur Augustianus.

sensu dissimillimorum concinit: et quae harmonia a musicis dicitur in cantu, ea est in civitate concordia, artissimum atque optimum in omni re publica vinculum incolunitatis<sup>(a)</sup>, eaque sine iustitia nullo pacto esse potest.

XLIII. Ac deinde cum aliquanto latius et uberius disseruisset (Scipio), quantum prodesset iustitia civitati, quantumque obesset, si afuisset<sup>(b)</sup> (1); suscepit deinde Philus, unus eorum, qui disputationi aderant, et poposcit, ut haec ipsa quaestio diligentius tractaretur, ac de iustitia plura dicerentur<sup>(2)</sup>, propter illud, quod iam vulgo ferebatur, rem publicam geri<sup>(c)</sup> sine iniuria non posse.

P. 112. XLIII.... plenam esse iustitiae. Tum Scipio, P. 9.

Assentior vero, renuntioque vobis, nihil esse, quod adhuc de re publica dictum putemus, aut<sup>(d)</sup> quo possimus longius progredi, nisi erit

(a) Codd. *incolunitatis*. (b) Ita Augustini Cod. antiquissimus Vat.; ast edd. et alii codices *abfuisse*. (c) Alia Augustini exemplaria haec et inferius habent *regi*; alia variant; quam eandem varietatem vidimus in nostro quoque codice de rep. II. 12. Legitur *geri* etiam lib. III. fin. et in ejusdem libri epitome, non tamen sine varietate. (d) Augustinus infra in nota scribendus habet *et*.

*eaque sine iustitia nullo pacto esse potest.*] Heinr., ex conjectura, ut opinor, dedit *quae*. Et habet haec correctio nihil violenti, cum apud Augustinum oratio sit obliqua, et scribatur: *concinere — eam esse — eamque — esse posse*: quae in orationem rectam transcribuntur commode ita, ut fecit Heinr. — Quae sequuntur cap. 43. plane ejecit Heinr., in annotationem coniecit Sch. vituperatus eo nomine a censore Lipsiensi (1824. 7. p. 55.), qui eundem carpit, quod scripsit in illa nota: „Haec Augustini „verba tanquam partem facerent „e libri secundi de rep. *capitis* „XLII. Majus in textu posuit.“ Ceterum verum est, quod monet St. in Add., Augustini haec potius esse, secundi de rep. libri

ordinem enarrantis, quam ipsius Ciceronis. *Mr*.

(1) Haec sunt a Platone ep. VII. p. 335: *οὐκ ἂν ποτε γένοιτο εὐδαιμόνων οὔτε πόλις οὔτ' ἀνὴρ οὔδεις, ὅς ἂν μὴ μετὰ φρονήσεως ὑπὸ δικαιοσύνη διαγάγῃ τὸν βίον.*

(2) Id quoque a Platone est, apud quem Socrates sub primi de rep. libri finem, etsi multa de iustitia dicta fuerant, poscit nihilominus, ut ea res accuratius et pro dignitate consideretur; id quod secundo libro fit. Porro haud scio, an Lactantius Inst. VI. 2 ex hac Ciceronis disputatione, et quidem fortasse et tertii libri initio, mutuetur illa verba: *nihil tam praeclarum hominiquae conveniens potest esse, quam erudire homines ad justitiam.*

*renuntioque vobis*] Consulto

confirmatum, non modo falsum illud<sup>(a)</sup> esse, sine iniuria non posse, sed hoc verissimum esse, sine summa iustitia rem publicam geri nullo modo posse<sup>(b)</sup>. Sed, si placet, | in hunc diem hactenus. Reliqua (satis enim multa restant,) differamus in crastinum. Cum ita placuisset, finis disputandi in eum diem factus est<sup>(1)</sup>.

M. TVLLI CICERONIS  
DE RE PVBLICA  
LIBER II EXPLICIT.  
INCIPIT LIBER III.

(a) *Illud* superadditur in codice; et bene habet, confirmatur enim ab Augustino, qui tamen scribit *esse illud*. (b) *Libere* Aug. *geri non posse*.

utitur, gravitatis causa, verbo judiciali, quo proprie usus est in Verr. Act. I. 7. 19. *Renuntio tibi, te hodiernis comitiis esse absolutum. Mr.*

*Reliqua — differamus in crastinum.*] Consimilem habet exitum secundus de Oratore liber: nisi forte in crastinum differre mavultis. *Mr.*

(1) Hanc secundi libri clausulam historice refert Augustinus loco superius citato C. D. II. 21: *hanc proinde quaestionem (de iustitia) discutiendam et enodan-*

*dam esse assensus est Scipio, responditque nihil esse, quod adhuc de re publica dictum putaret, et quo possent longius progredi, nisi esset confirmatum, non modo falsum esse illud, sine iniuria non posse; sed hoc verissimum esse, sine summa iustitia rem publicam geri non posse. Cujus quaestionis explicatio cum in diem consequentem dilata esset etc.* [cf. A. M. Praefat. §. 3. Unde efficit, hos sex libros triduo recitados fingi, ut in singulos dies bini libri referrentur. *Cr.*]

## LIBRI TERTII

## DE RE PVBLICA

## EPITOME

*ex Augustino de civitate Dei lib. II. 21. \*)*

P. 113. In tertio libro magna conflictatione res acta est. Suscepit enim Philus (a) ipse disputationem eorum, qui sentirent, sine iniustitia regi non posse rem publicam; purgans se (b) praecipue, ne hoc ipse sentire crederetur: egitque (c) sedulo pro iniustitia contra iustitiam, ut hanc esse utilem rei publicae, illam vero inutilem, veri similibus rationibus et exemplis velut conaretur ostendere. \*\*) Tum Laelius, rogantibus omnibus, iustitiam defendere aggressus est, asseruitque, quantum potuit, nihil tam inimicum, quam iniustitiam, civitati, nec omnino, nisi magna iustitia, geri aut stare posse rem publicam. Qua quaestione quantum satis visum est pertractata, Scipio ad intermissa revertitur; recoliturque suam

(a) Postulat hic locus, ut scripturae errorem in Maurina Augustini editione adhuc haerentem castigemus. Nam contra litteras Petiliani lib. III. 25. sic legitur: *quid hic facit Pilus et Furius, qui contra iustitiam iniustitiam defenderunt?* Rursusque: *si duo vel tria verba ista, quid si et fortasse, usque adeo sunt intolerabilia, ut propter illam excitarentur olim dormientes academici et Carneades et Pilus et Furius?* Nemo jam dubitabit, quin hi loci corrupti fuerint, atque ex uno homine facti duo, *Furius et Pilus, itemque defenderunt pro defendit.* Id autem sine dubio mendum librariorum fuit; namque alibi Augustinus unum hominem esse agnoscit *Furium Pilum.* Et quidem praedicto loco ipse Augustinus memorat exemplar cuiusdam scripti mendose scriptum. Ergo Maurini editores emendationem recipere in textum debuissent, quam in notis innuunt auctore bono Vivesio.

(b) *Se abest a duobus antiquis Vat. Codd.* (c) *Codex antiq. Vat. male petique.*

\*) Omiserunt hanc Epitomen co Ciceronem dicere *conflictio.* Villem. et Heinar. Scholion autem, quod sequitur, abiecerunt Heinar. Sch. ejusque nonnisi epitomen exhibet Lehn. Obiter moneo, vocem *conflictatio* esse cadentis Latinitatis, ejusque lo-

*Mr.*  
\*\*) Seneca Epist. 108. ubi de hoc Ciceronis opere loquitur, *philosophus, ait, admiratur, contra iustitiam dici tam multa potuisse. Cr.*

atque commendat brevem rei publicae definitionem <sup>(a)</sup>, P. 214. qua dixerat, eam esse rem populi: populum autem non omnem coetum multitudinis, sed coetum iuris consensu et utilitatis communione sociatum esse determinat. Docet deinde, quanta sit in disputando definitionis utilitas: atque ex illis suis definitionibus colligit, tunc esse rem publicam, id est rem populi, cum bene ac iuste geritur, sive ab uno rege, sive a paucis optimatibus, sive ab universo populo. Cum vero iniustus est rex, quem tyrannum, more Graeco, appellavit; aut iniusti optimates, quorum consensum dixit esse factionem; aut iniustus ipse populus, cui nomen usitatum non reperit, nisi ut etiam ipsum tyrannum vocaret; non iam vitiosam, sicut pridie fuerat disputatum, sed, sicut ratio ex illis definitionibus connexa <sup>(b)</sup> docuisset, omnino nullam esse rem publicam: quoniam non esset res populi, cum tyrannus eam factiove <sup>(c)</sup> capesseret; nec ipse populus iam populus esset, si esset iniustus, quoniam non esset multitudo iuris consensu et utilitatis communione sociata, sicut populus fuerat definitus.

(a) Cod. unus antiq. *diffinitionem*; alter antiquior 1. manu *def*, 2. *diff*. Ita variant etiam inferius. (b) Ita [*conexa*] antiquior Cod. *n* pro *nn*; quae est bona scriptura, et aliis exemplis confirmata. (c) Edd. et Codd. *factione* mendose.

## SCHOLIION

*De mentis humanae descriptione cujus fragmentum in Vaticano de rep. codice superest.*

P.215. Prooemium tertio libro fuisse praefixum, dubitari non potest; quum enim hic liber altero die recitetur, oportuit auctorem tantum certe praefari, quanto opus erat ad revocandas in conventum colloquiumque personas dialogi, et ad Fannium ablegandum, quae de re diximus in praefatione. Et quidem cap. III patet omnino suis ipsum verbis loqui Ciceronem. Iam hoc libro scripturus de iustitia auctor, praeposuit humanae mentis, quae sola iustitiae capax est, descriptionem \*). Hominis imaginem in libris de rep. fuisse diligenter expressam, docet nos Tullius de Leg. I. 9; verum id Scipionis ore factum esse tradit ibidem ipse auctor; tum diserte Lactantius de Opif. Dei cap. I totum eum locum quarto in libro de rep. extitisse confirmat. Codicis autem Vaticani folium, in quo de mente et eruditione hominis scribitur, quarto in libro collocari non potest, neque in eo personam Scipionis loqui cognoscimus. Sane tertii libri inscriptio nusquam in Vaticano codice apparet, nisi pag. 10 coniunctim cum clausula in libris secundi; verumtamen praedictum de natura hominis folium quia cohaeret cum ipsa pagina 10, id est cum clausula secundi libri, quartum ad librum pertinere nullo modo potest. Igitur alia fuit illa hominis descriptio quam Tullius ipse et Lactantius memorant.

Ciceronis de hominis natura et eruditione Vaticanum fragmentum, aliosque eiusdem similes locos, luculenter exprimit Augustinus libro altero de Ordine ff. 35. sqq; ex quo discimus etiam (nisi mea me opinio fallit), quae huic loco de rep. fortasse desunt; nempe inventiones complures, ceu historiae, dialectices, musicae, poetices, geometriae, astronomiae et aliarum artium atque scientiarum: quibus peractis, mens seu ratio adeo se erexit humana, ut aasa sit immortalis animam comprobare (Aug. ibid. ff. 43.). Tullium Augustinus, vel se ipsum, imitatur prolixè etiam de C. D. XIII. 24. Eundem Tullium de rep. sine dubio compilat Plinius VII. 1: *non est satis aestimare, natura parens melior homini, an tristior noverca fuerit. . . hominem nudum et in nuda humo, natali die abiicit ad vagitus statim et ploratum. . . uni animantium lactus est datus, uni luxuria. . . nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libido maior, nulli pavor confusior.* Lactantius inst. VI. 10: *Deus hominem nudum fragilemque formavit, ut eum sapientia potius instrueret.* Confer eundem V. 21. VII. 4. 5; nec non Augustinum C. D. VIII. 15. XII. 23. Idem Lactantius de Opif. D. II: *hominem ratione concessa, et virtute sentiendi atque eloquendi data, eorum, quae ceteris animantium attributa sunt, fecit expertem; statuit nudum et inermem. . . Queruntur hominem nimis imbecillum, fragilem, nudum tamquam ex naufragio in huius vitae miseras protici et expelli: itaque naturam non matrem esse humani generis, sed novercam, quae*

\*) Zachariae in libro, quem inscripsit *Staatswissenschaftliche Betrachtungen über Cicero's—Werk vom Staate* p. 209. contendit, hanc A. Maji sententiam, videlicet in prooemio sermonem fuisse de natura hominis, valde infringi locis ipsis, quos laudat A. M., Cic. de Legg. I. 9. et Lactant. de Opif. Dei I. *Mr.*

- P. 216. *hominem sic effuderit, ut inops et infirmus* etc. Sallustius autem istas querelas adversus naturam studiose refutat in Iugurthini belli prooemio; quo in argumento versatur etiam praedictus Lactantii liber. Denique Appuleius de deo Socr. ed. Wech. p. 43. ait: *homines ratione plaudentes, oratione pollentes, immortalibus animis, moribundis membris, levibus et anxius mentibus, brutis et obnoxiiis corporibus.* Iam vero Plinium (ne quid de Lactantio et Augustino dicam) politico Ciceronis opere usum fuisse docuimus in testimoniis. Appuleius, qui de rep. scripsit, fieri non potest quin alicubi Ciceronis opus politicum imitatus sit. Dicerem peculiari iure etiam Sallustium (qui de rep. ordinanda scripsisse creditur) percallentem fuisse Tulliani huius operis, nisi eum Sallustium, qui Ciceroni auctor fuit (ad Q. fr. III. 5.) immutandi rationem operis, alium esse hominem vulgo existimari viderem. Denique Tullianum de rep. locum, quem aequales et posterii compilaverunt, nonne ipse auctor a Lucretio derivare videtur lib. v. 223?

*tum porro puer ut saevis proiectus ab undis  
navita, nudus humi iacet infans, indigus omni  
vitali auxilio, cum primum in luminis oras  
nixibus ex alvo matris natura profudit.*

Immo longinquius fertasse Cicero accersivit imitationem, nempe a Platonis Epinomide et ab eiusdem tertio de legibus.

Ut finem faciam, summa Tulliani prooemii haec fuit: Natura hominem nudum formavit et inermem, ut eum sapientia muniret et tegeret (Lact. VII. 4.). Soli homini sapientia data est, et haec sola hominis motorumque distantia est. (Lact. epitom. XXXIV. inst. II. 1.) Ipsa autem ratio, quae in homine perfecta est, sapientia nominatur (Lact. inst. III. 10.). Porro sapientia est intelligentia vel ad bonum rectumque faciendum, vel abstinentia dictorum factorumque improborum (Lact. v. 17. VII. 4.). Ergo natura (seu potius Deus, ut emendat Lactantius, et de ira D. cap. ult. inst. III. 28.) quae hominem ad sapientiam genuit, eadem ad IUSTITIAM procreavit; \*) de qua scilicet iustitia scribitur tertius liber, ad quem praedictus de natura hominis sermo viam munit. Et quoniam de sapientia non perfunctorie sermo fuit in hoc tertii libri prooemio, valde arbitror eo spectare Lactantium, cum epit. XXXI. sqq. philosophorum veterum sapientiam ventilat; eamque, quia vanis et pugnantibus fundamentis niteretur, ait a recentiore Academia, quae omnibus bellum indiceret, dissolutam esse atque subversam, tam physicam scilicet sapientiam, quam moralem. Reversa et apud Lactantium sequitur disputatio de iustitia, et apud Tullium introducit princeps Academiae Carneades iustitiam oppugnaturus. Haec fere praefatus Cicero dialogi personas ad continuandam de rep. et praesertim de iustitia sermonem iterum evocavit.

\*) Haec ex Lactantio bene collegisse A. Majum monet Lehnerus. *Mr.*



## M. TVLLII CICERONIS

## DE RE PVBLICA

## LIBER III.

P. 217. I. . . In libro tertio de re publica Tullius hominem dicit non ut a matre, sed ut a noverca natura, editum in vitam, corpore nudo, fragili et infirmo; animo autem anxio ad molestias, humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidines (1): in quo tamen inesset tamquam obrutus quidam divinus ignis ingenii et mentis (2). *Augustinus contra Iulianum pelag. iv. ff. 60. (\*)*

*In libro tertio*] Haec quae primum libri caput fecit fragmenta A. Majus omiserunt Heinr. et St. Sed Villem. ea infra contextum rejecit. *Mr.*

*corpore — fragili et infirmo*] Solet noster corpus hominis appellare *fragile et caducum*, v. c. de Legg. I. 8. 24. de Finn. II. 27. 86. *Caducum et infirmum* dixit *corpus* de N. D. I. 35. 98. Quem laudat A. Majus Ciceronis ex Tuscc. V. 1. locum, hic est: *mecum — incipio — interdum — humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere. Vereor enim, ne natura, cum corpora nobis infirma dedisset, iisque et morbos insanabiles et dolores intolerabiles adjunxisset, animos quoque dederit et corporum doloribus congruentes, et separatim suis angoribus et molestiis implicatos. Sed — virtus — omnia, quae cadere in hominem possunt, subter se habet.* Ad Augustini locum conf. de Opif. Dei III. §. 1. et 2. *Queruntur, hominem nimis imbecillum aut fragilem nasci. — Itaque naturam non matrem esse — sed novercam.* Conf. Senec. de Benef. II. 29, qui contra has criminationes defendit providentiam divinam. *Mr.*

(1) Similiter loquitur Cicero Tusc. v. 1. Cur autem Deus malis his hominem implicuerit, sapienter docet Lactantius Inst. VII. 5. Hos hominis affectus considerat idem Lactantius de ira D. xv.

(2) Lactantius de Op. D. viii. *mens et ignis ille divinus.* Item Augustinus C. D. xxii. 24: *Deus animae humanae mentem dedit, ubi ratio et intelligentia in infante sopita est quodam modo, quasi nulla sit, excitanda scilicet atque exserenda aetatis accessu, qua sit scientiae capax atque doctrinae . . . qua capacitate hauriat sapientiam, virtutibusque sit praedita, quibus prudenter, fortiter, temperanter et juste adversus errores et cetera ingenerata vitia dimicet.* Pergit ibidem Augustinus sibi copiosissime vindicare, ut credo, hoc Ciceronis prooemium. Quare quae ab Augustino de doctrinis et artibus repertis etc. dicuntur, ea lacunam utramque, quibus Ciceronis (cap. II.) fragmentum concluditur, occupare ferme videntur, mutatis tamen saepe verbis interpolatisque sententiis.

(\*) Post hoc fragmentum inseruit Heinr. id, quod posuit A. M. ad calcem libri primi ex

Homo cum fragilis imbecillisque nascatur, tamen et a mutis omnibus tutus est, et ea omnia, quae firmiora nascuntur, etiamsi vim caeli fortiter patiuntur, ab homine <sup>P. 218.</sup> tamen tuta esse non possunt. Ita fit, ut plus homini conferat ratio, quam natura mutis; quoniam in illis nec magnitudo virium, neque firmitas corporis efficere potest, quo minus aut opprimantur a nobis, aut nostrae subiecta sint potestati *etc.* Plato naturae gratias egit, quod homo natus esset *etc.* *Lactantius de opificio Dei cap. III. (1)*

P. 3.

II. ... et vehiculis tarditati (2). Eademque (3)

cum accepisset homines inconditis vocibus in-

Desiderantur  
paginae nec  
minus qua-  
tuor nec plus  
octo.

Lactant. Inst. III. 16. Utrumque vero ad calcem libri hujus rejicit post epitomen libri tertii ex Augustino C. D. II. 21. quae apud A. Majum excipit librum secundum. *Mr.*

a mutis omnibus] Lactantius quamvis dicatur Cicero Christianus, hanc tamen locutionem non mutuatus est a nostro, qui nunquam *muta* substantivi vi posuit pro animalibus, sed jungere solet *mutae pecudes, mutae bestiae*: veluti ad Qu. Fr. I. 1. 8. de Finn. I. 21. 71. Quod h. l. Lactantius dicit *vim caeli*, Cicero ad Att. XI. 22. dixit *caeli gravitatem*. *Mr.*

Plato naturae gratias egit, quod homo natus esset.] Idem Lactantius Institutt. III. 19. 17. ita narrat: *Plato — agebat, se gratias agere naturae: primum, quod homo natus esset potius, quam mutum animal: deinde, quod mas potius, quam femina: quod Graecus, quam barbarus: postremo, quod Atheniensis, et quod temporibus Socratis.* Idem tradit Plutarchus in Mario c. 46. p. 145. ed. Leopold. *Πλάτων μὲν οὖν, ἤδη πρὸς τὸ τελευτᾶν γενόμενος, ὕμνει τὸν αὐτοῦ δαίμονα καὶ τὴν τύχην, ὅτι πρῶτον μὲν ἀνθρώπος, εἶτα Ἕλληγ, οὐ βάρβαρος, οὐδ' ἄλογον τῆ φύσει*

*θηρίον γένοιτο· πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι τοῖς Σωκράτους χρόνοις ἀπὴν ἤρθεν ἡ γένεσις αὐτοῦ.* Ubi Reiskius verba *οὐδ' ἄλογον τῆ φύσει θηρίον* aut *redundare*, aut post *ἀνθρώπος* collocanda esse suspicatus est. Haud absurde: sed quamquam posterius admodum probabile videtur, neminem tamen obsequentem nactus est. *Mr.*

(1) Lactantius et praecedente et hoc ipso sui operis capite sine dubio compilat Tullii hoc prooemium, et quidem servatum illud ab Augustino fragmentum, ut in scholio docui. Quid ni igitur Tulliana reliqua compilare credendus est in his consequentibus, quae lacunam commode explere videntur? Quatenus tamen id faciat Lactantius primis operis sui quatuor capitibus; id aliorum esto iudicium; mihi interim brevem particulam huc intulisse sat est.

(2) Locum sarcit Cicero N. D. II. 60; *efficimus domitu nostro quadrupedum vectationes, quorum celeritas atque vis nobis ipsis adfert vim et celeritatem.*

*Eademque*] Cum manifesto ab hoc vocabulo nova incipiat periorus, cum Lehnero post *tarditati* plene distinximus. *Mr.*

(3) Mens, aut ratio, aut sapientia.

choatum (<sup>a</sup>) quiddam et confusum sonantes, incidit (<sup>b</sup>) has et distinxit in partes, et, (<sup>c</sup>) ut signa quaedam, sic verba rebus impressit (<sup>1</sup>), hominesque antea dissociatos iucundissimo inter se sermonis vinculo (<sup>d</sup>) colligavit. A simili etiam mente, vocis, qui videbantur infiniti, soni, paucis notis inventis, | sunt omnes signati et expressi, quibus et colloquia cum absentibus, et

(a) Ita [*inchoatum*] videtur emendatus codex signis apposis 2. manu (vide lib. I. 35); at 1. manus scripserat *inchoatum*. (b) Ita 2. manu; at 1. *incidit*. (c) Cod. 1. manu e; 2. *ed*. (d) Ita [*vinculo*] Cod. 1. manu; at 2. *vinculo*. Varietatem hujus vocabuli in nostro codice alias notavimus. Et quidem *vinculum* et antiquior et melior scriptura est. Cornutus autem p. 2286. hujus generis syncopas apud ipsum Ciceronem legebatur.

*inchoatum — et confusum*] Jungit noster de Orat. I. 2. 5. *inchoata ac rudia*; de Off. I. 43. 153. *manca — atque inchoata*. Sed cum verbo *confusa* solet conjungere *permixta* v. c. de Invent. I. 24. 34. Orat. 57. 195. Mr.

*distinxit in partes*] Sch. nihil monens scripsit *distraxit*, motus, ut existimo, loco nostri Tuscc. V. 20. 60. *Sic distrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates*: et quod Orat. 45. 152. dixit *distrahere voces*: in primis autem eo, quod nusquam alibi apud Ciceronem legitur *distinguere in partes*, sed vel *distrahere in partes*, ut 1. l. vel *dividere in partes*, ut Orat. 40. 137. vel *dispertire in partes* (membra, genera), de Orat. III. 29. 114. Brut. 44. 162. vel *distribuere in partes*, ut est de Orat. III. 29. 115. Quae quamquam haud levis sunt momenti, nolui tamen violentius agere, cum et reliqui editores in lectione codices acquiescant, et nihil impediatur, quo minus aliquo loco noster utatur oratione minus propria. Mr.

*verba rebus impressit*] Eadem structura dixit de N. D. I. 16. 43. *animis — notionem imprimere*. Mr.

(1) Loquelam non inventam, sed innatam esse hominibus, contendit jure optimo Lactantius Inst. VI. 10. contra Tullium, et contra Lucr. V. 1027, Hor. sat. I. 5. 103. Est autem quaestio haec celeberrima. [Qui de hoc argumento conscripti sunt libri, laudantur ab Erschio (Literat. d. Philol. Lips. 1822.) p. 1. sq. et Krebsio (Handb. d. philol. Bücherkunde. Brem. 1823.) T. II. p. 1 — 6. Mr.]

*colloquia — indicia — monumenta — tenerentur*] Non defuturos existimo, qui hoc zeugma esse existiment, nimis fere licenter adhibitum, quique flagitent *colloquia haberentur*, — *indicia fierent*, — *monumenta tenerentur*. Sed nullum est h. l. zeugma, sed *tenerentur* est (quod recte monet Lehn.) i. q. *continerentur*, ut durarent neque evanescerent. Hoc sensu commode verbum *teneri* tribus illis subjectis convenit. Idem Lehn. laudat hujus libri cap. 9. ubi est: *quae*

indicia voluntatum (<sup>a</sup>) (<sup>1</sup>), et monumenta rerum praeteritarum tenerentur. Accessit eo numerus, res cum ad vitam necessaria, tum una (<sup>b</sup>) immutabilis et aeterna (<sup>2</sup>); quae prima impulit etiam, ut suspiceremus in caelum, nec frustra siderum motus intueremur (<sup>3</sup>), dinumerationibusque noctium ac die || *rum* (<sup>4</sup>) . . . .

Desiderari videntur paginae octo nec plus decem.

P. 207.

III. . . quorum animi altius se extulerunt (<sup>c</sup>),

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *volamtatum*, ut et alibi. (b) Una in codice superadditur. (c) Locutione hac utitur Lactantius Inst. V. 18 et 22.

(gens) *plurimorum saeculorum et eventorum memoriam litteris continet*. — Tenere memoriam dixit de Or. II. 2. 8. *Mr.*

(1) Augustinus de ord. II. 35 Tullium imitans: *sed audiri absentium verba non poterant: ergo illa ratio peperit litteras, notatis omnibus oris ac linguae sonis atque discretis*. Addit Augustinus similiter numerorum inventionem, sicuti prius narrat sermonis originem, prorsus cum Tullii et sententia et locutione consentiens. Generatim ipse Cicero imitatur Platonis Timaeum p. 44. sqq.

*Accessit — ut suspiceremus in caelum*] Conf. Cic. de N. D. II. 61. Universe autem ex Balbi (in II. de N. D. libro) oratione complures sententiae conferri possunt cum histertii libri fragmentis. *Cr.* — Ad verba et ad sententiam conferri etiam potest de N. D. II. 2. 4. *cum caelum suspeximus, caelestiaque contemplati sumus*. Infra vi. 9. dixit *suspiciere in caelum*, ut nostro loco. *Mr.*

(2) Vix dubito, quin Cicero imitetur Platonis Epinomidem, praesertim ob astrorum, noctium, et dierum commemorationem, quae sequitur.

(3) Lactantius Inst. II. 1. 2.

universo hoc loco utitur, et quidem diserte ait: *spectare nos caelum Deus voluit, utique non frustra*. Pergit Lactantius queri, quod homines oculos suos ab alto dejiciunt, soloque defigunt. Revera statim Cicero subdit, sapientium animos prae vulgo infimo altius se extulisse.

*dinumerationibusque*] Semel tantum legitur apud nostrum hoc substantivum, de Or. III. 54. 207. in enumeratione quarundam orationis figurarum vel *σχημάτων*: de quibus loquitur item Quinctil. ix. 3. 91. p. 826. ed. Burmann. Neque vero, quamvis ab aliis scriptoribus non usurpetur hoc vocabulum, vel sensus obscurus, vel usus suspectus esse potest. *Mr.*

(4) Cicero N. D. II. 61: *hominum ratio in caelum usque penetravit: nos astrorum ortus, obitus, cursusque cognovimus: ab hominum genere finitus est dies, mensis etc. quae contuens animus accedit ad cognitionem deorum; ex qua oritur pietas, cui conjuncta justitia est*. Haec fere docent, quid hoc codicis loco desideremus, atque ut Cicero ad dicendum de justitia aditum sibi patefecerit.

*animi altius se extulerunt*] *Animos extollere scripsit noster*

et aliquid dignum dono, ut ante dixi (a), deorum aut efficere aut excogitare potuerunt (b). Quare sint nobis isti, qui de ratione vivendi disserunt, magni homines, ut sunt (1); sint eruditi, sint veritatis et virtutis magistri (2); dummodo sit haec quaedam, sive a viris in rerum publicarum varietate versatis inventa, sive etiam in istorum otio ac litteris tractata res, sicut est, minime | quidem contemnendam ratio civilis et disciplina populorum, quae perficit in bonis ingeniis id, quod iam persaepe perfecit, ut incredibilis quaedam et divina virtus existeret (c). Quod si quis ad ea instrumenta animi

(a) Perit id dictum; vel potius a Lactantio Inst. III. 14. servatum est: *ille idem perfectus orator, idem summus philosophus (Tullius) ipsam sapientiam, quam alias donum, alias inventum deorum vocat, poetice figuratam laudat in faciem.* (b) Num sententia complenda est ex Cic. Fin. v. 20? *qui altiore animo sunt, capessunt remp. honoribus imperiisque adipiscendis.* An potius ex Ovidio Fast. I. 300? *altius humanis exseruisse caput.* Apud Lact. Inst. III. 10 philosophi ajunt, *eo dirigendam esse mentem, quo vultus erectus est.* (c) Cod. *existeteret.*

Partit. Orat. 23. 81. alieno a nostro sensu. In Fragma. Hortensii apud Nonium v. *tollere est: nihil esse, in quo se animus excellens tollat.* Quod sequitur *dono — deorum* intelligendum esse monet Lehn. *ratione sive sapientia.* Mr.

(1) Intelligit philosophos. Sententia hujus Tulliani loci aperte utitur Lactantius institutionum initio; locutionem ipse Tullius refricat Leg. I. 5: *sit ista res magna, sicut est.*

(2) Tulliane, et quidem ut puto ex hoc opere, Lactantius Inst. I. 1: *major in gloria philosophi fuerunt, recte enim vivendi doctores sunt existimati.*

haec [et] etc.] Quae scripta sunt quaedam et res,

Lehnerus inter duas lineolas posuit: quod ad rem probabiliter, sed novo usu, neque in veterum libris admodum probando, iudice Buttmano *Ausführl. Griech. Sprachl.* I (utinam tandem secundum libri praestantissimi prodiret volumen!) p. 72. Mr.

*quae perficit — ut existeret.*] Melius scripsit *existeret*, quam *existat*, juncta consecutione cum propositione relativa *quod — perfecit*, quasi pergeret: *perfecit enim, ut — existeret.* Mr.

*instrumenta animi*] Singulariter dictum est pro eo, quo aliquis ingenio et vita publica ex cultus valet. Similia sunt aliquantum loca de Legg. I. 22. 59. *quanta instrumenta habeat*

quae natura, quaeque civilibus institutis habuit, adiungendam sibi etiam doctrinam et uberio-  
rerum cognitionem putavit, ut ii (a) ipsi, qui in horum librorum disputatione versantur, nemo P. 221.  
P. 201. est, quin eos || anteferre omnibus debeat. Quid enim potest esse praeclarius, quam cum (b) rerum magnarum tractatio atque usus cum illarum artium studiis et cognitione coniungitur? Aut quid P. Scipione, quid C. Laelio, quid L. Philo perfectius cogitari potest (1)? qui, ne quid praetermitterent, quod ad summam laudem clarorum virorum pertineret, ad domesticum

(a) Vox *ii* concluditur in Cod. puncto utrimque, ut separetur a reliquis. (b) Ita Cod. [*quam*] at mox *cum*. Custoditur nimirum hoc loco diligenter grammaticorum apud Quintilianum praecceptum Inst. I. 7, ut *cum*, si tempus significaret, per *q*; si comitem, per *c*; si vero causam per *q* ac duas sequentes uo scriberetur. Scripturae tamen *quam* diserte contradicit Martianus lib. III. cap. de mutis: *q* numquam sine duabus uocabulis ponitur, quarum prior erit u. Superioribus de rep. libris semper scribitur *cam*. Variat ergo scriptura.

ad obtinendam adipiscendamque sapientiam. Brut. 77. 268. quidquid habuit — illud totum habuit ex disciplina: instrumenta naturae deerant. Mr.

qui in horum librorum disputatione versantur,] Similis, neque vero idem, est sensus verborum Epp. ad. Fam. II. 8. qui cum Pompejo complures dies nullis in aliis, nisi de re publica sermonibus versatus sum. De Orat. I. 6. 27. de rebus loquitur, quae in disputatione versantur. Nostro loco est versari in disputatione i. q. interloquentis partes agere. Mr.

tractatio atque usus] Haec saepius iunxit noster, v. c. Orat. 18. 59. et inverso ordine de Orat. I. 23. 109. et de Off. II. 5. 17. In Verr. Act. II. 2: 73. 181. dixit usu tractandoque cognoscere. Mr.

(1) Idem Cicero de Or. II. 57: non tulit ullos haec civitas aut gloria clariores, aut auctoritate graviores, aut humanitate politiores P. Africano, C. Laelio, L. Furio (Philo). Similiter de his triumviris loquitur pro Arch. VII. Vid. et de Invent. I. 3. ad domesticum majorumque morem] In Cod. est domesticorum. Sed primo statim loci ad aspectu ego haec in schedas conjeci: Quis h. l. morem domesticorum concoquat? Opponitur adventicia doctrina mori majorum et patrio i. e. domestico, neque vero eorum hominum mori, qui erant Scipioni, Laelio et Philo domestici, oixetoi, familiares. Laudat A. Majus Tusc. IV. 3., ubi est sapientiae studium vetus id quidem etc. eoque loco sibi consonare videtur. Imo vero, ut re vera consonet

maiorumque morem etiam hanc (a) a Socrate adventiciam doc | trinam adhibuerunt (1). Quare P. 302. qui utrumque voluit et potuit, id est, ut cum maiorum institutis tum doctrina se instrueret, ad laudem hunc omnia consecutum puto. Sin P. 222. alterutra sit (b) via prudentiae deligenda, tamen, etiamsi cui videbitur illa in optimis studiis et

(a) *Hanc superadditur.* (b) [Cod. *aliter sit utra.* Et ita Ed. prc.] Num est tmesis pro *alterutra sit*? An simul est metathesis pro *alterutra sit*? In codice fit pausa post *sin.*

Tullius, scribe nostro loco: *ad domesticum majorumque morem.* Ita dixit eodem sensu de Off. II. 8. 26. *Externa libertatis in tali re, quam domestica, recordor:* ubi *externa* opponuntur *domesticis*, ut nostro loco doctrina *adventicia* mori *domestico.* Quod h. l. dicit *morem domesticum*, Or. pro Rosc. Amer. 6. 15. similiter dixit *domesticus usus et consuetudo.* Nunc *Heinrichium* in eadem, qua ego, esse sententia, certe eodem, quo ego, modo correxisse locum video. — *Adventicia doctrina* dixit noster etiam de Graecorum doctrina de Orat. III. 33. 135. *Mr.*

(1) Consonat sibi Tullius Tusc. IV. 3: *sapientiae studium vetus id quidem in nostris, sed tamen ante Laelii aetatem et Scipionis non reperio, quos appellare possim nominatim.* Profecto et ipsi Catoni, qui Laelio et Scipione paulo fuit senior, doctrina transmarina atque *adventicia* defuit. Cic. Or. III. 53.

[*Sin alterutra sit via*] Quod est in Cod. *aliter sit utra* neminem laturum esse existimabam, et ita statim legendum esse conieci, ut rescripsi; quod fecerunt item Heindr. et Stein. Sed Lehn. mirae A. Maji notae hanc annexit non minus miram: »Equidem concisam hanc loquendi »rationem explicaverim: *Sin*

*»vero aliter sit et utra* (i. e. »alterutra) *via prudentiae deligenda sit* etc. Sic certe quorundam opinio confirmatur magis, uter pro *alterutra* poni »posse.« Ego vero Codicis lectionem a Cicerone esse profectam nunquam credam, neque eam loquendi rationem concisam, sed contortam et probo scriptore, nedum Cicerone, indignam censeo. Sch. propius ad Codicis scriptionem dedit *altera sit utra*, quod ipse jam in schedis conieceram, sed dubitans, utrum Ciceronianum sit *altera utra*, quamvis Priscianus VI. 7. 35. p. 242 sq. ed. Krehl. (p. 693. ed. Putsch.) dicat: *Inveniuntur tamen altera utra et alterum utrum protulisse veteres*, laudetque ex Ciceronis Protagora *alterius utrius.* Servavit etiam Martiny - Laguna in Epp. ad Fam. VI. 1. *si mihi alterutrum*, ubi Cortius dedit *alterum utrum.* Dubitabam item, utrum Cicero, etiamsi dixisset *altera utra*, interpositurus fuisset *sit.* Ceterum de ea tmesi vid. interpr. ad Liv. XXVIII. 41. 10. p. 980. sq. ed. Drakenb. Stuttg. T. VIII. *Mr. tamen, etiamsi cui*] Ita, sed sine distinctione, scripsit St., Heindr. cum distinctione: A. Majus dedit *tamen etiam sicui*, Lehn. *tamen, etiam sicui*, Sch. *tamen etiam si cui.* *Mr.*

artibus quieta vitae ratio beator, haec civilis laudabilior est certe et illustrior (1): ex qua vita sic summi viri ornantur, ut vel M' (2) Curius,

Desiderari  
videntur pa-  
ginae sex.

Quem nemo ferro potuit superare nec auro (2);  
vel || (b) . . . . .

(a) Cod. mendose *M.*, id est *Marcus*, pro *M'*, id est *Manius*.

(b) Sequentibus amissis paginis videtur Cicero persecutus, partim saltem, laudes Romanorum bello togaque praestantium. Et quidem quum in suprascriptis fiat mentio Curii, et mox sine dubio in lacuna Fabricii atque Coruncanii, belli Epirensis heroum, videbatur hujus folii materia valde cohaerere cum illa, quae prima est in meo volumine, ubi scilicet laudantur viri primo bello Punico illustres: bellum enim Epirense consecuta est dimicatio cum Karthaginiensibus. Itaque his iudiciis commotus dixi p. 2. in notis, fore ut alio loco de ista lacuna loquerer. Illud etiam accedebat nexus indicium, quod Cicero persaepe heroas belli Epirensis conjunctim celebrat cum illis Punico belli, ut pro Plancio xxv, Tusc. I. 46, N. D. II. 66, Parad. I, de Sen. xiii. Sed tamen ne ibi hoc folium collocarem, id me in primis deteruit, quod inter mentionem Curii et illam Duellii majus justo spatium intercederet: quippe illud folium est quaternionis tertii secundum, hoc autem necessario fuisset secundi intimum; ex quo consequebatur, ut paginis octo abesset a Duelio Curius, quod prorsus improbable est ob aetatis viciniam. Praeterea libri primi folia in superiore margine inscriptam habent libri ipsius notam; tertii nota libri folia omnia libri nota carent; hoc autem folium reapse contra libri destituitur. Adde quod tertius liber videtur ex alio exemplari ab eodem amanuense descriptus; variat enim interdum orthographia ab illa librorum priorum, cujus rei exemplum hoc ipso in folio vidimus, nempe *qum pro cum*. Laus quoque illa Scipionis, Laelii et Philii scribitur rectius in tertii libri prooemio, notis jam dialogi personis, quam in operis exordio, nondum cognitis. Et quidem hi tres praecipue tertio in libro disputant. Denique hoc folium haud absurde inseri poterat in id, quod haec mox sequitur, ita ut esset intimum quaternionis xxxviii; quominus tamen id facerem, obstabat quod quatuor exiguae, quae fuissent reliquae, paginae minime sufficere videbantur ei sermoni,

*quieta vitae ratio*] Alibi addit adjectivo *quietus* hoc sensu *otiosus*, v. c. de lege agr. II. 28. 77. de Sen. 23. 82. *Mr.*

(1) Contra Cic. ad Att. II. 5. *Quem — auro.*] Ad rem conf. Aurel. Vict. de viris illustr. 34. et quos ibi laudat Schottus in Ed. Lugd. Bat. 1670. p. 106. *Mr.*

(2) Videtur e deperditis Ennii versibus. Sane hunc olim versum legebat imitabaturque Claudianus Bel. Get. 131: *pectora Fabricii donis invicta vel armis*. Curii fortitudo et abstinentia satis notae sunt. Confer saltem Cic. de Sen. xiii. Quin adeo legendus est etiam Salvianus de G. D. I. 2, qui non aliena a T. scribit.



P. 225.

III. ... (a) fuisse sapientiam (1): tamen hoc p. 23.  
 in ratione utriusque generis interfuit, quod illi  
 verbis et artibus aluerunt naturae principia (2),  
 hi autem institutis et legibus (3). Plures vero

qui Philii orationem praecedere debebat: nam et explendum erat prooemium, et dicendum de secundi diei initio, et Fannius cum probabili causa a conventu submovendus: tum sermo personarum redintegrandus, tum rogandus Philus, ut contra justitiam disserreret, qui reapse codicis p. 21 eam spartam ornandam suscipit. Haec omnia in tam exiguo spatio membranarum concludi vix poterant. Itaque hoc folium praevetendum esse videbatur, ut feci.

(a) Lactantii ex Tullio locus, quem p. 119 incerta sede collocavi, idcirco ad primi potius libri prooemium pertinere videbatur, quia eodem in capite alia dicit Lactantius, quae prooemio illo continentur. Nunc si quis id frustum probabiliter huc trahat (ut ego ibidem dubitavi), sedes quidem ejus videtur esse in hac lacuna, brevi ante quartum caput intervallo.

*fuisse sapientiam etc. verbis et artibus]* Lucem afferthuc loco de Legg. III. 6. *Nam veteres verbo tenus, acute illi quidem, sed non ad hunc usum popularem atque civilem, de re publica disserebant.* Utrouque loco libri politici et praecepta philosophorum et virorum in re publica versantium inter se comparantur. Cr.

(1) Locutus fuerat Cicero in lacuna de illa exquisitior et abstrusa sapientia, quam philosophi quidam jactabant. En vero, ut sibi ipsi supplementa dat auctor Laelii ore de am. cap. v: *eam sapientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo est consecutus; nos autem ea, quae sunt in usu vitaeque communi, non ea, quae finguntur aut optantur, spectare debemus. Numquam ego dicam C. Fabricium, M. Curium etc. ad istorum normam fuisse sapientes etc.* Eadem dicit Cicero de Off. III. 4, concluditque, neminem exquisite sapientem fuisse, nec ipsum Catonem aut Laelium. Conspirat cum Tullio Lactantius Inst. III. 14. vi. 6; epitom. xxx. xl; de op. D. cap. I.

*artibus]* *Ars est, quam vulgo hodie minus latine theoriam dicunt.* Sed ipse noster illud vocabulum optime explicat de Or. II. 7. 30. *Ars — earum rerum est, quae sciuntur:* de Finn. III. 15. 49. *Artes ex cognitionibus comprehensionibusque rerum effici dicit.* Acad. II. 7. 22. *ars — ex multis animi perceptionibus constat.* Hoc etiam sensu jungit *artem et praecepta* de Orat. II. 11. 44. Mr.

*naturae principia]* Laudat Niebuhrius in Ind. Lat. Ciceronem de Off. III. 12. 52. ubi est: *Tu cum hominibus consulere debeas et servire humanae societati eaque lege natus sis et ea habeas principia naturae, quibus parere et quae sequi debeas etc.* ubi Beierus p. 274. *naturae principia* explicat verbis Ciceronis: *ingeniis nostris semina innata virtutum: quibus auctis virtutis quasi carmen efficiatur:* de Finn. v. 15. 43. Mr.

(2) De philosophis artium cultoribus primis Celsus in prooemio.

(3) Contentio est politicorum cum philosophis.

haec tulit una civitas (¹), si minus sapientes, (quoniam id nomen illi tam restricte tenent(²);) P. 224. at certe summa laude dignos, quoniam sapientium praecepta et inventa coluerunt. Atque etiam ((²) quod et sunt laudandae civitates et P. 24. fuerunt (³); quo | niam id est in rerum natura longe maximi consilii, constituere eam rem publicam, quae possit esse diuturna (³):) si singulos numeremus in singulas, quanta iam reperiatur (⁴) virorum excellentium multitudo (⁴)!

(a) Hanc parenthesim suis signis, contra morem mei libri, designandam judicavi: nisi enim lectores de parenthesi certiores facerem, procul dubio obscurus hic eis locus evaderet. (b) Num locus ἐλληνίζει istoc fere modo καὶ μὴν ἐπειθὴ καὶ ὧν εἶσιν εὐδοκίμοῦδαι πόλεις καὶ πρότερον ἦσαν? Sane Cicero civile opus scribens in mediis Graecorum scriptis versabatur. (c) Ita Codex; at alibi repp.

(1) Cic. N. D. II. 66: *multos et nostra civitas et Graecia tulit singulares viros* etc. Cicero Tusc. IV. 3 ait, *Romanos, Laelio et Scipione adolescentibus, bene vivendi disciplinam vita magis, quam litteris, esse persecutos.*

(quoniam — tenent;)] Inclusimus haec parentheseos signis, quia non ita cohaerent cum verbo *sapientes*, ut, quae sequuntur *quoniam — coluerunt*, cum verbo *dignos*. Digni enim sunt laude Romani, quoniam sapientium praecepta et inventa coluerunt; sed non ideo non sunt sapientes, quoniam Graeci id nomen tam restricte tenent, sed id vult: nostri homines, quamquam re vera fuerunt sapientissimi, tamen a Graecis non ita dicerentur, quia illi in philosophorum scholis librisque hujus verbi usum ita restringunt, ut sapiens dici vel nemo possit vel paucissimi. Vocem *restricta* explicat noster addito *parce* de Finn. II. 13. 42. Mr.

(2) Hanc paucitatem irridet etiam Lactantius Inst. IV. 1. *coluerunt*] Bene Villem. vertit *mis en pratique*: est enim *colere* i. q. agendo in suum patriaeque usum convertere. Mr.

(3) Sic Plato Leg. IV. p. 714 legislatorem id omnino spectare jubet, ut reip. opes sint diuturnae.

*in singulas*] Explicat haec Lactantius: *in singulis, per singulas*, additque versum Homericum Od. λ, 513. οὐποτα εἰς πληθύν μένεν ἀνδρῶν, laudans praeterea Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 17, ad quem locum nunc conf. nostra annotatio p. 452. ed. nostr. et Cr. et quos ibi laudavi sive scriptores sive interpretes, quibus nunc adde Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. T. II. p. 325 sq. ed. Stallbaum. — Post *multitudo* solus Heinr. posuit exclamandi signum, quod poni debuit: reliqui omnes cum A. Majó Interrogandi signum posuerunt. Mr.

(4) Legesis Augustinum C. D. lib. XVIII.

Quod (<sup>a</sup>) si aut Italiae Latium, aut eiusdem Sabinam aut Volscam (<sup>b</sup>) gentem, si Samnium, si Etruriam, si magnam illam Graeciam collustrare animo voluerimus (<sup>c</sup>); si deinde Assyrios, si Persas, si Poenos, si haec (<sup>1</sup>) | . . . .

Desiderantur  
paginae duo-  
decim.

V. . . . . *advocati*. Et Philus, Praeclaram vero

P. 21.

causam ad me defertis, cum (<sup>d</sup>) me improbitatis patrociniū (<sup>e</sup>) suscipere vultis (<sup>2</sup>). Atqui (<sup>f</sup>)  
id tibi, inquit Laelius, verendum est (<sup>g</sup>), si ea  
dixeris, quae contra iustitiam dici solent, ne sic  
etiam sentire videare, cum et ipse sis quasi

P. 225.

(<sup>a</sup>) Quod superadditur. (<sup>b</sup>) Ita Cod. 2. manu; at 1. *bolscam*.  
(<sup>c</sup>) Cod. *vetuerimus*. (<sup>d</sup>) Cod. *quam*. (<sup>e</sup>) Ita Cod. melius,  
quam supra lib. II. 14 cum duplici *ce*, quod tamen ibi quoque  
emendavi. (<sup>f</sup>) Ita 2. manu; at 1. *adqui*. (<sup>g</sup>) Ita [*st*] Cod.  
facta aphaeresi, tametsi interposita sit *m*. Scilicet etiam in car-  
mine elidi solet *m*, quia in pronuntiando supprimebatur.

*magnam illam Graeciam*  
De hac appellatione cf. Mazocchi  
Commentar. in Tabull. aeneas  
Heracleens. p. 9 — 23. *Cr.*

*collustrare animo*] Ita utitur  
hoc verbo Tuscc. v. 23. 65. *cum*  
*omnia collustrarem oculis*.  
Pro *Assyrios* in Cod. est *Assu-*  
*rios*. Nos illam formam cum Vil-  
lem. et Heinr. praetulimus. *Mr.*

(1) In lacuna enumeraverat Ci-  
cero politicorum, praesertim Ro-  
manorum, copiam; cui codicis  
defectui medetur quodammodo  
ipse auctor de Or. I. 2. 48, III. 53,  
praesertim vero N. D. II. 66; quos  
locos qui leget, magnum hujus  
lacunae solamen inveniet. Est au-  
tem haec quoque Platonis imita-  
tio, apud quem reip. II. p. 366  
mos Socratis aliorumque philo-  
sophorum fuisse dicitur, ut iusti-  
tiae laudationem a priscis heroib-  
us exordirentur.

*causam ad me defertis*]  
Plane ita dixit Bruto 22. 86. *pu-*  
*blicanos causam detulisse ad*  
*Galbam*. Nostro loco ne quis

credat *causam* idem esse, quod  
*partes*, quasi scenici actoris;  
tenendum est, velle nostrum id:  
vos me patronum injustitiae esse  
vultis, cujus causa a me sit quasi  
coram iudicibus vel coram senatu  
defendenda. *Mr.*

(2) Invidiam in re simili depre-  
cantur apud Platonem Glauco  
reip. II. p. 361, et Socrates V. p.  
451. [Conf. ibid. p. 558. p. 58  
Bekkeri et Muretum ad eum lo-  
cum, qui et Augustini locum de  
Civ. D. II. 21. (vid. supra p. 213.  
sq.) advocat, et vero Ambrosii de  
Offic. I. 12. *Laudatur a Platone,*  
*quod in Politia sua posuit, eum,*  
*qui contra iustitiam disputandi*  
*partes recepisset, postulare ve-*  
*nam dictorum, quae non pro-*  
*barret: etc.* Tu cfr. nunc Ang. Ma-  
jum supra p. lrv. ibiq. not. *Cr.*  
Annotationem Mureti vid. in ej.  
Opp. T. III. p. 557. ed. Ruhnken.  
*Mr.*

*Atqui id tibi — verendum est;*  
Lehnerus conjicit legendum esse  
*verendum non est: qua quidem*

unicum exemplum antiquae probitatis et fidei<sup>(1)</sup>, neque sit ignota consuetudo tua contrarias in partes disserendi, quod ita facillime verum inveniri putes. Et Philus, Heia vero, inquit, geram | morem vobis, et me oblinam<sup>(2)</sup> sciens; quod quoniam, qui aurum quaerunt, non putant sibi recusandum, nos, cum<sup>(3)</sup> iustitiam quaeramus, rem multo omni auro cariorem<sup>(3)</sup>, nullam profecto molestiam fugere debemus. Atque utinam, quemadmodum oratione sum usus aliena, sic mihi ore uti liceret alieno! Nunc ea dicenda sunt L. Furio Philo, quae Carneae P. 226.

(a) Cod. 1. manu; quam tum deleta a.

ego conjectura nihil in ejus editione vidi infelicius. Mirandum sane est, quod non viderit, cum Philus ironice dixerit: *Praeclaram vero causam ad me defertis*, a Laelio item ironice responderi: *Atqui id tibi verendum est; ubi atqui ponitur pro nempe scilicet*, quae saepissime in ista orationis figura poni notissimum est. *Mr.*

(1) Imitatio rursus Platonis est reip. II. p. 368. Philus inter viros bonos apud Cic. de Am. vi. Is fidei causa Mancinum dedit Numantinis.

*contrarias in partes disserendi*,] Eodem fere modo dixit de Orat. I. 34. 158. *disputandumque de omni re in contrarias partes*. Ad Att. ix. 4. extr. scripsit *disserens in utramque partem*; eodem sensu. *Mr.*

*Heia vero*] *Heia* v. *Eia* est vox poetarum comicorum, et apud Plinium in Epistolis obvia: nostro alibi non usitata. Ad seq. conf. Tuscc. I. 9. 17. *geram tibi morem, et ea, quae vis, ut potero, explicabo*. In seqq. nos primi distinximus post nos,

quod neglexerunt reliqui editores, quamquam non jungendum est cum *quaeramus*, sed cum *debemus*. *Mr.*

(2) More eorum, qui aurum in fluviis quaerunt, aut metalla tellure effodiunt. Confer Silium I. 231, et Statium silvar. iv. 7. 15. [conf. ad illum Dan. Heins. p. 342, ad hunc C. Barthium p. 408. *Mr.*]

(3) A Platone haec sunt reip. I. p. 336: *εἰ μὲν χρυσίον ἐζητούμεν· δικαιοσύνην δὲ ζητούντας, πρᾶγμα πολλῶν χρυσίων τιμιώτερον*.

*oratione—aliena*] i. e. non mea. Ita plane ponitur de Finn. I. 6. 17. *in physicis* (Epicurus) *totus est alienus* i. e. non suus. *Mr.*

*Carneades*,] Notissima est illa Carneadis Academici, Critolai Peripatetici et Diogenis Babylonii Stoici legatio, anno cLvii. a. C. n. Athenis Romam missa, quae *Graecia* (armis) *capta ferum victorem cepit* (doctrina). Qua in legatione Carneadis potissimum ars dialectica ita emicuit, ut M. Cato in senatu diceret; ab hoc

des<sup>(1)</sup>, Graecus homo et consuetus, quod com- \* q.  
modum esset, verbis<sup>(b)</sup> || . . . . . xx<sup>h</sup>II. (a)

P. 227. *Neque ego hercle ex mea animi sententia loquar,*  
*sed ut Carneadi respondeatis, qui saepe optimas causas*  
Desiderari  
videntur pa-  
giam quatuor.

(a) Utrum nota  $\zeta$  significet  $\nu$  an  $\nu\iota$ , haud inepta lis fuit inter antiquarios, quorum recentiores significatum secundum tuerunt. Legesis Fabrettum inscr. p. 540; Maffejum hist. dipl. p. 155; Ritterium ad prol. Gotofr. cod. Theod. p. 212 in notis; praesertim vero Maurinos nov. tract. dipl. t. III. p. 515. sqq. Ego plane recentiori sententiae subscribo, ita ut hic sit quaternio XXVIII non XXVII. Vidi enim insigni vetustate codicem quemdam Vaticanum, litteris majoribus exaratum, ubi in calce manu prisca scribitur *hic liber habet quaterniones xxx*, tum eadem manu additur explicatis litteris *triginta et sex*: eademque prorsus scriptio fit iterum ibidem alia manu antiqua, simul notis illis numeralibus, simul litteris etiam explicatis. Quo duplici testimonio haec causa ac iudicium finiri videtur. Est autem id Graecum ipsum  $\epsilon\iota\acute{o}\eta\mu\omicron\nu\omicron\nu$ , non Gothica illa quintadecima littera quae hac forma significat *sexaginta*. Ceterum quod ad hanc sententiam firmandam ait Fabrettus repetitque Ritterius, numquam quatuor IIII subdi post  $\zeta$ , id quidem aliter interdum fit in alio saltem, quem item observavi, Vaticano codice haud spernendae vetustatis; mendum id tamen sequioris aevi potius existimem, quam ut ab illa praecleara sententia, quae melioribus nititur fundamentis, discedam. (b) Sententiam sic fere continuare licet: *apte comprehendere, cum copiosissime dissereret, tamen nostris hominibus, viris bonis, probare minime potuit. Meminisse enim vos credo, eum, cum legatus ab Atheniensibus Romam missus esset, P. Cornelio M. Marcello coss., audiente Galba et Catone, vobis quoque mecum, Scipio et Laeli, praesentibus, disputare de justitia etc.* Cic. de Or. II. 37. Tusc. IV. 3. Idem III. 18 ponit inter eos, qui Carneadem Romae audiverunt, etiam Crassi socerum Scaevolam, eum scilicet, qui his de rep. dialogis interest jam aetate quaestorius (de rep. I. 12). Ergo annum nunc saltem XXXVI agebat Scaevola; neque enim ante decennem aetatem audivisse Carneadem credendus est. Quis tamen Ciceroni credat, Scaevolam, qui id aetatis fuerit, illa nobilitate, tantisque opibus, in quaestura adhuc substituisse? Videtur igitur  $\mu\eta\mu\omicron\nu\omicron\nu\omicron\nu$  Ciceronis  $\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\rho\tau\eta\mu\alpha$ ; sicut idem de Am. XII facit C. Gracchum hoc ipso anno tribunum, qui tamen non nisi aliquot annis post fuit.

viro cavendam esse, qui ob eloquentiam et disserendi facultatem facile, quaecumque vellet, impetrare posset. Quare etiam senatus curavit, ut ii homines legatione functi, impetratâ, quam petebant pro Atheniensibus, veniam donum abirent. De Carneade contra justitiam coram Catone censorio disputante vid. Quinctil. XII. 1. p. 1053. ed. Burmann. Mr.

(1) Sequentem orationem contra justitiam totam a Carneade sumpsisse Tullium ait libere Lactantius Inst. v. 17: *adcone justitiam, o Furi, vel potius o Carneade, cujus est illa omnis oratio etc.* Sed tamen inferius quaedam sunt, quae a Carneade dici non potuerunt. Carneadis mors refertur ab Apollodoro apud Laërtium IV. 9.7 ad annum quar-

ingenii calumnia ludificari solet<sup>(a)</sup>. *Nonius voc. calumnia* <sup>(b)</sup>.

VI. Carneades, Academicæ sectæ philosophus, cuius in disserendo quæ vis fuerit, quæ eloquentia, quod acumen, qui nescit, is <sup>(c)</sup> ex prædicatione Ciceronis intel-

(a) Lactantius Inst. VII. 7: *Academicis ad omnia respondere propositum est, quod est potius calumniari et illudere*. Varietates in Nonii codicibus sunt, *Carneadis respondentis* in quatuor; *respondeas* in uno; *calumpnia* in uno. (b) Audacter hoc frustum tertio in libro collocavi, quamquam tres, quas inspexi, Nonii editiones id secundo libro dant; e novem autem Vaticanis Nonii codicibus quinque idem secundo aequo libro dant; nam quatuor reliqui eo carent. Sed enim grammaticos, præsertim in numeralibus notis, esse corruptissimos et sæpe docui, et mox de Nonio iterum ipso, et deinceps de Gellio confirmabo. Certe vix verisimile videtur, Carneadis mentionem fieri ante tertium librum. (c) Var. Lect. qui nescit, is. A. M. — Videlicet A. M. ediderat qui nescit, ipsum ex, ut Bünemannus: nos vero cum Lehnro lectionem is ex multis Edd. vett. revocavimus. Mr.

tum Olympiadis CLXII, quo fere ipso anno de rep. disputabatur. Eiusdem eloquentiam laudaverant in suis historiis Polybius et Rutilius teste Gellio VII. 14, quorum historicorum scripta non ignoravit Cicero. Denique Philii copiosam disputationem contra justitiam legebat Seneca ep. CVIII.

*ingenii calumnia*] Bene Gesnerus in Thes. L. L. s. v. *calumnia* hæc interpretatur: *ingeniosa cavillatione*. Convenit cum nostro loco ad verba Or. pro Sex. Rosc. Amer. 20. 55. *aperte ludificari et calumniari*. Junguntur etiam *ludificatio et calumnia* Or. pro P. Sext. 37. 75. Quod sequitur *solet*, Sch. haud incommode ex Cic. Frgm. Edd. scripsit *solebat*. Ad hoc Nonii fragmentum C. Sigonius hæc: Hæc sunt verba Furii petentis, ut de justitia latius disputetur, quo argumentis Carneadis, quæ ipse contra justitiam allaturus est, respondeant, eaque, si possint, convellant. Carneadem autem ea dicendi ac disserendi facultate instructum fuisse inquit in II. de Orat. Cicero, ut nullam unquam rem oppugnarit, quam

non expugnarit. — De Or. II. 38. 161. est: *Carneadis vero vis incredibilis illa dicendi et varietas perquam esset optanda nobis: qui nullam unquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit; nullam oppugnavit, quam non everterit*. Mr.

*Carneades — philosophus,*] Recte monet Bünemannus ad h. l. hæc, quasi destituta, connectenda esse cum iis, quæ infra sequuntur: *is, cum — missus esset, disputavit*. Videlicet volebat nomini Carneadis subungere *cum missus esset*, sed post longiorem quasi parenthesis vel ἐπεξηγησάν abrupta constructione lectores ad eum, de quo loqui instituerat, remittit, scribens *is*. Neque vero, quem laudat B. locum ex Epp. ad Att. VII. 14., ibi legitur, sed ep. 15. neque ita, ut scripsit B.: *Posthumius autem, de quo nominatim senatus decrevit, ut statim in Siciliam iret Furfanoque succederet, is negat se sine Catone iturum*: sed omissum est illud *is*, quod remittit lectorem ad Posthumium (vel potius Postu-

liget <sup>(1)</sup> aut Lucilii <sup>(2)</sup>, apud quem disserens Neptunus de re difficillima, ostendit, non posse id explicari, nec si Carneadem ipsum orcus remittat. Is cum legatus ab Atheniensibus Romam missus esset, disputavit de iustitia copiose, audiente Galba et Catone censorio, maximis tunc oratoribus. Sed idem disputationem suam postridie

P. 228. contraria disputatione subvertit, et iustitiam, quam pridie laudaverat, sustulit <sup>(3)</sup>; non quidem philosophi gravitate, cuius <sup>(a)</sup> firma et stabilis debet esse sententia; sed quasi oratorio exercitii genere in utramque partem disserendi. Quod ille facere solebat, ut alios quilibet asserentes posset refutare <sup>(4)</sup>. Eam disputationem, qua iustitia evertitur <sup>(b)</sup>, apud Ciceronem L. Furius recordatur: credo, quoniam de re publica disserebat, ut de-

(a) Ita [cuius prudentia firma] pleraque exemplaria; alia tamen habent *prudentiae*, alia verbum rectius omittunt. (b) Alia exempl. *subvertitur*.

*mum*) in Edd. Vict. Car. Steph. Sylb. Boulier. Lambin. Gothofred. Gryph. Sylburg. Verburg. Ern. Bip. Ex omnibus, quae ad manum sunt, Edd. sola Ed. Cratand. habet *is negat*, quo ille locus nostro fieret similis. *Mr.*

(1) Ergo Cicero in praecedente lacuna Carneadis eloquentiam laudaverat, ex sententia, ut dixi, Polybii et Rutilii; quibus adde Hieronymum prol. in Sophon., et Philostratum vit. sophist. I. 4.

(2) Num Lucilii locum sumit Lactantius ex ipso Cicerone de rep.? Confer Plinii verba a me in testimoniis laudata, ubi alius Lucilii locus a Cicerone in hoc opere usurpatur.

*Galba et Catone censorio,*] Merito jam Cellarius rejecit, quod est in multis libris, *censoribus*, quia non Galba fuit Catonis in censura collega, sed Marcellus, Marcelli quinquies consulis filius. *Mr.*

*et iustitiam—sustulit;*] Laudat Bün. Hieronymum in Apolog.

ad Domnion. T. II. Oper. f. 113. ed. Basil. ubi est: *Carneadeum aliquid referens in utramque partem, hoc est, pro iustitia et contra iustitiam disputare. Mr.*

(3) Locum hunc spectat Hieronymus ep. L. 2.

*cujus firma et stabilis esse debet sententia*] Abjicimus, assentiente etiam A. Majo, quod in multis Codd. et Edd. in contexta receptum est, *prudentia* ante *firma*, sed abest ab Edd. Parrh. Ald. Fasitellii, Gryph. Thomas. idque abesse etiam volebat Heumannus. *Mr.*

(4) De Carneade ejusque dubitandi instituto confer Tullium Acad. iv. 45, Divin. I. 30, N. D. I. 5. Tusc. III. 22, Plin. vii. 30; Senec. de br. vit. cap. xiv; Arnob. II. p. 48; Minuc. cap. 13; Hieron. ep. 50. et ad Ruf. II. 10, et comm. in Eccl. cap. x; Sextum Emp. contra log. et phys. Ab Augustino, qui Academicos refutavit, Carneades primum, Cicero postremum, Academiae tertiae caput fuisse dicuntur.

fensionem laudationemque eius induceret (1), sine qua putabat regi non posse rem publicam. Carneades autem, ut Aristotelem refelleret ac Platonem, iustitiae patronos, prima illa disputatione collegit ea omnia, quae pro iustitia dicebantur, ut posset illa, sicut fecit, evertere. *Lactantias Inst. v. 14.*

VII. Plurimi quidem philosophorum, sed maxime Plato et Aristoteles, de iustitia multa dixerunt, asserentes et extollentes eam summa laude virtutem, quod suum cuique tribuat, quod aequitatem in omnibus servet, et cum ceterae virtutes quasi tacitae sint et intus inclusae, solam esse iustitiam, quae nec sibi tantum conciliata sit, nec occulta, sed foras tota promineat, et ad bene facien- P.229- dum prona sit, ut quam plurimis prosit. Quasi vero in iudicibus solis atque in potestate aliqua constitutis iustitia esse debeat, et non in omnibus. Atqui (a) nullus est

(a) Ita [atquin], ut Horatii codices Epist. I. 7. 2. apud cl. Feam. Ceterum in codice de rep. scribi solet *adqui*. Nec non Tertullianus Apol. n. 118. [id. Ad Nationes I. 6. p. 43. ed. Rigalt. Mr.]

(1) Nempe ut Carneadi responderetur, uti dicitur in Noniano fragmento.

ut posset illa, sicut fecit, evertere.] Cum supra eodem capite scripserit *iustitiam* — *sustulit et qua iustitia evertitur* et mox c. viii. legatur *qui iustitiam* — *everteret*; facile aliquis hoc quoque loco scribendum esse existimet: *ut posset illam* — *evertere*. Sed nihil mutandum: *illa* enim referendum ad *ea omnia* sc. quae collegerat prima illa disputatione: ut initio capitis est *disputationem suam* — *subvertit*. Mr.

*Plurimi quidem philosophorum* etc.] Quod ut hujus libri caput septimum posuit A. Majus, omisit Villem., quamquam quod est in cap. vi. recepit. Utrumque rejecit Sch. sub contexta, ejecerunt Heinr. et St. Mr.

*Plurimi*] Quod receperunt

Pfaff. Walch. Davis. *Primuli merito post Heumanum reject Bün. laudans ipsum Lactant. Inst. vi. 5. 10. in plurimis philosophorum, et vi. 17. 25. sicut philosophorum plurimi et maximi saepe fecerunt. Mr.*

*sibi tantum conciliata sit,]* Bünemannus, pro more suo, Lactantium ex ipso Lactantio explicandi, quem Heldius in Caesare ex Caesare explicando secutus est egregie, nos in Cicerone item adhibendum duximus, laudat Lact. de Ira vii. 13. *cetera sibi conciliata sunt*: ad quem locum vide quos Ciceronis locos laudavit B., in primis de Finn. III. 5. *animal ipsum sibi conciliari. Mr.*

*foras — promineat]* Hanc locutionem non sumsit ex suo exemplari Lactantius; Ciceronem intelligo. Neque tamen probis auctoribus destituitur, quos vel Lexica



hominum, ne infirmorum (a) quidem ac mendicorum, in quem iustitia cadere non possit. Sed quia ignorabant, quid esset, unde proflueret, quid operis haberet, summam illam virtutem, id est commune omnium bonum, paucis tribuerunt, eamque nullas utilitates proprias aucupari, sed alienis tantum commodis studere dixerunt. Nec immerito exstitit Carneades, homo summo ingenio et acumine, qui refelleret istorum orationem, et iustitiam, quae fundamentum stabile non habebat, everteret; non quia vituperandam esse iustitiam sentiebat, sed ut illos defensores eius ostenderet nihil certi, nihil firmi de iustitia disputare. *Lactantius epitom. cap. LV (1)*.

Iustitia foras spectat (b), et proiecta tota est atque eminet (c). *Nonius voc. proiectam.*

(a) Frustra aliquot critici malunt heic *infirmorum*. Nonne enim Lactantius sic loquitur etiam de Opif. D. cap. III *homo inops et infirmus*? (b) Nonii tres editiones *expectat*, quod mendum corrigitur manu viri docti in meo Plantiniano exemplari. (c) Hic et sequens locus citatur in Nonii editionibus e secundo de rep. Verumtamen ad hunc quod adinet, nulla est

suppeditant. Neque etiam Cicero dixit *ad bene faciendam pronus*, quo adjectivo non nisi proprie utitur. *Mr.*

*ne infirmorum quidem ac mendicorum.*] Frustra A. Majus defendere conatur pravam lectionem *infirmorum* loco alio Lactantii, quem laudat in annotatione critica: quem jure parum aptum ad tutandam illam lectionem judicat. Verum jam vidit Davisius, qui dixit: *infirmus* habito ad corpus, non ad opes facultatesque respectu dicitur. In qua sententia etiam Bünemannum fuisse video. *Mr.*

*eamque nullas*] Sch. dedit *eumque nullas*, operarum errore. Ad praeced. *quid operis* laudat B. Lactant. Inst. v. 2. 10. *id operis* et vi. 5. 1. *quid operis*: itemque Heusingerum ad Vechneri Hellenolex. p. 200. (e), ubi etiam ex Cic. ad Fam. ix. 13. laudatur *hoc muneris*. *Mr.*

*utilitates — aucupari*] Sumsit hoc ex Cicerone de Orat. II. 14. 59. *non ego utilitatem aliquam — aucupans* etc. Quod h. l. est *ingenio et acumine*, Cicero dixit Or. pro Flacc. 4. 9. *ingenii acumen*. Ad v. *justitiam evertere* conferri potest Cic. de Fin. III. 10. *virtutem evertere*: ibid. II. 25. 80. *evertere amicitiam*. *Mr.*

(1) Neque Tullium neque opus de rep. appellat Lactantius; sed tamen duo, quos subjungo, ex Nonio loci evidenter me admonuerunt, Tullium heic exscribi a Lactantio, et quidem copiosius, quam a Nonio, cujus duae auctoritates in Lactantii oratione continentur. Jam ipsum Lactantium non e secundo sed e tertio de rep. haurire quis dubitet, quum mentio fiat operum de justitia tum Platonis tum etiam Aristotelis, quae scripta mox ipse Cicero cap. vii appellat?

*Justitia* etc.] Hoc Nonii fra-

Quae virtus (<sup>a</sup>), praeter ceteras, tota se ad alienas P. 230. porrigit utilitates (<sup>b</sup>) atque explicat (<sup>c</sup>). *Idem voc. explicare.*

P. 205.

VIII.... et reperiret et tueretur; alter autem de ipsa iustitia quattuor implevit sane grandes libros (<sup>1</sup>). Nam ab Chrysippo nihil magnum nec magnificum desideravi, qui suo quodam more loquitur, ut omnia verborum momentis,

Vaticanorum Nonii codicum auctoritas, quia is in omnibus desideratur. Pertinere autem non ad secundum sed ad tertium de rep. librum, constat omnino e suprascripto Lactantii fragmento in quo idem comprehenditur.

(<sup>a</sup>) Ita editiones et duo Nonii codices; alii vero codices habent *virtutis mendose*. (<sup>b</sup>) Constans est in novem Vaticanis codicibus ordo hic verborum; at in editionibus praeposterus est *utilitates porrigit*. Quod autem in Codd. variat *utilitates et utilitas*; id frustra fit. Neque enim in *is* acc. exeunt, nisi ea, quorum genitivus desinit in *ium*. Recole p. 72. n. b. (<sup>c</sup>) Hic quoque locus, ut dixi, in editionibus citatur e secundo de rep. libro, sed mendose, uti demonstrat, praeter alia indicia, Lactantius. Codicum Nonii Vaticanorum mira varietas est; namque in uno omnia desunt; in sex, nomen Ciceronis, titulus operis, et libri

gmentum Sch. capitis sexti, et quod sequitur *Quas* etc. capitis septimi loco posuit. Quod h. l. translate dicitur *projectus* pro *eminens*, id proprie dixit in Verr. Act. II. 4. 10. 21. *urbs—projecta in altum*. Infra VI. 26. est *et jam tum, cum erit inclusus in corpore, eminebit foras*. Mr.

*se ad alienas porrigit utilitates*] Paulo aliter dixit de Or. I. 40. 184. *civibus lucem ingenii et consilii sui porrigere atque tendere*. Mr.

*alter autem*] i. e. Aristoteles. De ejus *περί δικαιοσύνης* libris quattuor vid. Fabric. B. G. T. II. p. 187. ed. pr. Scripsit etiam duos libros *περί δεικνύων*. Ut h. l. dicit *libros grandes*, ita scripsit ad Att. XIII. 21. *prc. epistola sane grandis*; ad Att. XIII. 13. de Academicis suis libris: *grandiores sunt omnino*. Gell. XIV. 6. dixit *librum grandi volumine*. Mr.

(1) Sermo est de Platone et de Aristotele, ut cognoscimus e praedictis Lactantii locis, praetereaque ex eodem Lactantio Inst. v. 17. Plato quanta scripserit de justitia videmus; Aristotelis autem libri de justitia quatuor noti sunt ex Laërtio v. 13, aliisque auctoribus.

*ab Chrysippo*] De Chrysippi ingenio, doctrina, libris et vita exstat liber bonae frugis plenissimus, qui inscribitur: *F. N. G. Baguet de Chrysippi vita, doctrina et reliquis commentatio*—in Acad. Lovaniensi praemio ornata. 4. Lovan. 1822. pp. 381. Mr.

*desideravi*] Eodem sensu usus est hoc verbo ad Att. VIII. 14. *quis ab his ullam rem laude dignam desiderat?* Sch. dedit *desiderari*. Mr.

*verborum momentis, non rerum ponderibus*,] Eleganti haec oppositione alibi non usus esse

non rerum ponderibus, examinet<sup>(1)</sup>. Illorum  
 P. 351. fuit heroum, <sup>(2)</sup> eam virtutem<sup>(3)</sup>, quae est una,  
 si modo est, maxime munifica et liberalis, et  
 quae omnes magis, quam seipse<sup>(4)</sup>, diligit, aliis  
 nata potius, | quam sibi, excitare iacentem<sup>(5)</sup>, et P. 306.

nota, omittuntur, relicto spatio; in octavo tribuitur locus absurde libro Virgilio secundo. Denique in nono codice scintilla aliqua veritatis est: nam quum praecedat locus ex tertio de officiis, noster hic dicitur *ex eodem libro*; tenemus igitur tertium librum, quamquam adhuc fallimur in opere. Atque ex his saltem cognoscimus, falsam illam libri secundi inscriptionem, quae est in editionibus, a nullo Vaticano codice confirmari.

(a) Ita Cod. 1. manu; secunda autem *se ipse*, male; tum quia Seneca ep. cviii legebat *seipse*; tum quia, si separaretur, dicendum esset *se ipsa*. (b) Lactantius de ira D. xviii: *si iacet, excitanda est*. Confer etiam Inst. III. 14.

videtur noster: sed opposuit de Or. II. 17. 73. verborum *pondera sententiarum gravitati*. Opponit item de Off. II. 22. 79. *pondere* iudicare et *numero* iudicare. *Verba* autem et *res* saepissime opponit, v. c. Tuscc. II. 12. 28. ib. II. 13. 30. *re succumbere non oportebat verbis gloriantem*. Quod sequitur *illorum — heroum*, de Platone et Aristotele intelligendum esse monet Lehn. *Mr.*

(1) Chrysippi ingenium et elocutionem novimus ex Cic. Fin. iv. 3, N. D. III. 10; Front. de Or. I. 1; Hier. in Ruf. I. 16. 30. Chrysippi libros *περι δικαιοσύνης* et *περι δικαίου* et *περι πολιτείας* ex Laërt. vii. 11; Plut. de repug. Stoic.; Sext. Emp. III. 205. 246, et in Eth. 192. 193, quo postremo loco in notis Fabricius Chrysippi libros de iustitia adjunctos fuisse libris ejusdem de rep. existimat. Merito autem in oratione Carneadea mentio Chrysippi fit: Carneadis enim cum Chrysippo disputationes notissimae sunt ex Cic. Tusc. iv. 24, Val. M. viii. 7, August. in Crescon. I. 24. Chrysippi autem repugnantias non secus atque Carneadis scribit Plutarchus praedictus. Graphicam iustitiae

imaginem ipsis Chrysippi verbis scribit Gellius xiv. 4, quem locum artifices, qui Themia pingunt, utiliter legent.

(2) Platonis et Aristotelis.

(3) Scilicet justitiam, quam Plato reip. I. p. 351 sapientiae et virtutis ipsius nomine appellat. Lactantius epit. lv justitiam a sapientia non distinguit.

*munifica et liberalis*] Eadem junxit de virtute loquens de Or. I. 8. 32. In voce *seipse* nolui aliquid novare contra Codicis auctoritatem et Senecae testimonium (Ep. 108.), quod supra adscriptum est in Testimoniis ab A. Majo collectis n. 29. p. lxx. sq. quamquam magis placet Schützi cor-rectio *sese*. Fieri enim potest, ut *seipse* legerit Seneca alio horum librorum loco, etiam nunc perditio, ubi re vera fuit pro *se ipse*. Nostro loco quod ait A. Majus dici pro *se ipsa*, id verum non est, nam requiretetur *se ipsam*, opponitur enim verbo *omnes* i. e. alios. *Mr.*

*excitare jacentem*] Ita dixit etiam auctor Or. pro domo 36. 96. Plenius noster de Amic. 16. 59. *jacentem animum excitare*. *Mr.*

in illo divino solio non longe a sapientia collocare. Nec vero illis aut voluntas defuit, (quae enim iis scribendi alia causa, aut quod omnino consilium fuit?) aut ingenium, quo omnibus praestiterunt. Sed eorum et voluntatem et copiam causa vicit (<sup>1</sup>). Ius enim, de quo quaerimus, civile est aliquod, naturale nullum (<sup>2</sup>): nam si esset, ut calida et frigida, et amara et dulcia, sic essent iusta et iniusta eadem omnibus (<sup>3</sup>).

VIII. Nunc autem, si quis, illo Pacuviano (<sup>a</sup>) invehens (<sup>b</sup>) *alatum anguim* (<sup>c</sup>) curru (<sup>4</sup>), mul-

(<sup>a</sup>) Cod. 2. manu *pacuviano*; at 1. *paculano*. Sane mendose l pro i; ceterum unam u pro *duabus* nummi veteres exhibent, nempe *Paquius* pro *Pacuvius*. (<sup>b</sup>) Ita pro *invectus* scribit indubitate Cicero etiam N. D. I. 28. (<sup>c</sup>) Cod. mendose *angulum*.

*causa vicit.*] Non male Villem. vocem *causa* interpretatus est *le vice de leur cause*. Ad verba *ut calida et frigida* commode comparavit Lehn. Xenoph. Cyri Disc. v. 1. 9. sqq. *Mr.*

(1) Lactantius Inst. v. 17 hunc locum exprimit: *Plato et Aristoteles honesta quidem voluntate justitiam defendere cupierunt, effecissentque aliquid, si conatus eorum bonos, si eloquentiam, si virtutem animi et ingenii etc. Itaque opus illorum inane atque inutile jacuit.*

(2) Confer Hieronymum in Jovin. II. 17; immo vero potius Lactantium Inst. vi. 9 qui huic iniquae sententiae contradicit: *cur per omnes populos diversa et varia jura sunt condita, nisi quod unaquaeque gens id sibi sanxit, quod putavit rebus suis utile?*

(3) Eadem est observatio Platonis in *Minos* p. 315; nec non Horatii sat. I. 3. 113. Sed verius ab Augustino in ps. IC. 5. dicitur sicut oculus album et nigrum, ita

homo aequitatem iniquitatemque discernere.

*invehens*] Cic. in Bruto 97. *Adolescentia per medias laudes quasi quadrigis vehens*. Ad locum Cic. de N. D. I. 28. quem laudat A. M. in annot. crit. vide annot. in Cr. et nostra Ed. majore p. 123. sq. *Mr.*

*alatum anguim*] Est etiam *ales* adjectivum in versu Cicero-niano ex Arateis de N. D. II. 44. 112. *Inde est ales avis lato sub tegmine caeli*. Verbum *despicere* eodem, sed ambiguo aliquantum, sensu posuit noster, vel quicumque demum est scriptor Or. de Har. respons. 15. 33. *tollam altius tectum: non ut ego te despiciam, sed ne tu adspicias urbem eam, quam delere voluisti.* — *Oculis collustrare* legitur etiam Tuscc. v. 23. 65. *Mr.*

(4) Videtur locus e Pacuvii Medo. Nunc autem haud dubio indicio ad Pacuvium referendus est senarius ille, qui ex incerto poeta profertur a Cic. de Invent.

tas et varias gentes et urbes despiciere et oculis collustrare possit (<sup>1</sup>), videat primum in illa incorrupta maxime gente Aegyptiorum, quae plurimorum saeculorum et eventorum memoriam litteris continet, bovem quendam putari deum, quem Apim Aegyptii (<sup>a</sup>) nominent: multaque alia portenta apud eosdem, et cuiusque generis | beluas numero consecratas deorum (<sup>2</sup>). P. 18.

P. 233. Deinde Graeciae, sicut apud nos, delubra magnifica humanis consecrata simulacris, quae Persae nefaria putaverunt; eamque unam ob causam

(a) Heic interpungitur in Cod.

I. 19: *angues ingentes alites juncti jugo*; quem versum spectat Philus haec loquens. Fabula Medea est apud Hyginum xxvii, ubi Medea curru junctis draconibus supervenit.

(1) Mores gentium varios, qui heic sequuntur, multo copiosius scribunt Hieronymus in Jovin. II. 7. sqq. et Sextus III. 24, et contra Eth. 190. sqq. quos auctores haud paenitendo cum fructu ii legent, qui naturali civilique historiae student. Est item insignis locus Herodoti III. 58.

*Apim*] Conf. Creuz. ad Cic. de N. D. I. 29. p. 132. ed. Cr. et nostr. Ed. maj. Universe consule ej. Symb. u. Mythol. I. p. 482. 485. 266. Epitom. nostr. p. 159. *Mr.*

*numero consecratas deorum*] Admodum variavit noster hanc formulam: v. c. de N. D. III. 20. 51. dixit *numerum deorum obtinere*: ib. in *deorum numero reponi*: ib. 19. 50. *memoria honore deorum immortalium consecrata*: ib. in *deorum numero esse*. Epp. ad Qu. Fr. I. 1. p. 1074. ed. Ern. min. *consecratus et in deorum numero collocatus*: de N. D. III. 19. 47. *beluas in deorum numero re-*

*ponere*: ib. I. 56. 101. *Aegyptii nullam beluam, nisi ob aliquam utilitatem—consecraverunt. Mr.*

(2) Rem apud veteres auctores exploratissimam confirmant magnopere pictae tot papyri, quas docti peregrinatores in Europam ex Aegyptiorum sepulchris fanisve devehunt, aut in suis ephemeridibus exprimunt. Genus id Aegyptiacorum studiorum nos ipsi posthinc cumulaturi sumus, edendis Vaticanis, quas lithographico prelo paramus, papyris cum idonea notitia. De origine beluini cultus in Aegypto Lact. Inst. II. 13; Cic. N. D. I. 36.

*Graeciae, sicut apud nos,*] Notatu dignum esse ait Lehn. *Graeciae pro in Graecia*. Ita est apud Florum I. 18. 11. *Lucaniae suprema pugna—ducibus iisdem*. Sallust. Jug. 33. *Romae Numidiaeque facinora ejus memorat*; ubi vid. Curtium p. 577. sq. Vid. de hac constructione Caesar. de B. G. VIII. praef. §. 2. *rerum gestarum Galliae pro in Gallia*, ibiq. Davis., qui et alia hujus constructionis exempla affert, et Oberlin. ad eund. locum itemque nuperrimum Caesaris de B. G.

Xerxes inflammari Atheniensium fana iussisse dicitur, quod deos, quorum domus esset omnis hic mundus, inclusos parietibus contineri nefas esse duceret<sup>(1)</sup>. Post autem cum Persis et Philippus, qui cogitavit, et Alexander, qui ges-  
 p. 27. sit, hanc bellandi causam infe || rebat, quod vellet<sup>(a)</sup> Graeciae fana punire<sup>(b)</sup>: quae ne reficienda quidem Graii putaverunt, ut esset poste-

(a) Ita 2. manu; at 1. *bellet*. (b) Ita Cod. [*poenire*] Et notemus orthographiam, simulque vim τοῦ *poenire* pro *ulcisci*. [De descriptione *poenire* vid. nunc etiam Amed. Peyron. ad Fragm. Oratt. Cic. p. 299. ed. Stg. 1824. *Mr.*]

editorem Herzog. p. 529. sq. Adde Ducker. ad Flor. l. c. In ed. Stuttg. scriptum est *sicut caput nos*, quem errorem etiam in Ed. prc. credebat esse Lehn. *Mr.*

*quod deos, quorum domus*] Sch. nihil monens dedit *quod quorum domus* omisso *deos*, cuius omittendi necessitatem non video. *Mr.*

*nefas esse duceret.*] Haec constructio in hoc capite ter legitur, mox enim est *gratissimum esse duxerunt*, et paulo inferius *Galli turpe esse ducunt*. Qua de re vid. quae supra annotavimus ad I. 38. ad verba *seditionem quandam animi vere ducebat*. — Ad *cogitavit* subaudiendum esse *bellum gerere* manifestum est. *Mr.*

(1) Rem narrat Cicero etiam Leg. II. 10. Sententiam vero copiose versat Arnobius lib. vi; praetereaque Lact. Inst. II; Cyprianus de idol. van.; Varro et Seneca apud Augustinum C. D. IV. 9. 31. VI. 10; Macrobi. somn. I. 2. Tacit. de mor. Germ. IX, et hist. v. 5; Plut. in Num. VIII. Insulsa ceteroqu岸 Xerxis illa sententia fuit.

*quod vellet Graeciae fana punire:*] In ed. Stuttg. operarum

errore est *Graecia*, quem errorem, ut Ciceronis manum, repeterunt Heinr. Sch. et Lehn. Sed St. ut est in Edd. Rom. Paris. et Lond. dedit *Graeciae*, quod ego, cum ab initio item non nisi Editione St. uterem, illamque item esse Codicis scripturam existimarem, statim restituendum esse conjeceram, quamquam etiam in mentem venit legere: *quod vellet Graeca fana punire*, vel *quod vellet Graecia sua fana punire*. Nunc merito in Codicis lectione acquiesco. *Mr.*

*fana punire*] Ulciscendi vim habet idem verbum de Or. I. 51. 220. *cupiditas puniendi doloris*. In oratione spuria de Har. resp. 8. 16. est *domum — a iudicibus puniendam*, ubi vid. F. A. Wolf. p. 329. sq. *Mr.*

*ut esset posteris ante oculos*] Ita scripsi, quamquam A. Majus ex Cod. edidit *ante os*, et in eo acquieverunt editores omnes. Sed neque Cicero neque alius quisquam bonae notae scriptor dixit *est mihi aliquid ante os*. Scio equidem *ante ora* dicere poetas, v. c. Virgil. Aen. I. 95. ipsumque nostrum non semel dixisse *in ore atque oculis omnium*, v. c. Or. in Verr. II. 33. 81. Quid multa? OS est com-

ris ante oculos documentum Persarum sceleris sempiternum (¹). Quam multi, ut Tauri in P. 234. Axino (²), ut rex Aegypti Busiris, ut Galli, ut Poeni, homines immolare et pium et diis immortalibus gratissimum esse duxerunt (³)! Vitae

(a) Euxinus ab antiquis dictus fuit *Axenus* (ἄξεινος ionice) teste Strabone vii. p. 458 et 460, nec non Ovidio Trist. iv. 4. 56. Haec autem scribitur *Axinus*. Sic illa civilis sententia apud Aristotelem Nicom. ix. 10 μῆτις πολύξεινος μῆτις ἄξεινος.

pendium scribendi pro *oculos*, quod Ciceroni fuit reddendum. Quam saepe autem noster dicat ante *oculos*, putidum sit exemplis allatis docere. Sed unum addam, ubi etiam *os* in contextu est, videlicet ad Att. vi. 2. *tu, cujus mehercule os mihi ante oculos solet versari*. Mr.

*Persarum sceleris*] De Genitivis a genitivis pendentibus vid. Ruddimanni Inst. Gr. Lat. II. p. 42. Mr.

(1) Decretum hoc Graecorum memorat Pausanias x. 35, additque illius causam eandem, quam Cicero ἐς τὸν πάντα ὑπολείπειν θάι χρόνον τοῦ ἐχθροῦς ὑπομνήματα.

*ut Tauri in Axino*.] *Axinus* non dixerunt scriptores alii, neque alibi noster, sed in *Euxino ponto* de Or. I. 58. 174. Sed scripsit *Axenus* Ovid. Trist. iv. 4. 56.

*Frigida me cohibent Euxini littora ponti,*  
*Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.*

Conf. Salmas. Exercitt. Plin. p. 203. Eustath. ad Dionys. Perieg. 148. p. 27. ed. Oxon. 1710. Pompon. Mela de Sita Orbis I. 19. ibiq. interpr. p. 105. ed. Abr. Gronov. Strab. VII. p. 458 et 460. Cur nomen *Axeni* mutatum sit in *Euxinum*, de eo vid. Bochart. Phaleg. p. 397. Mr.

*Busiris*] De eo vid. Creuz. Symb. u. Mythol. I. p. 266. 353.

sq. 409 sq. Epitom. nostr. p. 117. sq. Mr.

*ut Galli*] Cic. Or. pro Fonteij. 10. 21. *Postremo his (Gallis) quidquam sanctum — videripotest, qui — humanis hostiis deorum aras ac templa funestant?*

*Quis enim ignorat, eos usque ad hanc diem retinere illam immanem ac barbaram consuetudinem hominum immolantium?* cf. ib. interpr. Universe de sacrificiis humanis vid. Historiam Acad. regiae bon. art. Paris., (cujus mihi nonnisi versio Germanica ad manum est) T. I. p. 49 — 57. et T. ix. p. 247 — 252, ubi sunt excerpta commentationum super hac re Boissyi, Morini et Frereti. Mr.

*ut Poeni*] Vid. Lactant. Inst. I. 21. 13. in primis autem *Münter. Relig. der Harthager* §. 4. Mr.

(2) Dianae in Tauride, Busiris in Aegypto quis nescit aras? De Gallorum Poenorumque humanis sacrificiis Ennius apud Festum voc. *puelli*; Plato in Minoë p. 315; Dionys. I. 38; Strabo iv. p. 303; Diodor. v. 31. 32; Clitarch. apud Suid. voc. *σαρδάνας γέλως*; Lactant. Inst. I. 21; August. C. D. vii. 19; Oros. iv. 6. 21; Servius Aen. III. 57. Auctorum horum a me observatorum agmen claudat Minucius cap. xxx, cum multis auctoribus aliis, qui ibidem in notis citantur.

vero instituta sic distant, ut Cretes et Aetoli latrocinari honestum putent (<sup>1</sup>): Lacedaemonii suos omnes agros esse dictitarint, | quos spiculo possent attingere (<sup>2</sup>). Athenienses iurare etiam publice solebant, omnem suam esse terram, quae oleam frugesve (<sup>a</sup>) ferret (<sup>3</sup>). Galli turpe esse ducunt frumentum manu quaerere; itaque armati alienos agros demetunt (<sup>4</sup>). Nos vero iustissimi homines, qui (<sup>b</sup>) Transalpinas gentes oleam et vitem serere non

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *fruges*. De *L* pro *S* diximus lib. I. 5. p. 18. n. c. (b) Omittendum videtur *qui*.

(1) Aetolorum legem praedandi firmissimam recitat Polybius xvii. 4. iv. 3. Idem ait vi. 46, apud Cretenses nullum turpe putari lucrum. Generatim hanc iniquam praedandi sententiam tribuit praeicis hominibus scholiastes Ambrosianus a me editus ad Hom. Odys. III. 73. xrv. 230.

(2) Dicti hujus Laconici testis Plutarchus Apophth. Lac. t. vi. p. 819, et Quaest. Rom. t. vii. p. 83. Idem prope dictum tribuitur Pittaco a Plut. reip. ger. pr. t. ix. p. 265, et Lysandro atque Agesilao Apoph. Lac. et reg. p. 721, 791, 855. Quin et Romulus, ut observat Plutarchus, nullos terminos agro posuit, ut Romanis liceret progredi; Numa vero rex justus agrum limite finivit. Plut. Num. xvi.

quae oleam frugesve ferret.] Adlocum Plutarchi in Vita Alcib. xv. extr., quem laudat A. Majus, vid. quae monuit Baehrius noster in Ed. Alcibiadis Plutarchei p. 143. sq. Mr.

(3) Pars haec erat jurisjurandi ephēborum: ὄροις χρησασθαι τῆς Ἀτικῆς, πυροῦς, κριθαῖς, ἀμπέλους, ἐλαίας. Hanc vero particulam sapienter animadvertit Petitus in Plutarcho Alcib. xv,

addiditque reliquae formulae, quae extabat apud Pollucem atque Stobaeum. Rem modo confirmat Cicero.

armati alienos agros demetunt.] Quos laudat in annotatione A. Majus scriptores, Diodorum dico Siculum et Nicolaum Damascenum, non idem plane dicunt, quod Cicero: videlicet ille p. 355. ed. Wesseling. οὐροὶ εἰσὶν οἱ — τῶν καταπολεμηθέντων τὴν χώραν κατοικήσαντες et paulo superius ζηλοῦσιν ἐκ παλαιοῦ ληστεύειν ἐπὶ τὰς ἀλλοτρίας χώρας ἐρχόμενοι. Nicolaus vero de Celtis (neque vero de Gallis: sed Diodorus l. c. ait, a Romanis Gallos Celtasque una Gallorum appellatione comprehendi:) p. 8. ed. Cragii: τιμῶσι μάλιστα τοὺς χώραν τῶ κοινῷ προσκτωμένους. Mr.

(4) Sic ajunt Diodorus v. 32, et Nicolaus Damascenus.

qui Transalpinas gentes] Solus Sch. obsecutus est A. Majo, qui omittendum censuit pronomen relativum; Tum vero distinctionem minorem posuit post *Nos vero*, quod faciendum fuit. Sed non obtemperandum esse A. Majo praecipit Lehn. Ideo, ut existimo, quia ad *Nos vero iustissimi homines* subaudiri vult *su-*



sinimus, quo pluris sint nostra oliveta nostraeque vineae (¹): quod cum faciamus, prudenter facere dicimur, iuste non dici || mur; ut intel- P. 203.  
ligatis, discrepare ab aequitate sapientiam (²).  
Lycurgus autem ille, legum optimarum et aequissimi iuris inventor, agros locupletium plebi; ut servitio, colendos dedit (³).

X. Genera vero si velim iuris, institutorum, morum consuetudinumque describere, non modo in tot gentibus varia, sed in una urbe, vel in hac ipsa, millies mutata demonstrarem; ut hic iuris noster interpret alia nunc Manilius iura

*mus.* Quod in seqq. dicitur *sapientiam* recte monet idem esse, quod *prudentiam*: vere, hoc quidem loco: distinguuntur Partit. Orat. 22. 76. Junguntur in Fragm. Hortensii p. 1176. Ed. Ern. min. *Id enim est sapientis, providere: ex quo sapientia est appellata prudentia.* Conf. Cic. de Legg. I. 23. 60. *quae virtus ex providendo est appellata prudentia,* p. 146. edit. nost. et Cr. et quem ibi laudavi Beierum ad Cic. de Off. I. 43. 153. p. 302. sq. *Mr.*

(1) Notanda haec Romanorum severitas, quae tamen diutius non videtur perseveravisse. Utique multo post Domitianus in provinciis extra Italiam multum vinetorum succidi iussit. Suet. in eo cap. VII; quam legem sustulit Probus. Vopisc. in eo cap. XVIII. Vim legum ejusmodi gentes aliquot novi orbis nuperius passae sunt. Saevitia Romanos Poeni excesserunt, dum omni cultu ac satione Sardiniae interdixerunt, ut ait Aristoteles mir. aud. p. 708.

(2) Rem explicat Lactantius Inst. v. 14, et epit. LVII. Contradicit Cicero Off. II. 3. 9, III. 15; et Socrates apud Xenoph. Me-

mor. III. 9. 5. Plato quidem apud Cic. Off. I. 19 scientiam a justitia remotam, calliditatem potius, quam sapientiam, ait esse appellandam.

*Lycurgus autem ille,*] Ita distinguendum esse existimavi. Heiur. distinxit post *autem*; reliqui cum A. Majo distinctionem omiserunt. *Mr.*

*agros — plebi, ut servitio, colendos dedit.*] Plutarch. in Lycurgo 24. *οἱ δ' Ἕλλητες αὐτοῖς εἰργάζοντο τὴν γῆν, ἀποφορᾶν τὴν εἰρημένην τελούντες:* ubi vid. Leopold. et quos laudat scriptores p. 241. in primis Cragium de Rep. Lacedaem. I. 11. p. 43. *Mr.*

(3) Helotis scilicet.

*alia nunc Manilius jura dicat esse*] Sch. correxit, si hoc est corrigere, *jura*; in eodem hoc capite scripsit *Voconia lege data*, pro *lata*, et paulo inferius ex scriptione codicis *plena sit*. Cujusmodi emendationum laudem utrum Schützio tribuam, an alii cuidam homini, incertus sum nonnunquam: plerasque autem ipsi viro clarissimo improbatum iri, pro certo habeo. *Mr.*

P. 204. dicat esse de mulierum legatis et hereditati- P. 256.

bus, alia solitus sit adolescens dicere, nondum Voconia lege lata (1): quae quidem ipsa lex, utilitatis virorum gratia rogata, in mulieres plena est iniuriae (2). Cur enim pecuniam non habeat mulier? cur virgini Vestali sit heres (3), non sit matri suae? Cur autem, si pecuniae modus statuendus fuit feminis, P. Crassi filia posset habere, si unica patri esset, aeris millies (4), salva lege; mea tricies non posset (5) || . . . . .

Desiderari videntur paginae dum.

(a) Lege Voconia nihil iniquius dici aut cogitari posse putat Augustinus C. D. III. 21. Quod autem idem ait, ea lege *nec unquam filiam* heredem fieri licuisse, error videtur pro *nisi unquam filiam*; docet enim in hoc opere Tullius, a filia unica potuisse hereditatem capi. Augustini tamen codices Vaticani, quotquot consului, etiam valde veteres, constanter tuentur editionum *nec*; itemque editiones non recentiores solum, verum etiam antiquissimae anni MCCCCLXXVII et MCCCCLXX, nec non vetus operis interpretes Italus. (b) Ita Cod. [milliens-triciens] Frustra autem Caper. p. 224 praecipit, ut sine *n* scribantur *millies, centies, decies*.

*Voconia lege lata*] Vide quae nuperrime de ea lege monuit Hauboldus, litteris nostris praematura morte ereptus, in Episcrisi ad Heinemannii Antiqu. Romm. p. 937. Conf. Bachii Hist. Jurisprud. Rom. p. 157 sq. ed. VI. Mr.

(1) Lata est Voconia lex anno urbis DLXXXV, id est quadragesimo ante hunc de rep. dialogum, Manilio tum adolescente. [Conf. Praefat. p. XLIV.]

*cur virgini - matri suae?*] Villem. vertit: *Pourquoi une Vestale peut-elle instituer héritier, une mère ne le peut elle pas?* Kobbius: *warum darf sie Erbin einer Vestalischen Jungfrau werden, nicht aber ihrer Mutter*. Ubi vides ab interprete Gallico omissum esse *suae* et sensum paulo immutatum.

Locus Plutarchi, quem ex Nummae vita x. laudat A. Majus, hic est: *τιμὰς δὲ μεγάλας ἀπέδωκεν αὐραῖς, ὡν ἔστι καὶ τὸ διαθήσασθαι ζῶντος ἐξεῖναι πατρὸς*; ubi Heinemannius legi volebat *ἀπέδωκεν* sc. Romani. Leopold. ad eum locum p. 297. laudat Dionys. Halic. II. 68. Mr.

(2) Ipse Numa, ut sit in ejus vita cap. x. Plutarchus, Vestalibus, vivente etiamnum patre, testamentum condere concessit. Adde Cajum I. 145.

*millies — tricies*] Vid. de hujus pecuniae summa cum nostra comparata Eisenschmidium de Pöndd. et Mensurr. p. 191. Wurm. de Pöndd. Numm. Mensurr. relationibus ap. Rom. et Gr. p. 24. Mr.

(3) Ergo filia Crassi, quod unica esset, potuit hereditatem

P. 237. XI . . . . sanxisset iura nobis ('); et omnes P. 13.

iisdem, (a) et iidem non alias aliis uterentur. Quaero autem, si iusti hominis, et si boni est (b) viri, parere legibus, quibus? an, quaecumque erunt (c) (2)? At nec inconstantiam virtus recipit, nec varietatem natura patitur; legesque poena, non iustitia nostra, comprobantur. Nihil habet igitur naturale ius: ex quo illud efficitur,

(a) Cod. *idem*. (b) Ita Cod. 1. manu; [*boni st*] at. 2. *boni est*. Et quidem supra vidimus modo *st*, et *verendum st*. Ergo praeter *a*, aliae quoque vocales crasim efficiunt. (c) Ita videtur Cod. 2. manu; at 1. *erant*.

vel maximam adire; contra Phili, qui alios heredes suos haberet, filiae ne multo quidem minorem cernere licuit. Adde Cic. in Verr. I. 41: *P. Asellus cum haberet unicam filiam, neque census esset; quod eum natura hortabatur, lex nulla prohibebat, fecit, ut filiam bonis suis heredem institueret. Heres erat, filia; faciebant omnia cum pupilla, legis aequitas, voluntas patris, edicta praetorum, consuetudo iuris ejus, quod erat tum, cum Asellus est mortuus* etc. Operae autem pretium erit cognoscere, quae ibidem Ascinius de census dicit, nec non ipse Cicero in eadem oratione cap. XLIII, et Dio LVI. 10. Rursus aliam controversiam de filiae hereditate juxta legem Voconiam exponit Cic. Fin. II. 17. Voconiam adhuc vocat ad partes Plinius Pan. cap. XLII; sed eandem sua jam aetate oblitteratam dicit Gellius XX. 1. Denique Phili adversus hanc legem criminationes vix dubito, quin Laelius contraria oratione specialiter dissolverit, partes Catonis tuens, qui olim eam legem voce magna et bonis lateribus suaserat. Cic. de Sen. cap. v.

. . . . sanxisset iura nobis;]

Nisi plura desunt ad hanc periodum supplendam, addi vel praemitti potest: *Quod si natura s. i. n. Cr.*

(1) Acephala sententia refertur ad praedictos populorum varios mores, mutatasque pro temporibus leges.

(2) Imitatur Cicero Platonem reip. I. p. 339: *νόμους τοὺς μὲν ὁρθῶς τιθέασαι, τοὺς δὲ τινὰς οὐκ ὁρθῶς; — ἃ δ' ἂν θῶνται, κοινῶν τοῖς ἀρχομένοις;*

*legesque poena, non iustitia nostra, comprobantur*] Correxerit Heinr. *judicio nostro*. Et habet, quo se commendat, haec lectio. Ita dixit noster ad Att. X. 1. *ut me — patris ejus — iudicio comprobari putem*: Or. pro Corn. Balb. 16. 35. *hoc foedus — sententiis suis comprobatur*. Sed si *comprobandi* verbo uteris sensu consueto pro *approbare, probare*, quomodo intelliges verba *poena comprobantur*? Patet *comprobari* h. l. idem esse debere, quod *confirmari, quasi sanciri*, ut sit sensus: *poena facit, ut leges valeant utque servantur, neque vero hominum iustitia* i. e. neque vero eo, quod iustitiam amant homines. In eum sensum vertit Villem. *et les lois s'ap-*

ne iustos quidem esse natura. An vero in legibus varietatem esse dicunt: natura autem vi-  
 P. 14. ros bonos eam iustitiam | sequi, quae sit, non  
 eam, quae putetur (¹)? esse enim hoc boni  
 viri et iusti, tribuere id cuique, quod sit quo-  
 que dignum. Ecquid ergo primum mutis tri-  
 buemus beluis (²)? non enim mediocres viri,  
 sed maximi et docti, Pythagoras et Empedo- P. 238.  
 cles (³), unam omnium animantium conditio-  
 nem iuris esse denuntiant, clamantque inexpiabiles

(a) Ita Cod. 2 manu; at 1. *velbis* vitiosa metathesi. [Beda apud Putsch. p. 2779. jubet ut *belua* per *b* incipiat. Ergone interdum coepit per *v*? confer de rep. III. 33. p. 264. n. e. A. M. in Add.]

*puient sur la sanction de la peine, et non sur l'assentiment de nostre justice. Neque aliter, ut existimo, intelliget Heinr. verbum comprobantur. Quod si est, absurda certe non est codicis lectio; quamquam placet Heinrichii lectio per se spectata, si veritas, ut Kobbius vertit, qui ejus editione usus est: und die Gesetze werden nicht durch un sern Willen, sondern durch die Strafe aufrecht erhalten. Mr.*

*ne justos quidem esse natura.]*  
 Quid respondebis ei, qui post syllabam *os* verbi *justos* voculam similem, *nos*, excidisse contendet, et in auxilium vocabit, quod praecedit *justitia nostra*? quive, si illam voculam addere nolueris, cum in constructione obliqua nonnunquam omittatur subiectum vel pronomen personale, (v. c. Or. pro Rosc. Am. 22. 61. *confitere huc ea spe venisse*;) certe te subaudire jubebit *nos*? Illud, opinor, respondebimus: ex adjectivo *justos*, quod substantivi subjectique loco positum est, repetendum et subaudiendum esse praedicatum, quasi

scriptum sit: *ne justos quidem esse natura justos*. Plane ita est apud nostrum de Legg. I. 12. 33. p. 83. ed. nostr. et Cr. [in nonnullis quidem libris] *ius quod dicam natura esse*, quod item est explicandum *ius quod dicam esse, natura esse ius*. Quod ad sententiam cum nostro loco convenit infra cap. 14. *Etenim justitiae non natura et voluntas, sed imbecillitas mater est. Mr.*

(1) Haec uberius disputat Cicero Leg. I. 15, sqq. ubi naturale jus magnopere adserit.

*Pythagoras et Empedocles.]*  
 Vid. Sturzii Empedocles p. 463. sqq. coll. p. 651. Mr.

(2) Pythagoram copiose declamantem contra caedem esumque animalium facit Ovidius Metam. xv. 75. sqq. Adi et Juvenal. xv. 173; Servium Aen. x. 564. Empedocles eadem de re carmina refert Sextus Emp. ix. 129; quia scilicet ille metempsychoseos opinioni adhaerebat, ut ait Proclus a me saepe laudatus.

*inexpiabiles poenas.]* Similiter dixit Gell. N. A. I. 13. p. 80. ed. Gron. *poena indeprecabilis*.

pœnas impendere iis, a quibus violatum sit animal. Scelus est igitur, nocere bestiae (¹); quod scelus qui velit \* || . . . . .

\* Q. xx. l. III. Exin super- sunt duo tantum folia seu pagine octo usque ad initium quaternionis quaterdragiesimi.

XII. Nam cum quaeretur ex eo, quo scelere impulsus (²) mare haberet infestam uno myoparone; eodem, inquit, quo tu orbem terrae (α). *Nonius voc. myoparo et voc. habere, e III. de rep.*

(α) Nonii fragmentum heic collocavi, quia sermo est de Alexandro Macedone, cujus, si bene codicem lego, meminit in proxime sequentibus Cicero. Jam vero hoc dictum archipiratae adversus Alexandrum fuisse ejaculatum, percommode nos docet Augustinus C. D. iv. 4: *eleganter et veraciter Alexandro illi magno quidam comprehensus pirata respondit. Nam cum idem rex hominem interrogasset, quid ei videretur, ut mare haberet infestum; ille libera contumacia, quod tibi, inquit, ut orbem terrarum: sed quia ego exiguo navigio facio, latro vocor; quia tu magna classe, imperator. Videtur ergo Augustinus plenioribus nobis exhibere hunc Tullii locum et prolixiorum. Eandem prope sententiam recitat Lactantius Inst. II. 4. Jam pars quoque prior ejus capituli Augustiniani, incipientis: *remota justitia quid sunt regna, nisi magna latrocinia* etc. utrum e Phili, an potius e Laelii oratione sit, universimque, utrum Tulliana nec ne, merito ambigendum est. Adde et Lactantium de ira D. xvi. ff. 8: *sola regnet audacia; nemo tutus esse possit, nisi qui viribus praevaleat: ita quasi communi latrocinio terra omnis depopulabitur.* Denique idem Lactantius Inst. III. 17 archipiratae cujusquam ad scelera cohortantis refert orationem, quae tamen vix Tulliana videtur.*

(1) A Pythagorica sententia longe abest Cicero Leg. I. 8: *perspicuum est, pecudes partim esse ad usum hominum, partim ad fructum, partim ad vescendum procreatas.* Sane inter veteres controversia haec fuit famigerata. Confer Senecam ep. cviii; Plutarch. περὶ σαρκουφ.; Porphyr. de esu anim.; Hier. in Jovin. II. 7, ep. cvii. 8, et in supposita monachorum regula cap. xii; August. de mor. Manich. II. 28. 36. sqq. et de haeres. xlvi. Quaestionem inter recentiores copiose tractavit Pufendorfus de jur. nat. et gent. iv. 3. Solutio vero praecipua est, quod inter homines et bruta nullum jus intercedit, ut jamdiu observavit Sextus Emp. contra phys. ix. 130, frustra admodum reclamante Porphyrio.

*Nam cum* etc.] Hunc locum Heinr. ad calcem libri rejecit, St. abjecit, Sch. caput totum XII. inde conficit, Villem. partem capituli undecimi. Mr.

(2) Patricius semel legebat *impulsus*, iterum *compulsus*: quod postremum habet Sigonius.

*mare haberet infestum*] Eadem locutione eodemque sensu usus est ad Att. xvi. 1. *Dymaeos, agropulsos, mare infestum habere, nil mirum.* Et ad Att. ix. 19. *et boni cives, amantes patriae, mare infestum habebimus, i. e. infestum reddemus. Pro compulsus* sunt qui legant *impulsus*. Mr. *myoparone*] Festus s. v. *Myoparo* genus navigii ex duobus dissimilibus formatum. Nam et *Myon* (ita corr. Scal.; fuit enim *midion*) et *Paron* per se sunt.

P. 47. . . . omnibus quaeritote (a). „Sapientia iubet P. 259.  
„augere opes, amplificare (b) divitias“ proferre

(a) Est haec pagina omnium lectu difficillima: Supplementa inclinatis litteris scribo; verba autem dubia uncis includo. Ad supplementum quaeri quod adinet, Cic. de am. VII ait: *ab iis, qui ista disputant, quaeritote.* (b) Cod. fortasse *amplificari.* Nonius tamen, qui locum e III. de rep. citat voc. *proferre*, legebat *amplificare et proferre* (pro *augere*). In codice autem verbi quoque *augere* terminatio obscurata est.

Ad quae Scaliger: Ab insulis Paro, Corcyra dicta navigia Parones, Cercuri: — nisi mavis *κέρκρον και ούράν* nomen dedisse a forma, propter longitudinem videlicet. A forma autem *μύωες*, hoc est angusta et oblonga: ut *μυοβαρμ* angustus et oblongus Liberi patris cantharus. — Mures enim et mustellae oblongo corpore. *Mr.*

[*omnibus quaeritote.*] Non est nobis praetereunda disputatio Censoris Lipsiensis (1824. 6.) de hoc loco et cap. XIV, qui, postquam admodum feliciter plerumque divinasse Ang. Majum dixit horum fragmentorum seriem, contendit eas paginas, quae margini adscriptum habent numeros 57 et 58. (cap. XIV.) ponendas fuisse ante pag. 47 et 48. (cap. XII.) Finiri enim ait cap. XII. interrogatione et disquisitione, de legitima rerum possessione vel abrumpi potius, ita ut verba in fine capituli *justitia an sapientia est e minimo omnium . . . supplenda videantur potentissimus factus?* Quod si sententiam ex Lactantio continuamus, qui eam cum deperditis ita contraxit Inst. V. 16. *Omnibus populis, qui florent imperio, et Romanis quoque ipsis, qui totius orbis potirentur, si justi velint esse, hoc est, si aliena restituant, ad casas esse redeundum et in egestate ac miseriis jacendum:* haec manifesto cohaerent cum iis, quae nunc collocata suat cap. XV. extr. (pag. 1.) *prae-*

*ter Arcadas et Athenienses, qui, credo, timentes hoc interdictum justitiae ne quando existeret, commenti sunt se de terra, tanquam hos ex arvis masculos, exstitisse.* Confirmatur etiam haec locorum dispositio a Lactantio enarrata tota contra jus et justitiam disputatione. — Quae omnia mihi admodum probabiliter et acute disputata videntur. *Mr.*

[*Sapientia jubet augere opes etc.*] *Sapientia* h. l. item, ut paulo superius, et paulo inferius ponitur pro *prudencia*. *Mr.* — Haec erat in primis Stoicorum sententia, *divitem esse sapientem:* Plutarch. de tranquill. animi p. 472. A. p. 924. ed. Wytttenbach. Huc nominatim pertinet sententia: *Sapientem (τον σοφόν) tribus modis divitem (πλούσιον) fieri, regno, re publica, docendo:* Stobaei Eclog. Phys. et Eth. II. 7. p. 224 — 226. Heer. *χηματισθαι οὖν και από της πολιτειας, και από των φίλων, των εν υπεροχαις οντων κ. τ. λ.* [est hic locus in Ed. Stobaei Guil. Canteri, Aurel. Allobrog. 1600. f. m. p. 182.] *Cr.* — In seqq. cur Sch. distinxerit post *Unde enim difficile est dictu.* — Quod h. l. noster dicit *amplificare divitias*, idem dicit de Amic. 16, 59. *amplificare fortunam:* de Off. I. 8. 25. *amplificatio rei familiaris:* de lege Agr. II. 26, 69. *divitiis augere aliquem.* *Μεταφορικῶς* dicit *proferre fines officiorum* de Stoicis in Or. pro Murea. 31. 65. *Mr.*

fines. Unde enim *potuisset* (<sup>a</sup>) [Alexander], summus *ille* imperator, *qui* in *Asia olim* [armis] fines imperii propagavit, nisi aliquid de alieno accessisset, imperare quam plurimis, frui voluptatibus, pollere, regnare, dominari? Iustitia autem praecipit, parcere omnibus, consulere generi hominum, suum cuique reddere, sacra, publica, [aliena] non [tangere (<sup>b</sup>)] | Quid <sup>P. 48.</sup> igitur efficitur? Si sapientiae pareas, divitiae, potestates, opes, honores, imperia (<sup>c</sup>), regna, <sup>P. 240.</sup> vel privatis vel populis (<sup>1</sup>). Sed quoniam de re

(a) Cod. fortasse habet *esset*. Sane fateor, spatium codicis non sufficere vocabulo *potuisset*. (b) Lactantius infra cap. xx. *alienum non attingere*. (c) Locutionem exscribit Lactantius Inst. III. 11. ff. 14, et v. 21. ff. 10.

*Unde enim potuisset*] Cum fateatur A. Majus, spatium Codicis non sufficere vocabulo *potuisset*, Lehnerus conjecit scribendum esse: *unde enim fuisset Alexander summus ille imperator, qui in Asia olim armis imperii propagavit, nisi aliquid de alieno accessisset*, ita ut haec omnia inter duas lineas, quasi in parenthesis, ponantur, et superiora cum sequentibus ita cohaereant: *Sapientia jubet augere opes, amplificare divitias, proferre fines, — imperare quam plurimis, frui voluptatibus, pollere, regnare, dominari*: sic etiam, pergit, *in finitivi imperare* etc. pendent à praegresso *jubet*; *καρηνθήκη* autem *unde enim — accessisset* causam dedisse dictio *proferre fines*, ac verbum *imperare* melius cum *quam plurimis* jungi videtur: [reliqui videlicet jungunt *quam plurimis frui voluptatibus*]. Quae mihi quidem satis videntur probabilia. *Mr.*

*sacra, publica, [aliena] non [tangere]*.] Fortasse legendum *sacra, publica, priva* (v. *privata*), *profana non tangere*.

Conf. Platon. de Republ. I. p. 534. p. 36. Bekkeri: ἢ οὐ κατὰ μικρὸν τὰλλότρια καὶ λάθρα καὶ βία ἀφαιεσθαι καὶ ἰερά καὶ ὄσια καὶ ἴδια καὶ δημόσια, ἀλλὰ ἐυλλήβδη κ. τ. λ. Plaut. Trinummus II. 2. 10 sq. *Turbant, miscent mores, malus rapax, avarus, invidus; sacrum, profanum, publicum, privatum habent. Cr.*

*Quid igitur efficitur? Si sapientiae pares,*] Heinr. scripsit: *Quid igitur efficitur, si sapientiae pares?* Quod nemo, ut existimo, necessarium credet, qui reputaverit, *quid igitur efficitur esse* i. q. *Quid inde consequitur*, et responderi: quid justitiâ efficiatur, patet: sed prudentiâ acquiruntur divitiae, potestates etc. *Mr.*

(1) Nempe efficiuntur. Hoc argumento late utitur Plato contra justitiam reip. I. 338 sqq. Sic loquitur Juvenalis I. 74, XIV. 307. Graviter vero Hieronymus in Hierem. II. 5. 26, et in ps. LXXXIII: *philosophorum sententia est: Omnis dives aut iniquus aut heres iniqui.*

*vel privatis vel populis.] Post*

publica loquimur, sunt illustriora, quae publice fiunt; quoniamque eadem est ratio iuris in utroque, de populi sapientia dicendum puto. Ut iam omittam alios, noster hic populus, quem Africanus hesternum sermone a stirpe repetivit, cuius imperio iam orbis terrae tenetur (1), iustitia an sapientia est e minimo omnium || . . .

Desiderantur  
paginae neque  
plus octo ne-  
que minus  
quatuor.

XIII. Quantum a iustitia recedat utilitas, populus ipse Romanus docet, qui per Feciales bella indicendo, et legitime iniurias faciendo (a), semperque aliena cupiendo (b) atque rapiendo, possessionem sibi totius orbis comparavit. *Lactantius Inst. v. 1. 9.*

(a) Var. lect. *inferendo*. (b) Var. lect. *capiendo* [quam merito praetulit Sch. *Mr.*]

haec verba, cum primum legem hos libros, excidisse existimabam tale quid: *quocumque fieri possit modo sunt paranda, videlicet ut verba divitiae — regna haberent, quo possent referri. Nunc interpretandum potius, ut feci, quam supplendum existimo locum. Mr.*

*Ut jam omittam alios, noster hic populus*] Ita cum Heinar. rescribendum visum est, cum A. Majus ex Cod. ediderit *Et jam omittam alios. Noster hic populus*. Solet enim Cicero ista praeteritionis formula saepissime uti v. c. Or. pro Quint. 21. 69. *Ut alia omittam, hoc satis est: Alphenus etc.* Plura hujus formulae exempla ex Cicerone collegit G. J. Vossius lastt. Oratt. v. 6. 6. T. II. p. 348 sq. Ed. Marb. 1681. 4. *Mr.*

*a stirpe repetivit*] Paulo aliter dixit de Legg. I. 6. 20. *repetam stirpem juris a natura*; ibid. *juris ortum a fonte repetere*, ib. 6. 18. *a capite repetere*: de Or. I. 6. 23. *ab incunabulis repetere*: de Finn. I. 20. 65. *ab ultima antiquitate*

*repetere*: Auct. ad Herenn. I. 9. 14. *ab ultimo initio repetere. Mr.*

(1) Africani scilicet, Paulo geniti, aetate, victo Perseo, deletis Corintho et Karthagine, Hispania domita, tot aliis provinciis occupatis, ut observat Polybius hist. praef.

*e minimo omnium . . .*] Censor, ut diximus, Lipsiensis supplet: *potentissimus factus*; Lehnervus: *ad tantam magnitudinem elatus*; ego simplicius: *maximus factus*. Quod in marg. ad finem capituli annotavit A. Majus, desiderari paginas neque plus octo neque minus quatuor, ita corrigi Censor, cujus sententiam exposuimus, Lipsiensis (p. 44.) ut dicat inter paginas operis Augustiniani, quae sunt in margine p. 47. et 48. et p. 1. 2. nonnisi unum desiderari folium. *Mr.*

XIII. *Quantum etc.*] Hoc caput ejecerunt Heinar. et St., infra contexta rejecerunt Vill. et Sch., in eo tamen diversi, quod ille transcripta haec a Lactantio ex nostro opere credit, hic vero



Quae sunt patriae commoda, nisi alterius civitatis aut gentis incommoda? id est fines propagare aliis violenter ereptos (<sup>a</sup>), augere imperium, vectigalia facere meliora etc. Itaque haec bona quisquis patriae adquisierit, hoc est eversis civitatibus gentibusque deletis aerarium pecunia referserit, agros ceperit, cives suos locupletiores fecerit, hic laudibus fertur in caelum, in hoc modo populi et imperitorum, sed etiam philosophorum P. 241. est, qui praecepta quoque dant ad iniustitiam (<sup>1</sup>). *Lactantius Inst. vi. 6.*

XIII. . . Sunt enim omnes, qui in populum P. 57. vitae necisque potestatem habent, tyranni (<sup>2</sup>); sed se, Iovis (<sup>b</sup>) optimi (<sup>c</sup>) nomine, malunt reges vocari (<sup>3</sup>). Cum autem certi propter divitias aut genus aut aliquas (<sup>d</sup>) opes rem publicam tenent, est factio: sed vocantur illi optima-

(a) Var. lect. *aliis violenter ejectis.* (b) Ita Cod. a. manu; at 1. *Iobis.* (c) Ita etiam lib. I. 33. post *optimi* non additur solemne illud *maximi.* Una scilicet respicitur regis beneficentia. Ait autem Cicero N. D. II. 25: *Jupiter ante dicitur optimus, id est beneficentissimus, quam maximus; quia majus est certeque gratius prodesse omnibus, quam magnas opes habere.* [Vid. nostram annot. ad I. 33. *Mr.*] (d) Ita Codex; sed malim omnino *alias.*

recte monet hos locos non Ciceronis, sed Lactantii verba continere. *Mr.*

*qui praecepta quoque dant ad iniustitiam.*] Hoc certe quod ad verba non potest esse Ciceronianum; nam non dixit noster *praecepta ad aliquid dare*, sed vel *alicujus rei faciendae* vel *de aliqua re facienda.* Aliud est Orat. 41. 141. *praecepta, — quae ad eloquentiam ferunt, tradere.* *Mr.*

(1) Postrema verba Lactantii sunt Philum, ut apparet, seu Carneadem, quem apud Ciceronem legebat, suggillantem.

(2) Ita quidam apud Platonem

reip. II. p. 366: *ὁ πρῶτος εἰς δυνάμειν ἐλθὼν, πρῶτος ἀδικεῖ.*

*Jovis optimi*] Hujus formulae multa sunt exempla apud Marin. in *Atti de' fratelli Arvali* p. 160 et p. 250. *Cr.* Ad rem et ad verba conf. quae supra ad I. 33. praec. adnotata sunt. *Mr.*

(3) Recole de rep. I. 33.

*aut aliquas opes*] Quod vult A. Majus *alias*, merito non receperunt Edd. — Sch. addit, *aliquas* significare posse *alias quasdam.* Bene: et hoc docuerunt Bremius ad Cic. de Fato 14. p. 56. sq. Goerenz. ad Acadd. II. 10. p. 61. et alii. *Mr.*

*Cum autem — tenent,*] Ita

tes. Si vero populus plurimum potest, omniaque eius arbitrio reguntur, dicitur illa libertas, est vero licentia. Sed cum alius alium timet, et homo hominem, et ordo ordinem, tum, quia  
 P. 58. sibi nemo confidit, quasi pactio fit | inter populum et potentes (<sup>1</sup>): ex quo existit id, quod Scipio laudabat, coniunctum civitatis genus. Etenim iustitiae non natura, nec voluntas, sed imbecillitas mater est. Nam cum de tribus unum esset optandum, aut facere iniuriam, nec accipere; aut et facere et accipere; aut neutrum; P. 242. optimum est facere, impune si possis (<sup>2</sup>) (<sup>2</sup>); secundum, nec facere nec pati, miserrimum digla-

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *posses*.

contra codicis auctoritatem et omnium Edd. exemplum rescripsi pro *teneant*, et ratione grammatica et ipso Cicerone iubente, qui mox scribit: *Sed cum alius alium timet*, neque vero *timeat*. Vid. annot. nostram ad I. 42. ad verba: *cum rex injustus esse coepit*. Dicit autem nequit, ferri posse conjunctivum in re, quam vix aut certe raro evenire intelligi velit Cicero, indicativo illud innui, quod saepe factum esse constat (ut dixit Niebuhr. in Ind. Latin. v. *Anacoluthia modorum*): nostro enim loco utriusque exempli (*cum — tenent* et *cum — timet*) plane eadem est ratio. *Mr.*

(1) Lactantius epitom. cap. LVIII: *leges sibi homines condiderunt pro utilitate communi, ut se interim tutos ab injuriis facerent*. Legantur reliqua in eo Lactantii articulo, quae fortasse Tulliana sunt.

*Etenim iustitiae* etc.] Conf. quod ad sententiam colloquium legatorum Atheniensium cum Melius apud Thucyd. v. 85. in pri-

mis c. 89. ubi illi in eandem, in quam Carneades, sententiam disputant, ut fere Meno apud Xenophontem Anab. II. 6. 13. *Cr.*

*aut facere iniuriam, nec accipere*;] Non intelligo, quomodo ita displicere potuerit Schützio verbum in hac re Ciceroni tam usitatum, ut corrigeret *recipere*, quod nunquam videtur junxisse noster cum voce *injuria*: neque magis, cur maluerit contra Codicis auctoritatem rescribere *si possit*, pro *si possis*, video. *Mr.*

*optimum est facere, impune si possis*;] Ita distinximus cum Heinr. et Sch. Minus bene Steinack. *optimum est, facere impune si possis*; et Lehn. *optimum est, facere impune, si possis*. A. Majus dist. min. plane omisit. *Mr.*

(2) Contradicit Plato ep. VII. p. 355. Cic. Tusc. v. 19.

*digladiari*] Hoc verbo alibi niti solet noster de philosophorum contentione; semel de armis: vid. de Legg. III. 9. 20. ed. nostr. et Cr. p. 421. Ceterum haec vox

diari semper tum faciendis tum accipiendis iniuriis ('). Ita qui primum illud assequi (²) || . . . . .

Desideratur incertus paginarum numerus.

XV. *Carneadis summa disputationis haec fuit* (a): Iura sibi homines pro utilitate sanxisse (³), scilicet varia pro moribus; et apud eosdem (b) pro temporibus saepe mutata; ius autem naturale esse nullum. Omnes et homines et alias animantes ad utilitates suas, natura ducente, ferri (c); proinde aut nullam esse iustitiam; aut, si sit aliqua, summam esse stultitiam, quoniam sibi noceret alienis commodis consulens. *Et inferebat haec argumenta*: Omnibus populis, qui florerent imperio, et Romanis quoque ipsis, qui totius orbis potirentur, si iusti velint esse, hoc est si aliena restituant (d), ad P. 243. casas esse redeundum, et in egestate (e) ac miseriis iacendum (f). *Lactantius Inst. v. 16.*

(a) Summam hanc magis adhuc breviam exhibet Lactantius in epitome cap. LVI, non sine varietatibus. (b) Al. *apud eos.* (c) *Epitome ipsa ducente natura commoda sua defendere.* (d) *Epitome suum cuique restituere, quod vi et armis occupaverunt.* (e) Al. *necessitate.* Sed melius *egestate*, ut confirmat epitome. (f) *Epitome addit: quod si fecerint, iustos dicemus quidem, sed tamen stultos iudicare necesse est, qui, ut aliis prosint, sibi nocere contendunt.*

Ciceroni videtur propria, neque ab aliis scriptoribus usurpata. *Mr.*

(1) Exscribitur prope Plato Reip. II. p. 358. Sic Epicurus apud Lactantium Inst. III. 17: *sapientis est male facere, si et utile sit et tutum.*

*assequi*] Merito acute A. Majum hunc locum supplevisse ait Sch. iis additis, quae in annotatione e Platonis sermone addenda esse suspicatus est. *Mr.*

(2) E Platonis sermone, quem postremo loco indicavi, videtur Cicero sic fere continuandus: *itaque qui primum illud adsequi nequiverit, in secundo ei consistendum est, videlicet ut neque faciat injuriam neque patiatur.*

XV. *Carneadis* etc.] Haec ex Lactantio desumpta omiserunt Heinr. Sch. St. *Mr.*

(3) Plato Reip. I. p. 338: *τίθεται δέ γε τοὺς νόμους ἐκάστη ἡ ἀρχὴ πρὸς τὸ αὐτῆ ἐμμελεῖν.*

*proinde — justitiam,*] Plato de Republ. I. p. 348. p. 45. Bekkeri; ubi Thrasymachus Sophista Socrati interroganti *Ἴ την δικαιόσυνην κακίαν;* reponit: *οὐκ, ἀλλὰ πάντων γενναίων ἐπιθειαν.* Conf. Thucyd. III. 82. *ἄρα οὐδ' οἱ πολλοὶ, κακοῦργοι ὄντες, δέξιοι κέκληται, ἢ ἀμαθῆς ἀγαθοί.* Procl. in Alcib. prior. p. 323. ed. nostr. et contraria ap. Platon. in Gorgia p. 522. p. 163. Bekkeri. *Cr.*

*si — velint — si — restituant*] De hoc Praesente in conditionibus posito vid. Stallbaum. ad Ruddimanni Inst. Gr. Lat. II. p. 380. *Mr.*

P. . . . praeter Arcadas et Athenienses, qui, credo, timentes hoc interdictum iustitiae ne quando exsisteret (1), commenti sunt, se de terra, tamquam hos ex arvis musculos (2), exstitisse.

XVI. Ad haec illa dici solent, primum ab iis, qui minime sunt in disserendo mali; qui in

*Arcadas*] De Arcadibus, qui se ipsos *προσαλήνους* appellabant, vid. Creuz. Symb. u. Mythol. xv. p. 79. sq. Epitom. nostr. p. 740. De Atheniensibus *αυρόχθονας* se dicentibus vid. annott. ad Creuz. Orationem de Civitate Athenarum omnis humanitatis parente (Lugd. Bat. 1809.) p. 66. Add. Argum. 3. Avium Aristoph. init. et interpr. ad Lucian. de Gymnas. 18. p. 897. l. 40. ed. Hemst. *Mr.*

(1) Verba interdicti ex Cajo xv. 155. cognoscuntur haec: *uti possidetis, quae neque vi, neque clam, neque precario alter ab altero possidetis.* Id si publice populis interdiceretur, cedendum esset de possessione omnibus, qui alienam regionem invaserunt. Itaque soli Aborigines in possessione manerent. Hinc Arcadas et Athenienses semet *αυρόχθονας* appellaverunt; quam scilicet horum populorum praerogativam memorant Ovidius Fast. II. 289; Statius Theb. iv. 275; Servius G. II. 342; Censorinus cap. iv; Suidas voc. *Αῤῥν.* et voc. *Φερεν.* *Αῤ.* Confer etiam Pausaniam v. 1. Aliter Livius I. 8: *vetere consilio condentium urbes, qui, obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem, natam e terra sibi prolem ementiebantur.* Hinc illa locutio *terrae filius.* Aliter idem Censorinus de Arcadibus cap. xix.

(2) Disputatur scilicet in prato (lib. I. 12.), ubi muscoli conspici poterant; sicuti a disputantibus Acad. iv. 25 spectatur e litore navis. Haec vero loquitur Cicero ex eorum physicorum sententia, qui musculos terra genitos puta-

bant, e quibus est Sextus Emp. I. ff. 41; quo loco Fabricius post *τὰ δ' ἐκ γῆς* egregie supplet *ὡς μῦς*, quam conjecturam nunc mire confirmat Cicero. Opinionem rejicit Lactantius Inst. II. 8. ff. 37. Homines in omnibus terris et agris tamquam vermiculos aut fungos esse generatos, stulta Stoicorum et nominatim Democriti apud Lactantium VII. 4 et 7 sententia est.

*exstitisse.*] Ad h. l. conf. Apollodor. III. 8. 1. ib. Heyn. p. 261 — 263. et ad Suidae locum ab A. Majo laudatum Sylburgii emendationem ad Etymol. M. p. 202. p. 184 et p. 1074. ed. Lips. coll. Sturz. ad Pherecyd. p. 69. *Cr.*

*qui minime sunt in disserendo mali;*] Vertit Kobbius: *welche keinesweges schlechte Redner sind:* infelicissime, si quid video. Rectius, neque tamen accurate, Villem. *dissertateurs sans artifice.* Sensus patet cum ex seqq. *non sunt in disputando vafri,* coll. de N. D. I. 31. *pre. de Epicuro: sunt, qui existimant, quod ille inscitia plane loquendi fecerit, fecisse consulto: de homine minime vafro male existimant: tum ex locis, qualis est de Off. III. 9. 39. Atque hoc loco philosophi quidam, minime mali illi quidem, sed non satis acuti.* etc. *Mr.*

*qui in hac causa*] Heinr. restituit primae manus lectionem *in ea causa.* Nos in loco inter duas lacunas servato non facile statui posse existimamus, quid praefereendum sit. *Mr.*

hac (a) causa eo plus auctoritatis habent, quia, cum de viro bono quaeritur, quem apertum et simplicem volumus esse (1), „non sunt in dis-  
 „putando (b) vafri (c), non veteratores, non „malitiosi.“ Negant enim, sapientem id | circo P. 2. virum bonum esse, quod eum sua sponte ac per se bonitas et iustitia delectet; sed quod vacua metu, cura, sollicitudine, periculo vita bonorum virorum sit (2): contra autem improbis semper aliqui scrupus in animis haereat, semper iis ante oculos iudicia et supplicia versen-

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. ea pro hac. (b) Cod. *disserendo*. Scripsi tamen *disputando*, tum, quia paulo ante est *disserendo*; tum multo magis, quia Nonius, qui voc. *vafrum* citat hunc locum e III. de rep., legebat *disputando*. (c) Ita Cod. 2. manu; at 1. *veri*.

quem apertum et simplicem] *Rem apertam et simplicem* dixit Or. pro Caecin. 2. 5. Verba *vafri et veteratores* junxit etiam de Off. III. 13. 57. *Mr.*

(1) ἄνδρα ἀπλοῦν καὶ γενναῖον, ut loquitur Plato Reip. II. p. 361, quicum Cicero consentit etiam in sequentibus. Confer super hac definitione Lactantium Inst. vi. 12, Cic. Off. III. 13. Epicureos viros bonos appellat Cicero Leg. I. 7.

(2) Confer Cic. Leg. I. 14. Sine dubio autem heic Cicero loquitur de Epicureis, qui, ut ait Servius E. vi. 41, in rebus etiam seriis semper inserebant voluptates: quippe isti idcirco virtutem colebant, ut vel voluptatem ex ea caperent, vel certe molestiarum causas vitarent. Quare et Cicero Fin. II. 21 de iisdem loquens pingit voluptatem in solio, cui praesto essent virtutes, ut ancillulae, dicentes, se quidem sic natas esse, ut illi servirent, aliud negotij nihil haberent. Lege etiam Augustinum C. D. v. 20, XIX. 1, et serm. cz de

verbis act. apost. Argumentum copiose versat Plato Leg. II. p. 662. sqq. Cyrenaici (sati scilicet voluptario Aristippo) conspiciant cum Epicureis, teste Lactantio Inst. III. 8: *ajunt Cyrenaici, virtutem ipsam ex eo esse laudandam, quod sit efficiens voluptatis.*

*semper aliqui scrupus*] Villem. scripsit *aliquis*, secutus et usum communem, et fortasse Ernesti sententiam, qui ad Epp. ad Famm. VII. 1. *dolor aliquis*, dixit: „Sic libri scr. et Edd. pre. „E Vaticano Victorius *aliqui*, quia „rarius est. Ciceronis quidem „tempore non sic dixere.“ Sed vid. Cic. de Off. I. 32. 115. ib. Beier. et Heusing. id. de Off. III. 7. 55. ibiq. Beier. et quem laudat Schuppianus in Seebodii Bibl. Crit. (vernac.) 1812. n. 12. p. 995. cum aliis Ciceronis locis ibidem laudatis, Heindorf. ad Cic. de N. D. III. 38. 91. extr. et ad eund. locum nostram annot. p. 687. ed. Cr. et nostr. maj. p. 235. ed. min. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 7. 19.

tur; nullum autem emolumentum esse, nullum iniustitia partum praemium tantum, semper ut timeas, semper ut adesse, semper ut impendere aliquam poenam putes, damna || . . . . .

Desiderantur  
paginae neque  
plus octo ne-  
que minus  
quatuor.

XVII. Quaero (<sup>a</sup>), si duo sint, quorum alter opti- P.245.  
mus vir, aequissimus, summâ iustitiâ, singulari fide, alter insignis (<sup>b</sup>) scelere et audacia, et si in eo sit errore civitas, ut bonum illum virum, sceleratum, facinorosum, nefarium putet; contra autem, qui sit improbissimus, existimet (<sup>c</sup>) esse summa probitate ac fide, proque hac opinione omnium civium bonus ille vir vexetur, rapiatur,

(<sup>a</sup>) Lactantius Inst. v. 12: *Est apud Ciceronem non abhorrens a vero locus in ea disputatione, quae habetur a Furio contra justitiam: Quaero, inquit etc.* Lactantii locus mox incidet in codicem Vaticanum, eumque supplebit. Eodem modo Lactantii epitome cap. xxviii supplet Gellium vi. 1; cujus Gelliani capitis initium, post principem Pfaffii epitomes editionem hiare non debet. (<sup>b</sup>) Var. *insigni*. (<sup>c</sup>) Haec verior codicum lectio videtur; sed vulgo legitur *existimetur*.

p. 41. sq. et ad II. 26. 86. p. 157.  
Mr.

*emolumentum—praemium*] Junxit etiam *emolumentum et praemium* de Orat. II. 85. 346. Mr.

*alter insignis scelere*] Quod post Bünemannum A. Majus ex probis libris editis et MSS. revocaverat *insignis*, Steinackerus ad normam lectionis vulgatae refixit *insigni*. Illi certe lectioni favent loca, qualia sunt pro C. Rabir. 9. 24. *homo omnibus insignis notis turpitudinis*; Qu. Cic. de Petit. Consul. 3. *tam genere insignis, quam vitis nobilis*. Mr.

*et si in eo sit errore civitas*] Quid his verbis sanius? Praeedit eadem constructio: *Quaero, si duo sint*, libri MSS. Lactantii, quorum est insignis numerus, nihil variant: et tamen correxit Sch. *in eo errore est*, quo facto et sana corrumpit, et verborum ordinem turbavit et hiatus induxit in prosa quoque oratione au-

res offendentes. Idem cum Stein-ack. in seqq. restituit vulgatam lectionem *existimetur*, videlicet ne post *contra* autem desideretur vel supplendum sit *eum*. Cur non emendaverunt cum Patricio (conspirante, ut ait Bünemannus, Isaeo; ingeniose, eodem iudice B.) *putet et contra eum, qui sit improbissimus, existimet etc.?* Vel elegantius etiam: *contra autem, qui sit improbissimus, eum existimet esse etc.* quam ego lectionem a veri similitudine non alienam esse existimo. Mr.

*bonus ille vir vexetur etc.*] Hugo Grotius de verit. relig. Christ. iv. 12. p. 289 sq. Koecheri. Hal. 1734. [ed. J. Clerici. Amst. 1709.] „Plato de Republica II. „p. 594., quasi praescius, ait, „ut vere justus exhibeatur, opus „esse, ut virtus ejus ornamentis „spolietur, ita ut ille habeatur ab „aliis pro scelesto, illudatur, „suspendatur denique.“ Et in annot.: „Graeca sic habent: Ma-

manus ei denique afferantur (a), effodiantur oculi, damnentur, vinciantur, uratur, exterminetur, netur (b), egeat, postremo iure etiam optimo omnibus miserimus esse videatur: contra autem ille improbus laudetur, colatur, ab omnibus diligatur, omnes ad eum honores, omnia imperia, omnes opes,

(a) [Ed. prt. *auferantur*] An dicendum *afferantur*? quamquam haec mutatio minime est necessaria. (b) Apud eundem Lactantium Inst. v, 18 idem fragmentum cum hac varietate reperitur: *si (ut Furius dicebat) rapiatur, vexetur, exterminetur, egeat, auferantur ei manus, effodiantur oculi, damnentur, vinciantur, uratur, miseris etiam modis necetur.*

„δριγώσεται, στραβλώσεται, δήσεται, ἐκκαυθήσεται τῷ ὀφθαλμῷ.  
„γελευτῶν, πάντα κακὰ καθῶν  
„ἀνασχιδυλευθήσεται [Ed. Bekker. p. 66. conf. de postremo  
„vocabulo Scholia p. 598. Bekk.  
„et Ruhnk. ad Tim. p. 52. sq.  
„Mr.]. Unde Cicero illud sumsit,  
„et in tertium de Rep. librum retulit: *Bonus ille vir* etc. Lactantius, L. vi. Instit. c. 17. hunc nobis locum Senecae servavit:  
„*Hic est ille homo honestus, qui, sive toto corpore tormenta patienda sunt, sive flamma ore recipienda est, sive extendenda per patibulum manus, non quaerit, quid patiat, sed quam bene.* Talem nobis et Euripides ob oculos ponit istis versibus:

Ἰκμπερα, κάταιθε σάρκας, ἐμ-  
πλήσθητί μου

Πίνων κελαινὸν αἷμα· πρόσθε  
γὰρ κάτω

Γῆς εἰσιν ἄστρα, γῆ τ' ἀνεισ'  
εἰς αἰθέρα,

Πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοὶ θῶπ' ἀπαν-  
τήσθαι λόγον

„Tali vere convenit illud Aeschyli, Platoni memoratum dicto loco:

οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ'

εἶναι θεῖλαι,

βαθείαν ἀλοκα διὰ φρενὸς

καρπούμενος,

ἀψ' ἧς τὰ κεδνά βλαστάνει

βουλήματα.“

Notum autem est, multos illum Platonis de rep. locum cum iis comparavisse, quae de Christo patiente narrantur. Cr.

*manus ei denique afferantur,*] Cod. et Edd. Lact. *auferantur.* Et ita dedit A. Majus, eumque secuti sunt Edd. omnes excepto Steinackero, qui ad A. Maji conjecturam *afferantur*, quam ipse minime esse necessariam ait, „Verum enim, inquit, id multo magis necessarium puto, quam visum est Angelo. Quid enim — istud est: *manus auferantur?* nam pro *amputentur* ac *praecidantur*, etsi hoc ipsum valde inscitum est, non vereor sane, ne quis dictum intelligat.“ Ego vero ad h. l. dudum haec adnotaveram: Non semel usu venit A. Majo, ut, quae bene excogitasset, postea dubitando rejiceret et irrita faceret. Necessario vero et constanti Ciceronis usu scribendum est *manus—afferantur* i. e. injiciantur. Ita de Off. 1. 7. 23. *is quasi manus videtur afferre socio;* cf. Beier. ad h. l. p. 53. sq. *Manus* vero *auferre* alicui pro *abscindere manus* nemo unquam, nedum Cicero, dixit. Nam quod ait ad Qu. Fr. III. 4. *auriculam fortasse mordicus abstulisset*, ibi, addito vocabulo *mordicus*, auferendi modus describitur, neque

„omnes undique (a) copiae conferantur, vir denique optimus omnium existimatione et dignissimus omni fortuna optima (b) iudicetur; quis tandem erit tam demens, qui dubitet, utrum se esse malit (c) ?“

XVIII. Quod in singulis, id est in populis:  
 p. 11. nulla est tam stulta civitas, | quae non iniuste imperare malit, quam servire iuste. Nec vero

(a) Lactantii editiones *denique* mendose omnino; nam idem mox sequitur *denique*. (b) Apud Lact. desideratur *optima*. (c) Haec Ciceronis postrema verba Lactantius explicans ait, hoc sensisse Furium, *malle sapientem malum esse cum bona existimatione, quam bonum cum mala*. Totum hunc locum pressim imitatur Augustinus C. D. IV. 3; ipse autem Cicero paene exscribit Platonem reip. II. p. 361: *μηδὲν ἀδικῶν, δόξαν ἐχέτω τὴν μεγίστην ἀδικίας* x. r. λ.

aliquid desideratur. Alia item aliquantum est ratio loci Liviani XXXI. 45. *Ubi ille meus miles est, qui erepto ex equo C. Flamini consuli caput abstulit?* Videlicet miles quidam sine dubio consulis caput *abscissum abstulerat*, atque ad Hannibalem attulerat, quia non inventum esse narrat Livius (XXII. 7.) consulis corpus, quippe quod capite spoliatum non fuit agnitum. Quam vero A. Majus excogitavit idemque rejecit lectionem *afferantur*, eam video jam placuisse Hugoni Grotio, qui in libris de Verit. Rel. Christ. loco a Cr. in nota praeced. laudato, (certe in editione Clerici) scripsit, ut nos edidimus *afferantur*, nihil monens, utrum ex ingenio ita scriperit an ex libro quodam. Sed *afferantur* etiam jam dudum edidit in Edd. Frgm. Cic., videlicet in Edd. Verb. Ern. Bip. Schütz. Mr.

*dignissimus omni fortuna optima iudicetur;*] Ita Cod. et Edd. omnes. Sed Lactantii libri omnes et scripti et editi non habent *optima*, quo locus carere non potest. At illud ipsum, quod

hoc vocabulum deest apud Lactantium, suspicionem mihi facit, abjiciendum esse *omni*. Paulo superius scribitur *jure etiam optimo omnibus*, tum redit vox *omnis* variis casibus quinque, deinde iterum junguntur *optimus omnium*: quid mirum, si librario ad vocem *fortuna* item in calamum veniret adjectivum *omni*, quamquam parum conveniens? quo factum est, ut *optima* in Codd. Lactantii plane oblitteraretur; in Codice autem Vaticano Cic. de Rep. utrumque servaretur. Ad verba *utrum se esse malit* conf. quae monuimus supra ad II. 25. ad v. *metui se volebat*. Mr.

*Quod in singulis, id est in populis:*] *Id* ponitur pro *idem* vel *etiam*, ut de Divinat. I. 54. *quae fixa in parietibus fuerant, ea sunt humi inventa*. Fieri tamen potest, ut Cicero scripserit *idem* est; quod cum scriberetur *id est*, transiisse potest in *id est*. Mr. — Ad capitis hujus initium conf. Thucyd. Lib. V. c. 105. sq. Cr.

*Nec vero longius abibo.]*



longius abibo. Consul ego quaesivi, cum (a) vos mihi essetis in consilio, de Numantino foedere (1). Quis ignorabat, Q. Pompeium fecisse foedus, eadem in causa esse Mancinum? Alter, vir optimus, etiam suasit rogationem, me ex senatus consulto ferente; alter acerrime se defendit (2). Si pudor quaeritur, si probitas, si fides, Mancinus haec attulit; si ratio, consilium, prudentia, Pompeius antistat (3). Utrum || ....

Desideratur incertus paginarum numerus.

P. 247. XVIII. *Tum, omissis communibus, ad propria veniebat.* Bonus vir, inquit, si habeat servum fugitivum

(a) Ita [quam] Cod. 2. manu; at 1. quom.

Mira est emendatio Schützii tacite scribentis abito: cujus cum rationes requirerem, reperire non potui. Mr.

cum vos mihi essetis in consilio,] Conf. supra II. 9. qui sibi essent in auspiciis, ibiq. annot. nostr. In Or. pro Quint. 25. 79. dixit a vobis, qui adestis in consilio. Mr.

(1) Consul Philus anno urbis DEXVIII, quo Mancinus Numantini deditus fuit. Consulibus consilium memorant Cicero Brut. XXII, et Plutarchus Cat. min. cap. XLVIII. Commode autem curat Cicero, ut Philus contra justitiam disserat, quippe qui paulo ante fuerat auctor violandi foederis Numantini, qua re nihil injustius fieri potuit, Floro in primis teste II. 18.

Alter, vir optimus, etiam suasit rogationem,] Ita narrat nos- ter de Off. III. 30. 109. Quod idem multis annis post C. Mancinus: qui, ut Numantini, quibuscum sine senatus auctoritate foedus fecerat, dederetur, rogationem suasit eam, quam P. Furius, S. Atilius ex senatus consulto ferebant: qua accepta est hostibus deditus. Honestius hic, quam Q. Pompejus, quo, cum in eadem causa esset, deprecante,

accepta lex non est. Hic ea, quae videbatur utilitas, plus valuit, quam honestas; apud superiores utilitatis species falsa ab honestatis auctoritate superata est. Ubi vid. annot. Beieri. Mr.

(2) Defendit se Pompejus Romae in judicium postulatus a Numantini de foedere, quod ille se fecisse falso negabat. Appian. Hisp. cap. LXXIX.

Pompejus antistat.] Verbum antestare (corporum viribus) est apud nostrum de Invent. II. 1. 2. Forma antistare in ejus libris, qui exstant, non reperitur, sed apud Corn. Nepot. Aristid. I. 2. quanto antistar et eloquentia innocentiae. Ita videlicet Lamb. In indice Bosii ad h. v. (p. 470. ed. Bardili) adscriptum est: „Verbum elegans, inquit Barthius, sed non adeo usu tritum, „quin apud paucos reperitur. V. „eum Adverss. 34. 6. et Lud. Car- „rion. antiq. lect. II. 19. Savar. „ad Sidon. 7. ep. 14.“ Mr.

(3) Cic. Fin. II. 17: non de improbo, sed de callide improbo quaerimus, qualis Q. Pompejus in foedere Numantino insititendo fuit.

XVIII. Tum etc.] Plane abjecit capita XIX—XXVIII. utpote

vel domum insalubrem ac pestilentem (<sup>1</sup>), quae vitia solus sciat, et ideo proscribat, (<sup>a</sup>) ut vendat, utrumne profitebitur, fugitivum ærvum vel pestilentem domum se vendere, an celabit emptorem? Si profitebitur, bonus quidem, quia non fallit (<sup>b</sup>), sed tamen stultus iudicabitur, quia vel parvo vendet, vel omnino non vendet. Si celaverit, erit quidem sapiens, quia rei consulit (<sup>c</sup>), sed idem malus, quia fallit. Rursus, si reperiat aliquem, qui aurichalcum se putet vendere, cum sit illud aurum; aut plumbum, cum sit argentum (<sup>d</sup>): tacebitne, ut id parvo emat, an indicabit, ut magno? Stultum plane videtur, malle magno (<sup>e</sup>). Unde intelligi volebat, et eum, qui sit iustus ac bonus, stultum esse; et eum, qui sapiens, malum.

XX. Transscendebat ergo ad maiora (<sup>f</sup>), in quibus nemo posset sine periculo vitae iustus esse. Dicebat enim: Nempe iustitia est, hominem non occidere, alienum prorsus non attingere. Quid ergo iustus faciet, si

(a) Al. *praescribat*. (b) Al. *fallit*. (c) Al. *sibi consulit*. Sed enim ipse Lactantius Inst. v. 17 ff. 52 exponit *lucro et commodo suo consulens*. (d) Addit epitome cap. LXVI: *atque id emere necessitas cogat*. (e) Epit. *si indicabit, justus utique dicetur, quia non sefellit; sed idem stultus, qui alteri fecerit lucrum, sibi damnium*. (f) In epitome transitio haec est: *sed facit de damno est. Quid, si vita ejus in periculum veniet; ut eum aliquando necesse sit aut occidere aut mori; quid faciet?*

non in Cod. Vat. reperta, Steinackerus. Ea omnia Heinr. ad calcem libri in Fragmentis posuit. Mr.

(1) Eodem exemplo utitur Cicero Off. III. 13.

*et ideo proscribat,*] Proba hac et plurimorum optimorumque librorum constante lectione abjecta Sch. reduxit *praescribat*, quamquam jam Bünem. ad h. l. dixit: „*proscribat* optime: nam „*proscribere* Ciceroni aliisque „*est venale proponere*. Exempla „*dedit* Graevius ad Cicer. L. 7. „*Famil. ep. 29. p. 428. et ad Lib. „I. in Verr. c. 45. p. 525. Item „Manut. ad Cicer. L. 4. Att. ep. 2.*

„*Tusculanum proscripsi.*“ Add. de Off. III. 13. 55. *ille, quod non placebat, proscripsit:* ubi vid. Beier. p. 277. Mr.

*utrumne profitebitur — an celabit.*] De hac constructione vid. quae monuimus ad Cic. de N. D. II. 54. 87. ed. nostr. min. conf. Tusec., IV. 27. 59. *utrum illudne non videatur aegre ferendum, — an omnium rerum tollenda omnino aegritudo.* In Edd. Cic. Frgmm. post *si profitebitur* additur *emptori, fugitivum esse, quod est glossatoris.* Mr.

*cum sit argentum.*] Cum A. Majus in annot. erit. dicat, addi-

forte naufragium fecerit, et aliquis imbecillior viribus P. 148. tabulam ceperit (1)? nonne illum tabula (a) deturbabit, ut ipse conscendat, eaque nixus evadat, maxime, cum sit nullus medio mari testis? Si sapiens est, faciet; ipsi enim pereundum est, nisi fecerit. Si autem mori maluerit, quam manus inferre alteri, iam vero iustus (b) ille, sed stultus est, qui vitae suae non parcat, dum parcat (c) alienae. *Item*: si acie suorum fusa, hostes insequi coeperint, et iustus ille nactus fuerit aliquem saucium equo insidentem; eum parcat, ut ipse occidatur; an deiciet ex equo, ut ipse, possit hostem effugere? quod si fecerit, sapiens, sed idem malus; si non fece-

(a) Al. a tabula. (b) Al. non justus. (c) Al. dum compatitur. Rursus idem Lactantius Inst. v. 17: *stultitia est, inquit Carneades, alienas animae parcere cum pernicie suae.*

disse Lactantium in Epitome lvi. atque id emere necessitas cogat; monendum est, locum in Epitome ita se habere: *Deinde, si reperiat aliquis hominem, qui aut aurum pro aurichalco, aut argentum pro plumbo vendat per errorem, atque id emere necessitas cogat, utrum dissimulabit et emet parvo, an potius indicabit.* De hoc Lactantii loco obiter moneo; eum esse emendandum, scribendumque eumque vel quemque id vendere necessitas cogat. De eadem re vid. disputantem Cic. de Off. III. 25. 92. ibique Beierum p. 355. Mr.

*si forte naufragium fecerit,*] Apud Cic. de Off. III. 25. 89. est: *Si tabulam de naufragio stultus arripuerit: extorquebitne eam sapiens, si potuerit? Negat: quia sit injurium.— Quid, si una tabula sit, duo naufragi, iique sapientes? sibi uter rapiat, an alter cedat alteri? Cedat vero, sed ei, cujus magis intersit, vel sua vel rei publicae causa, vivere.* Mr.

(2) Idem exemplum usurpat Cicero Off. III. 25. et Ambrosius Off. III. 4. §. 27.

*tabula deturbabit,*] Ita etiam in Epitome Lact. lvi. 5. *utrumne — illum tabula — deturbabit?* Quare h. l. optime Bünem. et A. Majus non receperant, quod in multis libris est *a tabula*: solet enim Cic. ponere verbum *deturbare* vel sine praepositione, ut Epp. ad Fam. xii. 25. *possessione deturbatus est*; vel cum praep. *ex*, Epp. ad Fam. v. 7. *ex magna spe deturbatus*; vel cum praep. *de*, Or. in Pison. 20. 46. *de sanitate ac mente deturbat.* Mr.

*si acie suorum fusa etc.*] Lactant. Epit. lvi. *Potest hoc evenire, ut — victo exercitu fugiens reperiat aliquem vulneratum equo insidentem, utrumne — hunc equo deturbabit, ut ipse possit evadere? Si volet justus esse, non faciet; sed idem stultus iudicabitur, qui, dum alterius vitae parcat, suam prodet. Si faciet, sapiens quidem videbitur, quia sibi consulat, sed idem malus, quia nocebit.* — Sch. post quod *si fecerit*, distinctionem omisit. Sed quid ego, ubi sexcentae distinctiones desunt, unam deesse arguo? Mr.

rit, iustus, sed idem stultus sit necesse est. *Ita ergo iustitiam cum in duas partes divisisset, alteram civilem esse dicens, alteram naturalem; utramque subvertit; quod illa civilis sapientia sit quidem, sed iustitia non sit; naturalis autem illa, iustitia sit quidem, sed non sit sapientia* (1). *Lactantius Inst. v. 16.*

XXI. . . (\*) Non gravarer (a), Laeli, nisi et hos P. 249  
 velle putarem, et ipse cuperem, te quoque aliquam partem huius nostri sermonis attingere (2): praesertim quum heri (b) ipse dixeris, te nobis etiam superfuturum.

(\*) Disputatio luculenta Laelii pro justitia contra accuratam orationem Philii (ut loquitur Cicero de am. VII) tota desideratur in codice mutilo Vaticano, praeter ejus clausulam, ut infra patebit. Supersunt tamen insignes, etsi aliquoties interpolatae, reliquiae apud Lactantium, Augustinum aliosque auctores, quas haec exhibebimus; praeposita particula ex Gellio, in qua Scipio Laelium hortatur ad suscipiendum justitiae patrocinium. (a) Sic apud Cic. de am. v. loquitur Laelius: *ego vero non gravarer si etc.* (b) In Gellii editionibus itemque in codicibus Vaticanis citatur totus hic locus e secundo de rep. Sed prorsus est mendum (et credo equidem pro tertio, ut jamdiu dixit Patricius praef. ad fragm.

*quod illa civilis sapientia sit quidem,*] Sine causa idonea Sch. omisit *sit post sapientia*, quod servant omnes libri; et ipse mox Sch. scripsit: *naturalis autem illa, justitia sit quidem. Mr.*

(1) Quae ibidem Lactantius subjungit, et lucem nostro operi adferunt, et congruunt cum illis Platonis Reip. II. p. 362, ubi nimirum post Glauconis argumenta contra justitiam, desperanda dicitur justitiae defensio, quam tamen Socrates aggreditur. Equidem etiam in nostro opere perorata Philii oratione puto aliquem ex interlocutoribus imitatum esse Platoniam quam dixi desperationem, donec Laelii hortante Scipione, causam justitiae suscipit. Sic videlicet Lactantius pergit: *arguta haec plane et venenata sunt, et quae M. Tullius non potuerit refellere. Nam quum faciat Laelium Furio respondentem, proque justitia dicentem;*

*irrefutata haec tamquam foveam praetergressus est: ut videatur idem Laelii non naturalem, quae in crimen stultitiae venerat, sed illam civilem defendisse justitiam, quam Furius sapientiam quidem esse concesserat, sed injustam.*

*Non gravarer,*] His verbis Villem. praeposuit nomen Scipionis, et proximo fragmento ex Nonio nomen Laelii. Ad. v. *gravarer* Lehn. bene subaudiendum esse monet: justitiae partes sermone tueri. Ad verba convenit, praeter locum ab A. Majo laudatum, Cic. de Orat. I. 23. 107. *Ego vero — non gravabor, — quid quaque de re sentiam, dicere.* Verbum *attingere* de sermone ponens eidem addit *perstringere* de Orat. II. 49. 201. *Mr.*

(2) Partes dialogorum horum praecipuas Cicero contulit, ut nunc cognoscimus, in Scipionem, Furium Philum, et Laelium, tres,

P. 250. Verum id (a) quidem fieri non potest; ne desis, omnes te rogamus (1). *Gellius I. 22.*

de rep.); quum enim mentio fiat sermonis hesterni, necessario hic locus pertinet ad librum quemvis post secundum, in quo primi diei sermo absolvitur. Neque ullus dubito, quin Laelius post Philii orationem rogaverit Scipionem, ut justitiae partes tueretur; Scipio autem recusaverit hisce verbis, idque onus in Laelium ipsum transtulerit, qui pridie in libri secundi calce, ubi primum de justitia commotus est sermo, dixisse videtur, habere se quae de justitia, vel cum nimia verbositate, dissereret; ea enim est notio vocis *superfuturum*, ut Gellius docet, itemque Celsus, qui in proemio ait quibusdam *verba superesse, deesse scientiam*. Fieri tamen potest, ut a Laelio id dictum fuerit lib. I. 21 de rep., quo in loco Scipio rogavit Laelium natu majorem, ut ipse potius de rep. diceret: Laelius autem ibidem fortasse respondit, tanta se habere, quae de rep. diceret, ut audientibus foret *superfuturus*; nihilo minus paratiorem sibi videri a studiis politicis Scipionem etc. Porro Gellii nullus codex antiquitatem aequiperat Palatini palimpsesti xxiv, in quo, praeter alia *κειμήλια*, servantur litteris majoribus fragmenta Noctium Atticarum ex libris I. II. III. IV, non sine multa varietate lectionum. Sed duo nunc lubet adnotare: primum, quod duobus in foliis, quorum nemo adhuc scripturam obrutam legerat, occurrunt illa librorum Gellianorum summaria, quae utrum habeant aliquam in lingua Latina auctoritatem, immerito dubitat Forcellinus voc. *simulamentum* (quod ipsum tamen vocabulum occurrit in Alexandri itinerario cap. lxxv.) Nunc autem tantae aetatis Gellianus codex tollendae omni dubitationi, confirmandaeque summariorum dignitati peridoneus habendus est. Altera Gellianorum fragmentorum commoditas est, quod ibidem extat locus hic Tullii de rep., ita tamen, ut praetermittantur particulae aliquot, et quidem Tulliani operis titulus et nota libri: quo fit, ut, si minus rei veritatem docemur, ac certe in vulgato errore non confirmemur. Verba in hiante Palatino folio 117 haec sunt... *cas dialecticas percalluerat. Id ipsum verbum (superesse,*

(a) Editiones aliquot *si id*. Sed tamen *si* abest a Palatino et a Vaticanis codicibus, et etiam a Venetis editionibus an. mccccLxxii et xcvi. Male vero praedictae Venetae editiones habent *te nobis non etiam*; quae vitiosa lectio sententiam subvertit.

qui per idem tempus, ut ait Porcius (Donat. vit. Terent.) agitant nobiles.

*Verum id quidem fieri non potest*;] Lehn. ex Ed. Bip. (ut dedit etiam Sch. in Frgmm. 1817.) recepit: *Verum si id quidem*: male, si quid video. Cum enim dixerit Laelius *se eis superfuturum etiam* i. e. fortasse se nimis verbosum fore, respondet Scipio: imo vero, id fieri nequit, ut nobis nimis verbosus videaris. Illud modo te rogamus omnes, ne

desis. Jam dudum Jac. Gronovius in Ed. Gronoviorum p. 112. dixit: Regius Codex habet: *verum id quidem fieri non potest*, sine vocula *si*, quae vera manus Tullii fuit. *Mr.*

(1) Laelium rogatum esse ab omnibus, ut justitiam defenderet, ait Augustinus in epitome tertii libri. Est autem id quoque a Platone, apud quem reip. II. p. 368 omnes orant Socratem, ut pro justitia dicat. Porro ad Laelium cognomento Sapientem apte

Sed iuventuti nostrae minime audiendus: quippe si ita sensit, ut loquitur, est homo impurus; sin aliter, quod malo, oratio est tamen immanis (1). *Nonius voc. immane, et voc. impurus ex III. de rep.* (2)

XXII. (\*) Est quidem vera lex recta ratio, natura congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna (P. 251.)

de quo agit Gellius) Cicero ponit non temere transeundum. Verba ex eo libro haec sunt: non gravaver, Laeli, nisi hos velle putarem te quoque aliquam partem huius nostri sermonis attingere: praesertim cum heri ipse dixerit (sic) te nobis etiam superfuturum. Verum id quidem fieri non potest: ne desis, omnes te rogamus. Cur autem in Cod. Pal. dicitur ex eo libro, non e tertio de rep.? Num librarii mendum est? an potius paulo ante apud Gellium in Cod. Pal. appellatus fuit liber de rep., pro libro de iure civili? Profecto sermo ibi est de Tuberone, qui in rep. disputat; testimonium autem de scientia juris in gente Aelia non abhorret a libro primo de rep. cap. XVIII. Denique duo codices Vaticani pro id ipsum habent ad ipsum, mendose; quasi citaretur liber secundus ad Tiberonem.

(\*) Post rejectam Carneadis, ut videtur, auctoritatem, quonam modo magnificam suam pro justitia orationem exorsus sit Laelius, donec ad hanc legis definitionem veniret, vix conjecturis divinare possumus aut ne vix quidem. Re tamen vera Lactantius tertium institutionum librum eo modo exorditur, quo Laelium in causam ingredi aequum fuisset. Num ergo Lactantius hac quoque in parte pedissequus Tullii fuit? Ipsum vero justitiae patrocinium Lactantius orare incipit Inst. v. 5, repetita alte velut historia justitiae, quae offensae vitiiis hominum e terra in caelum migravisset; qua remota, malorum cohors orbi incubuit. Haec oratio, itemque illa in epitome cap. LIX, utrum partim Laelliana sit, non perinde liquet.

defertur patrocinium justitiae, quam Philus stultitiae insimulaverat.

*oratio est tamen immanis.* ] Similiter locutus est de Finn. IV. 9. 23. *cujus quidem — sententia condemnata mihi videtur esse immanitas ista verborum.* Mr.

(1) Haec esse Laelii verba suspicor, exordientis de Carneade loqui, qui causa exercitationis justitiam oppugnaverat. Et quidem Carneades spurce locutus dicitur a Cicerone inferius cap. XXVII; a Quintiliano tamen Inst. XII. 1 haud injustus vir fuisse existimatur, licet contra justitiam peroraverit, quam pridie defenderat. Quod autem ait au-

ctor, minime audiendum iuventuti Romanae Carneadem, id exemplo Catonis fit, qui hunc ipsum quam primum Roma censuit dimittendum. Plin. VII. 30. Sed tamen superius cap. VIII de Chrysippo quoque sermo fuit, contra quem haud scio an haec verba dici poterint. Turpia enim in suis politis scripsisse Chrysippum ait Sextus Emp. III. 205. 246. XI. 193, nec non Plutarchus de Stoic. repugn. t. x. p. 318. [Fieri potest etiam, ut Cicero de Epicuro loquatur. Confer Lactantium Inst. III. 17. A. M. in Add.]

(2) Ita Paris. Nonii editio; sed Plantin. et Gotefr. male III. de rep. A. M. in Add.

*Est quidem vera lex etc.]* Hunc

terna<sup>(1)</sup>, quae vocet ad officium iubendo, vetando a fraude deterreat, quae tamen neque probos frustra iubet aut vetat, nec improbos iubendo aut vetando movet. Huic legi nec obrogari<sup>(2)</sup> fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. Nec vero aut per senatum aut per populum solvi hac lege possumus: neque est quaerendus explanator aut interpres eius

(a) Pro hac vera lectione *obrogari* contra alias falsas legis, quae disputat Bünemannus.

locum apud Lactantium haec praecedunt, quae plenius quam A. M. adscripsimus, ut magis appareat, justo suoque loco ea hic potissimum esse adposita: *Suscipienda igitur dei lex est, quae nos ad hoc iter dirigat, illa sancta, illa caelestis, quam M. Tullius in libro de Re publica tertio paene divina voce depinxit; cuius ego, ne plura dicerem, verba subieci. Est quidem etc.* Ad rem huc pertinent loca Cic. de Legg. I. 6. 18. 19. p. 45—49. ed. nostr. et Cr. II. 4. 8. p. 174. sq. II. 5. 10. p. 180. sq. III. 19. 44. p. 466 sq. et ad ea commentar. Turnebi p. 545 sq. p. 609. 611 sqq. ejusd. Apologia p. 750. in primis autem p. 756—759. Ad h. l. C. Sigonius: Hucusque pertinent ea, quae ex Furiana disputatione pro injustitia fuisse opinor. Nunc subscribam ea, quae Laelium pro justitia arbitror, attulisse. Primum ergo naturalem, quam Furius sustulerat, intulisse justitiam eum existimo, quae nihil aliud est, nisi recta ratio, quae est in deo. De qua cum disseret, in haec verba delapsus est quemadmodum testatur Lactantius (*Suscipienda etc.*) Hujus autem legis definitionem Cicero accepit sive ab Aristotele sive a Sophocle. — In seqq. pro *obrogari* sunt qui legant *propagari*, et pro *immutabilis*, quae est lectio Patricii, *immortalis*, ut est in plerisque Edd. Fragm. Cic.

In iisdem distinguitur: *imperator omnium deus ille, legis etc. Mr.*

(1) Contra caput primum disputationis Carneadeae de juris inconstantia. Justitiae legem esse aeternam et universalem Platonica sententia est.

*nec obrogari fas est.*] Commode avertit Lehn. locum Ulpiani, quem a Thysio laudatum dicit ad hunc Lactantii locum: sed laudavit eum jam M. Thomasius in Ed. Plantin. 1570. Est vero hic: *Lex aut rogatur, id est, fertur; aut abrogatur, id est, prior lex tollitur; aut derogatur, id est, pars primae legis tollitur* (hoc omisit Lehn.); *aut subrogatur, id est, adjicitur aliquid primae legi, aut obrogatur, id est, mutatur aliquid ex prima lege.* Est vero hic Ulpiani locus in Titulis ex Corpore Ulpiani, Tit. I. 3. p. 94. ed. Corp. Jur. Civ. Gothofr. Francof. 1663. in appendice. Conf. etiam Lex., quod laudavimus, Juridicum p. 653. ibid. autem p. 787. est: *Obrogare est legem legi contrariam rogare, Graece ἀνρροπέειν dicitur.* Tusan. Annot. lib. Budae. Epist. 4. *Mr.*

*explanator*] De Divin. I. 51. 116. *Grammaticos poetarum explanatores* dixit: ibid. II. 64. 151. *dii, quorum neque scientiam, neque explanatorem habemus.* Alibi hoc vocabulum non legitur. Quare cum sit paulo inveni-

alius: nec erit alia lex Romae, alia Athenis, alia nunc, alia posthac; sed et omnes gentes et omni tempore una lex, et sempiterna et immutabilis, continebit, unusque erit communis quasi magister et imperator omnium Deus; ille legis huius inventor, disceptator, lator; cui qui non parebit, ipse se fugiet, ac, naturam hominis aspernatus (<sup>a</sup>), hoc ipso luet maximas poenas, etiam si cetera supplicia, quae putantur, effugerit. *Lactantius* P. 252. *Inst. VI. 8. (1).*

XXIII. Scio, in libro Ciceronis tertio, nisi fallor, de re publica, disputari, nullum bellum suscipi a civitate optima, nisi aut pro fide aut pro salute (<sup>b</sup>). Quid autem

(<sup>a</sup>) Al. *aspernatur*. (<sup>b</sup>) Nimirum Laelius Romanorum bello- rum justitiam nisus erat defendere, ut infra patebit. Ad jus belli quod adinet, quatuor alii sunt Augustini luculenti loci, quos magnopere suspicor e Laeliana Tullii oratione fuisse interpolatos; quamquam eos heic ponere non sum ausus, ne librum meum suspectis adeo copiis locupletarem. Sunt autem C. D. IV. 4: *remota*

tatus, ei h. l. comitem addidit *aut interpres*, quod alibi quoque ad verba paulo insolentiora facere solet. *Mr.*

*et imperator omnium*] Duas circa finem hujus capituli habemus in Schützi lectiones variantes; alteram, opinor, non voluntariam, *imperator pro imperator*; alteram voluntariam quidem, sed non admodum necessariam: scripsit enim, ut est in plerisque Edd. *Fragm. Cic.* (quae est lectio Franc. Balduini in Comm. ad Instit. Justinian., quae sola, ut ait Patricius ad h. l., conjecturâ ninitur, neque libris veteribus: ) *ipse se fugiet, ac naturam hominis aspernabitur, atque hoc ipso* etc. Est quidem, ut monet Lehn., *aspernabitur* in Ed. Thysii, itemque in Edd. Thomassii et Heumannii. Sed prior ex Cod. MS. affert lectionem, quam nos cum A. Majo ex Ed. Bünem. edidimus, posterior eam merito probat. Certe, quod additur, *atque in nullo Lactantii Cod. legitur*. Si ita distinxeris, ut nos

fecimus, et recte interpretatus fueris, quod est facile, emendationem non desiderabis. *Mr.*

(1) Lactantius dicto loco: *Dei lex, quam Marcus Tullius in libro de rep. tertio paene divina voce depinxit; cujus ego ne plura dicerem verba subjeci. Est quidem vera lex* etc. Confer eundem Lactantium VI. 24. ff. 29 cum Tullio Leg. I. 6. II. 4. [Conf. Cic. pro Milone cap. 4. ibique laudata Hotomanno et Abramio ad verba Tullii: *Est igitur, iudices, non scripta, sed nata lex* etc. Ad Ciceronis sententiam disputarunt etiam e recentioribus nonnulli, qui de jure naturae et gentium exposuerunt, Cumberland, de Legg. nat. cap. I. Puffendorf. jur. nat. et gent. lib. II. c. 3. §. 20. Boehmer. jur. publ. univers. p. 18. alii, quos citavit C. L. de Haller in Restauration der Staatswissenschaft. T. I. p. 383 — 391. *Cr.*]

*Quid autem dicat pro salute,*] Sch. nihil monens, sed praeter necessitatem, scripsit ducat.



dicat pro salute, vel intelligi quam salutem velit, alio loco, demonstrans: Sed his poenis, inquit, quas etiam stultissimi sentiunt, egestate, exsilio, vinculis, verberibus, elabuntur saepe privati, oblata mortis celeritate; civitatibus autem mors ipsa poena est, quae videtur a poena singulos vindicare. Debet enim constituta sic esse civitas, ut aeterna sit. Itaque nullus interitus est rei publicae naturalis, ut hominis; in quo mors non modo necessaria est, verum etiam optanda persaepe. Civitas autem cum tollitur, deletur, exstinguitur: simile est quodam modo, ut magnis parva conferamus, ac si omnis hic mundus intereat et concidat. *Augustinus de civit. Dei xxii. 6.*

P. 253. In Re publica dicit Cicero: Illa iniusta bella sunt, quae sunt sine causa suscepta. *Idem Tullius, paucis interiectis, subdit:* Nullum bellum iustum habetur, nisi

*justitia quid sunt regna, nisi magna latrocinia etc. Item xviii. 2: societas igitur usquequaque mortalium etc. Praeterea xix. 7: opera data est, ut imperiosa civitas etc. Maxime demum iv. 15: videant ergo, ne forte non pertineat ad viros bonos, gaudere de regni latitudine etc. (Sic fere Lycurgus apud Plut. vit. cap. xxxi) quae esset apta Laelii responsio contra Phili sermonem cap. xii et xiii.*

De quorum verborum confusione vid. quae diximus ad Cic. de Legg. I. 13. 37. p. 93. I. 23. extr. p. 148. et Cr. ad I. 17. p. 578. ed. nostr. et Cr. Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 17. p. 268. I. 17. 47. p. 74. I. 13. 37. p. 57. ad Cic. de Finn. II. 13. 41. p. 183. Beier. ad Cic. de Off. I. 20. 67. p. 157. Mox Sch. pro exsilio nescio quibus rationibus ductus scripsit *exsilio*: de qua scriptio vid. J. G. Vossius in Etymolog. L. v. *exsul* coll. v. *consilium* p. 201 et 154. Mr.

*Civitas autem cum tollitur, deletur, exstinguitur: simile est etc.]* Ita distinximus cum Villem. Sch. et Lehn. ut est jam in edd. Lud. Vivis et Congreg. S. Mauri. Minus bene A. Majus et Heinr. post *exstinguitur* distinctionem

posuerunt majorem, ut apodosis sint verba *deletur, exstinguitur*, quam multo commodius et rei accommodatius incipies a *simile est quodammodo* etc. Cur autem Sch. scripserit contra librorum auctoritatem *ac si — intereat ac concidat pro et concidat*, cum rationem non addiderit, ejus mutationis necessitatem non agnoscimus. Mr.

*In Republica* etc.] Hoc et duo quae sequuntur fragmenta non recepit Sch. Medium est in Ed. Fragm. Cic. Mr.

*paucis interiectis, subdit:]* Ita scripsi cum Heinr., qui ita, nescio an ex conjectura, scripsit pro *subdidit*, cum paulo ante praecesserit *dicit*. Sed corrigendum etiam fuit quod sequitur *nisi de rebus repetitis, delentur*

denunciatum, nisi indictam, nisi repetitis rebus (1). *Isidorus Orig. xviii. 1.*

Noster autem populus sociis defendendis terrarum iam omnium potitus est. *Nonius cap. ix. de nam. et cas. e III. de rep. (1\*)*

XXIII. Disputatur certe acerrime atque fortissime in eisdem ipsis de Re publica libris adversus iniustitiam pro iustitia (2). Et quoniam, cum prius ageretur pro iniustitiae partibus contra iustitiam, et diceretur, nisi per iniustitiam rem publicam stare augerique non posse, hoc veluti validissimum positum erat, iniustum esse, ut homines hominibus dominantibus serviant (3); quam tamen iniustitiam nisi sequatur imperiosa civitas, cuius est magna res publica, non eam posse provinciis imperare:

dumque *de*, vult enim, nisi res repetitae fuissent, bellum non habitum fuisse justum. Vide modo Creuz. Antt. Romm. p. 274. Rosini Corpus Antt. Romm. p. 715. et qui ab his laudantur scriptores. Verba Ciceronis de Legg. II. 14. 34. *in bello — suscipiendo — jus ut plurimum valet recte* explicat Turnebus p. 651. ed. nostr. et Cr. *Ut justa pique bella suscipiantur non ex libidine, neque rebus non repetitis.* Mr.

(1) Ex hoc certe additamento videmus Isidorum non ab Augustino, sed ab ipso Tullio, locum haurire.

*Noster autem populus etc.]* Idem dicit, ait Lehn., J. B. Vico p. 16. vers. Germ. Sigonius ad h. l. haec: Hoc idem comprobatur locus ille, qui est in Maniliana: *Quare si propter socios nulla ipsi injuria lacesciti majores vestri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, cum Poenis bella gesserunt, quanto vos studio convenit, injuriis provocatos, sociorum salutem una cum imperii vestri dignitate defendere?* Recte: etenim cum Antiocho et Aetolis pro Graecia liberanda pugnarunt, cum Philippo pro

salute Atheniensium: cum Poenis pro Mamertinis, Saguntinis et Massanissa, Numidiae rege, bellum susceperunt; Mithridati vero Ponti regi, quod Asiam invasisset, postremo etiam arma intulerunt, atque ejus belli occasione longius imperium protulerunt. Mr.

(1\*) Sententiam hanc latius scribit Cicero Off. II. 8.

*Disputatur certe etc.]* Inde ab hoc capite usque ad finem cap. xxvii omnia omisit Villem. Mr.

(2) Laelius justitiam protexit iisdem, ut puto, argumentis, quibus usus fuerat pro justitia Carneades in contraria illa oratione pridie recitata.

(3) Quaestionem ventilat Aristoteles reip. I. 5. sqq. Perit autem is locus disputationis Philii, praeter illud, ut arbitror, archipiratae dictum cap. xii, quod Nonius servavit. Num autem ibi inter cetera Philus dixerat verba, quae sunt apud Lactantium Inst. v. 14? *altera justitiae pars est aequitas . . . ubi non sunt universi pares, aequitas non est, et excludit inaequalitas ipsa justitiam, cujus vis omnis in eo est, ut pares faciat eos, qui ad hu-*

responsum est a parte iustitiae, ideo iustum esse, quod talibus hominibus sit utilis servitus, et pro utilitate eorum fieri, cum recte fit, id est, cum improbis aufertur iniuriarum licentia, et domiti se melius habebunt, quia P. 254. indomiti deterius se habuerunt (1): subditumque est, ut ista ratio firmaretur, veluti a natura sumtum nobile exemplum, atque dictum est: Cur igitur Deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini ceterisque vitiosis animi partibus (2)? *Augustinus C. D. XIX. 21.*

XXV. *Audi manifestiora quae dicat (Tullius) in libro de Re publica tertio, cum ageret de causa imperandi. An non, inquit, cernimus optimo cuique domina-*

*ius vitae conditionem pari sorte venerunt.* Recole de rep. I. 27. p. 74. n. 2. et cap. 32. p. 84. n. 2. *responsum est a parte iustitiae*] Nihil muto, et stare posse concedo hanc lectionem. Sed mihi tamen suborta est suspicio, fieri potuisse, ut primitus scriptum fuerit a patrono *iustitiae*, quod cum fortasse compendio scriptum [PATRO] transierit in *patre*, correctum esse potest facillimâ, ut correctori videretur, medela in *parte*. Ita certe Cicero de hac ipsa re loquens dixit de Amic. 7, 25. *Scaev. Tum magis id diceret, Fanni, si nuper in hortis Scipionis, cum est de Re publica disputatum, affuisses. Qualis tum patronus iustitiae fuit contra accuratam orationem Phili!* In seqq. operarum, ut videtur, errore in Ed. Heinr. est: *domiti si melius habebunt. Mr.*

(1) Sic loquitur Tullius ad Q. fr. I. 1. 11; sic etiam Augustinus C. D. XIX. 12. copiose demonstrat pacem omnis belli esse optabilem finem, qui locus fortasse ex hoc de rep. libro interpolatus est. Tum Cassiodorus var. I. 20 prope Tullium exscribens: *putari non debet injuria, populos regere et gubernare Romanos. Nam si bonorum omnium*

*causa pensetur, pro eorum utilitate delecti sunt, qui honores gloriosissimos accipere meruerunt.* Denique Rutilius itin. I. 64, Tulliani dicti, ut suspicor, memor, de Roma gentium victrice ait: *profuit injustis te dominante capti.*

*vitiosis animi partibus.*] Conf. de Fato 5, 10. *vitiosam enim naturam ab eo sic edomitam esse et compressam doctrina, ut etc. Mr.*

(2) De libertate naturali, et de servitute, et de aequo jure dominandi legatur Augustinus, qui fortasse Tullium imitatur, C. D. XIX. 15. 16.

*optimo cuique dominatum — infirmorum datum?*] Ut supra libri hujus cap. VII. pro ne *infirmorum quidem ac mendicorum* scribendum fuit *infirmorum*; ita non potui non recipere cum Sch. et Lehn. *infirmorum*, pro eo, quod dederunt A. Majus et Heinr. *infirmorum*. Idque ipsum docent loca Platonis et Dionysii loca ab A. Majo laudata, quorum prior Legg. IV. p. 352 Bekk. *καὶ ἐφαμεν ποῦ κατὰ φύσιν τὸν Πίνδαρον ἀγεῖν δικαιούντα τὸ βιαῖότατον, ὡς πάντας*: ubi Fic. vertit: *secundum naturam ac justum imperium esse, ut potentiora imbecillioribus domi-*

tum ab ipsa natura cum summa utilitate infirmorum datum (1)? Cur igitur deus homini, animus imperat corpori (2), ratio libidini iracundiaeque et ceteris vitiosis eiusdem animi partibus? *Adhuc audi; paulo post enim*, Sed et imperandi et serviendi, *inquit*, sunt dissimilitudines cognoscendae (3). Nam ut animus corpori dicitur imperare, dicitur etiam libidini; sed corpori, ut rex civibus suis, aut parens liberis; libidini autem, ut servis dominus, quod eam coercet et frangit. Sic regum, sic imperatorum, sic magistratum, sic patrum, sic populorum imperia civibus sociisque praesunt, ut corporibus

*nentur*: conf. Fragmm. Pindari in Ed. Heyn. T. III. 1. p. 77. Dionysius autem Antt. Romm. p. 5. ed. Sylburg. *φύσεως γὰρ δὴ νόμος ἀνάσσει κοινός, ὃν οὐδεὶς καταλύσει χρόνος, ἀρχεὶν δὲ τῶν ἡττοτέρων τοὺς κρείττονας*: ubi neminem credo aliam reperiturum esse sententiam, quam: *naturae esse legem aeternam, ut, qui inferiores sint viribus, pareant praestantioribus fortioribusque*. Est vero *infirmorum* jam dudum in Edd. Fragmm. Cic. v. c. jam in Edd. Sylb. Verb. all. *Mr.*

(1) Sic ajunt Dionysius I. 5, Plato Leg. iv. p. 714.

(2) Confer Aristotelem reip. I. 5; Dionysium v. 67; Sallustium Cat. I, Jug. I; Lactantium de ira D. x. ff. 43. Hieronymum comm. ad Gal. III. 5. v. 15 et in Jovin. II. 10. Hinc Tullium Augustinus spectans C. D. XIX. 4. ait, ut animus imperet corpori, proprium esse justitiae.

(3) De his legatur Aristoteles reip. I. 7, VII. 2. 3. Idem III. 6 ait, se varios imperandi modos tradidisse in libris exotericis. Confer etiam Platonem Leg. III. p. 690.

*imperare*,] Ita dixit Tuscc. II. 21, 47. *reliquum est, ut tute tibi imperes: quamquam hoc nescio quo modo dicatur, quasi*

*duo simus, ut alter imperet, alter pareat: non inscite tamen dicitur. Est enim animus in partes tributus duas: quarum altera rationis est particeps, altera expers. Cum igitur praecipitur, ut nobismet ipsi impereamus, hoc praecipitur, ut ratio coerceat temeritatem*: etc. In seqq. pro quod eam sunt qui legant quo eam. *Mr.*

*sic magistratum*,] Ultima hujus capituli pars in Ed. Sch. miserrime est lacerata: est enim ibi *magistratum* pro *magistratum*, *borpoiibus* pro *corporibus*, *vitiosus* pro *vitiosas*, desunt verba *ut libidines* et correctum est *ut perturbationes in et perturbationes*. Sed distinguamus virum meritissimum ab editore Ciceronis, saepe nimis festinante, Ciceronis vero editorem a correctore saepissime dormitante. Ne vero aliquis harum editionis Schützianae macularum enumeratione me quasi gaudere, in eaque continuanda me justo nimium esse existimet, is sciat, fieri hoc eorum hominum causa, qualis fuit is homo criticus, qui censorem agens publicum, non inspecta Editione Schütziana librorum de Nat. Deorr. cum comm. Davisii, eam egregiam et accuratam appellavit, cum tamen infinitis repleta sit erroribus: ne-

animus; domini autem servos ita fatigant, ut optima pars animi, id est sapientia, eiusdem animi vitiosas imbecillasque partes, ut libidines, ut iracundias, ut perturbationes ceteras (<sup>a</sup>). *Augustinus contra Iulianum Pelag. IV. ff. 61.*

Est enim genus iniustae servitutis, cum hi sunt alterius, qui sui possunt esse; cum autem hi famulantur (<sup>b</sup>), qui sibi moderari nequeunt, nulla iniuria est. *Nonius voc. famulantur.*

XXVI. Si scieris, inquit Carneades, aspidem occulte latere uspian, et velle aliquem imprudentem super eam assidere, cuius mors tibi emolumentum factura sit; improbe feceris, nisi monueris, ne assideat; sed impune tamen; scisse enim te quis coarguere possit? Sed nimis multa. Perspicuum est enim, nisi aequitas, fides, iustitia profisciscantur a natura, et si omnia haec ad utilitatem

(<sup>a</sup>) Eadem repetit Augustinus C. D. XIV. 23, cujus verba haec poenenda sunt: *nonne Cicero in libris de Re publica, cum de imperiorum differentia disputaret, et hujus rei similitudinem ex natura hominis adsumeret, ut filiis dixit imperari corporis membris propter obediendi facilitatem; vitiosas vero animi partes, ut servos, asperiore imperio coerceri? Et utique ordine naturali animus anteponitur corpori; et tamen ipse animus imperat corpori facilius, quam sibi.* (<sup>b</sup>) Sententia abrumpitur; quam tamen explere haud erat difficile. [Notavit Sigonius in fragmentis locum Aristotelis, quem haec Cicero exprimit. A. M. in Add.]

que vero Schützi causa, quem ego senem ita veneror, ut ea, quae de litteris nostris pridem meritis est, nunquam non merebuntur. *Mr.*

*cum autem hi famulantur,*] Verbo *famulari* alibi non usus est noster, sed substantivo *famulatus* in simili sententia, de Off. III. 33. 117. *Quam miser virtutis famularis servientis voluptati!* *Mr.*

*qui sibi etc.]* Hoc A. Maji supplementum abiecit. Heiar.; Sch. sub contextum rejecit. *Mr.*

*emolumentum factura sit;*] Ita dedi cum Heinar. et Goer., vulgata veteri reducta, cum A.

Majus et Lehn. dederint *futura* post Victor. Grut. Verb. Dav. Sed *factura* tuentur ex Edd. quae ad manum sunt, Crat. Car. Steph. Boulier. Sylburg. Gothofred. Ern. Bip. In Ed. Lamb. est *emolumento futura sit*, ex consuetudine Ciceronis, quod, si in libris esse scirem, recepissem. Sed monet Goer., cum dicitur *emolumentum vel lucrum facere*, recte item dici posse *emolumentum facere*. *Mr.*

*sed impune tamen]* Servavi cum A. Majo, Heinar. et Lehn. lectionem librorum et MSS. et Edd. longe plurimorum, pro quo Goer. et Brem. cum Dav. ex suis

referantur, virum bonum non posse reperiri. Deque his p. 256. rebus satis multa in nostris de Re publica libris sunt dicta a Laelio (1). Cicero de Fin. II. 18.

Si, ut nos a te admonemur, recte in illis libris diximus, nihil esse bonum, nisi quod honestum; nihil malum, nisi quod turpe sit (2). Cicero ad Att. x. 4.

XXVII. Laetor probari tibi, φυσικὴν esse τὴν πρὸς τὰ τέκνα: etenim si haec non est, nulla potest homini esse ad hominem naturae adiunctio; qua sublata, vitae societas tollitur. Bene eveniat! inquit Carneades. Spurce: sed tamen prudentius, quam Lucius noster et Patro; qui cum omnia ad se referant, nec quidquam alterius causa fieri putent, et cum ea re bonum virum oportere esse dicant, ne malum habeat, non quo id natura rectum sit, non intelligunt, se de callido homine loqui, non de bono

libris ediderunt sed impunitè tamen. Gron. cum in libro MS. reperisset sed impunitet ta, coniecit sed impunitè v. impunitè tamen: quorum prius ne Latinum quidem est. Mr.

sunt dicta a Laelio.] Omisit hunc ex libris de Finn. locum Sch., itemque tres sequentes ex Cic. ad Att. et Prisciano. Mr.

(1) Cicero exprimit priore parte thesim ex Carneadis seu Philii oratione, posteriore autem parte curatam a Laelio refutationem. Quare hoc ἀποσπασμάριον supplementi vicibus heic fungatur, contra orationis Carneadeae partes περὶ φιλαυτίας, nempe a cap. XVIII. sqq.

in illis libris] Ita saepe laudari a nostro hos Ciceronis de Re publica libros monuimus ad de Legg. III. 5. p. 401. 403. III. 14. p. 443. III. 17. p. 452. ed. nostr. et Cr. Mr.

(2) His verbis Cicero repetit sententiam in libris politicis jam pridem a se scriptam.

Laetor probari tibi] Ut melius intelligatur locus, plenior cum excudi iussit Heinr.: Filiola tua te delectari laetor, et probari

tibi etc. Tum ad verba φυσικὴν esse τὴν πρὸς τὰ τέκνα recte addit Lehn. subaudiendum esse στοιχίην, quod in contextu ante φυσικὴν habent Edd. Sylb. Lamb. Crat. Gothofr. Gryph. Boulier. et Car. Steph. Sed illud στοιχίην jam ex contextu eiecit Victorius. Mr.

nec quidquam alterius causa fieri putent,] Ita scripsi cum Heinr. et Lehn., ut habent ex Edd., quae ad manum sunt, Sylb. Boulier. Lamb. Gothofred. Ern. et Bip. Sed A. Majus edidit quidquam alterius causa fieri putent? omisso nec, quae est lectio Victorii, Grut. et Verb. In Ed. Crat. legitur quicquam alterius causa fieri non putant: in Edd. Car. Steph. et Gryph. quicquam alterius causa fieri putant. Mr.

et cum ea re bonum virum — esse dicant, ne] Ea re i. e. ideo, ut est Acadd. II. 34. 111. superius illud ea re a se esse concessum, quod etc. ubi plura exempla ex Cicerone congegit Goerenz. p. 200. Mr.

non quo id natura rectum sit,] Ita noster de Finn. IV. 1-2. Non soleo temere contra Stoi-

viro. Sed haec opinor sunt in iis libris, quos tu laudando animos mihi addidisti (1). *Cicero ad Att. VII. 2.*

In quibus assentiōr, sollicitam et (a) periculosam iustitiam non esse sapientis (b). *Priscianus lib. VIII. p. 801.*

P. 257. XXVIII. *Apud Ciceronem idem ille iustitiae defensor Laelius, Vult, inquit, plane virtus honorem, nec est virtutis ulla alia merces; quam tamen illa, inquit, accipit facile, exigit non acerbe. Et alio loco idem Laelius: Huic tu viro quas divitias obiicies? quae imperia? quae regna? qui ista putat humana, sua bona divina iudicat. Sed si aut ingrati universi, aut invidi multi, aut inimici potentes suis virtutem praemiis spoliant: nae illa se multis solatiis oblectat, maximeque suo decore se ipsa sustentat. Lactantius Inst. r. 18 et 22 (c).*

(a) Edd. ei. (b) Haec videntur esse contra caput postremum orationis Carneadeae, quod iustitia sit utenti molesta et periculosa. Etsi autem Priscianus citat tantummodo Ciceronem de rep. sine libri nota, tamen, quin ad tertium librum haec verba pertineant, nemo dubitabit. (c) Postremo scilicet loco leguntur iterum aliquot verba, sed cum varietate: *illa omnia humana, sua etc. omisso putat.*

*cos disputare: non quo illis admodum assentiar; sed pudore impediōr.*

(1) Hac epistolae parte contineri sententias e tertio de rep. decerptas, nemo non videt. Conferatur autem Cicero Leg. I. 14. Et quidem apud Lactantium Inst. v. 17 in Carneadis refutatione legimus: *non est ille sapiens, ut Carneades videri volebat, sed callidus et astutus etc.*

*sollicitam et periculosam*] Quod ait A. Majus, in Edd. esse ei, id non nisi typographorum errore factum esse potest; Krehlius enim edidit et, neque quidquam deletionis varietate monuit, quae vix orta esse posset, nisi summa scribarum oscitantia. Neque etiam in Edd. Ciceronis, quae ad manus sunt, omnibus, quae quidem habent horum librorum fragmen-

ta, aliter legitur h. l. quam et: quare illud ei vel A. Maji vel operarum Ed. Romanae errorem esse judico. *Mr.*

XXVIII. *Apud*] Est hoc Sch. Ed. cap. xxvi. locus insequens ex Augustino c. xxvii, tum Nonii locus c. xxviii. *Mr.*

*Vult — plane virtus honorem,*] Recte hoc ex Romanorum ingenio existimandum esse monet Lehn., apud quos etiam Honor cum Virtute contigua aede colebantur. Vid. Cic. de N. D. II. 23. ib. Cr. ed. Cr. et nostr. p. 297. sq. Wyttenb. ib. p. 752. Cic. de Legg. II. 23. 58. p. 339. sq. II. 11. 28. ibiq. annot. nostr. Ed. nostr. et Cr. p. 243. sq. *Mr.*

*nec est virtutis ulla alia merces;*] Sch. sine libris correxit *virtuti*; quod ut non est necessarium, ita tamen non re-

*In tertio de Re publica libro Cicero cum Herculem et Romulam ex hominibus deos esse factos adseveraret, Quorum non corpora, inquit, sunt in caelum elata; neque enim natura pateretur, ut id, quod esset e terra, nisi in terra maneret (1). Augustinus C. D. xxii. 4.*

Numquam viri fortissimi fortitudinis, impigritatis, patientiae fructu caruerunt (2). Nonius voc. impigritas.

*Nisi forte stulte (b) Pyrrhi ridetur largitas a consule (2), aut Samnitium copiae Curio defuerunt. Nonius voc. largitas.*

(a) Ita complenda videtur sententia. (b) Haec verba praemitenda videntur.

probandum. Illud vitupero, quod post virtuti distinctionem posuit. In seqq. Edd. Fraggm. Cic. habent *nae illa se tamen multis.* Mr.

*Herculem*] De hoc, videlicet Herculis corpus non in caelum fuisse delatum, conf. Cic. de N. D. II. 16. et quae ibi ex poetis philosophisque Graecorum allata sunt Ed. nostr. et Mos. p. 551. Cr. — Omisit hoc quoque fragmentum Villem. In Fraggm. Cic. Edd. pro e terra scribitur *de terra.* Mr.

(1) Locum hunc legebat in libris de rep. etiam Lactantius Inst. I. 15; eundemque locum prae oculis habuisse videtur Plutarchus in Romul. cap. xxviii, ubi Romuli aliorumque aliquot hominum, non corpora, sed animos in caelum ivisse confirmat physicis argumentis. Item Ovidius Metam. xiv. 824 de Romuli obitu: *corpus mortale per auras dilapsum tenues.* Legendus est de hac re Cicero Tusc. I. 12. iv. 22; de Off. III. 5; in Cat. III. 1.

*impigritatis,*] Est hoc vocabulum in Ciceronis ἀπαξ λεγόμενοις: eaque Nonio fuit causa servandi hujus loci, ut saepissime ejusmodi vocibus vel locutionibus singularibus fragmentorum

Ciceronis conservationem debemus. Mr.

*Pyrrhi etc.]* Ad hoc fragmentum C. Sigonius: Quamquam in his verbis mendii est aliquid, tamen apparet, quid Cicero velit; nimirum, et Pyrrhi liberalitatem a Consulibus Fabricio et Aemilio esse repudiatam, neque Samnitium opes Curio defuisse. Ut autem Pyrrhus rex consules donis tentarit, Samnites Curium muneribus amplissimis onerare voluerint, liquet ex Annalibus. Unde illa sunt Ciceronis in Paradoxis: *Utrum plurius aestimabimus pecuniam Pyrrhi, quam Fabricio dabat, an continentiam Fabricii, qui illam pecuniam repudiabat? Utrum aurum Samnitium, an responsum M' Curii?* Lambinus autem ad eundem locum, Videtur, ait, sic potius legendum: *Pyrrhi videlicet largitas consulibus, aut Samnitium copiae Curio defuerunt.* Immo vero sic prorsus legendum esse censeo. Est enim ironia: qua significat, neque Fabricium Pyrrhi liberalitatem et munera, neque Curium Samnitium aurum desiderasse. Mr.

(2) Fabricio. Hoc autem et sequente loco laudari videtur magistratum abstinentia, quam se



Cuius etiam focum Cato ille noster, cum venerat ad se <sup>(1)</sup> in Sabinos, ut ex ipso audiebamus, visere solebat; apud quem ille sedens Samnitium, quondam hostium, tum iam clientium suorum, dona relegaverat. *Nonius voc. apud (a)*.

(a) Bis citat hunc locum Nonius sub eadem voce *apud*; primo breviorum ex Officiis, et cum aliqua varietate; iterum integriorem e tertio de rep. Ita fit etiam in codicibus Nonii Vaticanis. Variant tamen Codices *Samnitium* et *Samnitum*, *clientium* et *clientum*, sed prior lectio constantior est et verior, nempe *Samnitium* atque *clientium*.

re vera in libris de rep. laudavisse, manifeste declarat Cicero ad Att. vi. 1. 2. 3. Sed enim de parsimonia sermo in quarto fuit.

*Cujus etiam focum etc.*] Patricius ad hoc fragm. haec: De hoc loco vide Victorium Var. Lect. Lib. x. c. 5. [p. 234. Ed. Argentor. 1609.] Praeterea autem idem ille Nonius scribit initio libri de vocabulis ab *A* littera incipientibus: *Apud*, inquit, significat *juxta*. Sisenna Hist. lib. iv. *Dum pristinum vinum apud ignem per sudorem corpore exhauerunt. Mr.*

*cum venerat ad se in Sabinos,*] Similiter locutus est noster ad Att. iv. 9. *Venit etiam ad me in Cumanum a se.* De Orat. I. 49. 214. *M. vero Scaurus, quem non longe apud se ruri esse audio, — jam credo huc veniat. Mr.*

(1) Curii villam non longe a se abuisse ait ipse Cato apud Cic. de Sen. xvi, nec non Plutarchus in Cat. cap. II. Locutionem *apud se* usurpat Cicero etiam apud Macrobius Sat. II. 12 de Scipione nostro loquens: *nam cum esset apud se ad Lavernium Scipio.*

*dona relegaverat*] Cum non accurate distinxerit A. Majum utrumque Nonii locum, nos eos ex Ed. Aldina exhibebimus. P. 1253. De vocabb. ab *a* littera incipientibus est: M. Tull. de Offic. *Cujus focum mirari solitus*

*Cato, apud quem ille sedens Samnitium, quondam hostium, jam clientium suorum, munera repudiaverat.* Idem p. 1422.

De doctorum indagine: Marcus Tullius de Rep. libro tertio: *Cujus etiam focum Cato ille noster cum venerat ad se in Sabinos, ut ex ipso audiebamus, visere solebat, apud quem sedens Samnitium, quondam hostium, tum jam clientium suorum, dona relegaverat.* Vides posteriorem locum exhibere A. Majum, eundemque exhibent Victor. Patric. Gar. Steph. et Sylburg. (Vid. P. Victorii Varr. Lectt. L. X. c. v. p. 234. ubi similia exempla comparantur et laudatur Cic. de Sen. 16. 55. *Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cum attulissent, repudiati ab eo sunt; et Athenaei error arguitur, qui Sabinos aurum misisse L. X. scripserit, non Samnitas.*) Sed in Edd. Lamb. Gothofr. Verb. Ern. Bip. est *Samnitium* pro *Samnitum* ut apud A. Majum, Heinr. Sch. Villem. Lehn. Hi autem quatuor viri servarunt *relegaverat*, pro quo Lamb. Gothofr. Verb. Ern. et Bip. ediderunt *repudiaverat*, nihil momentes, sed moti, ut opinor, plane singulari verbi *relegandi* usu, ut *dona relegaverat* sit i. q. dona, quae legati attulerant, mittentibus remiserat eoque repudiaverat. *Mr.*

P. 249. XXVIII. . . . Asia Ti. Gracchus (¹): perseveravit in civibus, sociorum nominisque Latini iura neglexit ac foedera. Quae si consuetudo ac licentia manare coeperit latius, imperiumque nostrum (²) ad vim a iure traduxerit, ut, qui adhuc voluntate nobis obediunt (³), terrore teneantur (⁴); etsi nobis, qui id aetatis sumus, evigilatum fere est, tamen de posteris nostris et de illa immortalitate rei publicae sollicitor (⁵);

(a) Cod. *nostram*, quasi referatur ad vim: mihi vero mendum videbatur. (b) Ita Cod. [*oboediunt*] et recte pro *obediunt*, quamquam altera *o* videtur deleta. (c) Sic loquitur Laelius etiam de am. XII. Hinc Servius Aca. II. 322: *civis utilis de rep. primum sollicitus est.*

(1) *Jam Gracchus locabat Asiam*, inquit Fronto ad Ver. II. 4. Attali quoque pecuniam populo concedendam Gracchus decrevit. Atque haec fortasse consilia ejus videntur justa fuisse. Perseveravit justitiam Gracchus erga cives, dum agrum contra legem Liciniam a divitibus possessum plebi divideret. Iniquus vero fuit in socios et in Latinos, quibus agrum ad divisionem eripiebat, juste ab iis possessum, quippe quem bello acquisitum populus Romanus imposito vectigali iis reddiderat. Ipse Laelius, ut ait Plutarchus in Tib. Gr. VIII, agrum, quem invaserant divites, plebi dividere temptaverat; a quo tamen conatu destitit majoris damni metu, unde et sapiens ob hanc prudentiam dictus fuit.

*perseveravit in civibus*] Ridicula est lectio in Ed. Sch. *perseveravit in ovibus*, quam corrector editori iratus procudisse videtur. *Mr.*

*jura neglexit*] Hoc explicatur optime nota A. Maji ad initium capitis. Quod scripsit noster *sociorum — foedera pro foedera*

*cum sociis* est zeugma constructionis, quia dicendum fuit *sociorum — jura. Mr.*

*obediunt,*] Steinackero quoque scriptio Codicis *oboediunt* videtur verissima. De usu Diphthongi *oe* in lingua Latina v. disputantem K. L. Schneiderum Gramm. Lat. (Elementarlehre I.) p. 77 — 84. *Mr.*

(3) Laudem civilem huic vitio contrariam tribuunt Romanis Propertius III. 22. 21, et Rutilius I. 69. sqq.

*nobis — evigilatum fere est,*] Villem. T. II. p. 47: *nous pouvons peut-être de notre tems écarter le péril.* (?) [Kobbius: *wenn auch vielleicht für uns — noch gesorgt seyn möchte.*] Vid. Schütz. Lex. Cic. II. 220. et Facciol. et Forcell. Lex. in voce. Corn. Nep. Fragm. XII. 2. p. 374. ed. Bardill, ubi Cornelia in epistola: *praesertim mihi, cui parva pars vitae superest.* Conf. *exaedificare* in Plauti Trinumm. I. 2. 95; et vero *edormire, edormiscere* i. e. ad satietatem usque dormire atque adeo expergiēci. Cic. Acad. IV. 17. Terent. Adelph. V. 2. 11. Plaut. Amphitr.

quae poterat esse perpetua (¹), si pa | tris (²) P. 250.  
viveretur institutis et moribus (³).

P. 260.

XXX. Quae cum dixisset Laelius, etsi omnes, qui aderant, significabant, ab eo se esse admodum delectatos (⁴); tamen praeter ceteros Scipio, quasi quodam gaudio elatus (⁵), Multas tu quidem, inquit, Laeli, saepe causas ita defendisti, ut ego non modo tecum Servium Galbam collegam nostrum (⁶), quem

(a) Ita Cod. [patris] crasi solita, ut alibi *alis* pro *aliis* etc. Sed tamen lib. II. 4 eadem vox *patris* correctata in Codice fuit *patriis*. (b) Ita Suetonius Caes. cap. XXXI *quo gaudio elatus*; quam locutionem mutuatum esse à Tullio Suetonium politici ejus operis lectorem et patronum, haud ineptum est suspicari.

II. 2. 65. Proinde foret eadem sententia atque in Epist. ad Brut. II. Sed de hoc tu videris. De me possum idem, quod Plautinus pater in Trinummo: mihi quidem aetas acta ferme est. Taa istuc refert maxime. V. Plaut. I. I. II. 2. 43. Cr.

(1) Contradicunt huic aeternitati Hieronymus in Ezech. prol. lib. III; Augustinus serm. cv. 10; Lactantius Inst. VII. 14.

(2) Numerosa et gravis conclusio! quae scopum quoque declarat politici hujus operis, nempe ut cives Romani ad mores pristinos revocarentur; (Conf. Praefat. §. 2. p. 8.) qui fuit item titulus orationis, quam ipse Scipio in censura recitavit. Gell. IV. 20. V. 19. Confer libri quinti prooemium. Augustinus C. D. II. 21 ait: *induxit Cicero hanc de rep. disputationem, quando praesentebatur ea corruptione* etc. *jam jamque peritura*. Lege Vellejum II. 1; Plinium XXXIII. 11; eundemque Augustinum C. D. I. 50, II. 18. Hoc cecinit vaticinium noster ipse Africanus, ut ait Suidas voc. Σικιτών et χοησιμός. Quin adeo Laelius apud

Cic. de am. XII cum genero utroque loquens ait: *eo loco, Fanni et Scaevola, locati sumus, ut nos longe prospicere oporteat futuros casus reip.: deflexit enim jam aliquantulum de spatio curriculoque consuetudo majorum.*

(3) Auctoris hic plausus satis commendat splendorem Laeliani sermonis de justitia, quem alibi dilaudat idem Cicero de am. VII. Cur ergo Lactantius Inst. V. 17 criminatur Laelium, ceu parum plene Furio responderit? eadem scilicet libertate, qua op. D. cap. I. acturus de animae corporisque ratione, valde elevat, quidquid ea super re non semel Cicero scripsit.

*quasi quodam gaudio elatus*] Ita Epist. ad Fam. X. 12. *incredibili gaudio sum elatus*. Ad seqq. *ut ego non modo tecum* etc. tenendum, ita dici pro *non modo non*, cum sequatur *verum ne — quidem*: de qua constructione Ciceroni haud infrequente et alibi monuimus post alios, et supra ad II. 15. accuratius. Mr.

(4) Puta in auguratu.

tu, quoad vixit, omnibus anteponebas <sup>(1)</sup>, verum ne Atticorum quidem oratorum quemquam aut sua | *vitae* . . . .

Desiderantur  
paginae duo-  
decim.]

Duas sibi res, quominus in vulgus <sup>(a)</sup> et in foro diceret, confidentiam et vocem, defuisse <sup>(b)</sup>. *Nonius voc. confidentia.*

P. 251.

XXXI. . . . reportare <sup>(c)</sup>. Ergo illam rem P. 261.  
populi, id est, rem publicam, quis diceret tum,

(a) Al. *vulgo*. (b) Certum mihi est hac brevi particula de Isocrate loqui Tullium, quoniam apud eundem Or. II. 3: *de se Isocrates scribit ipse pudore a dicendo et timiditate fugisse*; quae ipsa verba scribunt graece Dionysius in iudicio de Isocrate cap. I, et Suidas, ne alios appellem. Quod vero eadem particula heic sit collocanda, bona admodum conjectura uti videor, tum quia Ciceronis sermo deflectit ad Atticos oratores, tum quia idem auctor Or. III. 7, de oratorum generibus agens, Laelium ponit haud procul suavi Isocrate, eodemque orationis leni genere floruisse dicit, contrario autem Galbam. [Loqui Ciceronem de Isocrate ante me senserunt Sigonius et Patricius. Quin adeo Sigonius locum e Panathenaica oratione profert, in quo Isocrates haec de se dicit. A. M. in Emm.]

(c) Videtur Scipio loqui de Phalaridis tyrannide; nam paulo post mentio fiet Agrigenti inter alias urbes tyrannide oppressas. (Recole item de rep. I. 28.) Ad hanc veri simillimam conjecturam adducor praecipue illo verbo *reportare*, in quo cessat lacuna. Narrat enim Diodorus XIII. 90, Phalaridis taurum aeneum, qui se scribente supererat, quem olim Hamilcar Karthaginem transtulerat, Scipioni nostro, qui heic loquitur, post victoriam Punicam placuisse Agrigentum *reportare*. Immo rei luculentior

(1) Galbam sibi quoque Laelius anteposuit. Cic. Brut. xxii. Cessisse Galbae omnes aequales ipsumque adeo Catonem, ait idem Cicero Brut. xxvii.

aut *suavitate*,] Possis ita continuare sententiam: *aut perspicuitate, aut gravitate comparandum esse existimem. Mr.*

*confidentiam et vocem, defuisse.*] Conferri potest Or. pro Flacc. 4. 10. *Itaque videte, quo vultu, qua confidentia dicat. Mr.*

*reportare.*] Novum huius capitis initio fragmentum accedere ait censor Lipsiensis (1824. 7. p. 51.) ex Scholiasta Juvenalis ad Sat. vi. 486, ubi est: *de quo Cicero dicit: inclusorum ho-*

*minum gemitu mugiebat taurus:* [ed. Schrevel. p. 221.]

quo egregie confirmari ait A. Maji suspicionem, verbum *reportare* ad Phalaridis taurum Carthagine Agrigentum reportatum spectare. *Mr.* — In Ed. Scho<sup>t</sup>. Juven. Crameri est p. 245: *Phalaris Agrigentinus saevissimus tyrannus, qui sic crudelitates exercebat: missos in aeneum taurum homines subjecto igne torquebat. De quo Cicero dicit: inclusorum* etc. ubi etiam Crameris haec verba e deperditis libris Ciceronis servata suspicatur. *Cr.*

*rem populi, id est, rem publicam,*] Supra I. 27. *tamen mihi*

cum crudelitate unius oppressi essent universi (a), neque esset unum vinculum iuris, nec consensus ac societas coetus, quod est populus (1). Atque hoc idem Syracusis. Urbs (b)  
 P. 262. illa praeclara, quam ait Timaeus Graecarum

testis est Cicero in Verr. iv. 53: *in iis, quae sunt reddita Agrigentinis, fuit etiam ille nobilis taurus, quem crudelissimum omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur, quo vivos supplicii causa demittere homines et subicere flammam solebat. Quem taurum Scipio cum redderet Agrigentinis, dixisse dicitur: aequum esse illud cogitare, utrum esset Siculis utilius, suisne servire an populo Romano obtemperare; cum idem monumentum et domesticae crudelitatis et nostrae mansuetudinis haberent.* Haec verba lacunam fortasse aliquatenus explent; et certe cum Laelianae orationis clausula valde conspirant. Taurum illum numquam Agrigenti exstitisse sententia Timaei fuit, quem historicum acerbe refutat Polybius xii. 27. Hujus item controversiae mentionem aliquam fuisse in lacuna suspicor; praesertim quum mox Timaeus nominetur, et heic loquatur Scipio, cujus gloriae intererat, sententiam Polybii sui tueri. Universi vero in lacuna demersi sermonis seriem licet cognoscere ex Augustini summario a verbis *qua quaestione* etc. usque ad *aut injusti optimates*.

(a) Cod. *univiersi*. (b) Ita Cod. [*urps*] Recole de rep. II. 5. p. 135. n. a.

*populi res, ea enim est, ut dixi antea, res publica, non maxime expetenda fuisse illa videtur, cum regeretur unius natu. I. 25. Est igitur — res publica res populi. Mr.*

*unum vinculum juris, nec consensus ac societas coetus,] Conf. I. 25. populus autem non omnium hominum coetus, — sed coetus multitudinis juris consensu et utilitatis communione sociatus. Mr.*

(1) Non sine causa Africanus in politiciis rebus Agrigentinarum diutius versatur; quippe Africanus (minorne an potius major?) horum remp. constituerat. Certe leges Scipionis de aequitate in cooptando Agrigentinarum senatu profert Cicero in Verr. II. 50. Id ipsum in lacuna commemoratum fuisse existimo. Quin adeo ante politicam Agrigenti descriptionem, species ipsa urbis (uti mox Syracusarum et Athe-

narum) laudata fuit, ut reor, ex Polybio videlicet ix. 27; quum praesertim ipse Scipio urbem exornavisset. Cic. in Verr. II. 2. iv. 33.

*Atque hoc idem Syracusis. Urbs illa]* Sch. nihil monens correxit: *Atque hoc idem Syracusis urbe illa* etc. idemque mox correxit *oppidi pro oppidis*, quod A. Majus. defendit dicens, pluribus oppidis constitisse Syracusarum urbem. Neque tamen utraque videtur improbanda, quamquam fortasse non plane est necessaria. *Mr.*

*praeclara, quam ait Timaeus]* Adde hunc locum Timaei fragmentis apud Goellerum de *Situ et Origine Syracusarum* p. xiv. sqq. p. 272 sqq. *Cr.* — De Syracusarum urbe ejusque magnificentia vid. quae collecta sunt in Tomo vi Historiae Universalis (Allg. Weltgesch. vi. p. 287 — 507.) ejusque operis Additamen-

maximam, omnium autem esse pulcherrimam<sup>(a)</sup>, arx visenda, portus usque in sinus oppidis<sup>(1)</sup> et ad urbis crepidines infusi, viae latae, porticus, | templa, muri nihilo magis efficiebant, Dionysio tenente, ut esset illa res publica<sup>(2)</sup>: nihil enim populi, et unius erat populus<sup>(b)</sup> ipse. Ergo, ubi tyrannus est, ibi non vitiosam, ut heri dicebam<sup>(3)</sup>, sed, ut nunc ratio cogit, dicendum est, plane nullam esse rem publicam<sup>(4)</sup>.

XXXII. Praeclare quidem dicis, Laelius<sup>(c)</sup>; etenim video iam, quo pergat oratio. s. Vides igitur, ne illam quidem, quae tota sit in factionis potestate, posse vere dici rem publicam. L. Sic plane iudico. s. Et\* || rectissime quidem

\* Q. XL.  
P. 109.

(a) Livius xxv. 24 dicit diserte *Syracusas urbem omnium pulcherrimam*, Tullium scilicet aut Timaeum respiciens, vel potius Polybium, a quo Tullius quoque Timaei locum mutuatus videtur. (b) Cod. *populius*. (c) Subintellige *inquit*.

tia T. III. p. 293 — 398. et ab A. Arnoldo in libro, qui inscribitur: *Geschichte von Syrakus, von Gründung der Stadt bis auf den Umsturz der Freiheit durch Dionysius*. Goth. 1816. pp. 144. *Mr.*

(1) Constabant scilicet Syracusae pluribus oppidis, quorum in sinus mare infundebatur.

*ad omnes urbis crepidines*] De eadem urbe dixit noster in Verr. Act. II. 37. 97. *piraticus myoparo, cum imperium populi Romani, nomen ac fasces essent Syracusis, usque ad forum et ad omnes urbis crepidines accessit. Mr.*

*nihilo magis efficiebant, — ut esset illa res publica.*] Probabiles duas Schützii emendationes sequitur in hoc capite tertia, eaque, si quid video, pessima: dedit enim *nihilo minus effi-*

*ciebant*, quo nihil est sensui loci magis contrarium. *Mr.*

*Dionysio tenente*] *Tenere* de dominatu et tyrannide et alibi dixit noster et de Off. II. 1. 2. *cum — dominatu unius omnia tenerentur*: ubi Caesarem Romae dominantem intelligit. *Mr.*

(2) Corruptam Dionysii tyrannide pulchram Syracusarum speciem ait etiam Seneca cons. ad Marc. cap. xvii; de qua urbe lege, si vacat Tullium in Verr. iv. 52, 55. V. 27; Florum II. 6. Confer etiam Aristotelem reip. v. 3. 4; Plutarchum in Timoleonte.

(3) Recole de rep. I. II. *ut nunc ratio cogit*] De hac locutione ejusque significatione disputat Bremi. ad Cic. de Fato xvi. p. 67. *Mr.*

(4) Recole Augustini summarium.

iudicas: quae enim fuit tum Atheniensium res, cum post magnum illud Peloponnesiacum bellum triginta viri (a) illi urbi iniustissime prae-  
 P. 263. fuerunt (1)? Num aut vetus gloria civitatis, aut species praeclara oppidi, aut theatrum, gymnasia, porticus, aut propylaea nobilia, aut arx (b), aut admiranda opera Phidiae, aut Piraeus ille magnificus rem publicam efficiebat (2)?

(a) Ita Cod.; quae vox *viri* inserenda videtur etiam lib. I. 28, ubi eam codex desiderat. [Nos ibi pro *virorum*, quod vult A. Majus, dedimus *illorum*. Mr.] (b) Cod. *ara*; sed videbatur omnino scribendum *arx*. Sane forma *listerae X* non valde differt ab *A* in hoc codice Vaticano.

*Peloponnesiacum*] Villem. *perperam peloponnesiacum*. In seqq. in verbis *viri illi urbi* pronomen iunge vocabulo posteriori, non priori. Verba *iniustissime praefuerant* non bene reddidit Kobbias *mit der größten Ungerechtigkeit*: non enim illud vult Scipio, eos injustos fuisse (quamquam fuerunt) dum praeesent; sed id ipsum, quod praefuerint urbi, fuisse iniustissimum et contra fas. Mr.

(1) Confer Senecam similiter loquentem de tranq. cap. III.

*Num aut vetus gloria etc.*] Habent haec colorem Platonicum: conf. Phaedr. p. 250. d. p. 9. Bekkeri, similemque sententiam, quamquam alio consilio, prolatam apud Tacit. Annal. XIII. 51. prc. Cr.

*species praeclara oppidi*] Favet hoc emendationi Schützi, cap. praeced. scribentis *usque in sinus oppidi*; favet item, quod non Syracusae tantum dicuntur oppidum, sed aetiae quoque urbes amplissimae, sed *Thebae* etiam (Corn. Nep. Pelop: I. 2.), *Athenae* (h. l. et Milt. IV. 2.), et ipsa *Roma* (Liv. XLII. 20.) Mr.

*Propylaea nobilia*] De iis no-

*trius Phalereus — Periclem, principem Graeciae, vituperat, quod tantam pecuniam in praeclara illa propylaea conjecerit: ubi addit: sed de hoc genere toto in iis libris, quos de re publica scripsi, diligenter est disputatum. Mr.*

aut *Piraeus ille magnificus*] Cod. et Edd. *Piraeus*. De hujus nominis descriptione *Πειραεύς*, si portum significat, non necessarium videtur disputare post ea, quae dixit Schellerus in Lex. s. v. Gesnerus in Thes. Harles. in Cellar. Orthogr. Lat. p. 313. Beier. ad Cic. de Off. III. 11. 46. p. 261. Oudendorp. ad Frontin. Strateg. I. 10. 11. n. 60. Mr.

(2) De his Athenarum aedificiis Pausanias I. 8. 14. 22; Plutarchus in Pericle; Dio Chrys. Or. *περί ρυαριδός*; Cicero Off. II. 17. De arce Athenarum opus scripserat Polemo, teste Athenaeo XI. 11. XIII. 6; item Heliodorus Periegeta, teste Suida voc. *ῥαῖ* A9. Immo idem Suidas voc. *προϋλαία* verba Heliodori refert dicentis, propylaea illa absoluta fuisse quinquennio, impensis in opus talentis bis mille duodecim, portis quinque ad arcem patefactis.

Minime vero, Laelius (<sup>a</sup>); quoniam quidem  
 P. 110. populi | res non erat. s. Quid, cum decemviri  
 Romae sine provocazione fuerunt, tertio illo  
 anno, cum vindicias amisisset ipsa libertas? L.  
 Populi nulla res erat; immo vero id populus  
 egit, ut rem suam recuperaret.

XXXIII. s. Venio nunc ad tertium genus  
 illud, (<sup>1</sup>) in quo esse videbuntur fortasse angu-  
 stiae. Cum per populum agi dicuntur, et es-  
 se (<sup>b</sup>) in populi potestate omnia (<sup>c</sup>); cum, de  
 quocumque vult, (<sup>d</sup>) supplicium sumit multitudo,  
 P. 299. cum || agunt, rapiunt (<sup>e</sup>), tenent, dissipant, quae

(a) Nempe inquit. (b) Cod. ea se. (c) Cod. bis omnia.  
 (d) Ita Cod. [volt.] (e) Exprimat Cicero Graecam locutionem  
*ἀγαν και φέγειν*.

*Minime vero, Laelius; quoniam* ] Sch. dedit: *L. Minime vero, quoniam* — nulla addita ratione. *Mr.*

*cum vindicias amisisset ipsa libertas?* ] Et rem et locutionem explicat Livius III. 44. *Advocati puellae, cum Virginium rei publicae causa dixissent abesse, biduo adfuturum, si nunciatum ei sit; iniquum esse, absentem de liberis dimicare; postulant, ut rem integram in patris adventum differat* (Appius Claudius); *lege ab ipso lata vindicias det secundum libertatem*; ubi vid. interpr. ed. Drakenh. p. 370. Stuttg. Quem locum laudavit Dirksen. (*Uebersicht der bish. Versuche z. Krit. u. Herstellung des Textes der XII-Tafel-Fragm.*) p. 425 — 433. qui nostrum quoque locum adhibuit. *Mr.*

*Populi res nulla erat;* ] Ad rem conf. Kreuz. Antt. Romm. p. 186. sq. In seqq. male, et invitius, ut opinor, Lehnerus omisit *id* ante *populus*. Quam solen-

nis sit Ciceroni dictio *id agere*, ejus rei exempla afferre putidum sit. *Mr.*

(1) Praecedente in lacuna dictum fuit de tyrannide; mox dictum videmus de factione optimatum; nunc denique dicendum superest de effreni potestate populari.

*esse videbuntur fortasse angustiae.* ] Similiter locutus est de Or. III. 32. 126. *quantis — ex angustiis oratorem educere ausus es*. Plene autem distinximus post *angustiae*, cum Heinr., quod bene factum esse cuique apparebit periodum perlegenti. *Mr.*

*cum agunt, rapiunt,* ] Quod ait A. Majus in annotatione critica, exprimere Ciceronem Graecam locutionem *ἀγαν και φέγειν*, id ab hoc loco alienum est. Rerum scriptores Romani (Livius potissimum et Tacitus) Graecam illam locutionem reddunt verbis *agere et ferre*, de vi praesertim hostium, qui *agunt*, i. e. secum abigunt, viventia, reliqua *ferunt* i. e. auferunt: et hac locutione



P. 264. volunt; potesne tum, Laeli, negare, rem esse illam publicam, cum populi sint omnia, quoniam quidem populi esse rem volumus rem publicam? Tum Laelius, Ac nullam quidem citius negaverim esse (<sup>a</sup>) rem publicam, quam quae tota sit in multitudinis potestate: plane ut nobis non placebat, Syracusis fuisse rem publicam, neque Agrigenti, neque Athenis, cum essent tyranni; nec hic, (<sup>b</sup>) cum decemviri: nec (<sup>c</sup>) | video, qui magis in multitudinis do- P. 300. minatu rei publicae nomen appareat: quia primum mihi populus non est, ut tu optime de-

(a) Pagina admodum oblitterata est; quare aliquot verba suppleo, habita spatiorum ratione. [(b) Corr. nec hic; in Codice enim demum lego nec hi absorpta c a sequente q. — Ita A. M. in Emm. cum prius legisset neque et addidisset, quasi necessarium additamentum, Romae. Mr.] (c) Ambiguum est in codice utrum sit nec, an neque.

Cicero usus est nusquam, in iis certe libris, qui exstant. Loca Livii vide III. 37. ibiq. interpr. ed. Drakenb. Stuttg. p. 306 — 308. id. xxxviii. 15. Taciti Hist. I. 2. ibiq. Gronov. qui laudat suas Obs. 3. 22. add. Dialog. de Oratorr. s. de caus. corr. eloq. 8. ubi illa verba in bonam partem accipi videntur: conf. Ern. ad eum locum. Nostram vero locutionem habet etiam Terentius Adelph. III. 2. 21.

*Adulescenti ipsi eriperem oculos: posthac praecipitem darem.*

*Ceteros ruerem, agerem, raperem, funderem et prosternerem.*

Ubi Donatus recte ad v. *agerem* scripsit: i. e. *prosequerem, premerem*. Certe neque Terentius neque Cicero de illa formula Graecis usitatissima (quam vid. ap. Plut. Mario 16. Lucullo 31.

ut alios taceam) cogitavisse videntur. Quid quod verba *quae volunt* non tantum ad *dissipant* pertinent, sed ad priora etiam verba omnia. Quod si autem componas *agunt* — *quae volunt*, vix de illa formula cogitare cuiquam in mentem veniet. — Verbum *dissipare* noster etiam in enumeratione similium verborum quarto loco, ut hic, posuit Or. in Pison. 38. 93. *Illi autem statuas — deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. Mr.*

*negaverim esse* etc.] Quae loco hoc lacunoso percommode supplevit A. Majus, ea abiecit Heinr., Sch. ut verba Codicis descripsit. Mr.

*nec hic*] Heinr., cum in contextu Ed. pr. sit *neque* et ex conjectura additum *Romae*, hoc omisit, illud posuit: neglecta correctione A. Maji in Add., quam in notis criticis suo loco posuimus. Mr.

finisti, Scipio, nisi qui consensu iuris continetur; sed est tam tyrannus iste conventus, (') quam si esset unus ("), hoc etiam taetrior, quia nihil ista, quae populi speciem et nomen imitatur, immanius belua (b) est. Nec vero convenit (c) cum furiosorum bona legibus in agnatorum potestate sint (2), quod eorum iam || . . .

Desiderantur  
paginae octo.  
(d.)

P. 297.

XXXVIII. . . . dici possint, cur illa sit res publica resque populi, quae sunt dicta de re- P. 265.

(a) Nempe *vir unus*. (b) Cod. *velba* vitiosa metathesi. Obiter moneo, a pseudo-Augustino de gramm. t. I. append. p. 15. [Ed. Lond. p. 13.] dici, Ciceronem usum fuisse etiam vocabulo *beluus*. Ibidem rursus mentio est participii *mortuus*, de quo recole lib. II. 18. p. 164. n. a. (c) Cod. *convernit*; sed r videtur deleta. (d) Scilicet desunt duo folia quaternionis XII, tertium et iatinum.

*nisi qui consensu iuris continetur*;] Conf. quae supra dixit I. 25. Quod plene distinxit Lehn. post *continetur*, id minus bene factum existimo. Mr.

*sed est tam tyrannus iste conventus*,] Ad sententiam conf. supra I. 43. *Tyrannus taetrior* scripsit noster etiam in Verr. Act. II. L. iv. 55. 123. *Taeter* autem melius scribi, quam *teter*, ut habent Villem. et Sch., jam supra monuimus laudatis, qui de Orthographia scripserunt, auctoribus. In eadem re de populo dicit *immanis*, ad augendum *xi-zeroy indomitus* supra I. 44. Mr.

(1) Recole Augustini summarium.

*furiosorum bona legibus in agnatorum potestate sint*,] Praeter loca ab A. Majo laudata vid. jam, quae de hac lege (Tab. V. Frgm. 6.) disputat Dirksen. *Ueber d. XII - Taf. - Gesetze* p. 369 — 380, ubi in formulis, quibus restituere XII. Tabb. verba operam dederunt viri docti, haec est Merulae, a sermone consueto longius discedens: *Sei quis pro-*

*dicos siet, praetor ei caussa cognita bonis soueis endo ter decito, endoque eo pequniaque eius adnatorum centeilomque potestas estod.* Mr.

(2) Legem XII tabularum habemus apud auctorem operis ad Herennium I. 13, et apud Cic. de Invent. II. 50: *si furiosus est, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus potestas esto.* Confer tamen digest. I. 5. 20. [ubi est: *Qui furere coepit, et statum et dignitatem, in qua fuit, et magistratum et potestatem videtur retinere: sicut rei suae dominium retinet.* Ulpianus l. 38. ad Sabinum. Mr.

*quae sunt dicta de regno.*] Interrogationis signum, quod posuit A. Majus post *regno*, nos cum Heinr. et Lehn. sustulimus. Recte enim monet Lehn., quae in lacuna desiderantur, in iis Scipionem videri egisse de rege: qui cum, ut pater, omnibus prospiciat, rem publicam eam vere dici. Sed (pergit L.) et quando apud optimos (optimates) summa rerum est, beatum esse neces-

gno. Et multo etiam magis, inquit Mummius: nam in regem potius cadit domini similitudo, quod est unus: plures (a) vero boni in qua re publica rerum potentur, nihil poterit esse illa beatius. Sed tamen vel regnum malo, quam liberum populum; id enim tibi restat genus vitiosissimae rei publicae tertium (1).

XXXV. Hic (b) Scipio, Agnosco, inquit, tuum morem istum, Spuri, tam aver|sum (c) a P. 298. ratione populari. Sed (d) quamquam potest id lenius ferri, quam tu soles ferre, tamen assentior, nullum esse de tribus his generibus, quod sit probandum minus. Illud tamen non assentior tibi (e), praestare regi optimates. Si enim sapientia est, quae gubernet rem publicam, quid

(a) Pagina est admodum obliterata; duo igitur haec vocabula unus et plures paulo incertiora sunt. (b) Cod. videtur habere huc. [A. M. edidit Heic. Mr.] (c) Cod. amaversum; sed prior m videtur deleta. (d) Cod. populi fiet. (e) Cod. adsentio aut bi.

se est populum, cum eadem dici possint, cur illa sit res publica, resque populi, quae sunt dicta de regno: i. e. cum pari modo populo prospiciant optimi, neque serviat vel domini libidini obnoxius sit populus. Mr.

[plures vero boni etc.] Ad rem conf. supra I. 45. In seqq. bene refutat Lehn. A. Majus, illud genus vitiosissimae rei publicae tertium *ὄχλοκρατίαν* esse dicentem, in qua cap. xxxiii. ne rei publicae quidem nomen apparere dixit. Intelligi potius h. l. *δημοκρατίαν*, quae opponi solet *βασιλείᾳ*, regno, et *ἀριστοκρατίᾳ*, optimatum dominatui. Mr.

(1) Liberius populi dominium, quod graece dicitur *ὄχλοκρατία*, a veteribus politicis passim improbat. Instar omnium sit Polybius vi. 7. 57: τῶν μὲν ὀνομά-

των τὸ κάλλιστον ἢ πολιτεία μεταλήφεται, τὴν ἐλευθερίαν καὶ δημοκρατίαν· τῶν δὲ πραγμάτων τὸ χείριστον, τὴν ὄχλοκρατίαν. Xenophon quoque in Ath. politica passim abominatur et subsannat popularem potestatem.

morem istum, Spuri, tam aversum — populari. Sed quamquam] In Cod. est Spuri amaversum — populi fiet quamquam, unde A. Majus haud improbabiler fecit: Spuri, aversum — populari; et quamquam: ego propius ad Codicis scriptionem existimavi accedere eam lectionem, quam exhibui, eaque etiam sententiam non nihil adjuvari. Mr.

[quod sit probandum minus.] Supra I. 26. dixit: vel ipse populus (quamquam id est minime probandum) tamen —

tandem interest, haec in uno ne <sup>(a)</sup> sit, an in pluribus <sup>(b)</sup>? Sed errore quodam fallimur in disputando. Cum enim optimates <sup>(c)</sup> appellan- P. 266.  
 tur, nihil potest vi | deri praestabilius. Quid enim optimo melius cogitari potest <sup>(d)</sup>? Cum autem regis est facta mentio, occurrit animis rex etiam iniustus: nos autem de iniusto rege nihil loquimur nunc, cum de ipsa regali re publica quaerimus. Quare cogitato Romulum, aut Pompilium, aut Tullum <sup>(e)</sup> regem, fortan <sup>(f)</sup>

(a) Cod. *haec iuno*. (b) Cod. *an in pluribus in*. (c) Cod. *optumatis*, quae terminatio primi casus esse nequit. Optimatem autem (*ἀριστον*) ait dici Aristoteles reip. III. 7 vel quia optimus sit, vel quia optime reip. consulat. (d) Similiter ludit Plato in voce *κρείττων* reip. I. p. 340 — 341, et Leg. I. p. 627. (e) Cod. *autullum*, extrita ob concursum altera *t*. [Quoniam heic non tam *Tullus*, quam *Servius Tullius* intelligendus videtur, malim scribere *Tullium*: et quidem horum nominum confusionem non semel apud auctores videre est. A. M. in Emm.] (f) Ita Cod. perspicue. Est autem vocabulum omnino *Tullianum*, et in lexica referendum cum *forsitan* et *fortassean* et *forsan*.

*posse videtur aliquo esse non incerto statu*. In seqq. male legitur in Ed. Steinack. *praestari*. *Mr.*

*Sed errore quodam fallimur in disputando.*] Ita scripsi cum Sch., quamquam hic post *disputando* cum reliquis non plene distinxit. Sed quod est in Cod. *ita pro in*, corrigendum fuit. Neque enim quae praecedunt, neque quae sequuntur, ejusmodi sunt, ut *ita* commodum habeat locum; quamquam ille *error in disputando* in sequentibus continetur, in eo videlicet, ut audito *optimatum* nomine de optimis cogitemus, sed *regio* nomine audito, de injustis etiam, vel qui fuerint, vel qui esse possiat. — Accedit, quod nostra scriptio Ciceronianum magis colorem habet, quam scriptio codicis. *Mr.*

*aut Tullum regem,*] Quod vult A. Majus in Add., ut *Tul-*

*lium* scribatur pro *Tullam*, id fecerunt Heinr. et Sch. Nos vero cum St. et Lehnero *Tulli* nomen servavimus, tum quia (ut ait Lehn.) eum ordo poscit, tam, quod gravius est, quia nihil inest in *Tullo Hostilio*, quod eum iustorum regum numero eximat. Vide modo supra II. 17, ubi eum excellentem, justissimum sapientemque ipse appellat *Scipio*. *Mr.*

*fortan*] Nolui obliterare novam hanc et adhuc inauditam hujus adverbii formam, quamquam mihi non improbat Nieubuhri suspicio in Ind. Lat. sincerum potius esse *fortean* v. *fortassean*, quorum prius recepit Heinr. Ut enim probum sit *fortean* ad rationem etymologicam, tamen enunciatum esse videtur *fortan*; enunciationis autem vestigia quot in latina quoque sint lingua, etymologiae adversantia, non est,

non tam illius te rei publicae paenitebit. *M.*  
 Quam (a) igitur relinquis populari rei publi-  
 cae laudem? *S.* Tum ille, Quid? tibi tandem,  
 Spuri, Rhodiorum, apud quos nuper fui | mus p. 116.  
 una (1), nullane videtur esse res publica? *M.*  
 Mihi vero videtur; et minime quidem vitupe-  
 randa. *S.* Recte dicis; sed, si meministi, omnes  
 erant iidem tum de plebe, tum senatores, vicis-  
 situdinesque habebant, quibus mensibus popu-  
 lari munere fungerentur, quibus senatorio; utru-  
 p. 167. bique (b) autem conventicium accipiebant; et

(a) Ante particulam *quam* relinquitur breve spatium, quia scilicet mutatur persona. Ejusmodi tamen indicium nullum fere est in reliquo codice. (b) Cod. *atrubique*.

quod multis exemplis doceam. 1128 — 1129, ed. Oxon. p. 391.  
 Censor Jenensis (1823. 34.) vult  
 scribi *forsitan*. — Pro *paenite-*  
*bit*, quod est in optimis libris  
 veteribus, Sch., ad analogiam et  
 originem spectans (quia scribitur  
*poena*, quod non potest scribi  
*paena*, cum jungendum sit  
 cum verbo *punire*, quod item in  
 hoc codice scriptum reperitur  
*poenire* III. 9.) scripsit *poenite-*  
*bit*. Paulo inferius Lehn. post  
*Quid* posuit interrogandi signum,  
 quem nos sequi non dubitavi-  
 mus. *Mr.*

*Rhodiorum, apud quos nuper*  
 etc.] Quae ante hos libros in-  
 ventos de Rhodiorum re publica  
 sciebamus, collecta vides a Meur-  
 sio in Rhodo I. c. 19. conf. *Hort-*  
*tüm 2. Gesch. Hellen. Staatsver-*  
*fassungen* p. 110 — 115. *H.*  
*Rost: Rhodos, e. histor. ar-*  
*chaeolog. Fragm.* Alton. 1823.  
 8. *Mr.* — Ex hoc loco corri-  
 gendus est *v. Lynden* de Panac-  
 tio p. 42. sq. qui tamen recte Sp.  
 Mummius Scipionis in legatione  
 comitem appellat. Conf. etiam  
 de his rebus Wytttenbachii Ani-  
 madvv. in Plutarch. T. II. p.

1128 — 1129, ed. Oxon. p. 391.  
 sq. ed. Lips. *Cr.*

(1) Loquitur Scipio de sua  
 legatione ad inspicienda socio-  
 rum regna, in quam ivit anno  
 ante obitum, nempe urbis *DOXXIV*,  
 de quo tempore lege adnotata a  
 Reiskio ad auctores graecos t.  
 II. p. 477, ex Simsonio scilicet;  
 cui frustra adversatur Schweig-  
 hæuserus ad Polyb. t. v. p. 15.  
 Jam Sp. Mummius fuisse Scipioni  
 comes dicitur quoque a Justino  
*XXXVIII. 8*, qui et Metellum ad-  
 jungit. At Victor cap. *LVIII* dat  
 Scipioni comitem Laelium; Plu-  
 tarchus Panactium. Eadem dis-  
 cordia auctorum est in attribuen-  
 dis Scipioni eo in itinere servis:  
 nam Victor dat duos, Plutarchus  
 et Athenaeus quinque, Valerius  
*IV. 3. 13. septem*. Pighius vero,  
 Plutarchi verbo *τρίτοις* (Apopht.  
 tom. VI. p. 756) sapienter in-  
 nixus, tres fuisse legationes Sci-  
 pionis existimat: qua in senten-  
 tia facile est discordiam scripto-  
 rum conciliare. Confer, quae  
 scribimus lib. VI. 11. ad Somnium.  
*conventicium*] Vocis hujus in-  
 cognitae adhuc explicationem

in theatro et in curia res capitales et reliquas omnes iudicabant iidem (4): tantum poterat,

\* φ. xli (b) tantique erat, quanti multitudo (1) \* || . . .

(a) *Idem* Cod. pro *iidem* ut supra; nisi forte mavis interpolationem praevertere, et *ro idem* ad sequentia referre.

(b) Ultima haec apparet in codice nota quaternionum; reliqua enim folia tantummodo librorum notam inscriptam habeat. Jamvero hic cognoscere ad amussim licet, quanta pars hactenus operis de rep. in mutilo codice Vaticano desideretur. Quippe quaterniones xli ducti in paginas xvi, conficiunt paginas dclvi; habemus autem hactenus paginas cxxvii; ergo desiderantur paginae ccclxiv; ergo hactenus caret codex parte foliorum plus dimidia. Additis tamen fragmentis cognitis libri primi et secundi et magnis partibus tertii, tenemus huc usque dimidiam materiae ferre partem. Conf. Praefat. §. xi. p. xxx.

vid. in Niebuhrii Indice Latinit. Formata est vox plane ut *nutricia* quae supra l. 4. singulari modo appellantur *alimenta*. Noveramus adhuc nonnisi adjectivum *coiventicius* (pater) apud Plautum Cistellar. l. i. 42. ad quem locum v. Taubmann. in Comm. p. 436. ed. Gruter. Parei Lex. Plautin. s. v. *Mr.*

(1) Hanc Rhodiatae reip. descriptionem, accuratam oppido

neque alibi obviam, studiosi politici cum fructu notabunt. Oligarchiam aliis temporibus fuisse Rhodi diximus lib. l. 31. p. 81. n. 3. Sed tamen Dio Chrysostomus in Rhodiaca oratione adhuc eam urbem ut populari statu utentem alloquitur; nec non Aristides in secunda Rhodiaca, praesertim p. 385 ed. Canteri t. II. [Post *multitudo* supplere licet *senatus*. A. M. in Add.]

## LIBRI III DE RE PVBLICA

FRAGMENTA INCERTAE SEDIS APUD VARIOS AUCTORES  
EXTANTIA.

P. 268. XXXVI. Est igitur quiddam turbulentum in hominibus singulis, quod vel exultat voluptate, vel molestia frangitur. *Nonius voc. exsultare* (a).

Sed ut ipsi seu animum periclitantur seu vident, quid se putent esse facturos (b). *Nonius voc. periculum et periclitari*.

Phoenices (c) primi mercaturis et mercibus suis ava-

(a) Primum moneo, varietates hujus loci in codicibus Nonii Vaticanis esse has: quoddam pro quiddam, exsultet pro exultat et exultat. Quamquam melior lectio editionum confirmatur a nonnullis ex his codicibus. Deinde ajo, hunc locum in Nonii editionibus Plantiniana, Parisiaca, et Gotofrediana, itemque in codicibus Nonii Vaticanis (praeter unum) citari ex incerto libro Tullii de rep. Ego itaque fragmentum hoc collocavisse in lib. II. 41, ubi aliud est ex ipso Nonio sub eadem voce exsultare, nisi praeclarus codex Urbinas-Vaticanus ccvii. p. 75. id fragmentum diserte tertio libro de rep. vindicaret. Et quidem videbitur pertinere ad proemium, si respicias Cic. Tusc. II. 21: *est in animis omnium fere natura molle quiddam, demissum etc. sed praesto est domina omnium et regina ratio, quae etc. fit perfecta virtus*. (b) Fortasse hic locus pertinet ad Laelii sermonem (cap. xv) ubi dixit, eos juste servire, qui sui juris esse nequeunt.

(c) Ita Edd. Plantin. et Gotofr. Male Paris. *Poeni*, Codd. Vat. *Pione* vel *Perne* corruptissime; unus autem nihil habet ante *primi*.

*quiddam*] Est in nonnullis libris *quoddam*. *Mr.*

*Sed ut ipsi etc.*] Edd. Fragmm. Cic. *periclitentur seu videant*. Patricius ad h. l.: *Alias erat: sed ut ipsi nimium seu periclitentur*. In Salogae Nonio et alibi: *Sed ut ipsi seu animum periclitentur*, scripsi: *sed ut ipsi seu animum periclitentur*. Nisi forte legendum sit *pro seu animum, suum animum*. Plaut. Amphitr. *Periclitatus sum apimum tuum*. Sch. ad hanc annot., quam dedit in Ed. Fragmm. 1817. p. 278. addit: *Et hic quidem verum vidit. Mr.*

*animum periclitantur*] Ita dixit in Verr. Act. II. L. V. 50. 132. *fortunam—periclitari. Mr.*

*Phoenices*] Recte monet Lehn., quod est in Cod. Vat. *Pione* v. *Perne*, corruptum esse ex *Poeni*. C. Sigonius ad h. l. haec: *Exemplum hoc de Phoenicibus quo spectaverit, plane divinare non possum. Accepit autem hunc locum Cicero ex quarto libro reip. Platonis, ubi ille docet, Phoenices a natura factos ad pecuniam coacervandam et mercaturam exercendam, cum ostendere vellet mores totius civitatis saepe privatorum moribus commutari.*

ritiam et magnificentiam et inexplebiles cupiditates omnium rerum exportaverunt in Graeciam. *Nonius voc. merx.*

Sardanapallus rex Assyriorum luxuriosus, de quo Tullius in tertio de re publica sic ait: Sardanapallus ille vitis multo, quam nomine ipso, deformior<sup>(a)</sup>. *Scholiastes Iuvenalis ad sat. x. 362.*

Quid ergo illa sibi vult absurda exceptio, nisi quis p. 269. Athonem pro monumento vult funditus efficere? Quis enim est Athos aut Olympus tantus? *Priscianus lib. vii. p. 710.*

*Sequentes Augustini locos idcirco in serio non posui, quia in his solus loquitur Augustinus. Eisdem tamen heic attexere iuvat, quia habent interstincta Ciceronis de*

(a) In primis observo, locum hunc Ciceronis lectum fuisse etiam abs Hieronymo prolog. ad lib. II. in Abacuc, ubi ait: *Sardanapallus insultet turpior vitis, quam nomine.* Tum haud scio an locus ponendus sit in Scipionis sermone ante cap. xxxi, ubi de tyranno sermo fuit. Jam de Sardanapalli etymologia satis loquitur Scaliger ad Eusebii chronicon. ed. Amstel. p. 63. 64, citato hoc ipso Ciceronis loco. Denique Augustinus C. D. II. 20 corruptissimae Epicureae reip. formam graphice copioseque describit, cujus picturae colores magnopere suspicor desumptos esse vel e Phili vel e Laelii oratione, id est ex hoc tertio de rep. libro. Sic enim sermonem concludit Augustinus: *quis hanc rem publicam sanus, non dicam Romano imperio, sed domui Sardanapalli comparaverit? etc. quem regem isti si haberent sibi in talibus indulgentem, nec in eis cuiquam ulla severitate adversantem, huic libentius, quam Romani veteres Romulo, templum et flaminem consecrarent.*

Verba Platonis sunt haec: ἢ τὸ φιλοχρηματοῦν ὃ περὶ τοὺς τὴ Φοινίκας εἶναι καὶ τοὺς κατ' Αἰγυπτὸν φαίη τις ἂν οὐχ ἡκίστα. Locus hic est p. 456. Steph. 195. Bekkeri. *Mr.*

*exportaverunt*] Quis est, qui non malit *apportaverunt*? Quis enim ex Phoenicia *exportaverunt* Phoenices *avaritiam* etc. in Graeciam, ut Phoenicia iis malis liberaretur, Graecia inficeretur: sed *apportaverunt*. Phoenices mala ista in Graeciam, vel *importaverunt*, quo verbo de mercibus utitur Caesar B. G. IV. 2. I. 1. B. C. III. 40. De *mercatura* autem ap-

*portare* dicit noxter de Off. I. 42. 151. Sed in Codicum Nonii consensu nihil mutandum videtur: Sch. quoque in Ed. Fraggm. nihil mutandum censuit. *Mr.*

*Sardanapallus*] Quae de hoc rege ejusque nominis descriptione dicenda sunt, collegit Baehrius ad Ctesiam p. 424—436, quae qui legerit, nihil ultra desiderabit. *Mr.*

*absurda exceptio*] Ed. prae. *acceptio*, quod, non inspectis A. Maji Emendd. dedit is, qui editionem Sch. curavit. Quamquam jam recte editur *exceptio* in Schützii Ed. Fraggm. Cic. 1817. p. 84.



*rep. fragmenta, cursumque illius orationis demonstrant, qua Scipio tertium librum conclusit.*

XXXVII. Enitar suo loco, ut ostendam secundum definitiones ipsius Ciceronis, quibus, quid sit res publica, et quid sit populus, loquente Scipione, breviter posuit, attestantibus etiam multis, sive ipsius, sive eorum, quos loqui fecit in eadem disputatione, sententiis (a): numquam illam fuisse rem publicam, quia numquam in ea fuit vera iustitia. Secundum probabiliores autem definitiones pro suo more quaedam res publica fuit, et melius ab antiquioribus Romanis, quam a posterioribus administrata est. *Augustinus C. D. II. 21.*

Nunc est locus, ut, quam potero breviter ac dilucide, expediam, quod in secundo huius operis libro me demonstraturum esse promisi, secundum definitiones, quibus apud Ciceronem utitur Scipio in libris de re publica, numquam rem publicam fuisse Romanam. Breviter enim rem publicam definit esse rem populi etc. populum esse coetum multitudinis, iuris consensu et utilitatis communi sociatum. Quid autem dicat iuris consensum, dis-

(a) Puta Laelii et Mummii, ut in praecedentibus videre est.

Neque magis Priscianum ipsum videtur inspexisse, ubi Krehl. T. I. p. 266. ex Codd. dedit nisi si quis — *efferr* (pro *efficere*): quod quin reciperem parum abfui. De declinatione nominis *Athos* vid. disputantem R. L. Schneider. Gr. Lat. (Formenl. I.) p. 77. sq. Pro *Athos* in Edd. Fragm. Cic. plerisque est *Atho*. Mr.

[*Enitar suo loco* etc.] Omisit hunc Augustini locum Villem. Quod est in medio fragmento *nunquam illam fuisse rem publicam*, ad Romanam rem publicam spectat: in toto enim illo capite id agit Augustinus, ut, quae fuerit Ciceronis sententia de Romana re publica, exponat. Mr.

[*quaedam res publica fuit,*]

A. Majus edidit *quodam*; quod quamquam non facile aliquis explicet, repetiverunt tamen Edd. omnes, non inspecto, ut videtur, Augustino. Ego antequam eum inspexissem, conjiciebam *quondam* vel *quodammodo*: nunc in lectione ea, quae est apud Augustinum Ed. L. Vivis p. 131, merito acquiesco. Mr.

[*ut, quam potero breviter et dilucide, expediam,*] Ita mihi accuratius distinxisse videor, quam Heinr., qui dedit: *ut, quam potero, breviter ac dilucide expediam*. Rationem non addo, quia neminem fore credo, qui eam consideret. Mr.

[*rem populi* etc.] Omisit h. l. A. Majus haec Augustini verba: *Quae definitio si vera est, nun-*

putando explicat, per hoc ostendens, geri sine iustitia non posse rem publicam. Ubi ergo iustitia vera non est, nec ius potest esse. Quod enim iure fit, profecto iuste fit; quod autem fit iniuste, nec iure fieri potest. Non enim iura dicenda sunt vel putanda iniqua hominum constituta: cum illud etiam ipsi ius esse dicant, quod de iustitiae fonte manaverit, falsumque esse, quod a quibusdam non recte sentientibus dici solet, id esse ius, quod ei, qui plus potest, utile est<sup>(1)</sup>. Quocirca, ubi non est vera iustitia, iuris consensu sociatus coetus hominum non potest esse, et ideo nec populus, iuxta illam Scipionis vel Ciceronis definitionem; et si non populus, nec res populi, sed qualiscumque multitudinis, quae populi nomine digna non est. Ac per hoc, si res publica res populi est, et populus non est, qui consensu non sociatus est iuris, non est autem ius, ubi nulla iustitia est, procul dubio colligitur, ubi iustitia non est, non esse rem publicam. Iustitia porro ea virtus est, quae sua cuique distribuit. *Augustinus C. D. XIX. 21.*

*quam fuit Romana res publica, quia nunquam fuit res populi, quam definitionem voluit esse rei publicae. Populum esse definit coetum etc. Mr.*

*quod de iustitiae fonte manaverit.] Cic. de N. D. III. 19. 48. dicit: haec enim omnia ex eodem fonte fluxerunt. Mr.*

*(1) Sic apud Platonem reip. I. p. 338 definitur a quodam iusti-*

*tia τὸ τοῦ κρείττονος ἐνυσιόων. Sic quoque Cicero ore Philii dixisse videtur.*

*Justitia — est, quae sua cuique distribuit.] Est haec locutio Ciceroniana: ita de N. D. III. 15. 38. Nam justitia, quae suum cuique distribuit, quid pertinet ad deos? hominum enim societas et communitas — justitiam procreavit. Mr.*

## SCHOLION

## De quarti libri fragmentis. (\*)

P. 271. Lactantium duplici et vera laude ornat Hieronymus (ep. 58 et 70), quod nempe quasi quidam fluvius eloquentiae Tullianae fuerit, et quod dialogorum Ciceronis epitomen fecerit. [Conf. Praef. §. v. p. 16.] Dialogorum autem Tullianorum nomine libros fere de rep. abs Hieronymo aliisque auctoribus κατ' ἐξοχήν signi-

(\*) Cum in hac editione nobis non id propositum sit, ut plura, quam A. Majus concessit, fragmenta librorum de re publica conquiramus, (cui labori neque otium, quo perexiguo fruor et fere nullo, neque bibliothecae hujus urbis subsidia praebent) sed ut, quae operose felicissimeque conquistavit A. Majus, nostris curis et emendatiora et explicatiora prodeant: illud quidem augendarum copiarum munus, cui plene satisfacere non possemus, aliis relinquimus; nostrum vero esse duximus, ut, quae conquirendi majoris apparatus ab aliis monstratae essent viae, lectoribus nostris non celaremus. Excerpsimus igitur h. l. ea, quae Censor Lipsiensis (1824. 6. p. 46. sq.) de quarto hoc libro disputavit. Ita igitur ille: „Informaverat „quarto libro Scipio mores et disciplinam rei publicae vitaeque civilis ad „Romanae rei publicae normam. Quod cum ipse probe perspexerit A. „Majus, mirari subit, non vidisse eundem, quam multa ex hoc libro au- „serit Valerius Maximus, in primo praesertim et secundo libro. Nam, ut „hoc utar, ad verbum convenit II. 1. 7. cum fragmento Vaticano c. iv. „pre. . . ri, nudari puberem. Ita sunt alte repetita quasi fundamen- „ta quaedam versandiae. Tum Valer. M. ib. 6. coll. Cic. c. 8. pre. in „loco Nonii s. v. jurgium: et Val. M. VIII. 11. extern. 1. coll. Cic. I. 16. „Quod ab A. Majo eo magis nobis concessum iri credimus, cum ipse ad „I. 15. comparaverit Valer. Max. VIII. 11. 1. et ad IV. 6. ex Nonio v. „temulenta conferat Val. Max. II. 1. 5. VI. 3. 9. et IV. 1. ext. 1. ad „Cic. I. 38. Attamen existimo, Valerium II. 5. 2. non hausisse ex libro „v. quamquam Cicero ipse ad Att. VI. 1. testatur se (vel potius Africa- „num) de Pastis a Cn. Flavio scriba prolatis in his libris esse locutum. „Sed etiam ex IV. de rep. libro, cujus argumentum in fragmentis ad fin. „cap. 7. ex Augustini Ep. cxi. 3. adumbratur, nonnulla videntur conser- „vata apud Val. Max. veluti II. c. 5. c. 1. n. 2—4. 8 sqq. VI. c. 1. Quod „vero attinet erga conjugale vinculum fidem, quae laudatur in illo Augu- „stini fragmento, mihi suspicio movetur, illud quoque fragmentum, quod „a Nonio s. v. firmiter et a Prisciano L. xv. p. 1010. ex Cic. de Rep. „in VI. laudatur, et ab A. Majo p. 308. collocatum est, [Firmiter enim „maiores nostri stabilita matrimonia esse voluerunt:] huc esse referen- „dum. Quod qui concesserit, facilius etiam illud nobis largietur, si con- „templantes fragmenta c. VIII. (in primis illud quod est apud Nonium v. „sanctitudo: Eisdem terminos hominum curae atque vitae sic pontifi- „cio jure sanctitudo sepulturae, ubi pro sic legendum videtur sgt i. e. „significat, ut sensus sit: ut hominum curae, ita ne vitae quidem ullos „esse terminos. Coll. Lael. 4. 2.) huc quoque referendum esse statuimus „fragmentum ibidem locutum: Oratio extat Laeli, quam omnes habe- „mus in manibus, quam simplicitate pontificum diis immortalibus grata „sint, Samiaeque. ut ibi scribit, capedines. Habet enim pro numero VI „unus Cod. Vat. Nonii v. Samium numerum III. unde expiscamus IV.— „Lubentes quidem concedimus, plura apud Lactantium, quorum ignoramus „fontem, ex hoc libro esse hausta; iidem tamen existimamus, A. Majum „in Scholio huic libro praemisso absum esse ipsius Lactantii testimonio „ex Inst. VI. 24. extr. haec est illa lex, ut a Cicerone dictum est, „praeclara et divina etc. — si quis volet cetera omnia comprehendere, „ex fonte ipso petat, unde ad nos rivus iste manavit. Quod si enim „antecedentis, in primis §. 27. contuleris, quae manifesto ad scripturae „sacrae locos spectant (v. c. Jesa). I. 10. 11. Psalm. 40, 7. 50, 13. sq. „Hebr. 10, 4. 5.), non dubitabis concedere, fontem istum non esse Cice- „ronem de re publica, sed scripturam sacram. Quod vero ibidem lau- „datur Cicero, illud spectare credo ad egregium locum III. 22. qui in „eodem Lactantii libro c. 8. §. 7. laudatur, fortasse etiam ad de Off. III. 3. „§. 23. extr.“ Mr.

ficari, sapiens Patricii et A. Schotti observatio est; quia scilicet nulla disputatio maiore sit contentione habita aut inter plures. Iam quantum e superioribus de rep. libris Lactantius decerpserit, liber meus late demonstrat; etsi nondum cumulate: puto enim esse alias apud hunc auctorem (nec non apud Augustinum) civiles Tullii reliquias, quas deinceps, ut auguror, doctorum virorum acumen detegat, et in sedes quamque suas quasi postliminio revocabit. Nunc ego quartum de rep. librum adumbraturus, cuius minimum in Vaticano codice fragmentum superest, pauca alia apud quosdam veteres; ad Lactantium denuo respicio: in huius quippe operibus imaginem mihi quandam praedicti libri deprehendere videor.

Mores et disciplinam reip. informavisse hoc libro Tullium, in confesso est: cunctae enim eo spectant reliquiae. Porro Lactantius sive in institutionibus vi. 20—24, sive etiam in epitome cap. 62. 63 de moribus ita disserit, ut Tulliana fragmenta ad eius orationem facile accommodentur. Scribit enim Lactantius contra quinque sensuum voluptates. Et in voluptate quidem oculorum spectacula vituperat circi et scenae: in aurium voluptate musicam, nec non carminum ac suavioris orationis illecebras: in voluptatibus saporis et odoris satis habet dicere, turpe esse sapienti ac bono, si ventri et gulae serviat, si unguentis oblitus ac floribus coronatus incedat: in tactus voluptate libidinem gravi et multa oratione castigat. Generatim vero parsimoniam, continentiam, simplicitatemque vitae commendat. Quibus peroratis, ait cap. 24: *haec est illa lex Dei, ut a Cicerone dictum est, praeclara et divina, semper quae recta et honesta iubet . . . cuius legis pauca equidem capita posui . . . si quis volet cetera omnia comprehendere, ex fonte ipso petat, unde ad nos rivus iste manavit.* Illam quoque imitationem esse constat, quod tam in Tullio, quam apud Lactantium, disputationem de iustitia sequitur haec doctrina de moribus. Sed enim ordinem Tulliani libri utrum Lactantius in tanta, qua utitur, libertate servaverit, incertum est: immo ab eo saepe desertum arbitror. Quamobrem ego has reliquias etsi quaedam in capita conglobavi, sedem tamen earum primitivam et veram divinare non queo. Nam et prisci fragmentorum de rep. sarcinatores, Sigonius atque Patricius, quantopere a vera serie, nulla ipsorum fraude, aberraverint, nunc demum editione mea patefactum est.

Iam quod Lactantius de Opif. D. cap. 1 ait, Tullium temptavisse in quarto de rep. libro rationem animi et corporis explicare, id quidem ad libri initium pertinere videtur: nam qui de moribus dicturus erat, recte admodum isto pacto praefatus foret: atque ita Cicero ingreditur in moralem legum tractatum, praeposita (leg. I. 7 et 8) corporis terrestri, animi vero divina, origine. Morum quippe solus homo capax est: facta autem humani corporis et animi descriptione, sequitur ea conclusio, ut potior hominis pars esse animus dicatur, in quo respse sunt mores: quare et homo definitur *animans moralis*. Atque haec est doctrina Varronis apud Augustinum C. D. xix. 3; immo potius Antiochi, (\*) qui, teste eodem Augustino, magister Varronis et

(\*) Conf. de hoc philosopho Cic. Acad. I. 4. II. 43. de N. D. I. 7. p. 28. ed. nostr. et Mos. de Legg. I. 21. p. 131. ed. Mos. et nostr. ibiq. Turneb. Adde Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotyp. I. 33. §. 235. Cr.

Ciceronis fuit. Valde igitur suspicor, Tullium hoc loco et praeceptoris Antiochi et Varronis amici doctissimi orationem usurpavisse. Summum bonum in philosophia Varro quaerit *non pecudis, sed hominis*. Cicero item, ut mox videbimus, *idem esse non putabat arietis et P. Africani bonum*: quae videntur verba interloquentis cuiuspiam, Laelii fortasse, qui librum quartum exorsus sit. Varro sentit, *in hominis natura duo esse quaedam, corpus et animam; et horum quidem duorum melius esse animam longeque praestabilius non dubitat*. Cicero quoque, Lactantio et Petro Blesensi testibus, *pluris esse animam praestabilioremque corpore adfirmavit*. Porro haec omnia quam recte ad disputationem de moribus ducant, nemo non videt. Lactantius rursus Inst. III. 8. Tulliane loqui videtur: namque hominis bonum statuit esse diversum a ceterorum animantium bono: exin, Tullii sententiam memorat, qui virtutem summum hominis bonum putavit. Et Lactantius quidem iure decernit, hominem colendi Dei gratia esse natum; addit tamen, servire Deo, nihil aliud esse, quam bonis operibus tueri et conservare iustitiam: de qua scilicet virtute in praecedente civili Tullii libro sermo fuit. Denique sententiam, quam alibi Tullianam dicit, haec quoque inculcat Lactantius, *pluris videlicet esse animam, quam corpus*. Atque his indiciiis haud satis scio, utrum illam de corpore et animo non longam disputationem, quam in Ciceronis quarto de rep. Lactantius legebat, partim saltem cognoscere liceat.

Denique inter eos, qui Ciceronis de rep. opus legerunt, vix dubito, quin martyr Cyprianus numerandus sit. Rhetor quippe fuit gloriosissimus, ejusque eloquentiam eximiiis meritisque laudibus a Lactantio Inst. v. 1, atque abs Hieronymo de vir. ill. et ep. 58 et 70 elatam videmus. Is autem in aureo ad Donatum opusculo sic circi, scenae, privatarum domuum, et deinde fori flagitia describit, ut cum fragmentis quarti de rep. libri non rebus solum, verum etiam quadam serie valde congruere videatur. Rursus, quae ibidem Cyprianus graphice addit de ambitionis et de luxu ac superbae potentiae malis, ea pariter et cum his fragmentis non pugnant, et cum Scipionis verbis consonant, quae is in primo de rep. libro cap. xvii dicit de rerum humanarum desipientia. [Ex iis, quae de argumento libri hujus vel scimus vel suspicari possumus, Villem. concinnavit disputationem admodum probabilem paginarum fere 60, quae, ne in nimiam molem excreseat haec editio, huc transferri non potuit. *Mr.*]

---

## M. TVLLII CICERONIS

## DE RE PVBLICA

## LIBER, III.

I.... Tentabo, quoniam corporis et animi facta P. 273. mentio est, utriusque rationem, quantum pusillitas intelligentiae meae pervidet, explicare. Quod officium hac de causa maxime suscipiendum puto, quod M. Tullius, vir ingenii singularis, in quarto (<sup>a</sup>) de re publica libro, cum id facere tentasset, (<sup>b</sup>) materiam late patentem angustis finibus terminavit, leviter summa quaeque decerpens. Ac, ne ulla esset excusatio, cur eum locum non fuerit exsecutus, ipse testatus est, nec voluntatem sibi P. 274.

(a) Recolenda sunt, quae de hominis descriptione Tulliana diximus in scholio ante tertium librum. Certe lectio Lactantii quarto (non tertio) sana esse videtur; sic enim habet editio princeps Sublacensis anni MCCCCLXV; sic item Romana in aedibus Petri de Maximis anni MCCCCLXVIII, aliaeque octo decimi quinti saeculi, quas in manibus habeo, Lactantii editiones. Habet quarto etiam codex vetustissimus Bononiensis, et tres Taurinenses, uti me certiore fecerunt per litteras viri illustres Philippus Schiassius et Amedeus Peyronus. (b) Hoc loco post temptasset vulgo interponitur particula parum Ciceroni honorifica nihil prorsus effecit; nam etc. Sed tamen hac particula merito carent editio Sublacensis, editio praedicta Romana, nec non Veneta anni MCCCXO, permultique codices. In codice autem Bononiensi ea particula scribitur in inferiore paginae margine, manu posteriore, etsi antiqua, uti me monuit cl. Schiassius. At enim spuriam esse particulam, satis arguit ipse Lactantius, qui Inst. II. 10 Tullianam illam hominis descriptionem adhuc memorans ait, Ciceronem eam esse exsecutum pluribus quidem locis, sed tamen materiam tam copiosam et uberem strictim contigisse. Non ergo ait, nihil prorsus Tullium effecisse. Quid quod reapse Cicero N. D. II. 53. sqq. non strictim sed copiose eam materiam scribit? Utrum vero divus Ambrosius hexaem. VI. 7. 9. in illa luculenta hominis descriptione libros Ciceronis de rep., tertium scilicet vel quartum, imitetur, nescio equidem: sed argumentum certe persimile est; antiquitas

leviter summa quaeque de operarum, nisi fallor, errore. cerpens.] Villem. edidit leniter, Mr.

defuisse, nec curam (a). In libro enim de legibus primo, cum hoc idem summam stringeret, sic ait: Hunc locum satis, ut mihi videtur, in iis libris, quos legistis (b), expressit Scipio. *Lactantius de Opificio divino* (c) cap. I.

Atque ipsa mens, quae futura videt, praeterita mement. *Nonius de num. et cas.*

Praeclare M. Tullius, Etenim (d) si nemo est, inquit, quin emori (e) malit, quam converti in aliquam figuram bestiae, quamvis hominis mentem sit habiturus; quanto est miserius, in hominis figura, animo esse efferato? mihi quidem tanto videtur, quanto praestabilior est animus corpore (1). *Lactantius Inst. v. 11.*

autem et eruditio Ambrosii facit ne temere suspicari videar. Utique Ambrosius Ciceronis de rep. libros legit, ut evidenter docui in testimoniis. (a) Haec verba: *nec voluntatem sibi defuisse, nec curam*, ii, qui fragmenta de rep. consarcinaverunt, scribere solent separatim tamquam puta Tulliana; quod contra omnino est: Lactantii quippe sunt, dicentis, fidem fecisse Tullium, nec voluntatem exsequendae rei sibi defuisse, nec curam, quia nimirum ipse declarat in legibus I. 9, videri sibi Scipionem satis eum locum expressisse in libris de rep. Immo illis verbis *nec voluntatem sibi defuisse nec etc.* imitatur Lactantius Tullium de rep. III. 8. (b) Var. Lect. quos de rep. legistis, quod glossema videtur. (c) Ita Cod. Bonon. pro *de opificio Dei*, ut vulgo in editionibus legitur. (d) Quoniam ex opere Tullii sequentia verba sumat Lactantius, incertum est; videtur tamen ex hoc quarto de rep. sumere, propter illam comparationem animae et corporis. Nisi forte locus pertinet ad tertium librum, id est ad Laelii sermonem, quo fortasse dixerit in lacunis post cap. xxxii, hominem detracta iustitia immanitatem gerere beluae in hominis figura, ut de Off. III. 20. Sane utrumque Tullii locum vel sibi vindicat vel imitatur Lactantius de ira D. xii, et de Op. D. III. Vide et Ambros. Off. II. 13. (e) Al. *mori*.

*summam stringeret,*] Lactantius quamvis dicatur Cicero Christianus, permulta tamen habet, a Cicerone plane aliena, quale est initio hujus loci *pusillitas*, hoc loco *stringere*: quod verbum, quamquam diu resedit in loco de Off. III. 31. 111., inde jam dudum exulat et verbo *adstringere* locum fecit. Glossema, quod ait esse A. Majus in loco Lactantii, videlicet ut sit in aliquot Codd. *quos de re publica legistis*,

in librorum de Legg. Codicibus non apparet. *Mr.*

*Atque ipsa mens,*] Hoc fragmentum post Augustini locum (quem plane ejecit Heiar.) reposuit Sch. *Mr.*

(1) Petrus Blesensis epist. lxxxv ait: *Cicero et Apulejus et, quod majus est, Augustinus et Hieronymus testantur, plus esse animam, quam corpus.* Adde et Lactantium *Inst. III. 9. ff. 16.* Floruit saeculo post Christum

*Ait quodam loco Tullius, se non putare idem esse arietis et P. Africani bonum. Augustinus contra Iulian. P. 275. nr. 60 (1)*

Eademque obiectu suo umbram noctemque efficiat, cum ad numerum dierum aptam, tum ad laborum quietem (a). *Nonius voc. aptam.*

Cumque auctumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, hieme ad conficiendas relaxarit; aestiva maturitate alia mitigaverit, alia torruerit (b) (2). *Nonius voc. mitis.*

(a) Variant mendosique sunt de more codices Nonii atque editiones. (b) In edita de rep. fragmenta obrepserunt, ut alibi, supplementa emendationesque Patricii, quibus necessario fides detrahenda est, ut jubet ipse Patricius in secundis curis. In codicibus quoque Vaticanis est ille error a fistula, pro aestiva, ut correxit Patricius. Item in iisdem codd. bis est concipiendas; ego vero secundo loco recipio emendationem conficiendas, exclusis tamen Patricii additamentis.

duodecimo Petrus; qui utrum Ciceronis libros de rep. legerit nec ne, merito ambigendum est. [Ad Blesensis locum quod adinet, conferatur Cicero Fin. v. 31. et Off. II. 13. A. M. in Add.]

(1) Hunc locum magnopere existimo e libris de rep. fuisse petitum, tum propter Africani mentionem, tum quia ibidem Augustinus non semel expilat politicum Ciceronis opus. Conferendus est idem Augustinus in ps. **xcix.** 5; praesertimque Lactantius Inst. III. 8, et epitom. **xxxiii.**

*Eademque obiectu etc.*] In Ed. Aldina ad calcem Cornu Copiae Nic. Perotti p. 1312. sq. hic locus ita legitur: *Aptam, necessariam: M. Tullius de rep. lib. iv. Eademque obiectum vivo, atque umbram noctemque efficiat, cum ad numerum dierum aptam ad laborum quietem.* In Edd. Fragmm. Cic. est *eademque soli obiecta umbram etc.* Sed Car. Sigonius reperit in libris: *eademque obiectam vivo*, annotavitque: His verbis, quamquam mendosis, satis certum est de terra disseri, quae obiecta soli diem

noctemque ad humanorum laborum quietem efficiat. Sic enim etiam locutus est de Natura Deorum [II. 19. p. 280 sq. ed. Cr. et nostr. ubi vid. annot.] *Umbra terrae, soli efficiens, noctem efficit.* Mr.

*auctumno*] Ita scripsi cum Heincr. pro *autumno*, quod, quamquam minus probum, maluerunt reliqui. Vid. Cellar. Orthogr. p. 184. Nolten. Lex. Antibarb. p. 25. Grotfend. Orthogr. Lat. I. c. §. 144. In Edd. Fragmm. Cic. hic locus ita legitur: *Cumque auctumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, hieme ad conficiendas (al. concipiendas) compresserit, vere ad effundendas relaxarit (Patr. diffundendas) aestate ac maturitate alias (Patr. ad maturitatem alia) mitigaverit, alias (Patr. alia) torruerit.* Ubi Sch. in Ed. Frgmm. Cic. 1817. ait: lectio *ad maturitatem* sine dubio vera est; altera Patricii emendatione *diffundendas* facile caremus. Mr.

(2) Haec pertinent ad illam hominis descriptionem, cujus causa



Cum adhibent in pecuda pastores. *Nonius voc. pecuda.*

*Cicero in quarto de Re publica: Armentum et ab eo armentarius (a). Priscianus super XII. ver. Virg. p. 1220.*

P. 376. II. ... (\*) gratiam. Quam commode ordines P. 111. descripti, aetates, classes, equitatus (b), in quo suffragia sunt, etiam senatus: nimis multis (c) iam stulte hanc utilitatem tolli cupientibus, qui

(a) Verba et ab eo armentarius videntur ipsius Prisciani. Utrum autem hic et praecedens locus huc pertineant, et de famulatu mutorum erga hominem loquantur (ut Cic. in loco simili Leg. I. 8), valde incertum est.

(\*) Folium unicum in Vaticano Codice superest cum inscripto titulo quarti libri. Etsi autem hae quatuor pagellae valde exiguae particulam habent, nihilominus id confirmant, quod edita fragmenta innuebant, nempe quarto libro actum fuisse de disciplina reip. deque moribus instituendis; quod ut fieret, postulavit a Scipione Tubero lib. II. 38. Rursus ex hac particula constat, quanta severitate Cicero diffluentes civium mores castigandos atque intra pudoris septa coercendos putaverit: cuius perfectae doctrinae laude nemo prope ex antiquis philosophis par Ciceroni est. Lege praesertim de Senectute, et Tusc. iv. Porro hanc partem politicorum librorum de educatione et de disciplina eo magis perisse dolendum est, quod eadem de re dissertatio, quam Cicero in Legibus III. 13. (quod opus posterius aetate est) exornatum se promittit, nulla est in superstitie illius operis parte, latetque adhuc in amissis legum post tertium libris. (b) Hunc locum suum imitatur ipse auctor Tusc. iv. 1; subdit autem se de moribus institutisque majorum et disciplina ac temperatione civitatis accurate locutum esse maxime in sex libris de rep. (c) Cod. multi.

mundum esse factum ait cum Stoicis. Lactantius de ira D. XIII: *sol irrequietis cursibus et spatiis inaequalibus orbis annuos conficit, et aut oriens diem promit ad laborem, aut occidens noctem superducit ad quietem, et tum abscessu longius ad meridiem, tum accessu propius ad septentrionem hiemis et aetatis vicissitudines facit; ut et hibernis humoribus ac pruini in ubertatem terra pinguescat; et aestivis caloribus vel herbidae fruges maturitate durentur, vel, quae sunt in humidis, incocta et ferve-*

*facta mitescant. Luna etc. Confer eundem Lactantium Inst. II. 11; Ambros. Off. I. 14; Cic. Leg. I. 8, ac praesertim de Sen. xv.*

*Cum adhibent]* Neque vox *pecuda*, neque, quae paulo superius legitur, *objectu*, in reliquis Ciceronis libris exstat. *Mr.*

*Cicero in quarto]* Omisit hoc fragmentum Heinr. *Mr.*

*Armentum]* In Edd. *Fragmm.* Cic. scribitur hoc fragmentum: *Armentum habeo.* Vid. Krehl. ad Priscian. I. c. T. II. p. 281. *Mr.* *suffragia sunt, etiam senatus:]* Ita distinxit Heinr. posita dist.

novam largitionem quaerunt aliquo plebiscito reddendorum equorum (¹).

III. Considerate nunc cetera, quam sint pro-  
 P. 112. vivendi societatem: ea est enim | prima causa  
 coeundi (²), et id hominibus effici ex re publica P. 377.  
 debet, partim institutis, alia legibus. Principio  
 disciplinam puerilem ingenuis (de qua Graeci  
 multum frustra laborarunt (³), et in qua una

(a) Graecorum disciplinam puerilem mox reprehendit Cicero. Sed tamen Graeci philosophi magnam ejus rei curam prae se tulerunt. Legesis Isocratem ad Demonicum; Xenoph. Cyrop.; Platonem Leg. I. p. 643. II. 664. VII. p. 813, et reip. lib. IV; tum

min. post sunt, quae abest a reliquis. Hinc sibi credible esse ait Niebuhrius in libello, quem inscripsit *Duplik gegen Herrn Steinacker*, p. 10., ab Heinr. agnoscit *sex suffragia* (de quibus vide Excursum nostrum ad II. 22.) quamquam non additus sit numerus. Mr.

(1) Quamquam Gracchi legibus suis patrimonium publicum dispensarent, et aerarium exhaurirent (Off. II. 21), nihilominus patronos se aerarii in orationibus ostentabant (Cic. Tusc. III. 20). Itaque et hanc technam cum fautoribus suis excogitavisse videntur, jubendi scilicet equites reddere equum, qui publica impensa duorum millium assium ex ordinatione Servii Tullii alebatur. Ejus autem plebisciti speciosa causa fortasse erat, quod multo plures, ut fit, equum impetravissent, quam qui stipendia mererent.

*Considerate nunc cetera.*] Distinctionem posui cum Heiur. Lehn. et Steinack. quam omitunt reliqui Edd. Sed haud incommoda, et melius fortasse, etiam ita posses distinguere: *Considerate nunc, cetera quam sint etc.* Mr.

(2) Ex Aristotele reip. III. 9: *τέλος μὲν οὖν πόλεως τὸ εὖ ζῆν... τοῦτο δ' ἔστι-τὸ ζῆν εὐδαιμόνως καὶ καλῶς.* Recole dicta a Tullio lib. I. 25.

*partim institutis, alia legibus.*] Plane eadem constructione usus est noster de Divin. I. 42. *multa inusitata partim e caelo, alia ex terra oriebantur.* Mr.

*disciplinam puerilem ingenuis*] *Zachariae* in libro quem inscripsit *Staatswissenschaft. Betrachtungen über Cicero's Werk vom Staate* p. 244. conjicit legendum esse: *disciplinam puerorum ingenuorum*: quod ad sensum optime; sed eundem sensum praebet lectio codicis. Nam et *disciplina puerilis* optime dicitur pro *disciplina puerorum*, ut apud Ciceronem est *doctrina puerilis* de Orat. III. 31. 125; et *ingenuis* construitur ab *esse*, quod est infra (*esse voluerant*), et *ingenui* (sine substantivo) ponuntur substantive Orat. in Catilin. IV. 7. 15. et proximo statim hujus libri capite. Mr.

(de qua — *accusat*)] Parentheseos signis haec dudum circumscriptimus, ut interruptam constructionem in oculorum conspectum poneremus. Nunc idem vi-

Polybius, noster hospes, nostrorum institutorum negligentiam accusat<sup>(1)</sup>) nullam certam aut destinatum legibus, aut publice expositam, aut unam omnium esse voluerunt<sup>(2)</sup>. Nam || . . . .

Deciderantur  
pugnae neque  
plus octo ne-  
que minus  
quatuor.

F. 178. *Secundum Tullium, qui dicit, ad militiam euntibus dari solitos esse custodes, a quibus primo anno regantur. Servius Aen. V. 546 (a).*

Aristotelem reip. v. 9, qui praeterea de institutione puerili totum scribit librum octavum; denique Plutarchum *περί παιδων ἀγωγῆς*, quem ceteroqui libellum graviter accusat *voθειας* Wyttenbachius t. I. Opusc. p. 463. sqq. Equidem haud dubito, quin Cicero Latinos quoque auctores, quos inter aequalem suum Varro-  
nem, expilaverit, cujus opus *Cato vel de liberis educandis* citatur a Nonio, et, secundum emendatas lectiones, a Gellio rv. 19. atque Macrobio Sat. III. 6. Catonis quoque extiterunt praecepta ad filium de moribus. Ego vero magnopere hortor adolescentes ut illa etiam inspiciant nobilissima praecepta vivendi, quae eorum aetati tradit Augustinus de Ord. II. ff. 25; inter quae illud est, alibi a me jam memoratum, ut *remp. nolint administrare nisi perfecti*. Jam illo se loco Augustinus non auctorem sed exscriptorem (Tulline an alius?) ipse fatetur ff. 28: *haec praecepta vivendi, quamvis hic meis verbis pro tempore expressa sint, non tamen a me inventa. His enim magnorum hominum et paene divinatorum libri plenissimi sunt*. Porro Augustinum praedicto in opere valde imitari Ciceronem de rep. demonstravi superius p. 215, et p. 219. n. 1. Idem Augustinus contra Acad. III. ff. 35 ait adolescentium vitae educandae atque instituendae omnes litteras Ciceronis vigilavisse. (a) Quamquam Servius ex incerto Tullii opere locum laudat, nihilominus haud vana conjectura est, eum ad hanc sedem pertinere.

demus a Schützio esse factum, sed male eundem post *ingenuis* distinxisse. Lehnerus haec, ut solet, inter duas lineas transversas posuit. *Mr.*

(1) Fortasse libro historiarum sexto, in quo Romanorum politiam accurate Polybius scripserat.

(2) Omni tamen aevo videntur convenisse Romae in ludum litterarium pueri et puellae, ut Virginiae exemplum demonstrat. Controversiam ventilat Quintilianus Inst. I. 2, utrum nempe utilius domi, an in scholarum frequentia, erudiantur pueri. Sed enim de institutione tantum litteraria ibi sermo est; Cicero autem universam disciplinam puerilem attingit,

prorsusque videtur commendavisse morem Romanum, ut pueri pro parentum arbitrio instituerentur. Quare et vix dubito, quin idem hoc libro locutus fuerit de patria quoque potestate, quam summam apud Romanos, minimam apud Graecos, fuisse observat Dionysius II. 26. Item Varro libro *de liberis educandis* hanc quaestionem haud praeteriit, quod satis indicat ejus locus apud Nonium voc. *reiculas* his verbis: *et ut in grege opilio oves minus idoneas remove. solet, quas reiculas appellat; saepe enim unus puer petulans atque impurus inquinat gregem puerorum.*

P. 115. III. . . . ri, nudari (<sup>a</sup>) puberem. Ita sunt alte repetita quasi fundamenta quaedam verecundiae (<sup>b</sup>). Iuventutis vero exercitatio quam absurda in gymnasiis (<sup>1</sup>)! quam levis ephobo-

(a) Vocabulum *nudari* superadditur in codice inter *ri* et *puberem*. Id nisi vocabulum fuisset superadditum, haud erat absurdum histus finem ita fere sarcire: *more Romano cum patre filium non solere lavari puberem*; quam rem testantur Cic. Off. I. 35, de Or. II. 55; Plut. in Cat. cens. xx, et quaest. R. t. vii. p. 109; Ambros. Off. I. 18. Ad locutionem *nudari puberem* num illud quoque referendum est, quod egressi pueritia primo anno jubebantur *brachium toga cohibere*? scilicet ne rejecta toga corpus juvenile nudaretur, quum prisco more toga sine tunica uterentur, campestri cincti. Pronum autem mihi creditum est, hac fere lacuna laudavisse Tullium Ennii illum versum, ut Tusc. iv. 33: *flagitii principium est nudare inter civis corpora*. De pudicitia Romanorum lege Dionysium vii. 42. Citatur a Servio Aen. iv. 45 Varronis de pudicitia liber, quem Cicero inspexisse credendus est.

(b) Ita Cod. 2. manu; at 1. *verecundae*.

*nudari puberem*.] Conferre nos jubet censor, quem ad hujus libri prooemium laudavimus, Lipsiensis Valerium Max. II. 1. 7. ubi nostri loci vestigia impressa apparere dicit: *Hujusmodi inter conjuges verecundia. Quid? inter ceteras necessitudines nonne appareret consentanea? Nam ut minimo indicio maximam vim ejus significem, aliquamdiu nec pater cum filio pubere, nec socer cum genero lavabatur. Manifestum igitur est, tantum religionis sanguini et affinitati, quantum ipsis diis immortalibus tributum: quia inter ista tam sancta vincula non magis, quam in aliquo sacro loco nudare se nefas esse credebatur: ubi, quidquid dicant interpretes in Ed. Torrenii (Leid. 1726. 4.) p. 125. sq. legendum est non minus. Mr.*

*alte repetita*] Ita dixit de Legg. I. 6. 18. *alte vero, et — a capite — repetitis, quod quaerimus*. Sed hoc consuetum; singulare autem est, quod dixit Epp. ad Famm. III. 5. *quoniam ex alto repe-*

*tita sunt*. Verbis quasi — *quaedam excusat minus proprium verbi fundamenta usum*, cum loquitur de *verecundia*. Similis est ratio loci de Off. I. 27. 93. *in qua verecundia et quasi quidam ornatus vitae — cernitur. Mr.*

*in gymnasiis!*] Huc faciunt, quae ex II. Cic. de Legg. libro laudat Lactantius Div. Inst. I. 20. *Graecia — Cupidinum et Amorum simulacra in gymnasiis consecravit*: qui locus est in Ed. nostr. et Cr. p. 477. ubi vid. annot. p. 477. sq. Mr.

(1) Intelligit *γυμνασιαίαι*, quam ne apud Graecos quidem priscam fuisse ait Dionysius vii. 72; et, cum primum instituta est, vituperatam tradit Plato Reip. v. p. 452. Insanum esset, hac de re congerere flagitia Graecorum; quae nimis multa scribunt Athenaeus lib. xii et xiii; Plutarchus in Lyc. et Apoph. Lac.; Xenoph. de rep. Lac.; Propert. III. 14; aliique poetarum.

P. 279 rum illa militia (¹)! quam contrectationes(²) et amores soluti et liberi! Mitto apud Eleos et Thebanos, apud quos in amore ingenuorum libido etiam permissam habet et solutam licentiam (³). Lacedaemonii ipsi cum | omnia conce- P. 114. dunt in amore iuvenum, praeter stuprum(⁴), tenui sane murò dissaepiunt id, quod excipiunt(⁵): complexus enim concubitusque permittunt: pallas (ᵇ) inter pecus. Hic Laelius, Praeclare intel-

(a) Ita Cod. 2. manu; at 1. *contrectationis*. (b) Ita lego prorsus in codice; et notemus adagium. Pallis seu velis dissaepiebantur olim conclavia, ut illa Antigoni regis apud Senecam de ira III. 22, observante Forcellino: *cum inter dicentes et audientem palla interesset*. Sic etiam Theoderici regis palatio praetenduntur pallae in musivo Ravennatensi; et sunt pro foribus in Vaticani Virgilii nec non Terentii picturis. Vis autem proverbii est: *si pallas inter homines obtendas, eas ob reverentiam, nisi data licentia, tollere non audebunt; pecus (lascivientes nimirum*

(1) Scilicet dum essent *περιπολοι*; qua super re legatur Corsinus Fast. Att. diss. xi. 5. Conferendus praeterea Plato Leg. vii. p. 796. Nota est Thebanorum amantium legio. Plut. in Pelop. xviii, et Athen. xiii. 2.

*contrectationes*] Obscoeno etiam (neque alio usquam) sensu utitur hoc substantivo de N. Deorr. I. 27. 77. *cur non gēstret taurus equae contrectatione, equus vaccae?* Mr.

*Mitto apud Eleos et Thebanos,*] Respicit Platonem in Symposio p. 182. a. b. p. 388. ed. Bekker. et plura etiam ex Pausaniae oratione in eodem dialogo. Cr.

(2) Xenoph. de rep. Lac. II. 13; Plut. amat. t. ix. p. 51.

*Lacedaemonii*] De ea re vid. Nic. Cragium de Rep. Lacedaem. III. Inst. xi. p. 178 — 180. Ed. Santandr. 1593. 4. Sed nunc potissimum K. O. Müller. d. Dorier II. p. 296, qui probat stuprum apud Lacedaemonios gravi affectum esse poena. Sed idem uni-

verse de tota hac re amatoria loquitur eamque dijudicat, et nostrum quoque locum attingit. Conf. etiam ad nostrum locum *Welcher d. Aeschylische Trilogie Prometheus* p. 419. de Thebanis id. p. 348. Mr.

(3) Xenoph. de Rep. Lac. II. 14. 15; Plut. Inst. Lac. initio.

*dissaepiunt id, quod excipiunt:*] Minus bene Steinack. distinxit ante *id*; quod quando liceat vel faciendum sit, non est, quod doceam. Vide modo Ruddimanni Inst. Gramm. Lat. II. p. 23. ibiq. Cic. pro Sext. c. 17. Add. de Off. II. 23. 83. *At ille Graecus, id quod fuit sapientis et praestantis viri, omnibus consulendum putavit:* de Or. I. 44. 196. *Ac si nos, id quod maxime debet, nostra patria delectat.* Mr.

(4) Id discrimen, ut nugatorium, merito irridet Cicero Tusc. iv. 53.

*pallas inter pecus.*] Ad A. Maji annotationem add. Pollux Onomast. x. 32. ibiq. interpr.

ligo, Scipio (<sup>1</sup>), te in his (<sup>a</sup>) Graeciae disciplinis, quas reprehendis (<sup>b</sup>), cum populis nobilissimis malle, quam cum tuo Platone (<sup>c</sup>), luctari, quem ne attingis quidem; praesertim cum || (<sup>d</sup>)...

V. Adeo ut Cicero dicat in libris (<sup>e</sup>) de Re publica,

*juvenes), si quis ita dissaepire velit, insanus videatur.* Confer Silentiarium anthol. III. 91. LXIII. Generatim vero hanc in Graecos invectionem videtur Cicero accersere a scriptis Catonis. Lege Plut. in Cat. cens. XXIII. (a) Ita [*is*] Cod. pro *his*. (b) Ita [*reprendis*] Cod. prisca orthographia, sicuti in palimpsestis Ambrosianis et in Palatino. Quin apud Ciceronem sic discrete legisse videtur Cornutus p. 2286. (c) Locus hic, immo pagina tota, aegerrime legitur: confido tamen, me recte omnino legisse. (d) Sequebatur, ut arbitror, Laelii invectionis adversa, quae Plato flagitiosè de puerorum amoribus in convivio scribit atque in Phaedro; quibus tamen medicinam facit idem Leg. I. p. 656. [et praecipue lib. VIII. p. 856. sq. p. 90 sqq. Bekkeri, ubi etiam de Cretensium et Lacedaemoniorum hac in re institutis moribusque conqueritur philosophus. Cr.] Exin notavisse videtur Laelius, quae circa puerorum juvenumque institutionem in rep. viro Romano sanioribus adueto partim flagitiosa partim absurda videri debebant. Sane ipse Cicero Tusc. IV. 34, licet Platonis reverentissimus, fatetur nihilominus, hunc non injuria fuisse accusatum, qui amori auctoritatem tribuerit. (e) Lambinus in notis ad prooemium Nepotis tribuit hunc locum quarto de rep.: conjecturane an aliqua fretus auctoritate? Ma'o equidem ad Lambini, quam ad Schotti sententiam accedere, qui nod. Cic. III. 5 locum e quinto de rep. citat.

p. 1178. sq. Hemsterh. et Boetiger. in Sabina II. p. 54. ibiq. laudd. Cr.

(1) Ergo hactenus locutus erat Scipio. Bene autem habet, quod Scipio de moribus disciplinaeque disputat: fuit enim anno urbis DCXII censor, et quidem valde severus, ut declarant ejus notae censoriae, quas Pighius collegit in annalibus. Ejusdem oratio, quam in censura habuit, discrete de moribus ad populum, seu quum ad majorum mores populum hortaretur, laudatur a Gellio IV. 20, v. 19. Quin ejusmodi fere videntur fuisse etiam aliae ejus orationes a Gellio item laudatae II. 20. VII. 11. 12; nec non ab Isidoro Orig. II. 21. Ergo Cicero ex his Africani scriptis nonnulla certe hausisse videtur, quae

belle ab ipso auctore in politicis his sermonibus recitanda curavit. Item Catonis et Laelii eadem de re orationes compilavit hoc libro Tullius, utens quidem illorum coloribus, sed tamen penicillo suo, ut loquitur ad Q. Fr. II. 15.

*quam cum tuo Platone, luctari]* Luctari pro contendere, altercari, expostulare, dixit etiam de Orat. I. 17. 74. *Non luctabor, inquit, tecum, Crasse, amplius.* — Luctatio eodem sensu saepius. Mr.

V. Adeo etc.] Sch. ita ut Edd. Frgmm. Cic.: SERV.] *Apud Graecos opprobrio fuit adolescentibus, si amatores non haberent.* Servius l. c. p. 520. T. III. ed. Burm. ait: *De Cretensibus accipimus, quod in amores puerorum intemperantes fue-*

opprobrio fuisse adolescentibus, si amatores non haberent ('). *Servius ad Aen. x. 325.*

Non modo ut Spartaee, rapere ubi pueri et clepere discunt. *Nonius voc. clepere.*

F. 281. Et noster Plato magis etiam, quam Lycurgus, omnia qui prorsus iubet esse communia (a), ne quis civis pro-

(a) Lycurgus rei tantummodo familiaris communionem Spartaee esse voluit; Plato etiam uxorem, reip. v; ob quod flagitium tanta infamia laborat. Verba Platonis seu Socratis, Latine extant apud Salavianum de G. D. VII. 23, quae utrum habeant Tullianam elegantiam, in medio relinquo. (Eluigit tamen maculam illam Plato Leg. III. p. 721.) Lactantium minime praetermittam, qui epit. cap. xxxviii Tullium quodammodo supplere videtur. Sic ergo Lactantius: *Plato in multis ita lapsus est, ut nemo deterius erraverit, in primis, quod in libris civilibus omnia omnibus voluit esse communia. De patrimoniis tolerabile est, licet sit injustum: nec enim aut obesse cuiquam debet, si sua industria plus habet, aut prodesse, si sua culpa minus. Sed, ut dixi, potest aliquo-*

*runt: quod postea in Laconas, et in totam Graeciam translatum est, adeo ut et Cicero dicat etc. Notissimus est Corn. Nepotis locus in Praef. p. 6. ed. Bardili: Laudi in Graecia ducitur adolescentulis, quam plurimos habere amatores: ubi vid. interprr. p. 6—8. In primis huc pertinet, quod ad v. habere amatores annotavit Bardili: „Valckenarius ad Callimachi Fragmenta „pag. 216. pro in Graecia legendum esse censet in Creta, comparato loco ex Athenaei Epitome in Casauboni Animadversionibus pap. 782. Τοις καλοῖς παρὰ Κρησίων ἀδοξόν ἐστιν, ἐραστοῦ μὴ τυχεῖν.“ Mr.*

(1) Nempae de Cretensibus Spartanisque sermo est. Strabo x. p. 740, et Servius citato loco. *rapere ubi pueri et clepere discunt.*] Lehn. nulla addita ratione omisit *pueri*, ut operarum incuria id vocabulum excidisse videatur. Ad rem, quae huc pertinent, collegit Cragius de Rep. Laced. III. Inst. XII. p. 181—183. Quibus addenda haec Sigonii: Hoc ad eam partem pertinere videtur, in qua de liberis educan-

dis et ad studia et labores instituendis docuit. Quae ratio ab eo, qui temp. informat, nullo modo praetermittenda est, quippe cum sit diligentissime a Platone VII. libro de Legibus et ab Aristotele VIII. libro Politicorum tractata. Quod autem ait *Spartae pueros rapere et clepere didicisse* id ipsum invenio etiam apud Heraclidem in libello de Rebuspublicis, ubi hoc Lacedaemoniorum institutum exponit his verbis: *τρέφουσι δὲ τὰ τέκνα, ὥστε μηδέποτε πληροῦν, ἵνα ἐθίζωνται ἀνάσθαι κεινήν· ἐθίζουσι δὲ αὐτοὺς καὶ κλεπεῖν, καὶ τὸν ἀλόγητα κολάζουσι πληγαῖς, ἵν' ἐκ τούτου πονεῖν καὶ ἀγρυπνεῖν δύνανται ἐν τοῖς πολέμοις* [Ed. Crag. p. 12.] De studio autem Laconum in pueris ad laborem exercendis meminit etiam Aristoteles in VIII. Politicorum, et Justinus, ubi leges Lycurgi enumerat [L. III. 2 et 3.] *Mr.*

*omnia qui prorsus*] Omisit Sch. qui ut Edd. Frgm. Cic. contra Nonii auctoritatem: videlicet, ut *Plato referatur ad iubet*. Sed cur nomen illud non ab alio verbo omisso pendeat? Neque

priam aut suam rem ullam queat dicere (a). *Nonius voc. proprium.*

Ego vero eodem, quo ille Homerum redimitum coronis et delibutum unguentis emittit ex ea urbe, quam sibi ipse fingit (1). *Nonius voc. fingere.*

*modo ferri. Etiamne conjuges, etiamne liberi communes erunt? Non erit sanguinis ulla distinctio, nec genus certum, nec familiae, nec pagnationes, nec adfinitates, sed, sicut in gregibus pecudum confusa et indiscreta omnia, nulla erit in viris continentia, nulla in feminis pudicitia. Quis esse in utrisque amor conjugalis potest, in quibus non est certus aut proprius adfectus? Quis erit in patrem pius, ignorans unde sit natus? Quis filium diliget, quem putabit alienum? Quia etiam feminis curiam reservavit, militiam et magistratus et imperia permisit. Quanta erit infelicitas urbis illius, in qua virorum officia mulieres occupabunt?* [In eadem sententia videmus esse Lipsium ad Taciti Germ. 8, qui ad verba: *nec consilia earum adspersantur*, haec adscripsit: „Hocce supererat? heu ipsos parum firma mente, „qui eam quaesivere apud amentem sexum!“] *Sed haec alias latius.* Eandem reapse Platonis refutationem latius ornat idem Lactantius Inst. III. 21. sqq.

(a) Lectionem optimam *queat dicere* exhibet nobis Parisiaca Nonii editio, confirmataque praeclarus codex Urbinas: pro qua Lectione in aliis editionibus lego *ullam addiceret*; in codicibus autem occurrit corruptio *ullaque aducere*, vel alia ejusmodi menda, quae plurima totum hoc fragmentum inquinant. Illud est insigne mendum unius codicis *et nunc populo pro et noster Plato*. [Pro *queat dicere* in Ed. Ald. est *adjicere*, et in Ed. Parisina 1585. 8. *ullam addiceret. Mr.*]

etiam necesse est, ut *qui*, quod ad *Platonem* pertinet, referatur ad *Lycurgum. Mr.*

*Ego vero eodem etc.*] Si in locis tam lacunosis conjecturae vel locus esset vel usus, posses suspicari excidisse *jure vel modo. Mr.* — Quem laudat A. Majus in annot. Platonis locum, est III. 1. p. 139. Bekkeri, ad quem locum vid. Ast. commentar. p. 451—453. ibiq. laudatus Aristides in Oratt. Platonis. Tom. II. p. 526. Jebb: *ἀλλὰ ἢ Δία ὡς Ὀμηρον μύρω χρίσας ἐκπέμπει χελιδόνος τιμὴν καταθείς, οὕτως καὶ ἡμεῖς Πλάτωνα ἐκπέμπειν ἐκ τῶν πόλεων ἐκκαλούμεν, ἢ μετ' ἀδείας τοσαύτης κακῶς αὐτὸν εἰρήκαμεν;* Cr. *quam sibi ipse fingit.*] Sch. edidit *ipse sibi*. Quasi vero sem-

per dicendum sit, ut est ad Famm. VII. 6. *Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit*: neque aequè bene dicatur de N. D. II. 3. 8. *Junius necem sibi ipse conscivit*. Conf. Herzog. ad Caes. de B. G. v. 37. p. 278 sq. et VII. 52. p. 472. Mr.

(1) Laelius, ut suspicor, dicit, videri sibi Platonem ob praedictam doctrinae labem, aequè civitate ejiciendum, atque ille Homerum (reip. III. p. 398) in eadem esse non patitur. (Nisi forte generatim sermo est de philosophis turpibus.) Ceterum pro Homero adversus Platonem libros quatuor, qui jam non extant, scripsit, teste Suida, Dio Chrys. acerrimus alioqui Homeri vituperator. Tulit vero aetatem luculenta



P. 382.

VI. Censoris iudicium nihil fere (<sup>a</sup>) damnato, nisi ruborem, affert. Itaque, ut omnis ea iudicatio versatur tantummodo in nomine, animadversio illa ignominia dicta (<sup>b</sup>) est (<sup>1</sup>). *Nonius voc. ignominia.*

Horum enim (<sup>c</sup>) severitatem dicitur inhorruisse primum civitas (<sup>2</sup>). *Nonius voc. horrendum et horridum.*

Nec vero mulieribus praefectus praeponatur, qui apud Graecos creari solet (<sup>3</sup>); sed sit censor, qui vi-

(a) *Ferre* habent cum editionibus codices Nonii omnes Vaticani. In Plantiniano meo exemplari vir doctus emendat *fere* et deinde *affert*: quae jure emendatio fieri videtur, praesertim quia tam in illa editione, quam in Gotofr. additur corruptum vocabulum *offerrent* vel *offerent*, ex quo fit merito *adfert*. Sed, ut dixi, codices habent *ferre*, sine ullo additamento. (b) Codices plerique omittunt *dicta*. (c) Edd. habent in pro *enim*.

Homeri defensio Proclo auctore. Item Sarapion Alex. librum scripserat, utrum Homerum Plato a rep. merito ablegaverit, Suid. Denique idem Suidas memorat opus Telephi grammatici *περι τῆς Ομήρου καὶ Πλάτωνος συμφορίας.*

*Censoris iudicium* etc.] Conf. Creuz. Antt. Romm. p. 100. sq. Quod dedit Heinr. *damnatio* pro *damnato*, operarum est error, sive *damnato* ille voluerit, sive *damnatis*. Sch. dedit ut Edd. Frgm. Cic. *damnato affert, nisi ruborem*: quem verborum ordinem habet Ed. Aldina, ubi vero scribitur: *ferre—offerent—omnes—homine*. Est etiam *ferre* et *offerent* (hoc in parenthesi) in Ed. Paris. Pro ut Sch. dedit *quia*, cum Edd. Fragmm. Cic. Bene: sed male idem mox *inhoruisse* pro *inhoruisse*. Patricius in fragmento nostro legi volebat *Itaque quod omnis. Mr.*

(1) Scilicet nota censoria. *inhoruisse*] Alibi non legitur hoc vocabulum apud Ciceronem, nisi in versu Pacuvii, qui est de Divin. I. 14. 24. et de Orat. III. 39. 157:

*Interea, prope jam occidente sole, inhorrescit mare. Mr.*

(2) Adhuc de censoribus sermo esse videtur, quorum potestatis propria est *severitas*. Gell. iv. 20; Val. M. II. 9.

*Nec vero mulieribus* etc.] Sch. hunc locum accuratius laudat, ut laudatur in Edd. Frgm. Cic. *Non. Ubi dativus pro accusativo*: qui locus est in Ed. Ald. p. 1413, in Ed. Paris. 1583. p. 242. ubi pessime scribitur initium: *Hic vero mulieribus praefectis reponatur. Mr.* — Ad Aristotelis locum, quem laudat A. Majus, quique est in Ed. Schneid. p. 179. conf. Philochori Fragmm. ed. Siebelis. p. 41. *Cr.* — Sigonius ad h. l. ita: De moderandis mulieribus loquitur. Improbatur autem magistratum, qui erat apud Graecos *γυναικόκοσμος*, id est praefectus mulieribus. Hanc enim curam statuit esse censoriam, qua mulieres in officio facile continentur. Hunc in Asinaria Plautus vocat *moribus praefectum mulierum*. — Est locus Act. III. Sc. 5. v. 50. ubi vid. Taubmannus p. 206. ed. Grut. 1621, qui nostri quoque loci memor fuit, laudatque Victorii Antt. Lectt. 21. 6. *Mr.*

(3) Praefecti mulieribus (*γυ-*

ros doceat moderari uxoribus (a) (1). *Nonius de num. et cas.*

Ita magnam habet vim disciplina verecundiae. Carent p. 285. temeto omnes mulieres (2). *Nonius voce temulenta.*

Atque etiam, si qua erat famosa, ei cognati oscu-

(a) Si respicias ad Gellium x. 23, locus videbitur sic continuandus Catonis verbis: *virum autem mulieribus iudices pro censore sint: imperium, quod videtur, habeant: si quid perverse taetreeque factum est a mulieribus, multentur; si vinum biberunt etc.*

*ναυκονόμου*) inter Graecos mentio est apud Aristot. reip. iv. 15.

(1) Sic Dionysius II. 24. 25. commemorato illo Graeco, qui muliebri pudicitiae praeerat, magistratu, ait melius consuluisse nuptiis Romanos, qui uxorem in potestate mariti esse voluissent. Sic apud Dionem xiv. 16. Augustus maritos jubet uxori quemque suae moderari, vitiiisque ejus obviam ire. Sed tamen Tertullianus de pudic. initio suadet, ut censura aliqua pudicitiae mulierum consular.

*Ita magnam habet etc.*] Sch. ut Edd. Frgm. Cic. omisit *Ita*. In Ed. Ald. est *viam* pro *vim*. Vocabulum *temetum* nostro loco apud Ciceronem est *ἄραξ λεγόμενον*. In seqq. pro *cognati* in Edd. Ald. et Paris. est *cognatio*, ubi male sequenti verbi prima littera priori adhaesit. Tum male Lehn. *petulentia. Mr.*

(2) De famigerata Romanarum mulierum abstinentia a vino, jam inde a Romuli aetate, conferre juvabit Plinius xiv. 13; Valerium M. II. 1. 5, vi. 3. 9; Servium Aen. I. 737; Plutarchum comp. Lyc. cum Numa; Dionysium II. 25; Polybium lib. vi. apud Athenaeum x. 11; Tertullianum apol. cap. vi; Arnobium I. p. 20; Lactantium Inst. I. 22; Augustinum confess. ix. ff. 18, et append. t. III. part. I. p. 121. G. Omni prope vini usu interdicitur uoiversim apud Plat. leg.

II. fin. De mulierum veterum victu et moribus sermo fuit in quadam oratione Catonis apud suprascriptum Gellium x. 23. Ego igitur magnopere arbitror, Tullium, quae hoc libro dixit de mulierum moribus, hausisse praesertim e Catone, nec non e sexto Polybii libro, qui fuit de disciplina Romanorum. Namque horum duumvirum verbis mire deicit uti Scipionem. Sed festivum est, quod narrat Hieronymus (si lectio sana est) contra Jovin. I. 48, Catoni scilicet censorio fuisse uxorem violentam. Adversus luxum muliebrem, sive pro lege Oppia, extat Catonis oratio apud Livium xxxiv. 2. sqq. De pudicitia muliebri affatim Hieronymus in praedicto opere.

*si qua erat famosa*] Patricius ad h. l. haec: *Famosam* intelligo, ut exponit ibi Nonius *infamem*, sed propter visum proprie. Nam illud, quod est apud eundem Ciceronem lib. II. de Orat. *Nam me ad famosas vetuit mater accedere*, alio pertinere arbitror. Hic autem *famosam*, *vinosam*, et, ut appellat Terentius, *temulentam* intelligo. Nam *temetum* olim *vinum* appellabant, ut scribit Plinius lib. xiv. cap. 13. De *osculo*, quod statim dicitur, de hoc, praeter Plinii locum allegatum, vide Valerium de Instit. Antiquis et Festum in dict. *Osculana pugna*, quamquam verbis mutilatis et manca sententia. Vid.

lum non ferebant (1). *Nonius voc. fama.* — Itaque a petendo petulantia; a procando, id est poscendo, procacitas nominata est (2). *Nonius voc. petulantia.*

VII. Nolo enim, eundem populum imperatorem et portitorem esse terrarum (3). Optimum autem et in privatis familiis et in re publica vectigal duco esse parsimoniam (3). *Nonius voc. portitores. Io. Saresberien- sis Policrat. III. 12.*

(a) De feminarum luxu Propertius III. 13. 13: *nulla est poscendi, nulla est reverentia dandi.*

etiam Plutarch. in Problematis. Arnobium lib. II. Disputat. contra Gent. Tertull. in Apolog. Gellius lib. II. cap. 13. ex Caecilio comico haec adducit: *Qui mihi, ubi domum adveni ac sedi, extemplo suavium dat jejuna anima.* Verba autem sunt mariti de uxore, quae exstant etiam apud Nonium dictione *anima*. Certe Athenaeus scribit lib. I. apud Rom. inquit: *Οὐτε οἰκέρης οἶνον ἐπίπεν οὔτε γυνή ἐλευθερα, οὔτε τῶν ἐλευθερῶν οἱ ἐφηβοὶ μέχρι τριάκοντα ἐτῶν.* Quamquam Aelianus usque ad quinque et triginta annos extendit, uti adnotavit Sigonius. *Mr.*

(1) Legesis Catonem apud Plinium XIV. 15; Plut. q. R. t. VII. p. 75; Virgilii interpr. Veron. ad eel. VIII. 29; Arnob. II. p. 91.

*procacitas*] Sex. Pompej. *Procari, poscere; unde procaces meretrices ab assidue poscendo: et proci uxorem poscentes in matrimonium. Procari, poscere est, unde et proci et meretrices procaces, et verbum procas, id est, poscis. Procat dicebant pro poscit.* Cic. Or. pro Coel. 20. 49. *ut non solum meretrix, sed etiam procox videatur. Mr.*

(2) Eadem sententia est Tullii in frag. orat. de rege Alex. III. 1. Quamquam heic fortasse agitur de locatione censoria terrarum. Namque, ut ait Symmachus ep.

I. 12, *censurorum notio fuit, spectare opera, quae locassent.*

*optimum—vectigal duco esse parsimoniam.]* De constructione *duco esse* supra monuimus ad I. 38. Ad rem facit, quem laudat A. Majus, Dionis Cassii locus Lib. LII. 35. ubi est: *πλοῦτος γὰρ ἀκριβῆς οὐχ οὕτως ἐκ τοῦ πολλὰ λαμβάνειν, ὡς ἐκ τοῦ μὴ πολλὰ ἀναλίσκεν, ἀθροίζεται. Mr.*

(3) Sic discrete ait Mæcenas in politica oratione ad Augustum apud Dionem LII. 35. Laudes parsimoniae, quas hoc loco scripsit late Cicero, a veterum scriptis derivavisse credendus est. Nam Catonis adversus luxum noti sunt sonitus. Laelii declamatio in luxum constat et Lucilianis versibus apud Cic. Fin. II. 8. Leges Romanorum sumptuariae recensentur a Macrobio Sat. II. 13. Athenaeus VI. 21. memorat inter eos, qui legem Fanniam sumptuariam studiose observaverunt Scaevolam, Tiberonem, et Rutilium, hujus dialogi personas. Quare haud scio, an Cicero unum vel plures ex his fecerit hoc in libro de parsimonia disputare. Ibidem Athenaeus Romanorum parsimoniam laudat Posidonii verbis. Apud Plutarchum de san. tuend. t. VI. p. 478 seditionum non minimam causam esse luxum nimiosque sumptus docet Crates.

Fides enim nomen ipsum mihi videtur habere, cum fit, quod dicitur (a). *Nonius voc. fidei.*

In cive excelso atque homine nobili blanditiam, ostentationem, ambitionem notam (b) esse levitatis. *Nonius voc. blandimentum.*

Intuere paululum ipsos de Re publica libros, quod nullus sit patriae consulendi modus aut finis bonis (c). Cerne, quantis ibi laudibus frugalitas et continentia (d) praedicetur, et erga coniugale vinculum fides, castique, honesti ac probi mores. *Augustinus epist. xci. 3.*

VIII. Admiror, nec rerum solum, sed verborum P. 285. etiam elegantiam. Si iurgant, inquit (1). Benevolentium

(a) Repetit hanc sententiam Cic. Off. I. 7. et ad Famm. xvi. 10.

(b) Tres Nonii editiones, quas vidi, itemque codex unus Vaticanus (nam in ceteris nihil inveniebam) habent *meam* pro *notam*. Sigonius scribebat *nimiam*. Sed tamen in margine Plantiniana editionis haec typis cuditur conjectura: *notam* (pro *meam*) *lego, nisi mavis scribi, meram esse levitatem.* (c) Ita legebat in Cicerone etiam Nectarius ad Aug. ep. xc. (d) Generatum Augustinus nos docet laudes frugalitatis et continentiae, quae in politicis libris recitatae fuerunt: sed enim quid specialiter dictum fuerit, vix dubito, quin tradat Cicero Off. II. 22, ubi dilaudat Africanus, patrisque Pauli, abstinentiam in tot tantisque victoriis; itemque Mummii Achaici, fratris ejus, qui his dialogis interest.

*Fides enim nomen ipsum*] De *fo.* Ceterum post *ipsum* vocem Off. I. 7. 23. est: *Credamusque, inde excidisse apud Nonium quia fit, quod dictum est, appelleris. Mr.*  
*pellatam fidem:* et ad Famm. *notam esse levitatis.*] In xvi. 10. *Nostra ad diem dictam* Edd. quoque Ald. et Paris. prava *fient. Docui enim te, quod eruo- est lectio meam pro notam. —*  
*eruo haberet.* Hoc vero est *do-* Quod sequitur fragmentum ex *docere!* Meliora attulit Beierus ad Augustino omisit Sch. *Mr.*  
 l. l. de Officiis, videlicet verbi *erga conjugale vinculum fides,*  
*fides* radicem esse  $\pi\theta\omega$ : quod Huc pertinere existimat censor  
 praeter Salmasium de Usuris, Lips. 1824. 6. p. 47. illud frag-  
 quem laudat B., docent etiam J. mentum, quod reperitur apud  
 G. Vossius Etymol. L. L. p. 214. Nonium v. *firmiter* et apud Priscianum xv. p. 1010., quodque  
 Lennep. Etymol. L. Gr. p. 905. Becmanus ad L. Lat. ex sexto libro desumptum esse dixit  
 p. 850. Martin. Lex. Philol. s. v. uterque, quare ab A. Majo  
*Fides.* Monendum autem etiam, infra L. vi. c. 2. locatum est:  
 verbum *fo* comparandum esse *Firmiter enim majores nostri*  
 cum Graeco  $\phi\theta\omega$ , unde Latinum *stabilita matrimonia esse voluerunt. Mr.*  
*fuat.* Vid. Vossium l. c. p. 215. Becman. l. c. p. 472. Martinii Lex. Philol. v.

(1) Lex XII. tabularum.

*Si iurgant,*] Plenius adscribimus locum Nonii, ut a Dirk-

concertatio, non lis inimicorum, iurgium dicitur <sup>(a)</sup>. *Et in sequenti*: iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. *Nonius voc. iurgium.*

Eosdem terminos hominum curae atque vitae: sic pontificio iure sanctitudo sepulturae <sup>(b)</sup>. *Nonius voc. sanctitudo.*

(a) Hinc Seneca in fragmento Palatino: *familia iurgium non iudicem sed arbitrum quaerit.* [Pro putat alii habent vetat. Mr.]

(b) Hanc et sequentem particulam de sepultura seu de iure manium heic colloco, quoniam Dionysius in Ambrosianis fragmentis xx. 3. docet nos, hanc etiam curam fuisse Romani censoris, ne quis inferiarum traditas a maioribus caerimonias desereret. Quatenus autem huius mutili loci sententia est? Utique Cicero Tusc. I. 12, excessu vitae non deleri hominem, e pontificio iure et caerimoniis sepulchrorum intelligi ait. Sane is Tulliolae suae miris modis parentavit. Funebrem autem laudationem quandam ab iis praeteriri miror, qui Ciceronis scripta enumerant, de qua ipse auctor ad Q. fr. III. 8: *Serrani Domestici filii funus*

senio editus est in libro saepius laudato: *Uebersicht* etc. (p. 475 — 481.) p. 476. *Jurgium et lis hanc habent distantiam, quod jurgium levior res est; siquidem inter benevolos aut propinquos dissensio vel concertatio jurgium dicitur; inter inimicos dissensio lis appellatur. M. Tullius de Republ. Lib. iv. Admiror, nec rerum solum, sed verborum etiam elegantiam: SI JURGANT, inquit. Benevolorum concertatio non lis, (ut) inimicorum, (sed) JURGIUM dicitur. Et in sequenti: JURGARE igitur Lex putat inter se vicinos, non LITIGARE.* Videlicet nostro loco habemus non nisi duo priora legis verba, quae in Ed. Bip. Cic. T. XI. p. 444. ex restitutione Fuccii ita se habet: *Set. jurgant. ad fines. finibus. recondeis. pretor. arbitros. tris. adiecit. Vid. nostrum Excursum ad Cic. de Legg. I. 21. 55. p. 480—483. — Sch. nostrum locum sic editit: Admiror; nec — elegantiam; si jurgant, [inquit] benevolorum concertatio, non lis ini-*

*micorum, jurgium dicitur. Male, si quid video: quasi verba benevolorum (male Sch. cum A. Majo scripsit benivolorum: ) usque ad dicitur legis sint verba. — Ad nostrum locum conferri vult Censor Lips. l. c. Valerium Max. II. 1. 6. ubi est: Quoties vero inter virum et uxorem aliquid jurgii intercesserat, in sacellum deae Viriplacae, quod est in Palatio, veniebant. In Ed. Frgmm. Cic. 1817. Sch. ait legendum esse Jurgare igitur lex vetat (pro putat) vicinos, non litigare. De loco sequente ex Nonio v. sanctitudo, vide ejusdem Cens. Lips. sententiam in annotatione nostra ad Scholion A. Maji huic libro praefixum. Ad verba pontificio jure vide Creuz. Antt. Romm. p. 392. In fine hujus loci post v. sepulturae Heinr. asteriscum, ut lacunae vel corruptionis signum, posuit, quod idem fecit loco seq. post necaverint. Pro quos e mari Sch. scripsit quos ex mari. Mr.*

*sanctitudo sepulturae]* Ad rem conf. Rosini Antt. Romm. p. 566. L. Gyrard. de vario sepeliendi ritu in Opp. T. I. p. 730. 734. Ed.

Quod insepultos reliquissent eos, quos e mari propter vim tempestatis excipere non potuissent, innocentes necaverint (1). *Idem voc. excipere.*

Nec in hac dissensione suscepi populi causam, sed honorum. *Nonius de doct. indag.*

*perluctuosum fuit a. d. iix. kal. Decemb.; laudavit pater scripto meo.* Quam quidem laudationem hoc ipso anno, quo scribebat de rep. Tullius, habitam cognosces, si epistolarum chronologiam apud Wielandum aut Schütziium consulueris. [Confert ad nostrum locum Sigonius Cic. de Amic. 4. 13. *Plus apud me antiquorum auctoritas valet, vel nostrorum majorum, qui mortuis tam religiosa jura tribuerunt: quod non fecissent profecto, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur: i. e. ait S. si idem esset terminus hominum curae atque vitae.* Conf. Tuscull. I. 12. 27. *Mr.*]

Jens. Lugd. Bat. 1696. f. m. Kirchmann. de Funerr. Romm. p. 320. Ceterum de juribus sepulturae fuit in XII Tabb. legibus Tabula x. de qua v. Dirksen. l. c. p. 659—698. *Mr.*

(1) Dicit Athenienses duces crudeliter necatos, propterea quod post proelium ad Arginusas non excepissent naufragorum cadavera. Xenoph. hist. I. Inferiarum autem politici prope omnes prae se curam tulerunt. Numae legum de funeribus mentio apud Liv. I. 20. Tabulam decimam habuisse jura sepulturae, e fragmentis cognoscimus. Polybius vi. 6. ff. 53. sqq. inter bona reip. Rom. instituta ponit funerum pompam et mortuorum laudationes; quae scilicet laudationes utrum a Publicola inceperint, dubitat Dionysius v. 17. Ejusmodi pietatem vulgo poëtae suadent. Solonis jura funebria sunt apud Plut. in Sol. XXI; Lycurgi, apud eundem Plut. in Lyc. XXVII. Apud Laërtium III. 48 Plato tria genera justitiae statuit, erga deos, homines et manes. Leges eundem Platonem reip. II. p. 366. Leg. I. p. 632. IV. p. 717. XII. p. 947. 958. sqq. Xenoph. Mem. Soc. II. 2. Inter Christianos lege Laetantium Inst. vi. 12, et Augusti-

num de cura ger. pro mortuis. Porro quod adinet ad inferiarum utilitatem Plato in primo praedictorum locorum (reip. II. p. 366) prorsus conspirat cum divina (?), auctoritate libri II. 12. 46. Machabaeorum.

*Nec in hac etc.*] Cens., quem diximus, Lips. l. c. p. 48. hoc fragmentum et quod mox sequitur: *Cui quidem utinam* etc. existimat, mutato numero VI in IV, perperam huc illata esse librorum culpa, cum libro sexto fuerint adscribenda. Fuisse enim ait (quantum perspici possit) in libro sexto praecepta de eo, quod viro bono in rei publicae tempestatibus fluctibusque sit faciendum, ut provide, prudenter ac constanter inter factiosos et ingratos cives versetur, eique fini persequendo salutem suam consecrare et devovere ne recuset. Quare verba *cui quidem utinam vere auguraverim*, ad C. Gracchum videri referenda: cui Scipio, cum ad Numantiam de Ti. Gracchi morte nuntium accepisset, versu Homeric Odyss. á, 47. idem imprecatus esse dicitur: *ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.* Vid. Plut. in Vita Ti. Gracch. extr. *Mr.*

P. 286. Non enim facile valenti populo resistitur, si aut nihil impertias irris, aut parum (<sup>a</sup>). *Priscianus lib. xv. p. 1014.*

Cui quidem (<sup>b</sup>) utinam vere fideliter abunde ante (<sup>c</sup>) auguraverim. *Nonius voc. auguro.*

VIII. *Frustra hoc exclamante Cicerone, qui, cum de poetis ageret, Ad quos cum accessit, inquit, clamor et approbatio populi, quasi magni cuiusdam et sapientis magistri, quas illi obducunt tenebras? quos invehunt metus (<sup>d</sup>)? quas inflammant cupiditates (<sup>e</sup>)?*

(<sup>a</sup>) Locus hic tertio in libro satis apte concluderetur, nisi eum Priscianus diserte e quarto libro laudaret tam in editionibus, quam in vetere, quem inspexi, Codice Vaticano. (<sup>b</sup>) Ita Paris. editio; at [Ald. Paris. 1583.] Plantiniana et Gotof. *quidam*. (<sup>c</sup>) Ita fit conjectura in margine Plantiniana; namque editiones aliae habent *abundante*, aliae *abundante*. In codicibus, quantum vidi, desideratur hic Ciceronis locus. (<sup>d</sup>) Apud Saresberiensem pro *metus* est in margine varia lectio *motus*, quae mihi videtur optima. (<sup>e</sup>) Hactenus Augustinus. Jam etsi inventio in poëtas est apud Ciceronem N. D. I. 16. III. 31. Tusc. II. 11. iv. 32; et quidem III. 2. partim similis huic loco; nihilo minus videntur mihi Sigonius et Vivesius jure hanc particulam posuisse in fragmentis librorum de rep., tum propter verborum discrepantiam, tum propter incrementa sententiarum. Imitatur autem hanc reprehensionem poetarum Lactantius Inst. I. 15. Ea scilicet Platonica est, ut observat etiam Augustinus C. D. VIII. 13. Leges ipsum Platonem reip. III. p. 391; Leg. iv. p. 719; rursus reip. x; nisi quod p. 607 excipit hymnos in deos, laudationesque poëticas illustrium virorum. Heic

*Cui quidem]* Sch. in hoc fragmento omisit verba *fideliter abunde ante*, et ita certe fit sensus expeditus, si scribitur: *Cui quidem utinam vere auguraverim*. Heine. nihil omisit, sed inter *ante* et *auguraverim* asteriscum posuit. Censor Lips. l. l. cum loquitur de nostro loco, non nisi verba a Sch. recepta affert. *Mr. ad quod cum accessit, inquit, clamor]* Sch. edidit: *ad quos cum accessit clamor, inquit*; et ita certe vitatur *anastrophe* duorum verborum sese excipientium, *accessit, inquit*. *Mr.*

*quos invehunt metus?*] A. Major lectionem *motus* praeferenti et commendanti obsecutus est Heine. Sed Lehn. in annot. hoc

minime faciendum censet. Cui equidem assentior: nam et bene convenit sententiae *metus*, quem incutiunt poëtae in carminibus epicis et in primis in fabulis tragicis; et ut dixit noster *incutere metum*, (Epist. ad Fam. VIII. 4.) *injicere metum* (Verr. Act. II. 2. 135.) *inferre formidinem* (ib. 3. 68.), *mala invehere* (Tusc. III. 12. 26.), ita etiam dicere potuit *metum invehere*. — Quod sequitur *inflammare cupiditates* est etiam de Finn. I. 16. 51. Et *obducere tenebras rebus clarissimis* dixit Acadd. iv. 6. 16. Quod dixit *approbatio populi* similiter dixit Tusc. II. 1. 3. *audientium approbatio*. *Mr.*

*Augustinus C. D. II. 14, et Io. Saresberiensis Po- P. 187. licr. VII. 9.*

autem oboritur haud absurda quaestio, [cf. Praefat. §. vi. p. 18.] utrum. Jo. Saresberiensis, qui polibr. vii. 9. locum hunc continuat, Ciceronis opus de rep. viderit, an potius usque huc quidem Augustinum interpolaverit, reliqua autem de suo addiderit. Sic igitur Saresberiensis: *Cicero cum de poëtis ageret, ut diligentius audiat, exclamat: clamor et adprobatio populi, quasi magni cujusdam et sapientis magistri, et qui ad commendationem sufficiat plausu suo, quos vult, facit authenticos. At illi, qui tantis laudibus efferuntur, quantas obducunt tenebras! quos invehant metus! quas inflammant cupiditates! Hi stupra adulteriaque conciliant; prosequiturque alia ejusmodi. Tum e Terentio (Eunuch. III. 2), qui, ut ait, prae ceteris placet, exemplum illud profert adolescentis, qui in tabula spectans Jovem lascivientem, malo exemplo abutitur. Atqui ut ego credam Terentii sermonem super illa Jovis pictura reapse in quarto de rep. extitisse, illo maxime indicio utor, quod Augustinus C. D. II. 12, postquam repetiit locum illum Ciceronis, quem cap. x. p. 291. n. a. posui, Scipionem mox alloquens, ait: *et dignam fuit, ut Terentius vester flagitio Jovis optimi maximi adolescentium nequitiam concitaret?* Idem Augustinus C. D. II. 7. ait: *quanto satius erat ad erudiendam ad justitiam [A. M. dedit ad erudiendum justitiam] juventutem, publice recitari leges deorum, quam laudari inaniter leges atque instituta majorum!* Quis haud videt intelligi ab Augustino Tullium, qui ob erudiendam juventutem toto quarto libro laudavit leges atque instituta majorum? Atqui Augustinus ibi statim subdit historiam Terentiani juvenis: *hinc apud Terentium flagitiosus adolescens spectat tabulam quondam pictam* etc. Et quidem Augustinus passim eo secundo de C. D. libro remp. Ciceronis expilat. (Legesis etiam confess. I. 16.) Jam quantum Terentius Scipionum, Laeliorum, immo et Furiorum domibus jucundus fuerit ac familiaris, docet duplex Terentii vita, altera, quae Donati creditur, altera item vetus et perbrevis, a me nuper edita Mediolani. Praeter quam quod ipse Laelius apud Cic. de am. xxiv dicit Terentium familiarem suum. Quod vero ait Saresberiensis *comicus, qui prae ceteris placet*, id commode ab Scipione aequae ac Laelio dictum fuerit, quia scilicet Terentii fabulae ab utroque praedictorum putabantur scribi. Cic. ad Att. vii. 3; Quintil. Inst. x. 1; Donat. vit. Ter. Quin adeo ipse Terentius valde nobis auctor est, ut illa verba *comicus, qui prae ceteris placet* a Scipione aut a Laelio apud Tullium dicta credamus. Sic enim prolog. Adelph.*

*Nam quod isti dicunt malevoli, homines nobiles*

*eam adjutare, adsidueque una scribere:*

*quod illi maledictum vehemens esse existimant,*

*eam laudem hic ducit maximam, quam ILLIS PLACET,*

*qui vobis universis et populo placent* etc. Sane homines illi no-

biles Scipio et Laelius et Furius sunt, teste Donato in commentario ad prologum, quibus se placere gaudet comicus: (namque in Donato pro *Furium Pium* scribere debemus *Furium Pilum*) apud Saresberiensem autem ipsi illi fortasse nobiles comicum sibi placere ajunt. Denique auget suspicionem meam, quod illa mentio Terentiani juvenis (a Saresberiensis citata) in quarto de rep. extite-



P. 188. Negat Cicero, si duplicetur sibi aetas, habiturum se tempus, quo legat lyricos. *Seneca ep. XLIX (a)*.

X. *Sicut apud Ciceronem Scipio loquitur (b)*:

P. 189. Cum artem ludicram scenamque totam probro (c) ducerent, genus id hominum non modo honore civium reliquorum carere (d), sed etiam tribu moveri nota-

rit, locus alius Augustini ep. xxi. 4: *illi doctissimi viri, qui remp. civitatemque terrenam, qualis eis esse debere videbatur, magis domesticis disputationibus requirebant, vel etiam describebant, quam publicis actionibus instituebant atque formabant, egregios atque laudabiles quos putabant homines, potius quam deos suos imitandos proponebant erudiendae indoli juventutis. Et revera Terentianus ille adolescens, qui spectans tabulam pictam etc. Et statim post: lege vel recole in eisdem libris, (de rep. ut nominatim appellantur priore epistolae parte) quam prudenter disseratur, nullo modo potuisse descriptiones et actiones recipi comoediarum, nisi mores recipientium consonarent. Ita clarissimorum virorum in rep. excellentium et de rep. disputantium auctoritate firmatur etc.* Fieri tamen potest, ut Saresberiensis ex hac ipsa Augustini epistola occasionem cepit connectendi Terentianum juvenem cum his, quae apud eum praecedunt. Denique quae mox sequitur in eodem Saresberiensis commendatio poëtarum, quaeque dicitur e Cicerone derivari; ea quidem apte in quarto de rep. libro ab aliquo poëtarum defensore recitata fuisset; sed enim haud scio, an pronius creditu sit, eam temere tribui Ciceroni a Saresberiensis. Certe ego totum tractum Angli auctoris, qui post Augustinianam auctoritatem porrigitur, a meo libro exulare malui, quam committere, ut duodecimi saeculi sordes cum auro Tulliano miscere viderer. Quod si forte quaedam interpolatio est, quis vera a spuris satis tuto separet? Nonne enim eruditi adhuc laborant in excernendis Tullianorum de gloria librorum reliquiis, si quae sunt apud Alcyonium? [Vid. annot. nostr. ad A. Maji Praef. p. xvii. Mr.]

(a) Libros nominatim de rep. non citat Seneca; commode tamen hoc fragmentum pertinere existimatur ad poëtarum reprehensionem, quam Cicero in quarto de rep. exsecutus est. Habet ceteroqui id fragmentum hanc gravem dubitationem, quod Ciceroni loquenti, praeter prooemia, in his libris nullus erat locus. Nisi forte Seneca ea, quae Cicero alieno ore dici finxit, ipsi nominatim auctori tribuit. Exemplum invectionis sumpsit Cicero a Platone, qui Homerum e rep. expulit et generatim poëticen vituperavit. Quare haud scio, an superius fragmentum ubi mentio Platonis et Homeri est, huc fere sit trahendum. (b) Post poëtarum corruptelam pono scenam; sic enim facit ipse Cicero Leg. I. 17: *sensus nostros non parens, non nutrix, non magister, non poëta, non scena depravat, non multitudinis consensus abducit a vero: animis omnes tenduntur insidiae vel ab iis, quos modo enumeravi, qui teneros et rudes inficiunt et flectunt, ut volunt.*

(c) Var. lect. in probro. (d) Puta faciendorum stipendiõrum, ut ait Livius vii. 2.

tione censoria voluerunt (1). *Augustinus C. D. II.*  
13. (a).

*Quid autem hinc senserint Romani veteres, Cicero testatur in libris, quos de Re publica scripsit, ubi Scipio disputans ait: Numquam comoediae, nisi consuetudo vitae pateretur, probare sua theatris flagi-*

(a) Confer etiam C. D. II. 27. 29.

*notatione censoria*] Non nota tantum, sed etiam *notatio censoria* Cicero non semel dixit, veluti Or. pro Cluent. 46. 128. de Off. III. 31. 111. *notationes animadversionesque censorum*; ut habet Ern. Sed posteriore loco Heus. et Beier. exhibent (ex Codd. et Edd. vett.) *notiones*, cujus descriptionis rationem vid. apud Beierum p. 395. *Mr.*

(1) De artis scenicae initiis apud Romanos insignis copiosusque est Livii locus VII. 2, ubi recte distinguit histriones ab actoribus Atellanarum; hosque postremos negat tribu moveri solitos: ex quo consequitur, ut tribu moverentur histriones, quod heic ait Cicero. De scenicis originibus librum Varro nis memorant Servius G. I. 19, et Censorinus cap. XVII, eoque, dum opus politicum componeret, fortasse usus est Cicero, ut colligo ex ep. ad Att. IV. 14. Frustra autem negat Macrobius Sat. II. 10, histrioniam Romae turpem fuisse. Idem nihilominus contra saltandi meditationem, nobilibus quibusdam familiarem, profert Scipionis nostri lautam particulam orationis, itemque breviorum Catonis: quas orationes sine dubio expilavit Cicero in hac invective scribenda, praesertim quum eam recitet Scipio, Catonis discipulus. Sane recens erat Nasicae Scipionis exemplum, qui lapideum theatrum fieri vetuerat. Confer Liv. ep. XLVIII; Vellej. I. 15; Appian. B. C. I. 28; Valer. M. II. 4. 2; Augustin. C. D. I. 31; Oros. IV. 21. Profecto decuit Tul-

lium in politico opere verba de teatro facere, cujus semper plurimam curam principes rerump. gesserunt. Confer Cod. Theod. XV. 7. de scenicis; Cassiod. var. I. 20. III. 51. IV. 51. V. 42. VI. 4. VII. 10; Symm. ep. X. 4. 26. 28, etc. Bene vero est, quod Cicero theatri insaniam vituperat, quam Christianae quoque ecclesiae Patres tantis clamoribus ac veluti effusis totius ingenii fontibus deplorant, quos inter Augustinus in libris de C. D.; Tertullianus de spectaculis; Arnobius IV et VII; Salvianus de C. D. VI. 2. 3. 11. sqq.

*comoediae — flagitia*] Mitius judicat Cicero de Comoedia in Fragm. apud Donatum in libello de Trag. et Com. ubi est: (infra c. XI.) *Comoediam esse Cicero ait imitationem vitae, speculum consuetudinis, imaginem veritatis.* Or. pro Rosc. Amer. 16. 47. in comoedia effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostrae vitae quotidianae videmus. Conf. Cic. de Off. I. 29. 104. Ad nostrum Augustini vel Ciceronis potius locum Lud. Vives haec adnotavit: »Si quos antiquorum libros »ex iis, qui omnino amissi sunt »vel certe non exstant, vellem ex- »stare, sunt isti sex Ciceronis de »Re publica. Neque enim dubito, quin opus fuerit admirabile. »Facio ex his fragmentis, quae »vidi, conjecturam. *Audio, apud »quosdam tanquam aurea mala »asservari: interim dum non »prodeunt, conjecturae ex aliis »ipsis Ciceronis locis collectae »nos ducent.* *Mr.*

P. 290. tia potuissent (a). Et Graeci quidem antiquiores (1) vitiosae suae opinionis quandam convenientiam servaverunt, apud quos fuit etiam lege concessum, ut, quod vellet comoedia, de quo vellet, nominatim diceret (b) (2). *Itaque sicut in eisdem libris loquitur Africanus: Quem illa non attigit, vel potius, quem non vexavit? cui pepercit? Esto: populares homines, improbos in rem publicam, seditiosos, Cleonem, Cleophontem, Hyper-*

(a) Locum hunc rursus memorat Augustinus ep. xci. 4. ad Nectarium: *lege vel recole in eisdem (de rep.) libris etc. ut scripsimus p. 288 in nota. Quartum de rep. librum fortasse respicit Tertullianus de spect. xviii: saeculari litteratura lusoriam vel agonisticam scenam dispungunt; quod sint tragoediae et comoediae scelerum et libidinum auctrices, cruentae et lascivae, impiae et prodigae etc. Consonat autem sibi Cicero Tusc. iv. 32: de comoedia loquor, quae, si haec flagitia non probaremus, nulla esset omnino. Universim vero Cicero, summus philosophus et politicus egregius, Romanos ludos, licet magnificos, pedibus trahit ac stomachatur ad Marium scribens (ad Fam. vii. 1), Crasso et Pompejo coss. nempe anno ante quam hanc in politicis libris vituperationem theatri recitandam curaret. (b) Tractus a verbis et Graeci huc usque utrum sit Tullianus an potius Augustinianus, ambigo. [Equidem cum Lehn. existimo, Ciceronis sermonem esse ab Augustino in brevium contractum. Mr.]*

*Et Graeci quidem* In ed. L. Vivis scribitur et Graeci quidam. In seqq., ut, quod vellet comoedia, de quo vellet, nominatim diceret, ibid. minus concinne legitur: ut quod vellet comoedia nominatim, vel de quo vellet, diceret. Ferri posset: ut, quod vellet, comoedia, et, de quo vellet, nominatim diceret. Mr.

(1) Recte dicit antiquiores; nam postea comoedorum licentia cohibita est.

(2) Hujus concessionis meminit Xenophon reip. Ath. cap. II. 18, ita tamen, ut ne quis actor populo generatim malediceret. Maledicos illos poetas nominat Hor. sat. I. 4. 1. Sed Plato sapientior theatrales fabulas magistratum censurae ante subjici jubet (Leg. vii. p. 817.) quam publice edantur; quae prudens consuetudo nostrorum temporum est. Tum Leg. xi. p. 955. vetat, addita

poena, ne quis poeta vel musicus nomini cujusvis civis detrahat.

*populares homines, improbos in rem publicam, seditiosos,]* Ita scripsi cum Heinr. et Schützio, ad sensum, ut opinor, accommodatissime: A. Majus et Lehn. dederunt: *populares homines improbos in re publica seditiosos; L. Vives: populares homines improbos, in re publica seditiosos. Mr.*

*Hyperbolum laesit.]* Ita Cic. in Bruto 62, 224. *Atheniensis Hyperboli improbitatem veteres Atticorum comoediae notaverunt.* De tribus his, quos laudat, hominibus vid. librum *Bernardi: de la. Republique: ouvrage de Ciceron: T. I. p. 336. conf. Wieland. Att. Mus. T. II. 1. p. xviii sqq. p. 42. 49. sq. 133 sq. II. 3. p. 82. —* Quod sequitur *inquit* post *Pattiamur* et post *Plautus* omiserunt Hrch. et Sch., ut Augustini verbum. Mr.

bolum laesit (1). Patiamur, *inquit*; etsi eiusmodi cives a censore melius est, quam a poeta, notari. Sed Periclem, cum iam suae civitati maxima auctoritate plurimos annos domi et belli praefuisset, violari versibus, et eos agi in scena, non plus decuit, quam si Plautus, <sup>l. 291.</sup> *inquit*, noster voluisset, aut Naevius, Publio et Cnaeo Scipioni (2), aut Caecilius Marco Catoni maledicere. *Deinde paulo post*, Nostrae, *inquit*, contra duodecim tabulae, cum perpauca res capite sanxissent, in his hanc quoque sancendam putaverunt, si quis occentavisset, siye carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri (3). Praeclare: iudiciis enim magistratum ac disceptationibus legitimis propositam vitam, non poetarum ingeniis, habere debemus, nec probrum audire, nisi ea lege, ut respondere liceat, et iudicio defendere. *Haec ex Ciceronis quarto de Re publica*

(1) Hi videlicet homines exaggerant in Aristophanis comoediis.

*domi et belli*] Vid. quae nos monuimus ad lib. II. 32. extr. ad v. *belli domique*. Mr.

(2) Illis, qui in Hispania perierunt.

*duodecim tabulae*] Est fragmentum tabulae octavae primum apud Dirksenium l. c. p. 507 — 516. In seqq. Sch. ex Gothofredi XII Tabb. Fragmm. collectione Tit. xxv. c. 3. pro *occantavisset* recepit *actitavisset*, quod cur reprobandum sit, docuit Dirksen. l. c. p. 512. sq. idque jam L. Vives reprobavit, et in sua Ed. horum librorum Lehn. Mr.

*infamiam faceret*] Sch. contra librorum et editorum auctoritatem edidit *infamiam afferret*. Mr.

(3) Carmina famosa decemvralibus scitis fuisse vindicata, itemque adversus petulantiora convicia de atrocibus formulas constitutas injuriis ait Arnobius iv. p. 151; itemque Cassiodorus var. I. 31, sane prudentius et aequius quam I. 27, ubi theatris

paulo liberiore conviciandi licentiam concedit.

*judiciis enim magistratum ac disceptationibus legitimis*] Recepti ac ex Ed. Lud. Vivis, sed reposui eam voculam post *magistratum*, cum ibi positum sit ante hoc substantivum. Heinr. et Lehn. cum A. Majo omiserunt ac. Sch. autem dedit: *Judicis enim, ac magistratum disceptationibus legitimis* etc. Quae cur non receperim ea causa est, quod id nostrum velle puto, (quantum ex Augustini verbis intelligere licet) debere vitam civium propositam esse et magistratum iudiciis, ut accusetur, quicumque peccaverit, et legitima parsium coram iudicibus disceptationi. Quamquam scio *disceptationem* etiam dici esse *praetoris*; veluti Pandect. L. II. Tit. xv. 8. 24. Ulpian.: *haec omnia habent disceptationem praetoris*: et infra V. 2. *nec vero quisquam privatus erat disceptator aut arbiter litis*. Mr.

*Haec ex Ciceronis — vituperari.*] Haec omnia omisit Heinr.

*libro ad verbum excerpta arbitratus sum, nonnullis propter faciliorem intellectum vel praetermissis vel paululum commutatis. — Dicit deinde alia, et sic concludit hunc locum, ut ostendat, veteribus displicuisse Romanis vel laudari quemquam in scena vivum hominem, vel vituperari. Augustinus C. D. II. 9 (a).*

¶ XI. Comoediam esse Cicero ait imitationem vitae, speculum consuetudinis, imaginem veritatis. *Donatus de trag. et comoed. (b).*

P. 292. Siquidem, quod in eo quoque de Re publica libro commemoratur, et Aeschines Atheniensis, vir eloquentissimus, cum adolescens tragoedias actitavisset (1),

(a) Locum hunc ipsum exhibet brevium idem Augustinus C. D. II. 12: *Romani, sicut in illa de Re publica disputatione Scipio gloriatur, probris et injuriis poetarum subjectam vitam famamque habere noluerunt, capite etiam plectendum sancientes, tale carmen condere si quis auderet.* (b) Silet Donatus, quoniam in opere haec Tullius dixerit: quae tamen dici ab aliquo videntur, qui poetas in quarto de rep. libro defenderit; et quidem fortasse a Laelio, qui praecipuus auctor fabularum Terentianarum vulgo creditus est, et paterna suaque amicitia Terentio junctus fuit. Cic. ad Att. VII. 3, de am. XXIV. Jam quod ait Plutarchus an sen. ger. resp. et reip. ger. praeccept. I. IX. p. 183 et 214 dictum fuisse *Σκιπίωνα ὑποκριτὴν τῶν πράξεων, ποιητὴν δὲ Αἰλίον τὸν ἑταῖρον*, id quidem ad Laelii consilia, quibus Scipio morem gerebat, refertur; verumtamen ex eadem fama Laelii poetantis manat.

— Sch. autem pro *faciliorem* dedit *faciliorum*. Ad haec extrema v. annotationem Dirksenii l. c.: p. 512. *Mr.* — Ad rem conf. Schulting. ad Jul. Paulum lib. V. tit. IV. de injuriis p. 439. et Fabric. ad Dion. Cass. LXI. 27. p. 825. sq. ed. Reimari. *Cr.*

XI. *Comoediam* etc.] Donati fragmentum, ex quo haec Ciceronis verba excerptis A. Majus, est in multis Terentii Editionibus, v. c. in Ed. Lindenbruchii 4. Paris. 1602, cum notis varr. 8. Amst. et Lugd. B. 1686. Omisit hoc fragmentum Schützius. *Mr.*

*Siquidem — commemoratur et*] Haec omnia omisit Sch., qui hoc fragmentum incipit a verbo *Ae-*

*schines*. Heinar.<sup>9</sup> omisit vocem *Siquidem*. Vocem et ante *Aeschines* omittit etiam L. Viv. *Mr.*

*cum adolescens*] Ante haec verba A. Majus infersit *qui*, quod non habet L. Vives, et recte omiserunt Edd. Sch. Heinar. et Lehn. *Mr.*

*actitavisset*,] In re judiciaria usus est hoc verbo] noster in Bruto 70. 246. *M. Pontidius, municeps noster, multas privatas causas actitavit*. In seqq. pro *pacis et belli* apud Augustinum est *pacis ac belli*. *Mr.*

(1) De Aeschine et de sequente Aristodemo lege Plutarchum vit. x. rhet. cap. VI.

rem publicam capessivit; et Aristodemum, tragicum item actorem, maximis de rebus pacis et belli legatum ad Philippum Athenienses saepe miserunt (1). Augustinus C. D. II. 10. (a).

XII. Οὔτε γὰρ ἅπαντα τέρασις μεμπτόν, οὔτε τῆς μουσικῆς αὐτῆ τέλος, ἀλλ' ἡ μὲν φυγαγωγία κατὰ τὸ συμβεβηκὸς σκοπὸς δὲ ὁ προκείμενος ἢ πρὸς ἀρετὴν ὠφέλεμα ὅπερ πολλοὺς τε ἄλλους ἔλαθε, καὶ τὸν ἐν τοῖς Κικέρωνος τοῦ Ῥωμαίου Πολιτικοῦς τὰ κατὰ μουσικῆς ῥηθέντα διαλεγόμενον (b). Οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔν φαίην ἐκείνω τὰ τοιαῦτα εἰρησθαι· πῶς γὰρ ἔν τις αὐτὸν ἰσχυρίσαιτο μουσικὴν λουδορεῖν τε καὶ ὡς φαῦλην εὐθύνειν τέχνην, ἁρμονῶν τε καὶ ῥυθμῶν ἀρετὰς τε καὶ κακίας (b\*) διορίζουσαν, ἄνδρα, ὅς γε (c) τηρικαῦτα ῥυθμοῖς μόνοις καὶ τούτοις ἀγενέσι καὶ φαύλοις ἐπιδεικνύμενον Ῥώσκιον τὸν ὀρχηστήν, οὕτω (d) σφόδρα ἐξεπλήττετο, ἄστε φάσκειν αὐτὸν προνοία θεῶν ἐς ἀνθρώ-<sup>P. 293.</sup>πους παρελθεῖν (2). Καὶ γὰρ εἴ τις αὐτὸν φάσκοι τὰ μὲν

(a) Meibomius in notis ad Aristid. Quintil. tribuit Ciceroni de rep. etiam initium hujus Augustiniani capituli: *Graeci scenicos actores fabularum non parvo civitatis honore dignos existimant. Siquidem quod in eo quoque de rep. libro commemoratur etc.* (b) Meibomius immutare nititur ῥηθέντα; sed enim duo quoque Aristidis Vaticani Codices ita habent. [(b\*) Ita et Codd. Vat. [ἀρεταῖς τε καὶ κακίαις] Sed corrige cum Meibomio ἀρετὰς — κακίας. A. M. in Emm.] [Post ῥηθέντα adde conjecturaliter διαλεγόμενον cum N. id. ib.] (c) Ita Meibomius γε; sed uterque Codex Vat. τὸ, ut Cod. Oxon. (d) Ita Meib. sed uterque Codex Vat. οὕτως.

(1) Haec dici videntur in dialogo a persona defendente artem scenicam adversus Scipionem. Quod si hunc locum ipse Scipio recitat, vituperari ab eo Graecos puto, qui scenicae arti honorem tribuerint.

XII. Οὔτε γὰρ κ. τ. λ.] Hoc totum caput omisit Sch. Mr.

τὸν — τὰ κατὰ μουσικῆς ῥηθέντα.] Meibomii nota haec est: „Non video, quomodo haec lectio retineri possit. Scriberem εἰρηκότα, nisi addere velimus παρεμβεβηκότα.“ Quod probat Lehn. Nos recepimus Niebuhrii διαλεγόμενον. Mr.

ἀρετὰς τε καὶ κακίας] Correximus, quos in contextu servarunt A. Majus et Lehnerus (quamquam improbant), Dativos ἀρεταῖς τε καὶ κακίαις; idemque fecit Heinr., qui etiam in seqq. ex vocibus ὅς γε τηρικαῦτα ejecti medium. Mr.

(2) Non extat hic locus in mutila Rosciana oratione. Sed audiamus Macrobius Sat. II. 10: *histriones non inter turpes habitos Cicero testimonio est, quem nullus ignorat Roscio et Aesopo histrionibus tam familiariter usum etc. Nam illam orationem quis est, qui non*

ἐν ἣ συγγεγραφε Πολιτεία λέγειν ἐκούσιως, τὰ δὲ περὶ  
 Ῥώσιον προκειμένης (α) ἔνεκεν ὑποθέσεως, ἀνιστρέφειν  
 μὲν καὶ ἡμᾶς οὐδὲν κωλύσει τὸν αὐτὸν λόγον. Ἄλλ' ὅμως  
 καὶ οὕτω (β) λάθοι τις ἂν ἀποδοκιμάζων μᾶλλον, ὅσον (γ)  
 εἰς τὴν παροῦσαν σκέψιν, ἢ (δ) συνιστᾶς τὸν ῥήτορα·  
 ἀναξιόπιστος γὰρ πρὸς ἀληθείας εὔρεσιν, ἢ δικαίαν (ε) κρι-  
 σιν, ὃ ταῖς κατ' αὐτὴν, ἢ κατὰ τὴν αὐτοῦ (ς) προαίρεσιν  
 ἀλλὰ μὴ ταῖς κατ' οὐσίαν δουλεύων ὑποθέσεσιν. Οἴμαι  
 δὲ, ὡς οὐδ' ἂν αὐτὴν ἔψευγε ῥητορικὴν διὰ τοὺς δεκαζομέ-  
 νους (ς\*) τῶν ῥητόρων. Οὕτω δὴ, καὶ εἴ τινες τῶν τεχνι-  
 τῶν, διὰ τὸ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, τὰ ἀγενῆ μελωδοῦσιν,  
 οὐ τῆς τέχνης τὸ αἰτίημα. Ἄλλὰ καὶ ἡ πατρις αὐτῶν τοὺς  
 μὲν ἐπὶ Νομᾶ καὶ τοὺς ὀλίγῳ μετ' αὐτὸν, ἔτι τυγχάνοντας  
 ἀγρωιτέρους, μουσικῇ παιδευομένους εἶχε, καθὰ καὶ αὐτὸς  
 φησιν, ἰδίᾳ τε ἐν εὐωχίαις, κοινῇ τε ἐν ἀπάσαις τελεταῖς  
 σφίσι συνοργαζούσῃ (ς). *Aristides Quintilianus de musica*  
*lib. II. ed. Meibom. p. 69 — 71 (\*).*

(α) Meib. ἢ προκειμένης. Censet autem in notis omittendum ἢ.  
 Codex antiquior Vat. habet ἢ προκειμένη; recentior ei (tum su-  
 peradditum ἢ) προκειμένης. (β) Codd. Vat. et Oxon. οὕτως.  
 (γ) Codd. Vat. ἴσον; Oxon. ἴσον. (δ) Ita Meib. et codex antiquior  
 Vat; at recentior omittit ἢ, et interpungit post ἴσον. (ε) Codex  
 recentior Vat. δικαίους, nempe pro δικαίον. (ς) Ita Codd. Vat.  
 Male autem Meibomius αὐτῶν. [(ς\*) Ita Meibomius et Codd. Vat.  
 [δικαζομένους] Verumtamen ill. Niebuhrius corrigat δεκαζομένους,  
*causidicos pretio corruptos*. Sane in loco, quem lib. V. 9. ex  
 Ammiano retuli, Cicero iudices non solum pecunia, verum etiam  
 eloquentia corrumpi vetat. Quod autem in invectione contra  
 noxios rhetores Cicero munerum corruptelam iis objecerit, pro-  
 num creditu est. A. M. in Emm.] (ς) Ita Meib et codex anti-  
 quior Vaticanus; at recentior συνοργιάζουσιν. (\*) Ex Aristidis  
 Quintiliani, quem adscripsimus, tractu constat, quandam e per-

*legerit, in qua populum Roma-  
 num objurgat, quod Roscio ge-  
 stum agente tumultuaverit? etc.*  
*quae res ad hanc artis suae  
 fiduciam Roscium abstraxit, ut  
 librum conscriberet, quo elo-  
 quentiam cum histrionia compa-  
 raret.*

κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, ]  
 Ita scripsi cum Heinr. Sed A.  
 Majus edidit αὐτοῦ. Mr.  
 δεκαζομένους] Haec Niebuhrii

correctionem recepimus cum  
 Heinr. et Lehnero pro δεκαζομέ-  
 νους. Mr.

τούς — μετ' αὐτὸν, ἔτι — ἀγρω-  
 τέρους,] Consonant haec cum iis,  
 quae dixit Scipio L. II. c. 17,  
 videlicet post Numae regnum  
 bellicosiores rursus et ferociores  
 factos esse Romanos. Mr.

συνοργαζούσῃ] In ed. prae. est  
 συνοργαζούση, sine subscripto,  
 quod non imitari debuit Lehn.

sonis librorum Tullii de rep. (et quidem hujus quarti libri, in quo de theatro et de moribus) reprehendisse musicam, quae animos delectatione corrumpet. Hanc criminationem Aristides, musicae defensor, ita refellit, ut dicat, eam fieri quidem ab homine apud Tullium loquente, sed tamen eandem ab auctoris ipsius mente alienam esse. Probat autem, non esse propriam Tullii sententiam, quia ipse orator miris musicam laudibus in Roscio extulerit, idemque eam vel inde a Numae aetate sacris atque conviviiis adhibitam memoraverit. Quod si quis, inquit Aristides, objiciat, a Tullio musicam in Roscio oratorie et pro caudidici officio, non ex animi sententia, laudatam videri, retorquendum sibi argumentum ait, ut nempe in libris de rep. non ex animi sui sententia Tullius, sed pro loquente persona et dialogorum ritu, musicae maledixerit. Neque enim vel ipsam rhetoricam propter litigantes rabulas vituperaverit.

Jam Aristidis hic locus, quum mihi luce meridiana clarior videatur, nescio quas tamen viro doctissimo offudit tenebras Marco Meibomio not. ad Aristid. (adstipulante Fabricio Bibl. Lat. in Cic. de rep.), qui aliter intellexit Aristidis verba; neque ab eo reprehensam dialogi personam, vel auctoris inconstantiam, agnovit, sed sic loqui Aristidem dixit, quia is interpolatum Ciceronem aliena manu, intrusamque in opus sententiam existimaverit. Scilicet ad verba οὐ γὰρ ἔγωγ' ἀν φαιήν ἐκείνω εἰρηθεῖαι commentatur seu potius hallucinatur Meibomius sic: *locus revera notabilis, quod jam ab omni saeculo optimorum auctorum scripta a sciolis et improbis hominibus interpolari consueverint.*

Porro haud absurdum fuit, Tullium in politico opere verba facere de musica, cujus tantam curam prae se tulit in politicis scriptis Plato, ut, notante Cicerone Leg. III. 14, illius placitum fuerit, *musicorum cantibus mutatis mutari civitatum status.* [Vid. ed. nostr. p. 442. ibiq. Dav. et nostr. not. Mr.] Et quidem de incredibili studio musicae tota est Theodorici regis epistola Cassiod. var. II. 40. Quod vero musicam Cicero vituperandam curaverit, id primo fieri videtur studio refellendi Platonem, cui coeptum est contradici superius cap. III; deinde quod saepe musica videatur publicos mores corrumpere; quare et Ephorus apud Polybium IV. 20 ait, fraudis causa et cujusdam fascinationis introductam esse inter homines musicam; quam tamen defendit Polybius, sed ita, ut a se protegi dicat non quamlibet, sed *τὴν γε ἀληθῶς μουσικήν.* Musicae vituperatio est apud Sextum Emp. lib. VI. Severe Lactantius Inst. VI. 21, atque haud scio an verbis Tullianis: *aurium voluptas ex vocum et cantuum suavitate percipitur; quae scilicet tam vitiosa est, quam oblectatio illa, de qua diximus, oculorum. Quis enim non luxuriosum ac nequam putet eum, qui scenicas artes domi habeat? Atqui nihil refert, utrumne luxuriam solus domi, an cum populo exerceas in theatro.* Pergit deinde Lactantius post sonos reprehendere carmen orationemque suavem; quae omnia ad imitationem Tullii conscribi videntur.

Ad hunc Aristidis locum monet ex hoc quarto de Re publica Censor, quem saepius laudavi, libro, neque vero (ut dicitur Lipsiensis (1824. 7. p. 50 sq.), v. c. in Ed. Torrenii p. 128.) ex parere ex ultimis verbis, hausit Brut. 19, 75, et Tusc. I. 2. 3. se Valerium Maximum II. 1. 10. IV. 2. 5. sq. Mr.



## M. TVLLII CICERONIS

## DE RE PVBLICA

## LIBER V.

P. 295. I. Quando res publica Romana non iam pessima ac flagitiosissima, sed omnino nulla erat, secundum istam rationem, quam disputatio de Re publica inter magnos eius tum principes habita patefecit; sicut etiam ipse Tullius, non Scipionis, nec cuiusquam alterius, sed suo sermone loquens, in principio quinti libri demonstravit (<sup>a</sup>), commemorato prius Ennii poëtae versu, quo dixerat,

*Moribus antiquis res stat Romana virisque* (1):

quem quidem ille versum, inquit, vel brevitate vel veritate tamquam ex oraculo mihi quodam esse effatus videtur. Nam neque viri, nisi ita morata civitas fuisset, neque mores, nisi hi viri prae fuissent, aut fundare, aut tamdiu tenere potuissent tantam et tam juste

(<sup>a</sup>) Sic habet *demonstravit* editio Augustini Lovaniensis [et Lud. Viv.]; at aliae tres *testatur*. In *ms.* nihil est, quia subintelligitur verbum *patefecit*, ut observant Maurini.

*Quando res publica etc.*] Apud Augustinum est: *Quando ergo res publica Romana talis erat, qualem illam descripsit Sallustius, non iam pessima etc.* et ita edidit Lehn. (nisi quod omisit *ergo*) merito improbens omissa esse ab A. Majo verba interposita. Sallustii vero locus, quo perditiosos rei publicae Romanae mores describit, est Catilin. x — xiv. *Mr.*

*demonstravit,*] Omisit hoc verbum Lehn. cum absit a MSS. et commode subaudiri possit ex praegressis *patefecit* aut tale quid; in hac sententia Edd. Maurr. secutus. *Mr.*

(1) Idem hic versus extat in epistola M. Aurelii imp. apud Vulcatium in Cassii vita cap. v. *ita morata civitas*] Saepius usus est noster hac locutione, v. c. de Orat. I. 19. 85. Bruto 2. de Senect. 18. 63. *Mr.*

*sed omnino nulla erat,*] Ita noster de Orat. I. 9. 58. *rem publicam, quam nunc vix teneamus, jam diu nullam haberemus.* Conf. de Divin. II. 2. 6. *Mr.* *tam juste lateque*] Sch. scripsit ex conj. Patricii *tam longe lateque*; neque ego difiteor, mihi parum convenire videri vocem *juste* loci totius sententiae: nam

lateque imperantem rem publicam. Itaque ante nostram memoriam et mos ipse patrius praestantes viros adhibebat, et veterem morem ac maiorum instituta retinebant excellentes viri. Nostra vero aetas cum rem publicam sicut picturam accepisset egregiam, sed iam evanescentem vetustate, (1) non modo eam coloribus iisdem, P. 296. quibus fuerat, renovare neglexit, sed ne id quidem curavit, ut formam saltem eius et extrema tamquam lineamenta servaret (a). Quid enim manet ex antiquis moribus, quibus ille dixit rem stare Romanam? quos ita oblivione

(a) Cicero hoc ipso anno, quo de rep. opus componebat, ad Atticum IV. scribens, qua in epistola de politicis ipsis libris loquitur, ait: *amisimus, mi Pomponi, non omnem modo sucum ac sanguinem, sed etiam colorem ac speciem pristinam civitatis: nulla est resp., quae delectet, in qua acquiescam.* Quae verba tam similia huic prooemio quinti libri sunt, ut ab illo, quod iis forte diebus scribebatur, in epistolam; aut contra ab epistola in prooemium transfusa videantur. Mores Romanorum perditos, qui ansam civilibus bellis dederunt, poetica facundia narrat Lucanus I. 158. sqq.

*justitia imperii* non erat id, quod difficilem faciebat imperii conservationem, sed illud, quod *longe lateque* fuscum erat imperium Romanum, et in tantam molem excreverat, ut nisi *moribus virisque antiquis* stare non posset. Accedit quod *longe lateque* saepius hoc sensu dixit noster (veluti de Divin. I. 36. 79. de N. D. II. 15. 40. I. 20. 54. Tusc. V. 27. 76.) *juste lateque* junxit nusquam. Minus probabilis est altera Patricii conjectura *tam fusc lateque*. Nam quod est in Orat. 32. 113. *facultas fusc lateque dicendi*, nemo est quin videat, cum nostro loco non convenire. Mr.

*veterem morem ac maiorum instituta*] L. Viv. edidit *veterum morum*, Sch. ut Edd. Fragm. Cic. *veterum morem*, videlicet *ut majorum et veterum* sibi respondeant invicem. Sed hoc non est necessarium, neque eam concinnitatem sectatus est noster. in Vatin.

13. 32. ubi scripsit: *oculos civium; morem veterem*: et mox c. 2. est *hunc morem veterem Graeciae regum*; ubi item tentare posset aliquis *veterum*. Mr.

*picturam — evanescentem vetustate*] Ita de Divin. II. 57. 117. *vina et salsamenta evanescent vetustate*; ib. *vis loci* (oraculi Delphici) *vetustate evanuit*. Mr.

(1) Locum a verbis *nostra vero actas* usque huc citat e quinto de rep. etiam Nonius voc. *vanum*; sed mendose *ut nostra*; nam *ut* particulam recte praetermittit Augustinus. Additur tamen *jam* ante *evanescentem* apud Nonium, quae particula in Augustino desideratur.

*formam — et — lineamenta*] Junxit haec etiam de N. D. I. 27. 75. de Or. I. 43. 187. Mr.

*rem stare Romanam?*] Post *Romanam* Sch. colon posuit, ut Edd. Fragm. Cic., omisso plane interrogandi signo; non melius

obsoletos videmus, ut non modo non colantur, sed etiam ignorentur. Nam de viris quid dicam? Mores enim ipsi interierunt virorum penuria. Cuius tanti mali non modo reddenda ratio nobis, sed etiam, tamquam reis, capitis quodam modo dicenda causa est. Nostris enim vitiis, non casu aliquo, rem publicam verbo retinemus, re ipsa vero iam pridem amisimus (<sup>a</sup>). Haec Cicero fatebatur longe quidem post mortem Africani, quem in

197. suis libris fecit de re publica disputare. *Augustinus C. D. II. 21. Confer etiam II. 25. 2.*

(<sup>a</sup>) Augustinus C. D. II. 16: *mala morum ita magna sunt, ut his doctissimi Romanorum viri, etiam stantibus urbibus, resp. perire confirmant.* Quis non sentit, ab Augustino spectari Ciceronis hunc locum? Frustra igitur Maurini editores, dum ad Coquaeum Vivesiumque Augustini interpretes respiciunt, in margine citant locum quendam Plautinae Persae (rv. 4. 6. sqq.), quasi Augustinus de Plauto cogitaverit. Rerum publicarum fortunam e morum inclinationibus pendere docet etiam Plato VIII. p. 544. Sane et Karthaginis, quo tempore a barbaris eversa est, mores horribiles et probe beluinos ardentibus eloquentiae suae coloribus deformat Salvianus G. D. VII. 16. sqq.; tum Romani imperii corruptelas diu exécratus, eique exitium in fine libri ominatus, *sola nos, ait, morum nostrorum vitia vicerunt.*

quam L. Vives, qui interrogandi signum rejecit post *ignorentur.*  
*Mr.*

*virorum penuria*] Hoc sensu dixit noster in Bruto 1. 2. *magna sapientium civium bonorumque penuria.* *Mr.*

*sed etiam, tamquam reis, capitis — dicenda causa est.*] Ita distinxi cum Heinar. Reliqui distinctiones minores omiserunt. Prohibere autem voluit Heinar., ne lectores jungerent *tamquam reis capitis.* Ut vero h. l. est *capitis causam dicere*, ita dixit in Bruto 12. 47. *capitis causam orare.* Fortasse aliquis vocem *capitis* plane abesse velit: cujus ego sententiae calculum meum non adjicerem. *Mr.*

*re ipsa vero*] Sch. scripsit cum Edd. Frgm. Cic. *reapse vero*, ut est de Finn. V. 10. 27.

de Divin. I. 37. 81. Idem cum Villem. omisit extrema loci Augustiniani verba inde ab: *Haec Cicero.* *Mr.*

*longe — post mortem*] Nihil monerem de hoc usu minime Ciceroniano, nisi Schellerum in lexico irritam quidem, sed multam operam impendisse viderem, ut probaret, Ciceronem quoque *longe dixisse pro diu.* *Mr.*

*Confer etiam etc.*] Post *disputare* pergit Augustinus: *adhuc tamen ante adventum Christi: et cap. 25. dicit: Haec dicere compulsi sumus, quoniam pessimis moribus civium Romanam rem publicam jam antea perditam fuisse nullamque remansisse ante adventum domini nostri Jesu Christi auctores eorum dicere et scribere minime dabitaverunt.* *Mr.*

P. 247.

II. . . . *Nihil esse tam regale, quam explanationem aequitatis* (1), in qua iuris erat interpretatio (2), quod ius privati petere solebant a regibus: ob easque (3) causas agri, arvi et arbusti et pascui, lati atque uberes definiebantur.

(a) Cod. *interpraetatio*, cujusmodi menda ex male intellectis tabellionum notis orta sunt: nam *p* tam *prae* significat quam *pre*. Confer de rep. I. 1. p. 5. n. c. (b) Cod. *qui*.

*Nihil esse tam* etc.] Haec verba Sch. ut verba Codicis expressit, Heinr. plane omisit, Steinack. nonnisi *tam* servavit. Censor Lips. (1824. 6. p. 44.) dicit, sive folia, quae ex hoc libro exstant p. 247. 248 et 253. 254. esse transponenda, posteriusque loco prioris reponendum, sive, quod separatum sine socio exstat folium 199. 200. illis videri interponendum. Nam et in fine cap. 2. *Ilia autem — quod quidem hujus civis proprium, de quo agimus*; et c. 4. 5. sermonem esse de rege, qualis esse debet, legum latore morumque auctore: *Nec vero tam* etc. Contra vero folium 253. 254. c. 3. de jurum peritiam exercenda (*noster hic rector — civilis non imperitus* — (melius convenire principio cap. 2. (p. 247. 248.) ubi Manilio *nihil tam regale videtur, quam explanatio aequitatis — quod jus privati petere solebant a regibus*. — Quae ratio admodum videtur probabilis. Mr.

(1) Verba facit auctor de priscis regibus, qui judicia per se ipsi exercebant. Loquitur autem, ut credo, Manilius, cujus si ullae fuerunt partes, qua de re dubitari nequit, eas fuisse defendendi laudandique juris necesse est; idque se facturum Manilius ipse innuit de rep. I. 13.

*agri, arvi et arbusti et pascui, lati atque uberes*] Vid. Niebuhr. in Ind. Lat. v. *arvus*.

Contra quem Steinack. ad h. l. ita disputat, postquam correxit *arvis et arbustis et pascuis*: „Scriptio Codicis etsi „aliquo modo ferri potest, minime tamen concinna est. Ferri „autem illa tum demum aliquo „modo possunt, si *arvi, arbusti, pascui* altero casu dici putamus; non ut adjectiva sint: „quae Niebuhrii sententia ut plurimum insolentiae habet, ita „nullis similibus locorum auctoritatibus confirmari potest. „Praestat vero maxime tertio „casu, quem restitui *arvis, arbustis, pascuis*; cujus structurae ignoratio imbecillam librarii mentem, simul in ejus, quod „praecessit, *agri*, et casu et terminatione defixam transversam „egit.“ Quem contra monet Niebuhr. in libello, quem inscripsit *Duplik* etc. p. 17. *arvus* et *arbustus* esse adjectiva, et utrumque esse in Forcellini Lexico. Ad vocem *arvus* laudat etiam Varr. de L. L. IV. 4. ubi est in Cod. Flor. a *novando novalis. Ager arvus, et arationes, ab arando*. Utrumque adj. habet etiam Gean. in Thes. qui ad v. *arvus* laudat Plaut. Truc. I. 2. 47. *non arvus hic, sed pascuus est ager*. Censor Jenens. (Ergbl. 1824. 41. p. 525. C. R. Th.) dicit, probavisse quidem Niebuhrum, adjectiva esse illa verba, sed nostro tamen loco ea durius posita esse neque ad morem Ciceronis. Quae nobis quamquam

tur, qui essent regii (<sup>1</sup>), quique colerentur sine regum opera et labore, ut eos nulla privati negotii cura a populorum rebus abduceret. Nec vero quisquam privatus erat disceptator, aut arbiter litis; sed omnia conficiebantur iudiciis regiis (<sup>2</sup>). Et mihi quidem videtur Numa noster maxime tenuisse hunc morem veterem Graeciae regum. Nam ceteri, etsi hoc quoque munere fungebantur, magnam tamen partem bella gesserunt, et eorum iura coluerunt. Illa autem (<sup>a</sup>) diuturna pax Numae mater huic urbi iuris et religionis fuit: qui legum etiam scriptor fuisset, quas scitis exstare (<sup>3</sup>): quod quidem huius civis proprium, de quo agimus || . . . . .

(a) Cod. aut.

vera videntur, nolimus tamen a descriptione Codicis recedere, cum in re ad prisca tempora spectante uti etiam potuerit verborum formis paulo insolentioribus. Ad rem conf. Niebuh. R. G. I. p. 258 sqq. II. p. 350. sqq. *Mr.* *qui essent regii*] Cod. *regii*; sed nos cum Heinr. rescripsimus *regii*, quod praestare dativo neminem non concessurum existimo. Et solet scriptor Codicis simplex *i* ponere pro duplici v. c. III. 35. extr. *idem pro iidem.* *Mr.*

(1) Reditus nimirum gratia; namque, ut observat Plinius XVIII. 3, apud Romanos diu hoc solum vectigal fuit. Utitur autem hoc loco Cicero formulis atque appellationibus, ut puto, censoriis. Sane de his agri nominibus conferre licet Varronem LL. IV. 4, Isidorum Orig. xv. 13.

*quique colerentur*] Cod. et Edd. omnes *qui colerenturque*. Sed non solet Cicero secundo vocabulo addere *que*, nisi prae-

cedit praepositio monosyllaba, veluti paulo ante scripsit *ob easque*. Post relativum conjunctio *que* alteri vocabulo addita non magis apud nostrum reperitur, quam Tibullianum illud (I. 5. 56.): *Messalam terra dum sequiturque mari.* *Mr.*

(2) Scilicet a regibus ante Servium Tullium, qui primus, servatis sibi criminibus contra remp., cetera judicia per minores magistratus exerceri voluit. Dionys. IV. 25.

*Et mihi quidem — morem veterem Graeciae regum.*] Cr. in censura hujus operis (Annal. Heidelberg. 1823. 5. p. 67.) scripsit *veterum*, laudatque ad rem locum Diotogenis Pythagorei de regno apud Stobaeum Sermon. XLVI. p. 329. sq. et Aristotelis Polit. III. 14. [c. 9. p. 125. Schneider.] *οἱ βασιλεῖς — τὰς δίκας ἐκρίνον κ. τ. λ.* *Mr.*

(3) Recole de rep. II. 14. p. 154. n. 3.

*quas scitis exstare*] Ante *quas*

III. Sed tamen, ut bono patrifamilias, colendi, aedificandi, ratiocinandi quidam usus opus est (<sup>a</sup>). *Nonius de num. et cas.*

P. 253. . . . s. radicum seminumque cognoscere, num te offendet (<sup>b</sup>)? *M.* Nihil, si modo opus exstabit. s. Num id studium censes esse villici (<sup>1</sup>)? *M.* Minime; quippe cum agri cultura saepissime opera deficiat. s. Ergo, ut villicus

(<sup>a</sup>) Fragmentum hoc a Nonio e quinto de rep. citatum vel heic collocandum est, vel inter tertium quartumque libri caput.

(<sup>b</sup>) Videtur plena sententia fuisse: *si villicus studeat naturas radicum seminumque cognoscere, num te offendet?* Heic vero nec non in Noniano praecedente fragmento loquitur, ut censeo, Scipio cum Manilio; quorum postremus quum rectorem reip. juberet prudentissimum juris fieri, in eoque plurimam operam ponere, respondet Scipio, id catenus esse faciendum, quatenus vir politicus a procuranda rep. non impediatur. Quod confirmat villici et dispensatoris exemplo, quorum neutrum impedit, quominus muneris sui fines paulo liberius egrediatur, ita tamen, ut eos a quotidiana interim villicandi et dispensandi opera cessare vetet. Ad hunc Scipionis sermonem de jure pertinent illa, quae se de hac re scripsisse in libris de rep. ait Cicero ad Att. vi. 1, quae scilicet nos retulimus in testimoniis.

Heinr. asteriscum posuit, ut lacunam vel corruptionem significet. Steinack. post *scitis* distinctionem posuit minorem, quam probare non possumus. Nos non magis quam Heinr. sanum putamus locum; sed in lacunae vicinia nihil tentare audemus. Ceterum de Numae legibus vid. *Dirksen. Versuche z. Krit. und Ausleg. d. Quellen d. Röm. Rechts*, ejusque commentat. sextâ, quae inscribitur: *Uebersicht der bish. Versuche z. Krit. und Herstellung des Textes d. Ueberbleibsel v. d. Gesetzen d. Röm. Könige*, p. 305 — 340. ubi eorum, quae ubicunque de Numae legibus reperiri possunt, nihil desiderabis. *Mr.*

(1) Aptis utitur auctor similitudinibus. Nam et pro Plancio **xxv**: *populus Romanus deligit magistratus quasi reip. villicos*. Cetera ibidem cum hoc politico

loco satis consentiunt. Nonnullis praeterea scientia oeconomica, id est dispensatoris, videtur congruere cum politica, qua super re disputat Philodemus in opere de vitis ac virtutibus col. 7—8, citato Theophrasti oeconomico, quod opus hactenus Aristoteli inscribebamus. Platoni quoque politic. p. 259. paterfamilias videtur similis politico homini aut regnanti.

*quippe cum agri cultura saepissime opera deficiat.*] Heinr. inter *cum* et *agri* asteriscum posuit. Sch. scripsit *agricultura* conjunctim. Lehn. *agri cultura*, ut ablativum significet. Steinack. denique correxit *agriculturam*; explicans: „agricultura ita operosa est, ut opera atque industria humana eam deficiat saepissime.“ Antea se tentasse ait *quippe quem* (sc. villicum), ut esset sensus: cum agro colendo

P. 299. naturam agri novit, dispensator litteras scit (<sup>1</sup>), uterque autem se a scientiae delectatione ad efficiendi utilitatem refert (<sup>a</sup>), sic noster hic rector studuerit sane iuri (<sup>b</sup>) et legibus cognoscendis; fontes quidem earum utique per | spe- P. 354. xerit, sed se responsitando (<sup>c</sup>) et lectitando et scriptitando ne impediatur, ut quasi dispensare rem publicam et in ea quodam modo villicare possit; summi iuris (<sup>1</sup>) peritissimus, sine quo

(a) Cod. *refertur*; quod si retines, dele antea *se*. (b) Ita Cod. a manu; at 1. *jure*. (c) Vocabulum proprium respondentium de jure.

operam et diem deficere. Mihi quidem ea, quam nunc inicit, ratio haud improbat. Mr.

*dispensator*] Legitur hoc vocabulum etiam in fragmentis Ciceronianis ex Hortensio apud Non. v. *aera*: cum rationem a *dispensatore* accipis. Mr.

(1) Idcirco Celso apud Columellam l. 8. villicus illitteratus placet, et qui saepius nummos domino, quam librum, offert.

*se*—*refert*,] Cod. (ait A. Majus) *refertur*; quod si retines, dele antea *se*. — Itane? Liberaliter agit cum lectoribus vir humanissimus, commodam his emendandi viam monstrans. Legi igitur etiam potest: *uterque autem* — *refertur* —? Quod si fieri potest, etiam dici poterit: *Plato ab arte poetica ad philosophiam collatus est pro Plato* — *ad philosophiam se contulit*. Est nostro loco eadem loquendi ratio, quae est de Off. II. 1. 4. *existimavi, honestissime molestias posse deponi, si me ad philosophiam retulissem*. Mr.

*responsitando*] Firmat hic locus lectionem apud nostrum de Legg. 1. 4. 14. *qui id interpretari populo et responsitare soliti sint*: ubi plures Codd. ha-

bent usitatius verbum *respondere*: vid. Ed. nostr. et Cr. p. 34. Verbo *lectitare* etiam usus est noster in Bruto 31. 121: verbo *scriptitare* et alibi et ibid. 77. 267. In seqq. addit *quasi*, quia verbum *dispensare*, nisi de re familiari et domestica (ad Att. xi. 1.) proprie non dicitur. Mr.

*villicare*] Activus hujus verbi usus ex hoc loco aureo etiam seculo vindicandus est, indeque corrigendi Facciolatus et Forcellinus in Lex. Cr.

*summi quidem juris*] Vereor ut recte explicaverit in annotatione A. Majus, quid sit *summum jus*. Nos potius ab ipso Cicerone id melius explicatum esse existimamus de Legg. 1. 6. Quod mox sequitur *se a suo munere non impedit*, ita singulariter dictum est pro *se* — *impediri non patitur*, ut ejus constructionis exemplum alterum apud Ciceronem repertum iri vix ac ne vix quidem credam. Mr.

(2) Quonam pacto summum jus haec a civili distinguatur, quaerent docti legalicii. Summo quidem jure agimus, cum litem e legum formula, non ex arbitri aequitate, definiri postulamus.

iustus esse nemo potest, civilis non imperitus (a), sed ita, ut astrorum gubernator, physicorum medicus; uterque enim illis ad artem suam utitur, sed se a suo munere non impedit (1). Illud autem videbit hic vir || . . . .

P. 199. III. civitatibus, in quibus expetunt laudem P. 300.

optimi et decus, ignominiam fugiunt ac dedecus. Nec vero tam metu poenaque terrentur, quae est constituta legibus, quam verecundia; quam natura homini dedit, quasi quendam vituperationis non iniustae timorem. Hanc ille rector rerum publicarum auxit opinionibus, perfecitque institutis et disciplinis, ut pudor cives non minus a delictis (b) arceret, quam metus. Atque P. 200. haec | quidem ad laudem pertinent; quae dici latius uberiusque potuerunt (2).

V. Ad vitam autem usumque vivendi ea descripta ratio est iustis nuptiis, legitimis liberis,

(a) Cod. *imperditus*. (b) Cod. *adfectis pro a delictis*.

(1) Ita se gessisse Africanum nostrum diximus de rep. I. 18. p. 54 in notis. Sic autem jubet Polybius in praeceptis artis imperatoriae IX. 20, nec non Strabo I. p. 24. Apte vero ad hunc Tullii locum Celsus in prooemio ait: *nec agricolam nec gubernatorem disputatione, sed usu, fieri.*

*Nec vero tam metu poenaque terrentur,*] Quae causa impulerit Schützium, ut omitteret *terrentur* et in cap. sequ. extr. verba *bene constituta*, non assequor; nisi forte id eo consilio factum est a correctore, ut ab initio horum librorum usque ad finem fragmentorum Codicis Vaticanani in eodem negligentiae et oscitantiae tenore pergeret. *Mr.*

*verecundia—timorem.*] Conf. Partitt. Oratt. 23. 79. ubi est: *Custos vero virtutum omnium, dedecus fugiens, laudemque maxime consequens, verecundia est.* *Mr.*

*ut pudor—a delictis arceret,*] Conf. quae disputavi ad locum Cic. de Legg. I. 6. 51. ad verba *serendi etiam mores*, Ed. nostr. et Cr. p. 51. *Mr.*

(2) Hinc vides auctorem varias scripsisse politicae scientiae technas, quibus rector reip. uti debet.

*justis nuptiis*] Ad rem v. quos laudat Creuz. Antt. Romm. p. 74. Add. Grupen. de Uxore Romana p. 340. *Mr.*



sanctis Penatium deorum Larumque familiarium<sup>(a)</sup> sedibus, ut omnes et communibus commodis et suis uterentur<sup>(1)</sup>, nec bene vivi sine bona re publica posset, nec esse<sup>(b)</sup> quicquam civitate bene constituta beatius. Quocirca per mirum mihi videri solet, quae sit tanta doc || ...

P. 301. VI. Consumo igitur omne tempus, considerans, quanta vis sit illius viri, quem nostris libris satis diligenter, ut tibi quidem videmur, expressimus. Tenesne igitur

(a) Ita Cod. [*familiarum*] nisi mavis *familiarium*. (b) Cod. 1. manu ecce. 2. esse; sed fortasse dicendum esset.

*Larumque*] De hac Genitivi forma vid. Cic. de N. D. III. 25. p. 635. ed. nostr. et Mos. ibiq. annott.; ibid. II. 27. p. 315. sq. Ad rem pertinet Fragmentum Timaei Ciceron. §. 11. p. 1115. ed. Ern. in primis circa finem. Cr.

*Larumque familiarium*] „Cod., ait A. Majus, *Larumque familiarium*: nisi mavis *familiarium*.“ Posterius necessarium est, ideoque receptum ab Heiar. Sch. St. et Lehn. Solebāt enim Cicero dicere *Lar familiaris*, *Lares familiares*; nunquam *Lar familiae*: vid. Or. pro Quinct. 27. 85. in Verr. III. 11. 27. pro Dom. 41. 108. De descriptione *Larum*, quam nunc quidem praeferebam existimo, vid. quae monui ad Cic. de Legg. II. 11. 27. p. 257. ibiq. in primis *Schneider*. Lat. Formenl. I. p. 256: de descriptione *Penatium* eundem p. 252. Ad rem v. Creuz. Antt. Romm. p. 69. qui item scribi vult *familiarium*. Obiter moneo, *sanctis* esse i. q. *sancitis*, neque vero adjectivum. Mr.

(1) Id nimirum sapienter contra Platonem, qui commoda omnia fecerat communia, urget Aristoteles reip. II. 5, evidenter ostendens, ea partim debere esse communia, partim privata; secus nullam propemodum esse civita-

tem; sicuti nullus concertus erit, siquis symphoniam eo redigat, ut sit unius vocis sonus; aut sermonem numerosum, ut sit pes unus.

*nec esse quicquam civitate bene constituta beatius.*] Quam nobis commendat scriptionem esset A. Majus in ana. crit. nemo recepit. Lehn. vero codicis lectionem defendens locis Livii v. 25. 4. XLII. 66. 1. quorum prior est: *illud se tacere . . . quod ex ea tantum praeda . . . decima designetur*; *urbis atque agri capti . . . mentionem nullam fieri*: in eo frustra elaboravit: nostro enim loco ad esse ex praecedentibus subaudiendum est *posset*. Mr.

*Consumo igitur* etc.] Laudat ea, quae Cicero ponit, Muretus ad Platonis Rempubl. I. p. 338. p. 25. Bekkeri: ubi conf. Morgenstern. de Platonis Republ. p. 95. seq. et Ast. ad Platon. I. I. p. 358. sq. Cr. — Videlicet huc referenda sunt, quae laudavit Ciceronis loca Muretus ad Plat. Remp. I. p. 550. Ed. Opp. Mur. Ruhnkenian. T. III. Mr.

*Tenesne igitur*,] Ita cum Heiar. distinximus, ut jam Ern. distinxit. Reliqui cum A. Majo male distinctionem posuerunt minorem post *rei publicae*, hic vero omi-

tur, moderatorem illum rei publicae quo referre velimus omnia? Nam sic quinto, ut opinor, in libro loquitur Scipio: Ut enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria<sup>(1)</sup>, sic huic moderatori rei publicae beata civium vita proposita est, ut opibus<sup>(a)</sup> firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit: huius enim operis, maximi inter homines atque optimi, illum esse perfectorem volo<sup>(2)</sup>. *Cicero ad Att. VIII. 11.*

Et ubi est, quod et vestrae litterae illum laudant patriae rectorem, qui populi utilitati magis consulat, quam voluntati? *Augustinus ep. CIV. 7. (3)*.

(a) Scilicet *potestate* seu *dominatione*. Haec enim haud rara notio est vocabuli *opes*, ut docui ad Euseb. chron. proem. lib. I. p. 3. n. 5.

serunt. Sch. in Ed. Opp. Cic. utramque posuit: incommode. *Mr.*

(1) Sic Diotogenes Pythagoricus in libro de regno, cuius amplum fragmentum est apud Stobaeum lib. XLVI. p. 330: *κυβερνάτα μὲν γὰρ ἔργον ἐν τῶν ναυῶν σώζεν· ἀνάχων δὲ τὸ ἄρμα· ἰατρῶν δὲ τῶς νοσέοντας· βασιλείως δὲ καὶ τῶ στρατηγῶ τῶς ἐν πολέμῳ κινδυνεύοντας*. Tanta autem similitudo est reliqui ejus fragmenti cum hoc Tulliano, ut lectum arbitrer a Cicerone Diotogenem. Lactantius quoque Inst. VII. 3 imitatur de more Tullium: *tamquam dominus domum, navim gubernator, auriga currum, regit*. Utiliter legeris, quae de gubernatore sit Socrates apud Xenoph. memor. III. 6. Magis tamen crediderim, a Tullio rectorem suum exactum fuisse ad eam formam, quam Plato in suo politico exhibet, quem virum ipse *φύλακα* passim appellat. Confer etiam, quae de magistratu dicit libro legum sexto.

*virtute honesta*] Ad h. l. haec Schützius in Ed. Frgm. Cic. adnotavit: Patricius dubitabat, an potius legendum esset *virtute onusta*, quod aptius

scilicet responderet antecedentibus *firma, locuples, ampla*; nisi si forte honestam Cicero pro *divite* posuerit. Sed illud *virtute onusta* comicum potius poetam deceret, ut apud Plautum Stich. II. 1. 3. est *onustum pectus laetitiae*. *Mr.*

*maximi inter homines atque optimi*] Heincr. edidit *maxime*, invitus, ut opinor. Vocabulum, quod sequitur, *perfector*, rarissimi est usus, neque praeter hunc locum apud Ciceronem obvium, nisi de Or. I. 6. 257. — Sequentem locum ex Augustini Ep. civ. excerptum omisit Heincr.; cum vero, qui hunc excipit, ex Augustino de Civ. Dei et Joanne Saresb. omisit Schützius. *Mr.*

(2) Cicero ad Lentulum anno hoc ipso scribens (ad Fam. I. 9.) ait: *omnibus nobis in administranda rep. propositum esse debet, id quod a me saepissime dictum est, cum dignitate otium*.

(3) Non est dubitandum, quin hoc loco Augustinus intelligat Tulliani quinti libri virum politicum. Respondet enim illa epistola Nectario ethnico, cujus litterae ad Augustinum mentionem habent manifestam operis de rep.

P. 302.

VII. Tullius dissimulare non potuit in iisdem libris, quos de Re publica scripsit; ubi loquitur de instituendo principe civitatis, quem dicit alendum esse gloria, et consequenter commemorat, maiores suos multa mira atque praeclara gloriae cupiditate fecisse. *Augustinus C. D. v. 13; Io. Saresberiensis Policr. VIII. 5.*

Tullius in libris de Re publica scripsit: scilicet principem civitatis gloria esse alendum; et tam diu stare rem publicam, quam diu ab omnibus honor principi exhiberetur (a). *Petrus Pictaviensis epist. ad calumn. Bibl. PP. Lugd. t. XXII. pag. 824.*

Tum virtute, labore, industria quaereretur summi viri indolem; nisi nimis animose ferox natura illum nescio quo... *Nonius voc. anima.*

(a) Locum hunc etsi partim in Augustino legere Petrus potuit, tamen, propter additamenta, legisse potius in ipso Cicerone videtur. Nisi forte in iis, quae adduntur, Augustini quaedam interpolatio atque explicatio fit.

quem dicit alendum esse gloria,] Paulo aliter locutus est Cicero in Bruto 8. 52. *intraque parietes aluit eam gloriam.*  
*Mr.*

*Mr. Tum virtute etc.]* Plane ita, ut edidit A. Majus, legitur hic locus in Ed. Nonii Aldina ad calcem N. Perotti Corn. Cop. p. 1512. et in Ed., quam laudavi, Parisiensi; sed ut ex L. I. in cuius libri fragmentis etiam ponitur in Edd., quae ad manum sunt omnibus. Sed valde variat lectio. Pro *quaereretur* est in Ed. Car. Steph. *quereretur*, in Edd. Lamb. Gothofr. Sylb. Verb. Ern. Bip. *quaereret*. Lehn. narrat in notis Ed. Paris. conjici legendum esse *tueretur*: ibidemque post *nescio quo* suppleri *impelleret*, quo sensum bonum extricari ait. Quod autem ait idem se in Ed. Ern. hoc fragmentum non invenisse id ideo factum est, quia illud in fragmentis libri v quaesivit. Heinr. post *quaereretur* asteriscum posuit,

ceterum nihil mutavit. Sch. scripsit *indole* pro *indolem*. Pro *ferox* habent *ferox* Edd. Lamb. Gothofr. Sylb. Verb. Ern. Bip. Eaedemque cum Vict. et Car. Steph. post *nescio quo* addunt *pacto*, quod addidisse Patricium ex quibusdam libris video in Ed. Verb. p. 5941, ubi ille: „Hoc fragmentum ad primumne, „an secundum, an etiam quintum „librum proprie pertineat, (hos „enim libros omnes in Noniis va- „riis cieri video,) alii judi- „cent. Ego in primo reposui, „non quasi id certa ulla ratione „fieri debere statuerim, sed quod „ex omnibus libris, qui in eo re- „citando loco nominabantur, eum „librum ceteris praeponi posse „judicaverim, quem ordo ipse „naturae praeponit in ordine nu- „merorum. — Salogae Nonius ha- „bet *quereretur*: ego lego *quaereret*. Habet idem *ferox*. Alii „legunt *nihil minus* pro *nisi ni- „mis*.“ *Mr.*

Quae virtus fortitudo vocatur; in qua est magnitudo animi, mortis dolorisque magna contemptio. *Nonius voc. contemptus.*

VIII. Marcellus ut acer et pugnax, Maximus ut consideratus et lentus. *Nonius voc. lentum.*

Qui comperit eius vim et effrenatam illam ferociam (a). *Nonius voc. ferocia.*

Quod non modo singulis hominibus, sed potentissimis populis saepe contingit (b). *Nonius voc. contingere.* P.303.

Orbi (c) terrarum comprehensos. *Charisius lib. I. p. 112.*

Quod molestias (d) senectutis suae vestris familiis impertire posset. *Nonius voc. impertire.*

(a) Edd. Plantin. et Gotofr. tribuunt hoc fragmentum libro quinto; at Paris. sexto, mendose ut puto. (b) Edd. Plantin. et Gotofr. citant ex incerti operis Tullii libro V; Paris. e Tuscul. V. (c) *Orbi* in sexto casu pro *orbe* scribit Rutilius apud Charisium ibidem. Num ergo apud Ciceronem quoque loquitur heic Rutilius, cuius idcirco sermonem belle imitatur auctor?

(d) Edd. Paris. et Gotofr. *molestis*; ed. Plantin. *molestis*; tum in margine ms. *molestias*.

*in qua est magnitudo animi,]* Sch. edidit *in quo est*: quam certe mutationem nemo dixerit correctionem. Ad sententiam conf. totum Tusculanarum librum primum, de Off. I. 18. 61. sqq. Mr.

*Marcellus etc.]* Ad h. l. C. Sigonius: Diversas principum virtutes inter se comparat, atque ambas utiles esse reip. videtur innuere, ferocitatem nimirum et lenitudinem. Id quod M. Marcelli et Qu. Maximi exemplo confirmat: quorum Punico bello periculosissimo alter audacia, alter cunctatione, unde etiam Cunctatoris nomen invenit, plurimum oppressae reip. profuit. Itaque de Marcello in Bruto dixit Cicero post Cannensem illam calamitatem primum Marcelli ad Nolam proelio populum se Romanum erexisse: in Catone vero, Maximum Annibalem, juveniliter exul-

tantem patientia sua mollivisee. Mr.

*Qui comperit etc.]* Patricius ad h. l. ita: Sic Salogae liber et aliorum. Sigonius pro *comperit*, *compescit* et pro *illam ferociam*, *illius ferociam*. Ego haud scio an legendum sit potius *compressit* pro *comperit*, intelligendum autem vel de P. Mucio Scaevola Cos. qui Ti. Graccho, trib. plebis, acriter tum in senatu, tum in concione restitit: vel potius de P. Cornelio Nasica, qui privatus ejusdem Gracchi ferocitatem manu compressit, eumque occidit. Nam de Gracchi morte in his de Rep. libris fuisse mentionem testatur L. II. c. 21. Civit. Dei. Mr.

*Orbi terrarum comprehensos]* De ablativo *orbi* vid. K. L. Schneider. Lat. Formen I. I. p. 230. Hoc Fragmentum posuit Sch. post sequens: tertium autem ab hoc ex Seneca apud Gellium omi-

VIII. *Cicero in libris de Re publica*: Ut Menelao Laconi quaedam fuit suaviloquens iucunditas. — *Et alio loco*: Breviloquentiam in dicendo colat (<sup>a</sup>). *Seneca apud Gellium XII. 2.*

Quarum artium scaevitate, ut Tullius asseverat, nefas est religionem decipi iudicantis. Ait enim: Cumque nihil tam incorruptum esse debeat in re publica, quam suffragium, quam sententia; non intelligo, cur, qui ea pecunia corruperit, poena dignus sit; qui eloquentia, laudem etiam ferat. Mihi quidem hoc plus mali facere videtur, qui oratione, quam qui pretio iudicem corrumpit, quod pecunia corrumpere prudentem nemo potest, dicendo potest (<sup>1</sup>). *Ammianus Marcellinus XXX. 4. (b).*

(<sup>a</sup>) Hi loci a Seneca laudati collocantur in quinto libro propter illud fragmentum quod Nonius citat e quinto, quodque a nobis postremum ponitur, in quo fragmento sermo esse videtur de rhetoribus. De Menelaei eloquentia Homerus Iliad. γ. 213; Gellius VII. 14; Cicero Brut. XIII. Eloquentia principibus maxime ornamento est (Cic. Fin. IV. 22); quare princeps reip. ea debet instrui.

(<sup>b</sup>) Etsi Ammianus ex incerto Tullii opere locum hunc profert, Patricius tamen eum in quarto fragmentorum de rep. libro

sit, quia est in fragmentis dudum editis. *Mr.*

*suaviloquens iucunditas.*] Vocabulum *suaviloquens* alibi non legitur apud Ciceronem, nisi in loco Ennii in Bruto c. 15. 58. in versu hexametro:

*Additur orator Cornelii  
suaveloquenti Ore* etc.

Et quamquam illud adjectivum a Cicerone usurpatum hoc ipso Gellii loco a Gellio contra Senecam defenditur, illud certe verum est, Ennianum illud esse neque vero Ciceronianum. Quid quod ipse locus noster versum Ennianum, trochaicum videlicet octonarium vel senarium jambicum, redolet? *Mr.*

*Quarum artium*] Omisit hunc locum Marcellianum Heinr. Pro *scaevitate* in Codd. et Edd. nonnullis est *sacvitate*, veluti in Lugdunensi (sp. F. le Preux 1591.), quae ad manum est. Infra

in eadem et in Ed. Haurisii (Scriptt. Hist. Rom. T. II. p. 586.) recte legitur *corrumpit*, sed in Ed. Bip. est *corruptit*, quod non consonat cum praecedente *facere*. *Mr.*

(1) Contra rabulas, qui captiosa eloquentia iudicibus illudunt, causasque iniquas tuentur, graves poenas decernit Plato in fine libri legum undecimi; quem aemulari hoc loco Tullius videtur. De captiosa damnoaque eloquentia legatur Plato in Gorgia, cum Cic. de Or. II. 7, et de Invent. I. 1; Sext. Emp. contra rhet. seu lib. II; Dion. lib. LII. 15; Pollux IV. 4. 2. Denique Quintilianus declam. CCLXVIIII Tullii politicam invectionem contra eloquentiam imitari videtur aut exscribere: *civitatum status scimus ab oratoribus esse conversos: sive illam Atheniensium civitatem quondam late principem intueri*

Quae cum Scipio dixisset, admodum probans Mum- P.304.  
mius; erat enim nimis odio quodam rhetorum imbu- P.305.  
tus (a). *Nonius voc. imbuere.*

collocavit, analogia quadam ductus: quum enim eo libro reprehendantur poëtae, haud absurdum videtur improbos quoque caudicos ibidem fuisse vituperatos. Certe et Macrobbii locus a me sub Aristidis textu Graeco laudatus, et ipsius Aristidis verba quaedam, hanc opinionem quodammodo suadent. Sed tamen ego hoc, quod debemus Ammiano, frustum in quantum librum trans tuli, propter fragmentum quinti libri a Nonio servatum, ubi rhetorum mentio est secundum certe codicum nonnullorum editionumque lectionem. Alio quoque indicio utor, ut in quinto libro colloce; quia scilicet superius cap. II docuit Cicero, nihil esse tam regale dignumque principe civitatis, quam judicia exercere jusque dicere: porro Ammianus, ut in caudicos invehat, hanc ansam arripit, quod pessimi aulici Valentem Caesarem ab audiendis litibus studioque judicandi averterant, adserentes infra imperiale culmen causarum esse minutias privatarum: smoto igitur a tribunalibus principe, advocatorum forensium pravitas rapinis ilico malisque fraudibus habenas laxavit. Itaque et Cicero fortasse cavens, ne princeps civitatis judicia omitteret, eundemque simul admonefaciens, ut a rhetorum technis caveret, sic de abusu eloquentiae locutus est. Sed tamen haec omnia satis incerta esse fateor, et me undique pungi dubitationibus. Immo si respicias ad Hieronymi epistolam LIX. 8, non temere suspicaberis, Ammianum ex oratione potius, quam e politico scripto Tullii id fragmentum hausisse. Sic enim Hieronymus: *nihil tam facile, quam vilem plebeculam et indoctam concionem linguae volubilitate decipere, quae, quidquid non intelligit, plus miratur. M. Tullius in oratione pro Q. Gallio quid de favore vulgi et de imperitis concionatoribus loquatur, adtende, ne his fraudibus ludaris.*

(a) Ita totum hunc locum se correxisse vetusti exemplaris ad-  
miniculo ait Pighius ad ann. urbis DCXI; qui tamen pro *probans*  
scribit *probat*. Jam mihi de hoc fragmento tria observanda sunt.

*placeat, accisas ejus vires animadvertemus vitio concionantium: sive populi Romani statum excutere voluerimus, nonne gravissimas seditiones, nonne turbidissimas conciones eloquentissimas quisque habuit? Nonne illi Gracchi ad evertendam remp. his veluti armis succincti accesserunt? etc.*

*Quae cum Scipio]* Admodum variare hujus fragmenti lectionem in Codd. et Edd. annotavit A. Majus. In Ed. Ald. est p. 1422. itemque in Ed. Paris. 1583. *Quae cum Scipio dixisset admodum probans. nimis enim erat odio*

*rhetorum imbutus.* Ex Ed. Paris. Lehnerus hanc lectionem affert: *Quae cum Scipio dixisset, admodum probans Nummius, erat enim odio quorum rhetorum imbutus.* Heinar. post *probans* asteriscum posuit, et vocem *nimis* omisit. Cum Edd. Nonii Aldina et Paris. nostra faciunt Edd. Ciceronis Vict. C. Steph. et Sylb. Sed Lamb. Gothofr. Verb. Ern. et Bip. habent *nimis*. Posses conjicere legendum esse: *Quae cum Scipio dixisset, admodum probans Mummius: (erat enim nimio quodam odio rhetorum imbutus:). . . inquit, . . Mr.*

1. Citatur id e quinto de rep. a Nonio in editionibus, et in cunctis codicibus Vaticanis. 2. Nomen *Mummius* neque in codicibus Vaticanis legitur, neque in editionibus, quas vidi, excepta Plantiniana, cujus in margine legitur *Mummius*. 3. Vocabulum *rhetorum* legitur in Edd. Parisiaca, in Gotofrediana, et in Plantiniana; sed idem in codicibus variat. Nam tres codices Vaticani habent *Numius erat enim odio quorum reorum imbutus*. Alius codex Vat. habet ut supra, sed *nimum* pro *Numius*. Alius cod. *Numius erat enim odio quodam et eorum imbutus*. Alii duo *Mummius, erat enim odio quorum rhetorum imbutus*. Alius *quae cum satis dixisset, admodum probatis... erat odio quarum rerum imbutus*. Quis hunc Aethiopem lavet? Sane nomen *Mummius* mire variat etiam apud Val. M. ix. 7. 3; et Aur. Vict. cap. lx; invasit autem alienam sedem apud Cic. pro Sextio xi. xxxi, ubi legendum est *Ninnius*, pro quo exemplaria habent *Mummius, Mumius, Mimijs, Numius*. Ceterum *Numius* legitur in base quadam musei Capitolini. De *Numinio* pro *Nummio* videsis cl. Feam fragm. consular. p. xliv. 16. Sane quod *Mummius* noster, homo a popularibus partibus, apud quas regnat eloquentia, valde abhorrens (de rep. III. 35.), eloquentiae vituperationem suffragio suo comprobaverit, non est mirandum. Accedit, quod *Mummiorum* familia parum elegans ingenium habuit, si certe conjectura de Corinthi eversore facienda est, cujus novimus stoliditatem. Praeterea *Spurius* noster hic *Mummius* in disciplina Stoicorum fuit (Cic. Brut. xxv), quae haeresis, ut ait Cic. parad. prooem., nullum sequebatur florem orationis. Ceterum et *Rutilius* oratoriam artem, praesertim illam fucata et callidam, aspernabatur: quin et in suo capitali iudicio noluit a summis oratoribus *Crasso* et *Antonio* defendi, sed dixit ipse *pejuare* et *Stoice* pro se, ita ut innocens damnatus sit. Cic. de Or. I. 53. 54, et Brut. xxx; Val. M. vi. 4. 4. Nihilo minus *Rutilii* adolescentis partes aliquas in disserendo coram gravissimis senibus fuisse, aegre mihi persuaserim.

Quominus igitur rhetoricae reprehensionem a quinto in quartum librum submoveam, *Nonii* me auctoritas uncis unguibus retinet: quamquam, quod toties in hoc opere vidimus, ista auctoritas non admodum firma est, propter ejus grammatici innumeras corruptiones: quam si propterea auctoritatem spernere licet, hi loci commode quidem ad quartum librum retrahentur, in quo instituta Graecorum Romanorumque comparatione, illorum levitas prae istorum gravitate et constantia contemnitur. Rhetores, quos P.306. *Mummius* oderat, illa aetate *Gracci* erant omnes: colebantur in *Graeciae* oppidis: *Romanae* juventuti placere incipiebant: a severis hominibus repudiabantur, quos inter a *Catone* apud *Plut.* vii. xxxii, qui *Carneadem* ipsum ob eloquentiae lenocinia *Roma* ociter dimittendum censuerat. Quin adeo non multis ante hunc de rep. dialogum annis, nempe urbis anno *dxliii*, consulari auctoritate pulsati fuerant *Roma* rhetores ac philosophi, cujus rei luculentum testimonium est apud *Gell.* xv. 11, *Liv.* xlvi. 40, aliosque auctores; quod decretum postea instauratum fuit, *Gell.* ibid. Denique auctor operis *Cicero* in quarto rectius, quam in quinto, caput hoc collocavisse videtur. Simplex enim bonoque scriptore dignum est, ea omnia, quae unius generis sunt, eodem libro absolvere; multo minus [deest minus in Ed. Lond.] in eum cadere, ut relicta disputationis parte, ad illam postero die absolvendam,

aliis interpositis, redeat. Vituperatis igitur theatro, musica ac poë-  
tis, sponte fuit, ut forensis quoque eloquentiae abusus coargueret-  
tur. Ita certe fit apud Cyprianum a me supra citatum p. 272; multo-  
que evidentius apud Lactantium, quod item paulo ante do-  
cui p. 294.

Errorem denique coarguere licet Rufini rhetoris, qui ed.  
Putsch, p. 2721 ait: *Cicero in dialogis de rep. multa dicit re-  
ferens, Asiaticos oratores ditrochaeo clausulas terminare. Atqui  
dicendum est Cicero in oratore cap. LXIII. LXIX; quàmquam id  
opus caret dialogo.*

---



## M. TVLLII CICERONIS

## DE RE PVBLICA

## LIBER VI.

P. 307. I.... Totam igitur expectas prudentiam huius rectoris (<sup>a</sup>), quae ipsum nomen hoc nacta est ex providendo. *Nonius voc. prudentia.*

Quam ob rem se comparet hic civis ita necessè est, ut sit contra haec, quae statum civitatis permovent, semper armatus (<sup>b</sup>). *Nonius voc. comparare.*

Eaque dissensio (<sup>c</sup>) civium, quod seorsum eunt alii ad alios, seditio dicitur (<sup>d</sup>). *Nonius voc. seditio, et Servius ad Aen. I. 149.*

(<sup>a</sup>) Cicero ad Att. vii. 3. ait, se virum politicum in sexto informavisse. [cf. testimonia de his libris p. L. nr. 9. ibiq. not. 4. Cr.] Ad prudentiam quod attinet, Victorinus prooem. ad Cic. rhet. ait: *virtus in rhetoricis a Cicerone dicitur, quae sapientia, in libris vero de rep. illa virtus dicitur, quae prudentia.* Respicit igitur Victorinus vel hunc locum, vel lib. II. 40. Augustinus autem C. D. xxx. 4. 4., hunc ipsum locum tacite spectans, scribit, *quae prudentia dicitur.* (<sup>b</sup>) De commutationibus rerum, dicitur se Cicero promisit I. 40, itemque de conservandis civitatibus II. 39. Idem Cicero Fin. v. 4. ait, Aristotelem et Theophrastum docuisse, qualem in rep. principem esse conveniret; hoc amplius Theophrastum, quae essent in rep. inclinationes rerum etc. En quibus exemplaribus ipse Cicero usus est. (<sup>c</sup>) Sic bene Servius; at Nonii editiones *dissensione*. (<sup>d</sup>) Augustinus de Ord. II. 48: *populus una civitas est, cui est periculosa dissensio. Quid est autem dissentire, nisi non unum sentire.*

*prudentiam — ex providendo.]* *pervertunt.* Ceterum in Ald. est ita de Divin. I. 49. 111. *alios — etiam ita nec est, ut si contra prudentes possumus dicere, id — armatos.* Ed. quoque Paris. *est, providentes.* Conf. de Amic. 2. 6. de Senect. 21. 78. Partit. Or. 5. 15. *Mr.* *habet nec pro necesse.* Quod vero attinet ad verbum *pervertunt*, id melius convenit sententiae: sed potuit etiam scriptum fuisse *commovent*, quod compendio scriptum *pmovët* facile mutari potuit in *pmovët*. *Mr.* *seditio]* De etymo vocis v.

Et vero in dissensione civili, cum boni plus, quam multi, valent, expendendos cives<sup>(a)</sup>, non numerandos puto. *Nonius de doct. indag.*

Graves enim dominae cogitationum libidines<sup>(b)</sup> infinita quaedam cogunt atque imperant: quae quia nec expleri, nec satiari ullo modo possunt, ad omne facinus<sup>P.308.</sup> impellunt eos, quos illecebris suis incenderunt<sup>(c)</sup>. *Nonius voc. expleri.*

II. Quod quidem eo fuit maius, quia, quum causa pari collegae essent, non modo invidia pari non erant, sed etiam Claudii invidiam Gracchi caritas deprecabatur<sup>(1)</sup>. *Nonius voc. deprecor, et Gellius vi. 16.*

Qui numero optimatum et principum obtulit his vocibus; et gravitatis suae liquit illum tristem et plenum dignitatis sonum. *Nonius voc. triste.*

(a) *Cives* emendavit Cujacius Obs. xi. 9, quum vulgo scriberetur *ab his*, unde ego malo facere *civis*. (b) Ed. Paris. *libidines*. (c) Ita ed. Paris. At Plantin. et Gotofr. *qui illecebris suis incenduntur*.

Voss. Etymol. L. L. v. eo p. 194. ed. Elzev. — Nicol. Perott. Corn. Cop. p. 316. ed. Ald. *Mr.*

*expendendos cives*] Edd. Ciceronis persequere omnes habent, ut Nonii Edd., *ab his pro cives*. Sed hoc jam dudum edidit Lambinus. *Mr.*

*Graves enim* etc.] Ad hoc fragmentum C. Sigonius haec adnotavit: „Libidines prudentiae, „imo vero omni virtuti atque officio, inimicas, fraenandas, videtur significare. Hanc etiam quaestionem tractavit in Politicis „Plutarchus, qua docuit, neminem perturbatione adducti ad rem publicam administrandam „debere: quod exemplo C. Gracchi perniciosum esse et rei publicae et rectori ejus confirmat.“ *Mr.*

*Quod quidem*] Ita Gell. p. 371. Gronov. et Edd. Cic. Vict. C. Steph. Lamb. Goth. Sylb. Sed Verb. Ern. Bip. Villem. *equidem*.

*Pro causa pari*, quod est apud Gellium, Edd. Cic. et Villem. habent *in causa pari*, quamquam in iisdem cum Gell. et Non. (qui locum incipit a *non modo*) scribitur *invidia pari*, neque vero *invidia pari*. Gron. ex Ed. vet. profert lectionem *qui pro quia*. *Mr.*

(1) Agitur de severis censoribus Claudio et Graccho (patre turbulentorum Gracchorum), quorum prior post magistratum quum a centuriis damnaretur, alter professus est, se in exilium cum illo iturum; qua caritate poenam collegae a populo deprecatus est.

*Qui numero*] Ita Non. et Edd. Cic. Victor. Car. Steph. et Sylburg. Reliquae, quae ad manum sunt, habent *numeros*. De Genitivo plurali *optimatum* non plene reprobando in prosa oratione loquitur K. L. Schneider. Lat. Gr. Formenl. I. p. 353. Post

Ut, quemadmodum scribit ille, quotidiano in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis descenderent.

*Nonius de num. et cas.*

In his, ut meministis, concursu levissimae multitudinis et aere congesto funus de subito esset ornatum.

*Nonius voc. de subito.*

Firmiter enim maiores nostri stabilita matrimonia esse voluerunt (a). *Nonius voc. firmiter, et Priscianus lib. xv. p. 1010.*

Oratio exstat Laelii, quam omnes habemus in manibus, quam simpuvia pontificum diis immortalibus grata

(a) Augustinus de bono conjugii cap. vii: *non licet more Romano nec superducere, ut amplius habeat quam unam vivam.*

*vocibus* Heinr. asteriscum posuit ut corruptionis vel lacunae signum. *Mr.*

*quotidiano*] Hic Ablativus pro *quotidie* alibi non legitur apud Ciceronem. Vid. Parei Lex. Cr. p. 1655. *Mr.*

*in his, ut meministis* etc.] Sigonius ad h. l. ita: „Exemplum hoc est honoris habiti praestanti in rep. viro mortuo, quod ab eo sancte remp. administratam esse populus intelligeret. Est autem honor ei similis, quo P. Valerium Poplicolam et Agrippam Menenium et Q. Fabium Rullianum, viros reip. studiosissimos et eo nomine populo jucundissimos, esse affectos accepimus. Mortuis enim illis aes populi liberalitate ad funeris magnificentiam est congestum. De cujus autem hic funere intelligat, nihil habeo comperti: de recenti quidem re loqui videtur, siquidem ait: *ut meministis*. De illis autem cum alii, tum Apulejus in Apologia prima: *Poplicola, regum exactor, et Agrippa, populi reconciliator, quorum funus ob tenues opes a populo Romano collatis sextantibus adornatum est.*“ Patricius correxit ni his pro *in his*. Quid vero sibi vult in Ed.

Sch. correctio *aere* pro *aere*? Villem. omisit *et ante aere*. *Mr.*

*Firmiter* etc.] De hoc loco ex censoris Lips. sententia ad L. iv. referendo monuimus ad iv. 7. et de loco seq. *Oratio exstat* etc. vid. annot. nostram ad A. Maji scholion de quarti libri fragmentis libro quarto praemissum. Sigonius ad h. l. haec: „Hoc loco nescio quomodo de jure uxorio colendo videtur egisse, ac majorum prudentiam extulisse, qui firmiter matrimonia stabiliverint, quod a Romulo fuisse institutum docet in secundo libro Historiarum Dionysius. Adeo enim firmata inter virum et uxorem conubii jura esse ab eo scribit, ut per quingentos ac viginti annos divortium nullum Romae auditum sit; qui autem primus uxori nuntium remiserit, is se liberorum quaerendorum causa id facere, sterilitatem uxoris causatus, apud censores juraverit.“ *Mr.*

*Oratio exstat Laelii* etc.] In Ed. Ald. Nonii ita scribitur hic locus: *Laeli quam omnes habemus in manibus, quam si imperia pontificum diis immortalibus grata sine Samio, quae ut his scribit capedines.* In Edd. Cic. sic legitur: Vict. et

sint, Samiaeque, ut ibi scribit, capedines (a). *Nonius voc. Samium.*

### III. Imitatione Platonis Cicero de Re publica scri- P. 309.

(a) Vexatus in Codd. Nonii locus. Verba *oratio exstat*, vel *est*, absunt a Vaticanis codd. itemque a Plantina. editione. Vox *Laeli* item corrupta est, *Ledi*, et *Leni*; tres tamen codices habent *Laeli*, nullus *Laelii*. Cuncti Codd. pro *simpuvia* habent *si imperia*; item pro *is scribit*, habent *ibi scribit*, quod retineo. Unus corrupte *ibit*; alter pro *lib. VI. habet lib. III.* Unus denique praetermittit totum exemplum. Quaestio autem eruditorum est, num heic *Laeli* sit secundus casus an quintus. Sane secundus casus ita scribitur in antiquis codd.; heic autem sermonem fieri de Laelii oratione satis arguitur e Cic. N. D. III. 2. et 17, [vid. ib. p. 560. ed. nostr. et Mos. Cr.] quibus in locis appellatur de religione nobilis et aureola Laelii oratiuncula, in qua mentio erat capeduncularum Numae. Licet autem arbitrari, Ciceronem in hoc loco politico locutum esse copiose et pro dignitate de religione, sine qua resp. perseverare non potest. Cic. N. D. I. 2, Leg. I. 7. 21.

Car. Steph. *Oratio exstat, Laeli, quam omnes — manibus, quam sint \* imperia pontificum diis immortalibus grata, sine samio, quae ut his scribit capedines.* Lamb. et Gothofr. *Oratio exstat, Laeli, quam — manibus, quam simpinia pontificum diis immortalibus grata sint, Samiaeque, ut hic scribit, capedines:* videlicet *simpinia* est emendatio Lambini, qui in annot. ait: „Licet tamen, etiam *simpula* legere. *Simpulum*, autem quid valeat, notum est.“ In Ed. Sturm. est ut in Ed. A. Maji nisi quod scribitur *quam sint \* imperia* et *ut is scribit*: Ed. Sylb. plane apud A. M., sed *hic pro ibi.* Edd. Verb. Ern. et Bip. *Oratio, exstat, Laeli*, cetera ut A. M., nisi quod item habent *hic pro ibi.* — Ceterum de fictilibus *simpuviis* scribit Plinius H. N. xxxv. 12. p. 711. Hard. „*In sacris etiam inter has opes, non murrhinis crystallinisque, sed fictilibus prolibatur simpuviis:*“ ibiq. conf. Harduin., qui laudat praeter Nonium etiam Varronem de L. L. rv. p. 31. [ed. Scalig. q. v. ad h. l. p. 54. in Comm.] Festum v. *simpulum* [p. cclvii. Scal. eundemque ad h. l. p. clxxix.] Juve-

nal. vi. 340. [ubi vid. Schol. vet.] et Prudent. in hymn. S. Laur. 514. p. 114. ed. Cellar. Longa est ad h. l. Patricii annotatio cuius summa haec est: Veterem lectionem a Sigonio ita fuisse correctam: *quam simpuvia pontificum diis immortalibus grata sint, Samiaeque ut is scribit, capedines:* eandem etiam conjecturam probabilem confirmasse ex suo Nonio manu scripto Hadr. Junium Animadv. II. 10. nisi quod pro *Laeli* scribat *Laelii* et *simpina* pro *simpuvia*, quod tamen idem significare ait. Probari autem genitivum *Laelii* loco Cic. de N. D. III. 17. *meliora me — didicisse jure pontificio et — capedunculis iis — de quibus in illa — oratiuncula dicit Laelius, quam rationibus Stoicorum:* et eod. Libro c. 2. *Habeo C. Laelium — quem potius audiam de religione dicentem in illa oratione nobili, quam quemquam principem Stoicorum.* Sch. in Ed. Frgmm. Cic. p. 287. laudat Cic. Parad. I. 3. *Quid? a Numa Pompilio? minusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quam siliatas aliorum pateras arbitramur? Mr.*

bens, locum etiam de Eris (a) Pamphyli reditu in vitam, qui, ut ait, rogo impositus revixisset, multaque de inferis secreta narrasset, non fabulosa, ut ille, assimilatione commentus est, sed sollertis somnii rationabili quadam imaginatione composuit, videlicet scite significans, haec, quae de animae immortalitate dicerentur caeloque, somniantium philosophorum (b) esse commenta, nec fabulas incredibiles, quas Epicurei derident, sed prudentium coniecturas. Insinuat, Scipionem illum, qui, Karthagine subiugata, cognomen familiae peperit Africanum, huic Scipioni, Pauli filio, (c) futuras a propinquis insidias et fatalis metae denuntiare curriculum, quod necessitate numerorum in vitae perfectae tempora coarctetur; ponitque illum aetatis suae quinquagesimo ac sexto anno, duobus in se coeuntibus numeris, absolutam caelo animam, unde acceperat, redditurum. etc. *Favonius Eulogius* (d) *comm. ad somn. Scip.*

(a) Editio Eulogii habet *regis*; sed mendum certum pro *Eris*. (b) Adest non ab editione, qua utor, Graevii, quae tamen particula necessario ad auctoris mentem scribenda est. (c) Immitatur Eulogius locutionem libri I. 9 de rep. (d) Eulogius aequalis familiarisque divi Augustini, qui sic de illo loquitur in opere de cura ger. pro mortuis cap. xi: *Nobis apud Mediolanum constitutis, Karthaginis rhetor Eulogius, qui meus in eadem arte discipulus fuit, sicut mihi ipse, postea quam in Africam remeavimus, retulit, cum rhetoricos Ciceronis libros discipulis suis traderet, recensens lectionem, quam postridie fuerat traditurus, quendam locum offendit obscurum: quo non intellecto, vix potuit dormire sollicitus: qua nocte somnianti ego illi quod non intelligebat exposui: immo non ego, sed imago mea nesciente me etc.* Ea igitur Eulogium Scipionis somnium explicantem, qui ipse quoque per somnium Tulliana secreta aliquando intellexerat.

*de Eris*] Monet Lehn. pro *Her* alios scribere *Her*, laudatque Astium ad Platon. Polit. x. 12. p. 626. ubi fabulam istam collocavit Plato. *Mr.*

*rationabili — imaginatione*] Sunt haec Latinitatis cadentis ut in seqq. verba *subjugare* et *fatalis meta* (hoc sensu): sed quod omisit Sch. *animae ante immortalitate*, est editoris vel corre-

ctoris error, neque vero emendatio: non magis, quam, quod sequitur ibidem huic *Scipione Pauli filio. Mr.*

*philosophorum esse commenta*] Quod post *philosophorum* addidit A. M. non, nos cum Heibr. et Lehn. ejiciendam duximus. *Mr. duobus — redditurum.*] Haec omisit A. Majus, sed nos ea addenda censuimus ex ed. Heibr., quia

III. Nonnulli nostri (1), propter quoddam praeclarissimum loquendi genus, et propter nonnulla, quae veraciter sensit, amantes Platonem, dicunt, eum aliquid simile nobis etiam de mortuorum resurrectione sensit (a). Quod quidem sic tangit in libris de Re publica Tullius, ut eum lusisse potius, quam id, quod verum esset, affirmet dicere voluisse. Inducit enim hominem revixisse (2), et narrasse quaedam, quae Platonicis disputationibus congruebant. *Augustinus C. D. xxii. 28.*

V. In hoc vel maxime operis similitudinem servavit imitatio, quod, cum Plato in voluminis (*de rep.*) conclusione a quodam vitae reddito, quam reliquisse videbatur, indicari faciat, qui sit exutarum corporibus status animarum, adiecta quadam sphaerarum vel siderum non otiosa descriptione, rerum facies non dissimilia signifi-

(a) Hinc, ut ait idem Augustinus ep. xxxi. 8, quidam eo venaniae evaserunt, ut de Platonis libris ipsum Dominum profecisse contenderint; quos blasphemos refutavit Ambrosius libris aliquot, qui jam non exstant. Ceterum ipse Chrysippus apud Lactantium Inst. vii. 23 haud incredibilem esse putat reditum hominum in vitam.

sensum, incommode interruptum, plenum redduat. *Mr.*

*Nonnulli nostri*] In L. Vivas Ed. Augustini de Civ. Dei pro nostri est nostrum: perperam. *Mr.*

(1) Hos inter est Eusebius praep. ev. xi. 53.

*de mortuorum resurrectione*] L. Vives ad h. l. ait: Eusebius L. xi. Praep. Evang. et mutationem mundi et resurrectionem et iudicium apud inferos ex Mosaica doctrina accepisse Platonem putat. Narrat enim Plato, exacto tempore defecturum terrenum genus, mundumque insolitis motibus agitatam et concussam iri cum ingenti animantium omnium pernicie ac clade: post aliquantum deinde temporis conquieturum opera principis dei, qui, ne concidat intereatque mundus, gubernacula ejus recipiet addet-

que illi sempiternam juventam et immortalitatem. *Mr.*

(2) Prodigia hujusmodi hominum ad vitam ex inferis revocatorum congerunt Plinius vii. 52; Labeo apud Aug. C. D. xxii. 28; Suidas voc. *Αἰώριος*. Adde Ovidium metam. xv, cum Hieronymo in Is. viii. 26. 14. Sed omnium copiosissime Proclus ineditus ad x. reip. Plat. citatis Democriti, Clearchi, Naumachii, Hieronis, Hipparchi, et Arridaei hac de re scriptis. Procli particulas recitat Morus ad evang. Io. xi. 39. e codice Florentino nobilium Salviatorum, jam tum male, ut ait, conservato, lacunosus et neglecto. Quin adeo Heraclides apud eundem Proclum narrat, quendam vivum venantemque regna inferna vidisse.

*non otiosa*] Male scribit A. Majus *otiosa*, cum tamen c. vi.

cans a Tulliano Scipione per quietem sibi ingesta narratur (1). *Macrobius in somn. Scip. l. 1.*

VI. Hunc ordinem Tullius non minore iudicio reservans, quam ingenio, repertus est. Postquam in omni reip. otio ac negotio palmam iustitiae disputando dedit, sacras immortalium animarum sedes, et caelestium arcana regionum in ipso consummati operis fastigio locavit (2), indicans, quo his perveniendum, vel potius revertendum sit, qui rem publicam cum prudentia, iustitia, fortitudine ac moderatione tractaverint. Sed ille Platonius secretorum relator Er quidam nomine fuit, natione Pamphylus (3), miles officio; qui, cum, vulneribus in proelio acceptis vitam effudisse visus, duodecimo die (4) demum inter ceteros una peremptos ultimo esset honorandus igne, subito seu recepta anima, (4) seu retenta, quidquid emen-

P. 312.

(a) Cur duodecimo potissimum die? interpretum varias subtilitates circa hanc *duodecada* rejicit Proclus cum Porphyrio, quem citat. Alii scilicet eum numerum retulerunt ad zodiacum, alii ad menses, alii ad duodecim deos.

scripserit *otio ac negotio.*  
*Mr.*

(1) Scipionem somno indulgentem, idque ei vitium unicum a Romanis objectum tradit Plutarchus reip. ger. pr. t. ix. p. 194. En unde Cicero ansam probabilem arripuit, hujus somni confingendi. Scipio quoque major dicitur a Polybio x. 2. somniis et divinationibus deditus. Scriptores de somniis memorat Servius Aen. vi. 284. 894; Clearchi libros de somno Proclus.

(2) Hinc Proclus merito observat, fabulam Eris esse imaginem ac veluti epitomen Socratae politiae. Idem dicere licet de somnio Scipionis.

*quo his perveniendum — sit, qui — tractaverint.*] Ita ex sententia A. Maji mihi videor scripsisse et ex Macrobii voluntate, quamquam ille edidit *tractaverit* et in hujus Edd. est *tractaverant*, quod receperunt

Heinr. et Lehn. In Ed. Sch. est *tractaverit*, quod stare nequit. Nimirum aliud est edere librum, aliud eum legere. *Mr.*

(3) De Eris nomine ac genere (quem quidam Zoroastren putaverunt) multa ac praeclara disputat Proclus, quem nos aliquando luce donabimus. Citat autem in ea disputatione Proclus et sui ipsius et Zoroastris de natura libros: item auctores Cronium et Theodorum Asinaeum.

*qui, cum, vulneribus*] Ita distinxit, ut appareat, *qui* pertinere ad *enuntiavit*, et *cum* ad *esset honorandus.* *Mr.*

(4) Animae a corpore recessum ad tempus admittunt apud Proclum libri sacerdotales, quam nos extasim diceremus. Pueri exemplum cujus anima virga *ψυχουλαξω* educabatur corpore, scribit imperfectum propter codicis lacunam Morus ad act. xx. 10.

sis inter utramque vitam diebus egerat videratve, tamquam publicum professus indicium, humano generi enuntiavit. Hanc fabulam Cicero licet ab indoctis, quasi ipse veri conscius, doleat irrisam (<sup>a</sup>), exemplum tamen stolidae reprehensionis vitans, excitari narraturum, quam reviviscere, maluit. *Idem ibidem.*

VII. Ac prius quam somnii verba consulamus, enodandum nobis est, a quo genere hominum Tullius memoret vel irrisam Platonis fabulam, vel, ne sibi idem eveniat, non vereri. Nec enim his verbis vult imperitum vulgus intelligi, sed genus hominum veri ignarum, sub peritiae ostentatione philosophum: quippe quos et legisse talia, et ad reprehendendum animatos constaret (<sup>1</sup>). Dicemus igitur et quos in tantum philosophum referat quan-

(a) Hinc vides, Ciceronem hoc libro de fabula Platonica paulisper disseruisse, eamque ab irrisoribus defendisse. Certe omnium gravissima est invectio Dionysii Halic. II. 68 contra atheae, ut ipse loquitur, philosophiae asseclas, qui prodigia omnia numinisque in rebus humanis interventum ludibrio habent.

*tanquam publicum professus indicium,*] Ita Edd. Macrobii: recte. Sed A. Majus et reliqui horum librorum Edd. *judicium*: sed non videntur reputasse, *judicium proferi* neque huic loco convenire, neque universe commode dici posse: *indicium proferi* et commode hic dici et apud bonos scriptores esse obvium. Vide modo Sallust. Jug. 35. 6. ibiq. Cortium p. 583, qui ita: „Non est fateri, se indicaturum, ut multi interpretantur, sed re ipsa indicare:“ laudatque Tacit. Annall. vi. 3. extr. Senec. Excerpt. x. Controv. vi. Conf. item quos laudant Ciaccinius et Ursinus ad eundem Jugurthae locum p. 145. Ed. Havercamp. Add. Plin. Epist. III. 16. 9. p. 231. Ed. Cort. et Longol.; Marcian. ad Leg. Corneliam de Siciariis l. 1. Graev. ad Cic. Epp. ad Att. II. 24. p. 281. quae annot. est in Edd. Cic. Verburg. p. 1063. sq. *Indicium proferi* proprie est vel

praemii vel impunitatis causa aliquid ultro deferre. A cujus significationis proprietate cum noster aliquantum discedat, addit *tanquam*. Mr.

*Ac prius* etc.] Haec ex quarto Macrobii capite desumpta esse ait Sch. De verbo *enodare* vid. quae adnotavimus ad Cic. de Legg. I. 9. 26. p. 68. coll. p. 594. 778. sq. ed. nostr. et Gr.

*sub peritiae ostentatione philosophum*] Vocem *philosophum* non agnoscunt Edd. Macrobii, quae ad manum sunt, Bip. et Jsaaci Pontani (Lugd. Bat. 1597.), eamque omisit Heindr. Si codicum est lectio, neque errore A. Maji, oculo aberrante in sequentia, interposita, glossam redolet. — Verba *Dicemus igitur* usque ad *accusationem* omisit Heindr. — Sch. dedit *Dicimus*. Mr.

(1) Fabulam tuetur contra Colotem Proclus, simulque docet, quot ei loco illustrando docti Platonici curas impenderint, nempe



P.313. dam censurae exercuisse levitatem, quisve eorum etiam scriptam reliquerit accusationem; etc. Epicureorum tota factio, aequo semper errore a vero devia, et illa existimans ridenda, quae nesciat, sacrum volumen et augustissima irrisit naturae seria. Colotes vero, inter Epicuri auditores famosior et loquacitate notabilior (<sup>a</sup>), etiam in librum retulit, quae de hoc amarius reprehendit. Sed cetera, quae iniuria notavit (<sup>b</sup>), si quidem ad somnium, de quo hic procedit sermo, non attinent, hoc loco nobis

(a) Contra Colotem est invectio Plutarchi, ubi impietas coarguitur Epicureorum, qui animas perire cum corporibus aiebant. Colotem Cicero quoque retulit in hoc loco politico, ubi loquebatur de immortalitate animorum. Apud August. ep. xc. xxi. ciii. ciiii. satis constat memorari locos plures e Ciceronis rep.; postremo autem loco sermo fit de immortalitate animorum partim Tullianis fortasse verbis: *mortem malorum omnium esse finem, habent quidem vestrae (ethnicae) litterae, sed nec ipsae omnes; Epicureorum est quippe ista sententia, et si qui alii mortalem animam putant. At illi, quos Tullius quasi consulares philosophos appellat, quod eorum magni pendat auctoritatem, quoniam cum extremum diem fungimur, non exstingui animam, sed emigrare censent, et ut merita quoque ejus adserunt, seu bona seu mala, vel ad beatitudinem vel ad miseriam permanere.* Consulares hos philosophos recenset Wytttenbachius in egregio scripto de animorum immortalitate opuscul. t. II. p. 647. sqq. Colotis quidem ad Platonis Lysidem, itemque alius liber sine titulo, exstant in papyris Herculaneis nuper evolutis, uti me monuit v. cl. Angelus Schottus bibliothecae regiae Neap. praeses.

(b) Veluti de poenis apud inferos, de Eris corpore post tot dies incolumi, de reviviscendi incredibilitate, deque aliis, quae omnia objecta Proclus copiose dissolvit. Idem Proclus, cum Macrobio, aptissimam ait esse hanc fabulam ad demonstranda futurae vitae seu praemia seu poenas: id quod divinae providentiae prorsus esse consentaneum diserte confirmat.

Numenius, Alcimus, Gajus, Maximus Nicaenus, Harpocraton, Euclides, et denique Porphyrius prae omnibus, qui Proclo videtur auditorum in fabula sensuum praecipuus interpres.

accusationem; etc.] Pergit Macrobius: *et postremo, quid pro ea dumtaxat parte, quae huic operi necessaria est, responderi conveniat objectis. Quibus, quod factu facile est, enervatis, jam quidquid vel contra Platonis, vel contra Ciceronis opinionem etiam*

*in Scipionis somnium seu jaculatus est unquam morsus livoris, seu forte jaculabitur, dissolutum erit. Epicureorum etc.* Quam laudat A. Majus in annot. crit. *Wytttenbachii* disputationem, ejus haec inscriptio est: „D. W. Disputatio, quae praemium reportavit anno MDCCCLXXXIII. de quaestione publice proposita: quae fuerit veterum philosophorum, inde a Thalete et Pythagora, usque ad Senecam, sententia de vita et statu animorum post

omittenda sunt: illam calumniam persequemur, quae, nisi supplodatur, manebit Ciceroni cum Platone communis. Ait, a philosopho fabulam non oportuisse confingi: quoniam nullum figmenti genus veri professoribus conveniret. Cur enim, inquit, si rerum caelestium notionem, si habitum nos animarum docere voluisti, non simplici et P.314. absoluta hoc insinuatione curatum est, sed quaesita persona casusque excogitata novitas, et composita advocati scena figmenti, ipsam quaerendi veri ianuam mendacio polluerunt? Haec quoniam, cum de Platónico Ere iactantur, etiam quietem Africani nostri somniantis incusant, resistamus urgenti, et frustra arguens refellatur etc. *Idem cap. II.*

VIII. Scipionem haec occasio ad narrandum somnium provocavit, quod longo tempore se testatus est silentio condidisse. Cum enim Laelius quereretur, nullas Nasicae statuas in publico in interfecti tyranni remunerationem locatas (1), respondit Scipio post alia in haec verba: —

„mortem corporis: ad viros nobilissimos et eruditissimos legati Teyleriani Curatores. pp. „XIII. 4.“ Comprehenditur autem haec disputatio in libro, qui duas praeterea de eadem re continet commentationes, bonae frugis plenissimas, lingua Hollandica conscriptas, ita inscriptus: *De Gevoelens der oude wysgeren wegens den staat der zielen na dit leven, aangewezen en ontvouwd in drie prysverhandelingen, door den Hoogleeraar D. Wyttenbach (die den gouden eerprys heeft behaald) nevens de Heeren Jeronimo de Bosch en een ongenoemden schryver. Uitgegeven door Teyler's Godgeleerd Genootschap. Te Haarlem by Joh. Enschedé en zoonen en J. van Walré. 1784. pp. 509. 4. Mr.*

excogitata] Sch. et cogitata; tum omisit cum post quoniam,

denique pro quietem dedit qui item. De quarum correctionum ratione viderint alii; ego eam non extrico. Mr.

resistamus — refellatur.] Haec ab A. Majo omissa cum Heinr. ex Macrobio ad supplendam sententiam addidimus. Mr.

Scipionem haec occasio] Apud Macrobius est: *Nam Scipionem ipsum haec occasio. Vocem ipsum recepit Heinr.* Idem mox dedit in interfecti tyranni remuneratione, sed invitus, ut equidem existimo. Mr.

(1) Hinc Cicero ad Att. vi. 1. reprehendit errorem Metelli, qui statuas Africani putaverat esse Nasicae, quorum utriusque cognomen fuit Scipio. Cur autem in hoc de rep. libro sermo fuit de Nasica? Sine dubio, quia fuit Ti. Gracchi interfecto; Gracchi autem necati mentionem hoc in opere fuisse testis est Augustinus C. D. II. 21. Lege eundem Augu-

Sed quamquam sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissimum virtutis est praemium<sup>(1)</sup>; tamen illa divina virtus non statuas plumbo inhaerentes<sup>(2)</sup>, nec triumphos arescentibus laureis, sed stabiliora quaedam et viridiora praemiorum genera desiderat<sup>(3)</sup>. Quae P.3.15. tandem<sup>(a)</sup> ista sunt, inquit Laelius<sup>(4)</sup>? Tum Scipio, Patimini me, inquit, quoniam tertium diem iam feriati sumus<sup>(5)</sup> — et cetera, quibus ad narrationem somnii

(a) Macrob. *tamen*.

stinum C. D. I. 30, ubi is scribit de Nasica, ad hunc fortasse Ciceronis locum respiciens.

[*quamquam sapientibus*] Ab his verbis incipit apud Villem. liber sextus. Quam hic ponit sententiam Cicero, ejus contrarium posuit, tempori inserviens et oratorie, in Or. pro Arch. Poet. 11. *Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat, praeter hanc, laudis et gloriae.* Sed per totum caput in hanc sententiam disputat: conf. ib. cap. 6. ubi vero vox *honestas*, voci *laudem* apposita, probat *laudem* eum intelligere virtutem, quae laudari meretur; ut saepissime. *Mr.*

(1) Conf. Platonem reip. x. p. 608; Servium Aen. I. 604.

(2) Catoniana sententia haec est. Noluit enim Catō sibi statuam poni, quod diceret, malle se jam quaeri, cur non, quam cur sibi statua esset posita; Plut. reip. ger. pr. t. IX. p. 265. et apophth. t. VI. p. 750. In eandem fere sententiam loquitur etiam Maecenas ad Augustum apud Dionem LII. 35. Confer Catonis dictum apud Frontonem de fer. als. II. Cur statuae poni debeant bene meritis de rep. viris exponit Symmachus ep. x. 32.

[*viridiora praemiorum genera*] Singularis plane et Ciceroni alibi non consueta locutio. Sed cave tentes *viridiora*, (quod vocabulum plane non est Ciceronianum) vel simile quid. Optime enim opponuntur *viridiora*

*praemia triumphis arescentibus laureis.* *Mr.*

(3) Intelligit immortalem bonorum vitam. Jam ad hanc perpetuam, quam ipse hoc in libro tinitus erat, bonorum vitam respicit Cicero ad Att. x. 8. cum ait: *tempus est, nos de illa perpetua jam, non de hac exigua, vita cogitare.* Praeterea quod Lactantius dicit Inst. III. 12 de immortalitate, nempe ipsam solam summum esse bonum, id fortasse ex hoc sexto libro sumitur.

[*Quae tandem ista sunt,*] Apud Macrobius est *tamen*; quod servavit Heinr. Cui equidem ad stipulari non possum. Et habent *tandem* Edd. Cic. Lamb. Gothofr. Sylb. Verb. Ern. Bip. *Mr.*

(4) Platonica admiratio sive interrogatio, quae fit reip. x. p. 608 a Glaucōne, ante quam Socrates disputationem ingreditur de immortalitate animorum.

[*quoniam tertium diem jam feriati sumus* —] Sch. *tertiam*. Vocem *jam* omittunt Edd. Cic. Lamb. Gothofr. Sylb. Verb. Ern. Bip. Fortasse antiquitus scriptum fuit *QUONIAM* vel *TERTIAM* i. e. *quoniam jam vel tertiam jam*, ut litteris altioribus significaretur, repetendas eas esse, quae repetitio deinde fuit neglecta: tum, ut fit, a correctore addita, ea vocula in margine in quartum locum recepta est. *Mr.*

(5) Feriis nimirum Latinis; itaque proprie loquitur.

venit, docens, illa esse stabiliora et viridiora praemiorum genera, quae ipse vidisset in caelo bonis rerum publicarum servata rectoribus. *Idem cap. 17.*

## S O M N I U M

(1) VIII. Cum in Africam venissem M' Manilio (α) consuli ad quartam legionem tribunus, ut scitis, militum; nihil mihi potius fuit, quam ut Masinissam convenirem,

(α) De hoc praenomine et nomine recole dicta a nobis lib. I. 12.

*illa esse stabiliora et viridiora*] Verba esse stabiliora desuat in Ed. Sch. Bonus dormitavit corrector. Quod vero ibidem mox scribitur *solis rerum publicarum servata rectoribus pro bonis*, id consilio (quamquam nescio, quo) factum videtur. Nisi forte motus fuit Sch. initio cap. xii. ubi est: *omnibus, qui patriam conservarint — certum esse etc. Mr.*

*rectoribus.*] Heinr. in verbis Macrobiani pergens haec addit: *sicut his verbis ejus ostenditur: Sed quo sis, Africane, alacrior ad tutandum rem publicam, sic habeto: etc. Mr.*

*Somnium*] Inscribitur in Cod. Cr. M. T. C. de sompno scipionis libellus e vi. de rep. libero excerptus. Mr.

*M' Manilio consuli*] Ita legendum est, ait C. Sigonius. Primum enim ejusmodi hic consul praenomine usus est, ut in factorum commentariis ostendi [p. 535. sqq. ed. H. Steph.], deinde Scipio tribunus fuit Manilii consulis, teste Appiano in Libyco, non ejus collegae Marcii: postremo mos etiam Latinus postulat, ut *consuli*, non *consule*, scribatur. Nam et legatus et tribunus *consuli* dicebatur, non *consule*. — Sigonii lectionem sequuntur Edd. Plant. Lamb. Sylb. Verb. Ern. Bib. Goetz. Heinr. Lehn. Sch.

Conf. ad h. l. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 252, qui monet, si ablativus probaretur, cum Pighio scribendum esse *Marcio Manlioque coss.* Sed legitur *A. Manilio consule* in Codd. Cr. Uff., *a Manilio consule* in Ed. Asc. 1., *a Manlio consule ductus* in Edd. Car. Steph. Ald. Gothofr. *a Manlio consule* in Ed. Ven. *a L. Manlio consule ductus* in Ed. Bern. *Anitio Manilio consule* in Edd. Asc. 2. Crat. Rob. Steph. Tig. Lugd. *M. Manlio consule* in Ed. Herw. *M. Manlio consuli* in Ed. Wolf. *Anitio Manlio Cos.* in Ed. Sturm. Nomen consulis minus bene scribitur *M. Manilius* in fastis consularibus apud Warmium (de Ponn. etc.) et Dufresn. in Tab. Chronol. In seqq. scribitur *ut scitis trib. mil.* in Cod. Uff. in Edd. Car. St. Ald. Sylb. Lamb. Gothofr. Bern. Tum *fuit potius* in Ed. Asc. 1. Nomen regis Lamb. scripsit *Massanissam*. Est enim apud alios scriptores hujus regis nomen in Codd. scriptum *Masanissa*, in aliis *Massanisa*, apud Graecos scriptores *Μασσανίσσης* et *Μασσανάσσης*. Pro *justis* Cod. Cr. habet *multis*. Scripsit noster *justis de causis* Epp. ad Famm. v. 20. *certis de causis* de Or. I. 41. 186. *gravi de causa* ad Att. vii. 7. Mox Cod. Cr. habet *ad quem cum veni*, ex glossa eaque

regem familiae nostrae iustis de causis amicissimum (1). Ad quem ut veni, complexus me senex collacrimavit, aliquantoque post suspexit in caelum, et, Grates, inquit, P.316. tibi ago, summe Sol, vobisque reliqui caelites, quod, ante quam ex hac vita migro, conspicio in meo regno et his tectis P. Cornelium Scipionem, cuius ego nomine ipso

prava. Verbo *collacrimare* etiam usus est noster in Or. pro Sext. 58. 145. *Mr.*

(1) Quia scilicet Masinissa ab Africano superiore in regnum fuerat restitutus, adjecta partim ditione Syphacis, App. Pun. xxxii. Ter autem ad Masinissam ivisse Scipio videtur; primum missus a Lucullo, cujus erat in Celtiberia legatus, ad petendos elephantos et auxilia, App. Pun. Lxxi, et Val. M. v. 2. ext. 4. Iterum, ut heic in somnio dicitur. Tertio, moriente jam Masinissa, ad ejus regnum inter filios dividendum; quamquam fata Masinissae videntur Scipionis adventum praecipuisse, Val. M. loco praedicto. Malim tamen credere unum esse secundum tertiumque adventum; Ciceronis autem Valeriique narrationes paululum variare.

*aliquantoque post*] Cod. Mon. *vel aliquantoque* et supra lia. ab al. m. *aliquantoque*. Ed. Asc. 1. *aliquantum post*. Eadem innox cum Cod. Uff. Edd. Herw. Lugd. habet *ad caelum*, quod est glossatoris vel correctoris. *Mr.*

*et, Grates, inquit, tibi ago*] Codd. Cr. et Uff. *et grates tibi ago inquit*. Ed. Ven. *et grates ago inquit*, omisso *tibi*. Ed. Asc. verbum *ago* post *Sol* repositum habet. Poeticum habere colorem vocem *grates* et univarse totum hoc somnium monet Ochsner. l. c., hunc vero locum usque ad *coelites* ex veteri quodam poeta depromptum videri posse. *Mr.*

*vobisque reliqui*] Male scribitur *reliquis* in Cod. Mon. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Ven. Ad v. *reliqui caelites* i. e. stellae, planetae inprimis, conferri potest

Lactant. II. 5. *Sed quid mirum, si aut barbari, aut imperiti homines errant, cum etiam ipsi philosophi Stoici in eadem sint opinione, ut omnia caelestia, quae moventur, in deorum numero habenda esse censeant; siquidem Lucilius Stoicus apud Ciceronem sic loquitur* [de N. D. II. 21. 54.]: *Hanc igitur in stellis constantiam, hanc tantam tam variis cursibus in omni aeternitate convenientiam temporum non possum intelligere sine mente, ratione, consilio.*

*Quae cum in sideribus inesse videamus, non possumus ea ipsa non in deorum numero reponere.* Plat. Cratyl. p. 397. Steph. p. 52. Bekk. *φαίνονται μοι οἱ πρώτοι τῶν ἀνθρώπων τὸν περὶ τῆν ἑλλάδα τοῦτους μόνους τοὺς θεοὺς ἡγεῖσθαι, οὐς περὶ τῶν πολλοῖ τῶν βαρβάρων, ἡλίον καὶ σελήνην, καὶ γῆν, καὶ ἄστρον, καὶ οὐρανόν.* Conf. Creuz. Symb. u. Myth. III. p. 74. Quae dicitur inesse in quibusdam libris prava lectio *coelites* pro *coelites*, eam ego neque in tribus nostris Codd., neque in una ex viginti septem quae ad manum sunt, Somnii Scipionis Editionibus reperi. Pro *in meo regno* est *in regno meo* in Codd. Cr. et Uff. et in Ed. Ven. *Mr.*

*ex hac vita migro*] Ita dixit de Legg. II. 22. 55. *maiores eos, qui ex hac vita migrassent.* De Finn. I. 19. 62. *migrare de vita*: conf. ib. III. 18. 61. Pro *et his tectis* est *et in his tectis* in Ed. Asc. 1. *Mr.*

*nomine ipso recreor*] *Ipsa* (quod otiosum esset) scribitur in Codd. Uff. et Mon. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. St. Tig.

recreor: ita numquam ex animo meo discedit (a) illius optimi atque invictissimi viri memoria. Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra re publica percontatus est: multisque verbis ultro citroque habitis ille nobis consumptus est dies.

X. Post autem, regio apparatu accepti, „sermonem in multam noctem produximus, (1)“ cum senex nihil nisi de Africano loqueretur, omniaque eius non facta solum, sed etiam dicta meminisset. Deinde, ut cubitum discessimus, me et (b) de via, et qui ad multam noctem

(a) Graev. *descendit*, quod non retineo; nam et Codices plurimi habent *discedit*. Ceterum lectio Graeviana habet quodammodo patrociniū Virgilianum *quam nostro illius labatur pectore vultus*. (b) *Fessum* deest in ed. Graeviana. [Videlicet A. M. dedit *fessum*.]

Sturm. Bern. Pro *recreor* scribitur in Ed. Ven. *vereor*. Quod sequitur *ita* abest ab Edd. Car. Steph. Ald. *Itaque* scribitur in Codd. Cr. Uff. Mon. Edd. Ven. Sylb. Bern., quod est correctoris parum sagacis. Car. St. in varr. lectt. ait: Vetus: *recreor*, *ita* v. *itaque nunquam*. In Cod. Uff. sequitur *ex animo meo nunquam*. Mr.

*discedit*] Ed. Asc. 1. et, ut annotavit Verb., Codd. nonnulli *discessit*. Pith. *recedit*. Quod ait A. M. lectionem Graevianam *descendit* habere quodammodo patrociniū Virgilianum [Ecl. I. 64.], de eo patrociniū ipse videtur: nobis certe nullum plane videtur. Mr.

*atque invictissimi*] Cod. Uff. *justissimi*, sed in marg. ut rell. Intelligit Scipionem Africanum majorem. Mr.

*Deinde ego illum — ille me — percontatus est:*] Commode laudat Ochsn. l. 1. Cic. de Amicit. 9, 30. *sed ego — ille vicissim me dilexit*, ubi vid. Hotting. ad Olivet. Eclog. p. 167. Corn. Nep. Themist. 9, 3. *postquam in tuto ipse, et ille in periculo esse coepit*. Pro multisque verbis Cod. Cr. habet *deinde multis ver-*

*bis* et ita etiam Ed. Ven. In seqq. Ed. Rob. St. habet *nobis est consumptus dies*, Ed. Ven. *dies nobis consumptus est* cum Codd. Cr. et Uff. Mr.

*regio apparatu accepti*] Ed. Rob. St. *apparatu regio*, Codd. Cr. et Uff. et Ed. Ven. *suscepti*. Sed Cic. scripsit ad Att. 16, 3. *convivis — bene acceptis*. Ad seqq. laudat Ochsn. l. 1. Cic. de Sen. 14. *quod (convivium) ad multam noctem vario sermone producimus*: ad Att. XIII. 9. *multus sermo ad multum diem*. Mr.

(1) Locum citat Fronto exempl. eloc. voc. *in noctem*.

*ejus non facta solum*] Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Tig. Sturm. Plant. Lugd. Lamb. Sylb. Goth. Wolf. Bern. habent *ejus non solum facta*. Asc. 1. *non solum ejus facta*. — *Cubitum discessimus* dicit, quia in diversa cubilia abierunt; quod si non esset factum, dixisset *cubitum ivimus*, ut Or. pro Sex. Rosc. 23, 64. Mr.

*me et de via*] Quod post *et* interposuit A. Majus post alios *fessum*, id abest et ab aliis Codd. et a nostris, itemque ab Edd. Asc. 1. (ubi etiam omittitur *et*)

vigilasse, artior, quam solebat, somnus complexus est. Hic mihi (credo equidem ex hoc, quod eram locuti: fit enim fere ut cogitationes sermonesque nostri pariaut aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo videlicet saepissime vigilans solebat cogitare et loqui,) Africanus se ostendit, ea forma, quae mihi ex imagine eius, quam ex ipso, erat notior (1). Quem ut

Ven. Grut. Verb. Ern. Heinr. Goetz. Sch. eamque vocem jam abesse volebat Lambinus. Ad eam defendendam laudant Acadd. l. 1. nisi de via fessus esset. Hotting. recte monet de via esse i. q. propter viam. Gronov. laudat de Invent. II, 4. noctu postquam illos arctius, ut fit, jam ex lassitudine dormire sensit. — Artior autem melius scribi quam arctior monet Ochan. ad h. l. etiamsi ab arceo derivetur; ut sartus a sarco, refertus a refertio laudatque Bentlej. ad Horat. Carmm. III. 12. 11. A. P. 425. Add. Cellar. Orthogr. p. 180. Ed. Harles. In Cod. Uff. legitur hic locus: et quia multam noctem vigilassem, acrior. Mr.

Hic mihi (credo — et loqui) Africanus] Heinr. parenthesis non incipit a credo, sed a fit: minus bene, cum constructio inde a credo interruptur. Verba ex hoc omnia sunt in Cod. Cr. Tum in Edd. Asc. 2. Crat. Ven. est fit enim saepe fere, glossa juxta probam lectionem in contextum recepta. Vocem fere extrusit saepe in uno Cod. apud Verb. et Lamb. et in nostro Uff. ubi sola verba credo equidem in parenthesis sunt posita. Mr.

ut cogitationes etc.] Ad rem convenit Cic. de Divin. II. 62. Animus — cum languore corporis nec membris uti, nec sensibus potest, incidit in visa varia et incerta, ex reliquiis, ut ait Aristoteles, inhaerentibus earum rerum, quas vigilans gesserit aut cogitarit. — Ed. Ald. habet cogitatione. Mr.

quale de Homero scribit Ennius.] Narrath oc Cic. Acadd. IV. 16. ex Ennio laudans versus partem visus Homerus adesse poeta, quem versum integrum ex principio Annalium Ennii laudat vetus scholiasta ad Horat. Epist. II. 1. 52. In somnis mihi visus Homerus adesse poeta. Vocem videlicet omittunt Codd. Cr. et Uff. itemque Ed. Ven. Mr.

ea forma] Ita rescripti pro illa forma ex Codd. Cr. et Uff. et Edd. Asc. 1. 2. Crat. Rob. St. Ven. Verb. Ern. Bip. Goetz. Bern. Sch. Sequitur qua mihi in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. St. Sturm. Boul. Tig. Sylh. Mr.

ex imagine ejus] Quae ad rem pertinent, collegit Just. Lipsius Elect. I. 29. Opp. T. I. p. 742 — 745. ed. Vesal. Gesn. Chrest. Cic. p. 149. Quod ait Cic. notior, non bene convenit cum ea, quae obtinet, temporum ratione, sive Scipio Afr. minor natus est eodem anno, quo obiit major, ut Sigonius existimat, sive anno post, ut alii. Pro quem ut, est quem ubi in Codd. Cr. Uff. Mon. et in Ed. Ven. eandem lectionem ex Cod. MS. habet Ed. Verb. in marg. Pro agnovi est cognovi in Cod. Uff., qui mox pro trade exhibet tarde. Mr.

(1) Africanus minor natus creditur eodem anno, quo superior mortuus est. De anno illo loquitur Cato coram Scipione minore apud Tullium de Sen. VI; controversiam autem versat Pighius ad an. u. DLXVIII (arr. IX.) Sane minor Africanus natus erat ipso anno Varr. DLXIX, siquidem is

agnovi, equidem cohorrui (1). Sed ille, Ades, inquit (2), animo, et omitte timorem, Scipio, et, quae dicam, trade memoriae.

(II) XI. Videsne illam urbem, quae, parere populo Romano coacta per me, renovat pristina bella, nec potest quiescere? (ostendebat autem Harthaginem de excelso, et pleno stellarum, illustri, et claro quodam loco,) ad quam tu oppugnandam nunc venis paene miles? Hanc hoc biennio consul evertes, eritque cogno-

mortuus est anno DCXXV, anno aetatis suae LVI.

*equidem cohorrui.*] Ed. Asc. 1. *corrui*: cum qua lectione conveniret, quod est in Epp. ad Q. Frat. II. 10. *et paene ille timore, ego risu corrui*: qui locus iis etiam adjiciendus est, quos laudavimus ad verba superiora deinde *ego illum — ille me — percontatus est*. Sed bene se habet nostra vulgata. Ita ad Att. VII. 1. *scis — cohorruisse — me, quod — afferrent*: et alibi similiter. Ad. v. *ades — animo laudat* Ochs. l. c. Or. pro Milon. 2. *Quam ob rem adeste animis, iudices, et timorem, si quem habetis, deponite*. Verbo *omittere* in simili re usus est in Bruto 76. 266. *omittamus lugere*. In fine capitis Ed. Asc. 1. habet *memoriae trade*. Mr.

(1) Africanum commoveri solitum imaginibus majorum visis ait Sallustius Jug. cap. xv. Ceterum hic agitur de viso.

(2) Quonam pacto animae corporibus exutae loquantur, curiose edisserit Proclus, cujus prolixa verba heic quidem praetermittere necesse est; ceterum ea neque ingrata neque inutilia forent scholasticis theologis, qui caelestem conversationem ac veluti colloquium animarum edisserere laborant.

*illam urbem*] Cod. Cr. *urbem illam* ut Ed. Ven. In Ed. Asc. 1. pro *populo Romano* est *reip*. In

Cod. Uff. post *per me* additur *alias*. Ut h. l. ait *pristina bella renovat*, ita Or. pro Cluent. 64. 181. dixit *incensa odio pristino*. Quod sequitur incipientis parentheos signum omisit Heinr., sed finitae ejusdem signum reposuit suo loco. Tum in Edd. Stuttg. et Lond. scribitur *Karthaginem* et paulo inferius *Karthaginem*. Mox Cod. Uff. habet *ac claro*. Intelligendum esse circulum lacteum, ex quo loquitur Africanus, monet P. Ramus. *Paene miles* dicit, quia in militia primus honoris gradus erat tribunatus militum. Mr.

*hoc biennio*] i. e. proximo biennio. Ita est de Divia. I. 35. 77. *itaque tribus his* (i. e. proximis) *horis concisus exercitus, atque ipse interfectus est*, ubi male post Dav. ex uno Cod. Ern. et Sch. ejecerunt *his*, quod bene post Wopkensium defendit Hotting. p. 97. sq. Quod autem Ochs. ad h. l. laudat Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 56, in eo fallitur; ibi enim docet R. *hic* saepius poni de tempore proxime elapso. Ad rem conf. Vellej. Pat. II. 4. *Consulem*, ait Sigonius, accipio pro eo, qui consulare imperium habeat. Nam Scipio consul fuit biennio post ille quidem, sed non biennio post Carthaginem evertit, verum triennio, et quidem pro consule, ut in commentariis fastorum demonstratum est. [p. 356. sqq. ed. H. Steph.] Mr.



men. id tibi per te partum, quod habes adhuc a nobis hereditarium. Cum autem Karthaginem deleveris, triumphum egeris, censorque fueris, et obieris legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Graeciam (<sup>a</sup>), deligere iterum

(<sup>a</sup>) Atqui Cicero Acad. iv. 2 Scipionem obivisse nobilem illam legationem ante censuram scribit; quod ejus *μνημονικὸν διαγρημα* jam diu coarguisse sibi videtur A. Bendinellius ad Africani vitam loc. controv. XIII, quia ceteri historici eundem temporum sequuntur ordinem, quem nunc Cicero in somnio. Sed en rursus alia erroris refutatio, quod nempe Scipio in hoc opere lib. III. 35. nuper (ergo post censuram) se fuisse Rhodi cum Mummio dicit; quod dictum mire congruit cum Simsonii sententia, [Vid. ej. Chronicon T. VI. p. 24. Ed. Oxon.] qui Scipionis legationem in annum DCXXXIII conjicit. Recurrit ergo Pighii opinio, quam supra III. 35. laudavimus de triplici Scipionis legatione.

*cognomen id tibi*] Cod. Cr. et Ed. Ven. *cognomen hoc tibi*. Ed. Asc. 1. *tibi id cognomen*. Pro *adhuc a nobis* est *adhuc ex nobis* in Codd. Cr. et Uff. et in Ed. Ven.; *a nobis adhuc* est in Ed. Plant. et Cod. Mon.; *ex nobis adhuc* in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Tig. Sylb. Boul. Sturm. Lamb. Gothofr. Bern. In Asc. 1. est *adhuc hereditarium a nobis*. In marg. Cod. Uff. ad h. l. scriptum est: *Scipio minor ex duabus causis Africanus*. Primus enim ex Romanis imperatoribus P. Cornelius Scipio, confecto bello Punico secundo, *nomine victae a se gentis est nobilitatus*; ut ait Livius XXX. 45. extr.; *exemplo deinde hujus, nequaquam victoria pares, insignes imaginum titulos, clarae cognomina familiae* [fortasse leg. *clarasque cognomine familias*] *fecere*. Mr.

*et obieris legatus*] Ad h. l. Car. Sigonius: Satis constat, P. Scipionem legatum cum Sp. Mummio et L. Metello ad regum et civitatum et gentium animos perspiciendos esse missum, ut scriptum reliquit Justinus libro XXXVIII. Obivisse autem hanc eum legationem ante censuram, duabus rationibus adducor, ut credam; primum Ciceronis ipsius aucto-

ritate, qui in Lucullo ait: *P. Africani historiae loquuntur in legatione illa nobili, quam ante censuram obiit, Panaetium unum omnino comitem fuisse*; deinde verisimili conjectura. Non enim L. Metellum, virum consularem, ei adjunxissent, cum moris esset, uni consulari legato duos non consulares adjungere. At si post censuram misissent, L. Metellum, jam consularem, non addidissent. Hoc autem idcirco dico, ne quis temere Valerio assentiatur, qui lib. iv. cap. 3. Scipionem scribit post duos consulatus et duos triumphos hoc legationis officio esse functum. Nam quod hoc in loco Ciceronis censuram legationi praeferat, id orationis commoditas videtur vel defendere posse vel excusare. Ochs. ad h. l. ait, sive Ciceronem in hac divinatione praepostera ab ordine temporum aliquantum recessisse, sive eum loqui de posteriore quadam legatione, neque de ea, cujus mentio fit Acad. II. 2. videlicet a u. c. 610. cum censor fuerit u. c. 612. De tertia legatione loqui Plutarchum Apophth. reg. et duc. p. 200. E. et de legatione post duos consulatus totidemque triumphos Valerium M. iv. 3. 13. Mr.

*Aegyptum*] Cod. Uff. in *Aegyptum*. Tum Ed. Asc. 1. *Graec-*

consul absens, bellumque maximum conficiet, Numantiam excindes. Sed cum eris curru in Capitolium in-  
vectus, offendes rem publicam perturbatam consiliis  
nepotis mei.

XII. Hic tu, Africane, ostendas oportebit patriæ  
lumen animi, ingenii, consiliique tui. Sed eius tem-

*ciamque.* Cod. Uff. *obideris.* Quod sequitur *deligere* (pro quo in multis Edd. est *delegere*) unice verum est, et firmatur Codd. Cr. et Mon. Edd. Ven. Car. Steph. Plant. Wolf. Verb. Ern. Bip. Sch. Heindr. Lehn. Bern. Grut. In Ed. Gothofr. perperam est *diligere*. Lamb. cum in libris vett. repererit *dilegere*, id unice verum pronunciat, additque: *ex quo dilectus: ut dilectus militum.* Quam sententiam ita suam fecit Goezium, ut eam, quasi ejus auctor, suo nomine proferat. Acute scilicet. *Mr.*

*consul absens*] Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Ven. Tig. Lamb. Plant. Boul. Sylb. Sturm. Lugd. Wolf. Gothofr. Bern. habent *absens consul.* Expone, ait Sig., *absentem* id est *non petentem.* Sic enim saepe Dionysium et Livium locutum esse ostendi in Scholiis Livianis. Qui enim dici potest Scipio tum abfuisse, cum certum sit ex Valerii lib. VIII. c. 20. quaestoriis comitiis, cum Quirini fratris filium in campum deduxisset, consulem eum esse factum? Laelius quidem etiam apud Ciceronem in dialogo de Amicitia (c. 3.) Scipionem nunquam petiisse consulatum confirmat. Conf. Liv. Epitom. Lib. LVI. Ernest. Cl. Cic. Delectus fuit videlicet consul ad faciendum bellum Numantinum. V. Appian. Hispan. 76 — 78. Flor. II. 18. ib. int. Videlicet hoc factum est quarto decimo post deletam Carthaginem anno. *Mr.*

*Numantiam excindes.*] Ple-  
raque Edd. vett. *excindens.* Sed

*excindes* v. *excindes* habent Cod. Mon. Edd. Asc. 1. 2. (haec in marg.) Lugd. Sturm. Sylb. Boul. Wolf. Plant. Goth. Lamb. Tig. Verb. Ern. Bip. Bern. Goez. Lehn. Heindr. Sch. Grut. *Excindes* est in Cod. Cr. *excides* in Cod. Uff. Edd. Asc. 1. (in marg.) Venet. idque praeferebat Gronov. *Namantiamque* scribitur in Cod. Uff. Edd. Lugd. Tig. Boul. Pro bellumque Ed. Asc. 1. habet *et bellum.* *Mr.*

*in Capitolium*] Ita dedi cum Heindr. ex Cod. Uff. (qui habet *in Capitolium ductus*, sed in marg.: al. *invectus*) Edd. Rob. Steph. Lamb. Plant. Lugd. Bern. Wolf. Ita in Or. de prov. cons. 14. 55. *si in Capitolium invehi victor cum illa insigni laurea gestiret.* In Cod. Cr. est supra lin. *devectus.* In eodem et Mon. et Ed. Ven. est *consiliis perturbatam.* *Mr.*

*nepotis mei.*] Ti. Gracchum intelligit, ait Sigonius, ex Cornelia filia sua nepotem, qui optimatum statum jam Romae inveteratum lege agraria de quingentis jugeribus referenda perturbavit. Vid. Sigon. Comment. in Fast. et Triumphos Rom. p. 395 sqq. *Mr.*

*lumen animi, ingenii consilii-  
que tui*] Cod. Uff. *lumen i. consiliumque animi tui.* Cic. de Amic. VIII. *quod in eo lumen aliquod probitatis et virtutis perspicere videamur.* Ad rem h. l. C. Sigon. significat fortasse, ait, tempus illud, quo auctore Valerio, Scipio a C. Carbone tribuno pl. in rostra perductus est, et, quid de Tiberii nece sentiret, dicere jussus, respondit: *eum sibi jure*

poris ancipitem video quasi factorum viam. Nam cum aetas tua septenos octies solis anfractus reditusque 75  
 P. 318. converterit, duoque hi numeri, quorum uterque plenus, alter altera de causa, habetur (a), circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint; in te unum atque

(a) Septenarius dicitur plenus ob ejus praestantiam apud veteres celebratam; octonarius, quia par.

*caesum videri.* Aut, nisi hoc praecipue velis, patrocinium, quod ab eo Itali contra legem Semproniam petierunt, intellige. In Ed. Crat. est *consilii tui omisso que.* In Cod. Cr. scribitur *tua aetas.* Mr.

*solis anfractus reditusque*] Solis anfractum, ait Vinetus, et reditum annum vocat; *anfractum* propter zodiaci obliqui circuli ambitum, quem sol 365 diebus cum quadrante conficit, quod tempus annum vocant: reditum vero, ait Macrobius, quia eadem signa per annos singulos certa lege sol metitur. Sed de universo loco consulendus Macrobius in Somn. Scip. I. 5. sq. Cic. de N. D. II. 40. *Sol — modo accedens, tum autem recedens binas in singulis annis reversiones ab extremo contrarias facit.* Mr.

*converterit*] Cod. Cr. *convertit*, neglecta virgula ad litteram f, quae legenda fuit — *ter(it).* Intelligit autem annum *κλιμακτηρη* *ρα* vel *κλιμακτηρικόν*, de quibus annis et veteres multa disputant, neque nostro tempore desunt, qui multum annis climactericis, quod ad fatalem vitae terminum, tribuant. Plura docet ad h. l. Hier. Wolfius in sua Ed. p. 12 — 17. Exstat libellus Henr. Rantzovii de annis climactericis (Antw. Plantin. 1580. ad calcem Catalogi Imperatorum, etc. qui astrologicam artem amarunt:) ubi eodem, quo Scipio, anno climacterico interisse dicuntur plurimi viri celeberrimi, inter alios Horatius, Romulus, Julius

Caesar, Plinius Secundus. — Sequitur in Ed. Ald. *duoque ii numeri*, in Ed. Ven. et Cod. Cr. *duoque cum hi numeri.* Mr.

*quorum uterque plenus*] Cod. Uff. *quorum uterque alter altera de causa plenus habetur.*

Longa est et contorta hujus loci apud Macrobium l. c. explicatio.

Nos non nisi duo Platonis loca ex Timaeo adscribemus, nam Platonis est locus, p. 39. Steph. p. 39. Bekk. *ἔστι δ' ὁμοῦς οὐδὲν ἥττον κατανοῆσαι δυνατόν, ὡς ὁ γε τέλος ἀριθμὸς χρόνου τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε, ὅταν ἀπαθῶν τῶν ὀκτῶ περιόδων τὰ πρὸς ἀλλήλα ἐνμπερανθέντα τάχῃ σχῆ κεφαλὴν τῷ τοῦ ταύτου καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλω.* Et paulo superius:

*μεις δὲ ἐπειδὴν βελήγη περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον ἧλιον ἐπικαταλάβῃ.* Videlicet septenarium plenum dicit ambitu lunae, quae fit quater septenis fere diebus, ut octonarium perfecto orbium motu, vel quia absolvit numerum caelorum, qui moventur, qui octo sunt, quia absolutus perfectusque annus tunc denique completur, cum se octo illi ambitus confectis suis cursibus ad idem caput retulerunt. Mr.

*summam tibi fatalem*] Cod.

Uff. addit glossam *dierum*, ibidem mox glossa irrepsit in verbis *tu eris solus unus.* Nostrum locum imitatus est scriptor orationis spuriae de Harusp. resp. 4. 6. *P. ille Scipio — Carthaginem — quasi fatali eventu, solus evertit.* Similis est locus in Catilin. III. 4. *fatalē*

in tuum nomen se tota convertet civitas: te senatus, te omnes boni, te socii, te Latini intuebuntur: tu eris unus, in quo nitatur civitatis salus; ac, ne multa, dictator rem publicam constituas oportet (1), si impias propinquorum manus effugeris. Hic cum exclamasset Laelius, ingemuissentque ceteri vehementius, leniter arridens Scipio, Quaesio, inquit, ne me e somno excite- tis, et (2) rumpatis visum. Audite cetera.

(a) [A. M. *pax sit rebus*]. Textus Graevianus et *parum rebus*, quam lectionem excludit auctoritas permultorum codicum apud Lagomarsinium. Sane et Planudes interpretatur *ἀλλ' εἰρήνη ἦτω τοῖς πράγμασιν, ὡς ἀκούσαι καὶ τὰ λοιπὰ*. Bonam conjecturam suam impertit mihi ill. Niebuhrius et *parumper*.

*hunc esse annum ad interitum hujus urbis. Mr.*

[*in tuum nomen*] Vocem in plurimi habent iique optimi libri. Eam deesse video in Cod. Cr. Edd. Ald. Lugd. Plant. Tig. Boul. Sylb. Wolf. *Mr.*

[*se tota convertet civitas*] Plane ita Corn. Nep. in Attico VIII. 1. *quum — videretur — tota civitas se ad eos convertisse*. Similiter noster de Off. II. 10. extr. *totos ad se convertit*. Laudat Ochs. Luciani Soma. 12. ubi est: *εἰς ὃν πάντες ἀποβλέπονται*. Mox Ed. Crat. *perperam civitas salus*, Cod. Cr. *omnis civitatis salus. Mr.*

[*ac, ne multa*] Cod. Uff. *at ne multa*: male. Pergit Ed. Ven. *dictator P. R. constituas*: *perperam*: est enim locutio *rem publicam constituere* in tali re propria; veluti triumviri se ipsos dixerunt *triumviros rei publicae constituendae. Mr.*

(1) Scipionis ambitionem notat Cicero Off. I. 30.

[*si — effugeris*.] Non erat, quod Heinr. post *effugeris* exclamandi signum poneret. De morte Scipionis ejusque causa disputat Appianus B. Civ. I. 20. Suspecta nimirum fuit, tanquam venenum ei dedisset, Sempronia uxor, hinc maxime, quod soror esset Grac-

chorum. Constans fama fuit, id factum fuisse opera Corneliae matris Gracchorum. Mox Ed. Rob. Steph. *exclamavisset. Pro e somno est a somno* in Cod. Cr. Edd. Asc. 1. 2. Ven. Boul. Tig. In Cod. Uff. est *de somno*. Acadd. IV. 29. 93. dixit: *qui te ex somno excitet*. In Ed. Rob. Steph. editum est paulo superius *vehementius ceteri. Mr.*

[*et rumpatis visum. Audite cetera*] Hanc ego Heinrichii amplexus sum conjecturam, quamquam non satis intelligo, quomodo, si ita scripsit Cicero, oriri potuerit lectio Codd. antiquorum et *parum rebus*, vel recentiorum, et *pax sit rebus*. Priorum habent ex nostris libris Cod. Mon. Edd. Lamb. Plant. Verb. Wolf. Ern. Sch. Reliqui habent posteriorem, nisi quod Goetz. suam conjecturam; et *pares sitis rebus*, parum illam probabilem, in contexta recepit, Lehnerus vero Baherii conjecturam, quam A. Majus Niebubrii esse ait, et *parumper audite cetera*, ut est Tusc. v. 24. *isque animo parumper et cogitatione fingatur*. Lamb. existimabat *parum rebus* esse: parum rebus temporis tribuite: qua ellipsi nihil esset durius. Hieron. Wolf. *pax sit rebus* explicat:

(III.) XIII. Sed quo sis, Africane, alacrior ad tutandum rem publicam, sic habeto: omnibus, qui patriam conservarint, adiuverint, auxerint, certum esse in caelo ac definitum locum, ubi beati aevo sempiterno

pacati estote et missam facite sollicitudinem vestram, vel: quicquid erit, bene vertat; vel: *εὐφημία ἔστω*. Neque vero ei satisfacit lectio. Gronovius coniecit: *et, per avum, de his audite cetera*. Gruterus placebat *pax sit rebus*, quod legit etiam Th. Gaza, ut videmus ex versione ejus Graeca. Sed recte monet Goetz. illam scriptionem bibliorum versioni vulgatae, neque vero Ciceroni convenire. Graevius coniecit: — *excitetis. pax! — verum audite cetera*: quod comoediae potius conveniret, et est apud Plautum Mil. Glor. III. 1. et Terent. Heaut. iv. 3. Clelicus neminem assentientem habuit coniciens (de arte Crit. II. p. 340.) *ne me e somno excitetis his pavoribus*: neque magis Heumannus, corrigens: *his clamoribus*. Sch. ait: „mihi dubium non est, quin vera lectio „sit: *pax sit rebus* h. e. *omitte res ipsas*, nisi forte malis: „*parcite rebus*, ut dicitur *parce verbis*.“ Nobis illud valde dubium est, hoc non malumus. *Rumpere somnos* dixit Lucanus III. 25; quidni Cicero in extrema hac operis parte, quae habet colorem poeticum, poetice loqui potuerit dicens *rumpere visum*? Quid? quod ipse color poeticus sive correctioni sive corruptioni ansam dare potuit? *Mr.*

*alacrior ad tutandum*] In malam partem utitur hoc adjectivo Auct. ad Herenn. II. 30. 48. *multos alacriores ad maleficia futuros*. Scribitur *scis* pro *sis* in Cod. Uff. *Tutandum* recepi cum Heinr. Sch. Lehn. et A. Majo ex Edd. Gothofr. Grut. Verb. Ern. Bip. et Oliv. Reliqui libri habent *tutandam*, nisi quod in Cod. Uff.

est *tuendam*. Ern. verba *quo sis* usque ad *revertuntur* uncinis inclusit, et in annot. scripsit: Haec ut e L. V. de Rep. profert Petrarca p. 374. Opp. Mox in Cod. Cr. est *omnibusque*; scribitur *iis omnibus* in Ed. Ven., in eadem et Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Ald. Boul. Sylb. Tig. Lamb. Sturm. Lugd. Bern. est *conservaverint*. In seqq. Cod. Cr. habet *in coelum*. Cod. Uff. *certum in coelum ac definitum esse locum*. Ed. Ven. ut Cod. Cr. Ad verba convenit cum nostro loco Or. pro Sex. Rosc. Am. 18. 50. *majores nostri — rem publicam — et P. R. nomen auxerunt*. *Mr.*

*ac definitum*] A. Majus, Lehn. Verb. omiserunt *ac*, eaque vox abest a Codd. Cr. et Mon. et Ed. Ven.; Heinr. dedit *et*, quod in nullo libro reperi: sed *ac* exhibent reliqui nostri omnes. *Diffinitum* ad morem mediæ aevi scribitur in Edd. Car. Steph. et Ald.; *ad definitum* in duabus, quas ad manum sunt Edd. Sturm. in tertia est *ac*. Ad verba conf. Epp. ad Famm. III. 8. *nil enim habent, quod aut definitum sit aut certum*. Quare non est, quod morem unius Cod. lectionem apud Ursinum, *ac destinatum* exhibentis. *Mr.*

*ubi beati*] Cod. Mon. *ubique beati*. Ut h. l. dixit *aevo sempiterno frui*, ita in Hortensio (v. p. 106. Ed. Sch.) dixit *immortale avum degere*. In Cod. Uff. est ut in Asc. 1. *sempiterno aevo*. Codd. nostri omittunt *hunc*. Tum Cod. Uff. habet *fiat in terris*. Ad v. *acceptius* conf. Tuscc. V. 15. 45. ubi est *gratum acceptumque*. Cod. Mon. habet

fruantur. Nihil est enim illi principi deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia coetusque hominum iure sociati, quae civitates appellantur. Harum rectores et conservatores, hinc profecti, huc revertuntur (1).

XIII. Hic ego, etsi eram perterritus non tam metu mortis, quam insidiarum a meis, quaesivi tamen, vive-  
retne ipse et Paulus pater et alii, quos nos exstinctos

*quidquid in terris, sed supra  
lia. quod quidem. Mr.*

*concilia coetusque hominum]*  
Cic. de Sen. 23. 85. *O praeclarum diem, cum ad illud divinum animorum concilium coetumque proficiscar!* Ad rem conf. Paradox. iv. pr. supra L. III. 37. 33. In Cod. Cr. scribitur *consilia*. Tum Cod. Uff. habet *ad iure vivendum sociati*, quod est interpretis semilati. Ed. Ven. habet *vere sociati*. In praeced. Asc. 1. habet *nihil est ergo. Mr.*

*hinc profecti]* Cod. Cr. habet *et rectores*. — *Rectorem et moderatorem* jungit noster de N. D. II. 35. 90: *custodes et conservatores urbis* Or. pro Sextio 24. 53. Ad rem haec adnotavit Gerh. Vossius: Cicero cum Platone sentiens dicit omnes eos, qui rebus publicis bene praeferint, post suum ex hac vita discessum, recta in caelum, veluti domicilium germanamque suam patriam, redire, ex qua in hoc orbis theatrum, tanquam in exilium, missi sunt. Est siquidem animorum origo coelestis (secundum illos) non ex terra, quos procreator ille mundi (ut dicit Cicero) e sua mente et divinitate genuit. Hoc ipsum et V. Tusc. Quaest. sensisse videtur, dum ait [13. 38.]: *Humanus — animus decerptus ex mente divina, cum alio nullo, nisi cum ipso deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. etc. Mr.*

*huc revertuntur.]* Quod anno-

tavit in margine Verb. alios legere *revertentur*, id est in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Car. Steph. Ald. Lugd. Sturm. Boul. Sylb. Tig. Plant. Lamb. Wolf. Goth. (sed haec in marg. habet *revertuntur*.) Reliqui libri nostri meliorem lectionem tuentur. *Mr.*

(1) Hunc locum legebat Nectarius, uti constat ex ejus epistola inter Augustinianās ciii, qua in epistola non semel Ciceronem de rep. exprimit. Sic igitur Nectarius: *de patria bene meritis viris doctissimi homines ferunt, post obitum corporis in caelo domicilium praeparari, ut promotio quaedam ad supernam patriam praestetur his hominibus, qui bene de genitalibus urbibus meruerunt: et hi magis cum Deo habitent, qui salutem dedisse aut consilii aut operibus patriae doceantur.*

*Hic ego, etsi eram]* Cod. Uff. *hic etsi eram ego*. Tum Edd. Asc. 1. et Rob. St. *mortis metu*. Vocem et ante *Paulus* omittunt Edd. Asc. 1. 2. Crat. Car. Steph. Ald. Tig. Sturm. Scribitur autem *pater Paulus* in Codd. Cr. et Uff. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Ven. Boul. Tig. Plant. Sylb. Lamb. Goth. Wolf. Sturm. *Paulum patrem* intellige *Paulum Aemilium Macedonicum*. Wolfius jam probabat lectionem et *Paulus pater. Mr.*

*exstinctos arbitraremur.]* Codd. Cr. et Uff. et Ed. Ven.

arbitraremur. Imo vero, inquit, ii vivunt, qui ex corporum vinculis, tamquam e carcere evolaverunt (1): vestra vero, quae dicitur, vita mors est (2).

interponunt esse. In Cod. Mon. a. 1. manu est *arbitramur*, (ut ex pluribus annotavit Verb.) a 2. manu *arbitraremur*. Edd. Asc. 1. Ven. Boul. habent *arbitramur*. Edd. Asc. 2. Crat. Rob. St. Car. St. Ald. Wolf. Sturm. Plant. Gothofr. *arbitremur*. Mr.

*Imo vero, inquit,*] *Imo* scripti, cum sit a v. *imus*, ut monet Grotefend. Orth. Lat. (Gr. L. T. II.) §. 142. Libri tamen vetusti et lapides plerumque habent *immo*, teste Aldo Manutio Orthogr. p. 49. De Off. III. 12. 55. est *Imo vero, inquit ille, necesse est*: ubi Beierus delevit verba *inquit ille*, quae absunt ab uno Cod., quia ipsum *Imo vero* satis indicet personam loquentis mutari. Scribitur *hi vivunt* in Codd. Uff. et Mon. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. St. Car. St. Ald. Ven. Sturm. Amat noster locutionem *imo vero*: ea usus est v. c. Acadd. I. 3. 10. de Off. III. 23. 8. de Leg. Agr. 35. 97. ad Fam. ix. 17. Mr. *qui ex corporum vinculis, tamquam e carcere*] Codd. Cr. et Mon. *e corporum*, minus bene. Supra monuimus de differentia utriusque descriptionis, videlicet *ex poni*, ubi ad locum respicitur, unde aliquid proficiscitur, *e*, ubi quasi distantiae spatium significatur. Ad rem faciunt quae ad h. l. annotaverunt Olivarius et Vinetus: quorum ille: Haec sunt plane Socratica. Ipse Socrates in Phaedone Platonis, bibiturus cicutam, inter alia, quae de anima disputavit, illud adduxit, corpus animi esse carcerem: agere in eo animum dixit non sponte, sed vi quadam: non esse locum illum animi naturalem, sed puriorem, videlicet caelum; mortem solutionem esse a corpore et reditum

ad caelestia. [Sed Platonis de anima sententiam omnium optime explicavit Wytenbachius in disput. de vet. philoss. sentt. de vita et statu animum post mort. corp. p. XLIV — LVIII vel in ej. Ed. Phaedonis p. xv — XLVIII.] Hic: Seneca ad Helv.: *Corpusculum hoc, custodia et vinculum animi, huc atque illuc jactatur*. Cicero autem haec hausit ex Socrate Platónico, cui corpus *δέσµα* appellatur et *δεσµωτήριον*. Sunt vero, qui putent, *δέµας* (corpus) ex eo esse dictum, quod sit *δεσµός* i. e. vinculum animi, corporique quod sit *συνδεσµήν ψυχῆ*. Neque multum abit etymologia, cujus meminit Eustathius ad II. VII. *δέµας δώµα* quoddam esse animi. Quod autem corpus Graecis dicitur *σώµα* id Socrates in Cratylo et Gorgia dictum putat, quasi animi *σῆµα* i. e. monumentum atque sepulchrum. Alii ibidem *σώµα* dictum ajunt *ἀπὸ τοῦ σώζεσθαι*, quod servetur (custodiat) animus in corpore, sicut maleficus in carcere et vinculis, donec debitas poenas persolverit. Inde ab h. l. usque fere ad finem capitis interruptitur Cod. Cr. nam excidit folium unum. Pro *evolaverunt* Ed. Ven. habet *evolaveret*. Mr.

(1) Consentit cum de Sen. cap. XXI. sqq.

*vestra vero, quae dicitur, vita mors est.*] Ita distinguendum fuit, neque vero ut in plerisque Edd. *vestra vero, quae dicitur vita, mors est*. Melius Heinr. cum A. Majo et Lehn. *vestra vero quae dicitur vita, mors est*: et ita Edd. Plant. et Sylb. De Off. III. 20. 82. *Quid est, quod afferre tantum utilitas ista, quae dicitur, possit?* Mr.

(2) His verbis libere utitur

Quin tu adspicis ad te venientem (1) Paulum patrem? Quem ubi vidi, equidem vim lacrimarum profudi: ille autem me complexus atque osculans flere prohibebat.

XV. Atque ego, ut primum, fletu represso, loqui posse coepi, Quaeso, inquam, pater sanctissime atque optime, quoniam haec est vita, ut Africanum audio dicere, quid moror in terris? quin huc ad vos venire

Augustinus C. D. XII. 20, XIII. 10. Rem, juxta erroneam quorundam sententiam explicat Macrobius ad somn. I. 10. Conferatur Cicero apud Augustinum lib. V. ff. 78 contra Jul. Pelag. Item de Sen. XXI. Tum Plutarchus consol. ad. Ap. t. VI. p. 437. sqq; denique Lactantius Inst. III. 18.

*Quin tu adspicis — patrem?*] Ita dedi cum Heintr., quamquam libri nostri omnes et scripti et editi habent *adspicias* et sola Ed. Bern. interrogandi signum. *Adspicis* vero jam legit in veteri libro Hier. Wolfius. Ex aliis libris enotatum est in Ed. Verb. *quia et respicias v. respice*. Tum in Ed. Asc. 1. est *patrem Paulum*, itemque in Ed. Sturm. *Paulum* et supra *Paullus* scribitur in Edd. Plant. et Sylb. In Cod. Uff., glossematibus referto, est *Paulum patrem tuum*. Mr.

(1) Quo pacto venientem? Proclus cum Porphyrio lucem ait esse vehiculum animarum.

*Quem ubi vidi*] Ita Cod. Uff. et plures apud Verb. Edd. Goetz. Ang. Maj. Heintr. Lehn. Reliqui libri ut, ut c. X. extr. *quem ut agnovi*, ubi item in Codd. quibusdam est *ubi*. — *Vim lacrimarum* dicit h. l. ut *vim aquarum* ad Qu. Fr. III. 7. *Profundere lacrimas* dixit etiam in Or. pro Fonteij. 17. 38: *effundere lacrimas*, quod ex uno Cod. h. l. enotavit Verb., dixit Cic. Or. pro Planc. 42. 101. Pro *complexus* est *amplexus* in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Ven. Tig. Sylb. Lugd. Pro *osculans* Lamb. dedit *oscu-*

*latus*, quod habent etiam Edd. Plant. et Hier. Wolf. Conveniunt loca ad Att. XVI. 5. ut — *eum — complexus osculatusque dimiserit*: Or. pro Planc. 51. 9. *me — complexus est conspersitque lacrymis*. Mr.

*pater sanctissime atque optime*] Ne voci *sanctissimus* eam significationem tribuamus, quae de rebus divinis ac religiosis admonet, faciunt loca, qualia sunt Epp. ad Famm. IV. 15. ubi junguntur *sanctissimus et doctissimus*, et *homines frugalissimi et sanctissimi*, ut est in Or. pro Flacc. 29. 71. Mr.

*quoniam haec est vita*,] Ed. Rob. Steph. *quum*, Edd. Car. Steph. Ald. Goth. Sylb. Tig. Boul. *quando*. Cod. Mon. *haec vita est*. Tum Ed. Asc. 1. *audio Africanum*. Mr.

*Quid moror in terris? quin — propero?*] Notissima est Stoicorum sententia, qua statuebant sapientem aliquando, *εὐλόγω ἐξαγωγή* e vita posse decedere, imo debere. Vid. Lips. Manuduct. ad Stoic. Philos. III. 22. p. 808 — 813. ed. Opp. Vesal. T. IV. Ad verba convenit Horat. Od. II. 17. 6. *Ah! te meae si partem animae rapit Maturior vis, quid moror altera?* Ad rem conf. quae praeter Lipsium congestit Gatak. ad Antonin. III. 1. p. 62. sq. ed. Traj. 1697. f. m. Pro *hinc*, quod receperunt cum A. Mejo, Heintr. Lehn. post Lang., dedit *huc* ex libris nostris omnibus. Eam vocem omisit Goetz. quam abesse in Cod. vet. monent Lamb. Goth. et Verb. In Ed. Plant. se-



propero (a)? Non est ita, inquit ille. Nisi enim deus is, cuius hoc templum est omne, quod conspicis (1), P. 320. istis te corporis custodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non potest (2). Homines enim sunt hac lege ge-

(a) Quamlibet animam flagrare cupiditate conscendendi ad illa superiora, ait apud Proclum oraculi cujusdam auctoritas:

πάσας μὲν γὰρ ἔχει γλυκερὸς πόθος, ὥσκειν Ὀλυμπον  
ἀθανάτοισι θεοῖσι συνέμπορον αἰὲν ἔχουσιν·  
οὐ πάσαις δὲ θεῖσις ἐπιβήμεναι τῶνδε μελάθρων· κ. τ. λ.

quitur propero venire, et Asc. 1. Sequitur in Cod. Uff. *Non ita est.* Locationem non est ita laudat Ochs. ex Cic. de Off. I. 44. 158. et de Legg. I. 6. 18. ubi v. annot. nostr. p. 45. Mr.

*Nisi enim deus is*] Recepti, quod dedit Ochs. *nisi enim deus is*, quodque edidisse ait Langium, Sigonium et Patricium Gronovius, seque in pluribus MSS. reperisse. Ego ita scriptum deprehendi in Cod. Uff. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Lugd. Sylb. Lamb. Goth. Tig. Plant. Sturm. Boul. Wolf. Bip. In Cod. Mon. Edd. Asc. 1. Rob. Steph. et Ven. est *Nisi enim cum deus is*. Reliqui cum A. Majo habent *nisi deus is*. Car. Steph. in varr. lectt. ait se in vet. Cod. reperisse *nisi enim cum deus is*, ut dedit Victorius. Mr.

*deus is, cuius hoc est templum omne,*] Ita dixit de Legg. II. 10. 26. *deos*, — *quorum hic mundus omnis templum est et domus*: ubi vid. annot. nostr. p. 234. Lamb. dedit *cujus templum est omne hoc*. Mr.

(1) Confer de rep. lib. I. 13. III. 9. Lege Macrobius ad somn. I. 14.

*istis te corporis custodiis liberaverit,*] Cod. Uff. habet: *Nisi enim deus is, quod cernis iste corporeis—poterit.* Ad rem conf. Plat. Phaedon. p. 62. Steph. p. 12. Bekk. p. 140 Bip. ὁ μὲν οὖν ἐν ἀπορήτοις λεγόμενος — λόγος, ὡς ἐν τινι φρουρᾷ ἴσμεν οἱ ἀνθρώποι, καὶ οὐ δεῖ

δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν οὐδ' ἀποδιδράσκειν, μέγας τὲ τίς μοι φαίνεται καὶ οὐ ῥάδιος διδείν· οὐ μὲντοι ἀλλὰ τόδα γέ μοι δοκεῖ, ὡς Κέβης, εἰ λέγεσθαι, τὸ θεοῦς εἶναι ἡμῶν τοὺς ἐπιμελομένους (ita Bekk., alii ἐπιμελομ.) καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἐν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι. Ad quem locum vid. Fischer. p. 256. sq. Heindorf. p. 26. sq. in primis autem Wyttenb. p. 134 — 140. Mr.

(2) Contra eos qui mortem sibi consciscunt invehitur Servius Aen. XII. 605 cum Virgilio, pontificibus libris, Cassio Hemina, et Varrone; Macrobius autem ad somn. I. 15 cum Platone atque Plotino. Lege etiam M. Aurelium de vita sua III. 5, et Lactantium Inst. III. 18.

*sunt hac lege generati, qui tuerentur*] Ed. Ven. *hac lege sunt.* Ad seq. ait Patricius: Fortassis *quo tuerentur*, quamquam Graecus vulgatam sequitur lectionem. Sed neminem ille obsequentem nactus est, quam Goetzium, fortasse invitum. Pro *tuerentur* est *intuerentur* in Cod. Uff., quod est glossatoris, neque vero doctissimi, interpretandum enim fuit *obtinerent*. Conf. de Senect. 21. *deos — sparsisse homines — ut essent, qui terras tuerentur, quique, coelestium ordinem contemplantes, imitarentur eum vitae modo atque constantia.* De imperfecto ex Ciceronis more h. l. posito laudat Ochs. Amicit. 5. de Finn. II. 21. extr.

nerati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quae terra dicitur: hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quae sidera et stellas vocatis; quae, globosae et rotundae, divinis animatae mentibus, circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. Quare et tibi, Publi, et piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis, nec iniussu eius, a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne

v. 15. Ducker. ad Flor. Prooem. lib. I. §. 2. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 26. p. 155. Corn. Nep. Alcib. 1. Ponitur videlicet imperfectum, ut dei in generando consilium significetur. *Mr.*

*in hoc templo medium*] Ed. Rob. Steph. *in hoc templo medio*. Ven. *in medio hoc templo*. Idem aliis verbis dixit Tusc. I. 28. *globum terrae eminentem e mari, fixum in medio mundi universi loco*. Infra c. 18. est: *terra—complexa medium mundi locum*. Pergit Cod. Uff. *videmus et quae*. Tum Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Sylb. *dicitur terra*. In Ed. Ven. sequitur *his pro his quae*, tum scribitur *ex sempiternis ignibus illis*: non male. Ad rem conf. Tusc. I. 19. 43. de Divin. I. 49. 110. *Sidus et stella* differunt ut *ἀστὴρ* et *ἀστὴρ*. Quod ad etymologiam *sidus* est ab *εἶδος*, et *stella* diminutivum pro *sterula* ab *ἀστὴρ*, unde Angl. *star*, nostrum *Stern*. Constructionis exempla, quae hoc est *ignibus, quae sidera—vocatis*, multa vide in Vechneri Hellenolexia p. 252. sq. ed. Heusing. Add. nos ad Cic. de N. D. II. 55. p. 442. ed. Cr. et nostr. maj. et ad Cic. de Legg. I. 7. 22. p. 55. ed. nostr. et Cr. itemque supra ad I. 13. *Mr.*

*globosae et rotundae*] Ed. Asc. 1. *rotundae et globosae*. Ad rem P. Ramus haec: *Stellas globosas esse Aristoteles existimat, sum quia nusquam progrediuntur, nec aliam idcirco for-*

*mam requirant: tum quia veri simile sit, lunae reliquas stellas forma similes esse. Stoici eadem ratione tributam sideribus istam formam crediderunt, ut II. de N. D. Cicero, qua mundo universo: quia nil sit ea figura pulchrius, quae sola omnes alias figuras complexa continet, quaeque nil asperitatis habeat, nil offensionis, nil incisum angulis, nil anfractibus, nil eminentibus, nil lacunosum.* [c. 18. 47.]. De stellarum divinitate, quas h. l. *divinis animatas mentibus* dicit, vid. Cic. de N. D. II. 15. ib. interpr. *Mr.*

*circulos suos*] Cum Cicero verbo *circos*, quod receperunt Heinr. Lehn. post A. Majum, alibi non usus sit, nisi in carminibus Arateis, recepi lectionem librorum tantum non omnium, *circulos* i. e. cursus circulares, ut Macrobiano verbo utar. In seqq. Cod. Uff. habet *quare tibi*, omisso *et*. Mox scribitur *animus est* in Edd. Asc. 1. et Rob. Steph. In Cod. Uff. ante *piis* inseritur glossa *aliis*. *Mr.*

*injussu ejus* etc.] Ita noster de Sen. 20. *Vetatque Pythagoras, injussu imperatoris, id est, dei, de praesidio et statione vitae decedere: et Tusc. I. 50. Vetat enim dominans ille in nobis deus, injussu suo nos hinc demigrare: etc. Mr.*

*est vobis datus,*] *Vobis*, quod praeferebat jam Patricius, est in paucis libris; in plerisque est *nobis*. Probam tamen lectionem tuerentur Codd. Uff. (ubi scri-

munus humanum assignatum a deo defugisse videamini. Sed sic, Scipio, ut avus hic tuus, ut ego, qui te genui, iustitiam cole et pietatem: quae cum sit magna in parentibus et propinquis, tum in patria maxima est. Ea vita via est in caelum, et in hunc coetum (a) eorum, qui iam vixerunt (b), et corpore laxati illum incolunt locum, quem vides:

(a) De animarum coetu seu panegyri Proclus: *τις οὖν πανήγυρις ἐν ταύταις; ἢ πανήγυρις τὰς ἐκ τοῦ παντός αὐτῶν φοιτήσεις, εἰς τὴν κοινὴν χώραν τὴν ἐστὶν τῆς γεννήσεως παρίστησιν.* Tum multis interjectis disputat de mutua animarum agnitione et visu.

(b) Formula Romana de iis, qui extincti sunt. Lege Plutarchum in Cicerone cap. xxii.

bitur ille vobis datus est) et Mon. Edd. Herw. Rob. Steph. Tig. Lamb. Plant. Boul. Goth. Lugd. Grut. Verb. et recc. Mr.

munus humanum] Cic. de Sen. 21. *Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis et gravi opere perfungimur.* Fragm. Hortens. Ed. Ern. min. p. 1182. Sch. p. 111. *magna spes est — si hoc, quod sentimus et sapimus, mortale et caducum est, jucundum nobis, perfunctis muneribus humanis, occasum, neque molestant extinctionem et quasi quietem vitae fore.* Mr.

defugisse videamini.] Grut. ex uno Cod. Palat. enotavit *ipsi defugisse*, quae lectio ex glossate orta est. Cod. Mon. habet *detestati fuisset videamini*; quod est glossatoris doctioris. Sed bene se habet vulgata. Ita dixit ad Att. viii. 3. *non quo munus illud defugerem.* Mr.

ut ego] Cod. Uff. et ego. Ed. Asc. 1. et ut ego. Tum Ed. Ven. *iustitiam et pietatem cole.* Mr.

quae cum sit — tum — est] De hac constructionis elegantia monuit Ochns. ad Cic. Eclog. p. 40. 161; nos ad Cic. de N. D. I. 1. 1. ib. Cr. p. 5. et F. A. Wolf. Literar. Anal. II. p. 277. sq. praecipue nos ad Cic. de Legg. II. 14. 36. p. 268.

Perperam omittitur *sit* in Codd. Uff. et Mon. Edd. Ven. et Asc. 1. Reliquae omnes id tuentur. Quod correxit Lamb. in *patriam*, id plane non est necessarium et orationis concinnitati obest. Quam saepe autem *esse* ponatur pro *locum habere*, non est quod exemplis allatis doceam. In Ed. Asc. 1. deest *maxima.* Mr.

*Ea vita via est*] Codd. Uff. et Mon. et Ed. Sylb. et *ea vita via est.* Edd. Asc. 2. Herw. Crat. Car. Steph. Ald. Tig. Plant. Sturm. Goth. Wolf. *Quia ea vita via est.* Nostram lectionem habent Edd. Ven. Lugd. Lamb. Grut. Verb. Ern. Bip. Bern. Lehn. Sch. Heinr. A. Maj. Tum Cod. Uff. omittit *in* ante *hunc*. Ad v. *qui jam vixerunt* conf. quae Cicero scripsit ad Att. xiv. 21. *sed mihi quidem βεβιωται*: ad seqq. Cic. de Sen. 22. *cum se plane corporis vinculis relaxaverint.* — Pro illum Cod. Uff. habet *eam.* Mr.

*vides: (erat autem — elucens), quem vos,*] Ita distinxi cum Ochns. (in annot. ad h. l.) et ita est in Edd. Plant. Wolf. Goth. Lamb. Boul. Tig. Sylb., videlicet ne vel Paulus dicat *Erat autem is* etc. vel Scipio: *quem vos, ut a* etc., quod neutri conveniret; sed ut *quem vos* referatur ad *locum*; neque post parenthesis adnexum

XVI. (erat autem is splendidissimo candore inter flammam circulus elucens,) quem vos, ut a Graiis accepistis, orbem lacteum nuncupatis<sup>(a)</sup>. Ex quo omnia mihi contemplanti praeclara cetera et mirabilia videbantur. Erant autem eae stellae, quas numquam ex hoc loco vidimus, et eae magnitudines omnium, quas esse numquam suspicati sumus: ex quibus erat illa minima, quae ultima a caelo, citima terris, luce lucebat aliena.

(a) *Sciendum est* (inquit Macrobius ad somn. I. 4) *quod locus, in quo sibi esse videtur Scipio per quietem, lacteus circulus est, qui galaxias vocatur.* Quid ita? quia scilicet veteres putabant somnia habitare in galaxia. Praeclaram de hac re doctrinam tradit Proclus: *δημιον δὲ ὀνειρώων, ὡς φησὶν ἔκκετος* (Home-

et post quem vides ἀσυνδέτως appositum relativum durum debet videri. Ceterum mihi visus est aliquando locus transpositione sanandus, scribendumque esse existimabam: — quem vides, quemque vos, ut a Graiis accepistis, orbem lacteum, nuncupatis. Erat autem is splendidissimo candore inter flammam circulus elucens, ex quo omnia mihi contemplanti praeclara cetera et mirabilia videbantur. Erant autem etc. Sed offendebar aliquantum repetito *Erat autem* — *Erat autem*: quare in mutata distinctione acquiesco. Scripsi autem *circulus* pro *circus* eadem, qua supra, ratione ductus. Et ita Edd. Ven. Crat. Herw. Boul. Sylb. Tig. Sturm. Lamb. Plant. Lugd. Wolf. et Cod. Uff. in quo est *lucens*. Praecedat *elucens* in Edd. Boul. Tig. Lugd! In Ed. Verb. est *Erit autem*, operarum, ut videtur, errore. *Flammae* sunt sidera. Ad rem faciunt, quae Manilius (I. 756 sqq.) de via lactea canit:

*An fortes animae, dignataeque*  
- *nomina caelo*

*Corporibus resoluta suis terraeque remissa*

*Huc migrant ex orbe, summaeque habitantia caelum*

*Aethereos vivunt annos, mandoque fruuntur? Mr.*

*omnia mihi—cetera]* Ad cetera recte monet Lehn. intelligendum esse *praeter terram*. In seqq. Ed. Ven. habet *hae stellae* et ita etiam Cod. Uff., qui pergit *quas neque*, tum habet *hae magnitudines* (ut Ed. Ven.), *quas nunquam esse*. Ab eodem abest *erat post quibus*. Cod. quoque Mon. supra lin. bis habet *hae*, et *ea ante minima*. Ursinus monet in Cod. quodam MS. deesse *ex hoc loco et omnium*. Commode ad h. l. explicandum affert Lehnus Macrobi. I. 16. init. Sed cum de toto hoc Somnio, etiam nil monitos, lectores nostros Macrobi commentarium (contortum nonnunquam et loquacem) consulturos credam, excerpti ex eo, quae ad rem faciant, labore supersedere me posse existimavi.

*Mr.* *ultima a caelo]* Gaza: *ἐσχάρη μὲν ἐξ οὐρανοῦ*. Scripsi autem *a caelo*, ne *caelo* habendus sit dativus ut *terris*. Facile autem excidere potuit *a*, si scriptum fuit *ULTIMACAELO*. Sed servarunt *a* Codd. Uff. Mon. Edd. Asc. 1. Ven. Rob. St. Verb. Heinr. Quod autem ait Lehn. in Ed. Bip. item scribi *a caelo*, in eo fallitur; nam quam ego manibus tracto Ed. Bip. cum plerisque omittit *a*. Sed nobiscum fa-

Stellarum autem globi terrae magnitudinem facile vincebant. Iam ipsa terra ita mihi parva visa est, ut me imperii nostri, quo quasi punctum eius attingimus, paeniteret.

(IV) XVII. Quam cum magis intuerer, Quaeso, inquit Africanus, quousque humi defixa tua mens erit? Nonne adspicis, quae in templa veneris? Novem tibi orbibus, vel potius globis, connexa sunt omnia: quorum

rus) τὸν γαλαξίαν· καὶ γὰρ τὸν Πρωθαύραον δι' ἀπορήτων ἄσθην τὸν γαλαξίαν καὶ τόπον ψυχῶν ἀποκαλεῖν, ὡς ἐκεῖ συνωθουμένον· διὸ παρὰ τισὶν ἔθνεσι γάλα σπένδουθαι τοῖς θεοῖς τοῖς τῶν ψυχῶν καθαρταῖς· καὶ τῶν πεσοῦσων εἰς γένεσιν εἶναι γάλα τὴν πρώτην τροφήν· Cum Proclo conspirat partim Macrobius ad somn. I. 12.

cit J. F. Gronovius, qui Obs. L. IV. c. XI. p. 167. (Ed. Daventr. 1652.) nostrum locum laudans scribit *ultima a caelo*. Quod vero idem pergit *citima a terris*, id sibi habeat. Cod. Uff. *lucetab luce aliena — terrarum magnitudinem. Mr.*

*facile vincebant.*] Inde ab his verbis pergit Cod. Cr. De verbo *facile*, a Cicerone saepissime pro *manifesto* posito vid Wyttentb. ad Cic. de Legg. I. 2. 7. p. 23. Ed. nostr. et Cr. Conf. Cic. de Off. II. 19. 65. de Amic. VII. 24. Gaza, qui vertit *εύχερώς*, non est audiendus. Eum hominem latini sermonis scientiam non admodum accuratam habuisse, apparebit ex notulis, quas ad ejus versionem addemus. *Mr.*

*Jam ipsa terra*] In plerisque libris post *jam* additur *vero*. Eam tamen vocem non agnoscunt Edd. Rob. Steph. Verb. Ern. Bip. Grut. Goz. Oliv. A. Msj. Lehn. Heinr. et vet. cod. apud Lambin. Quod sequitur *terra* abest a Cod. Cr. tum ibid. et in Cod. Uff. Edd. Rob. St. et Veh. est *parva mihi*, in Cod. Mon. *visa parva est*; tum *ejus punctum* in Codd. Cr. Uff. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. St. Ald. Ven. Sylb. *Mr.*

*paeniteret.*] Hoc sensu, ut sit i. q. *pueretur*, usus est hoc verbo

noster et alibi et Philippic. I. 13. 33. *Num hujusce — te — gloriae paenitebat?* *Mr.*

*cum — intuerer — defixa — erit?*] Cic. Orat. 2. 9. *species — quam intuens, in eaque defixus* etc. Cod. Cr. habet cum Ed. Ven. *tua mens defixa erit*. Cod. Uff. *mens tua defixa erit*. Ed. Asc. 1. *defixa erit tua mens?* Pergunt Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Boul. Tig. *Num ne*, quod habet etiam Hier. Wolf. in varr. lect. ibidemque *numnam*, sed in contextis *nonne*. Pro *adspicis* Lamb. ex vet. cod. dedit *cernis*. Utrumque verbum jungendo distinxit noster de Orat. III. 51. 124. *ut eas (res) cernat, si modo adspexerit*. Nostro loco *cernis* est interpretis. In Cod. Uff. est *tu veneris*. Pergit Cod. Cr. cum Ed. Ven. *et novem. Mr.*

*Novem tibi orbibus*] Facile quidem careat oratio dativo *tibi*. Ponitur autem, ut *mihi* in Parad. V. 2. *an ille mihi liber, cui mulier imperat?* Qua de re vide praecipientem Ruddimannum Inst. Gr. Lat. II. p. 127. et 370. Quos intelligat novem orbis graphice (sit venia verbo) depictos vide in Macrobi editione Bipontina T. I. ad p. 106; conf. Cic. de N. D. I. 13. 34. Pro *connexa* in aliis est *convexa. Mr.*

unus est caelestis, extimus, qui reliquos omnes complectitur, summus ipse deus, arcens et continens ceteros: in quo infixi sunt illi, qui volvuntur, stellarum cursus sempiterni: cui subiecti sunt septem, qui versantur retro, contrario motu, atque caelum; ex quibus unum

*caelestis, extimus*] Cic. de Divin. II. 43. 91. *Docet enim ratio mathematicorum, quanta hamilitate Luna feratur, Terram paene contingens, quantum absit a proxima Mercurii stella, multo autem longius a Venere, deinde alio intervallo distet a Sole, cujus lumine collustrari putatur. Reliqua vero tria intervalla, infinita et immensa, a Sole ad Martis, inde ad Jovis, ab eo ad Saturni stellam, inde ad caelum ipsum, quod extremum atque ultimum mundi est. Mr.*

*unus — extimus*] Cod. Uff. *primus — extremus*: ex glossemate, ut solet. In eodem et in Codd. Cr. et Mon. scribitur *caelestis est*, ut in Ed. Ven. In Ed. Asc. 1. est: *qui reliquos complectitur. omnis summus etc.* Cod. Cr. *reliquos cunctos complectitur — summus ipse est deus*; vocem est insertam habet etiam Ed. Ven. Mr.

*summus ipse deus*] Laudant ad h. l. Hotting. et Ochs. Cicero-nem de N. D. II. 25. II. 22. II. 40. Acad. IV. 41. de Divin. I. 11. Herodot. I. 31. Adde de N. D. I. 15. 34. *unum, qui ex omnibus sideribus, quae infixae caelo sunt, ex dispersis quasi membris simplex sit putandus deus. ib. 14. 37. Cleanthes autem — tum ipsum mundum deum dicit esse, tum totius naturae menti atque animo tribuit hoc nomen, tum ultimum et altissimum, atque undique circumfusum, et extremum omnia cingentem atque complexum ardorem, qui aether nominetur,*

*certissimum deum judicat.* Quod autem Cicero novem orbis dicit, cum octo plerumque apud veteres esse dicantur, ideo dicere potuit, quod addidit *globis*, eorumque nonum Terram intelligit. Mr.

*infixi sunt*] Codd. Cr. et Uff. Edd. Asc. 1. Ven. Rob. Steph. *sunt infixi.* Quod dixit *infixi sunt — stellarum cursus, pro stellae, quae cursu perpetuo volvuntur*, id insolentius dictum est, neque tamen ejusmodi, ut in sermone paulo sublimiore ferri non possit. Ad rem conf. Platon. Epinom. p. 986. sq. ed. Steph. Mr.

*cui subiecti sunt septem,*] Cod. Cr. omittit *sunt*. Uff. habet *cui septem subiecti sunt.* Abest etiam *sunt* ab Edd. Asc. 1. et Ven. pergit Cod. Uff. *qui versantur contrario modo*, omisso *retro*. Ad rem conferri potest Ovid. Metam. II. 70. sqq.

*Adde, quod assidua rapitur vertigine caelum,*

*Sideraque alta trahit celerique volumine torquet.*

*Nitor in adversum: nec me, qui cetera, vincit*

*Impetus: et rapido contrarius evehor orbi. Mr.*

*contrario motu, atque caelum,*] Post *contrarius, similis et dissimilis* Cicero nonnuquam atque posuit, pro *quam*; v. c. in Verr. Act. II. L. I. 46. 120. *contrarium — decernebat, ac paullo ante decreverat*: de N. D. III. 3. 8. *similiter facis, ac si me roges.* Ursinus ex uno libro enotavit *contra caelum.* Edit. Rob. Steph. habet *e quibus, pro ex quibus.* Mr.

globum possidet illa, quam in terris Saturniam nominant. „Deinde est hominum generi prosperus et salutaris (a)“ ille fulgor, qui dicitur Iovis: tum rutilus horribilisque terris, quem Martium dicitis: deinde subter mediam fere regionem Sol obtinet (b), dux et princeps et moderator luminum reliquorum, mens mundi et tem-

(a) Locum e sexto de rep. citat Priscianus lib. VI. p. 695. Cur autem salutaris Jupiter in ethnicorum theologia? quia lucis videlicet auctor, unde ei nomen Diespiter. Lege Macrobius Sat. I. 15, et ad somn. I. 19. (b) Proclus *καίτοι γε οἶδα καὶ ἀντὶς ὅτε καὶ τοῖς μέσον τῶν ἐπὶ τὸν ἥλιον εἰποῦσιν ἀστρονόμοις, οὐ πάνυ δι' ἀναγκαίων τοῦτο δέδεικται λημμάτων· ὅπως δὲ ὄλως ἐπεχείρησαν, εἶπομεν ἐν τοῖς ἐς Τίμαιον ἰκανῶς.* (Dissentit quippe Cicero a Platone in stellarum ordine, uti loquitur Macrobius ad somn. I. 19.) Pergit Proclus dicere, priori sententiae favere Chaldaeos librosque theurgos et divina oracula, cum Platone autem consentire Aristotelem et Calippum astronomum.

*globum possidet*] Cod. Uff. *possidet globum ille, quem Saturnum vocant.* Scribitur etiam *vocant* in Codd. Cr. et Mon. Ad rem conf. Cic. de N. D. II. 19 et 20. ib. interpr. — In seqq. in Cod. Uff. et Edd. Ven. Asc. 2. Crat. Car. St. Ald. Boul. Sturm. est *prosper*. Sed in marg. Ed. Plant. annotatum est: „*prosperus* legendum ex antiquo libro et Prisciano, non *prosper*, ut antea.“ Videlicet Prisc. VII. 7. p. 242. ed. Krehl. In Ed. Asc. 1. omittitur *est* post *deinde*. Mr.

*Martium*] Ita Codd. nostri et vetus liber apud Lamb. itemque Edd. Ven. Grut. Verb. et recc. Veteres Edd. *Martem*. Primus post eas Guilielmus ex suis Codd. edidit *Martium*, quod reperit etiam in Codd. Palatt. Gruterus. Mr.

*subter mediam fere regionem*] Cod. Uff. *subtus terrae mediam regionem*, omisso *fere*. Cum *obtinendi* verbum plerumque sit transitivum, componere aliquis posset adjectivum novum *subtermediam*: quod nullius esset auctoritatis. Sed *obtinere* est h. l. i. q. *locum habet*. Ita dedit post Davisium F. A. Wolf. Tuscull.

v. 41. 118. *lex, quae in Graecorum convivis obtinet.* Ad rem cf. de N. D. II. 19. 49. *Primusque Sol, qui astrorum obtinet principatum—cum terras—luce compleverit etc.* Mr.

*dux et princeps et moderator luminum*] Ita dixit Tuscc. I. 28. 68. *dierum, noctium—temporum—moderatores et duces solem.* In Cod. Uff. scriptum est *reliquorum luminum*. Mr.

*mens mundi et temperatio*] Ita libri omnes. Sed Lambinus, quod proclive est, corrigebat *et temperator*. Cui obloquens Graevius dicebat *temperatorem* dici pro *temperatore*, ut *servitium* pro *servo*, *matrimonium* pro *uzore*. Conf. Rudmann. Inst. Gramm. Lat. II. p. 375. Ed. Stallb. Insolentius certe. Sed ferendus tamen hic abstracti pro concreto usus, a Cicerone non plane abhorrens: praesertim cum praecedat *mens*, qua voce transitus ad abstractum quasi temperatur. Ad verba *tanta magnitudine* Ochs. laudat J. A. Ernesti Initia Doctr. solid. Part. V. (Physicae) cap. I—IV. §. 50—103. Quem ego librum utinam ita in patria nostra studiosorum

peratio; tanta magnitudine, ut cuncta sua luce collustret et compleat. Hunc, ut comites, consequuntur Veneris alter (*a*), alter Mercurii cursus: in infimoque orbe Luna (*b*), radiis solis accensa, convertitur. Infra autem iam nihil est, nisi mortale et caducum, praeter animos generi hominum munere deorum datos: supra Lunam sunt aeterna omnia. Nam ea, quae est media et nona,

(*a*) De Veneris magnitudine errorem memorat Proclus cum historico Carpo τόννη της Αφροδίτης τινές μείζονα φαδίν είναι της γης, ως ιστόρησεν ο Κάρπος. (*b*) Lunam fontem naturae omnis dicit Proclus: εἰ δὲ καὶ προσεχῶς εἰς τὴν σεληνιακὴν ἀνήρηται σφαίραν, ἐν ἣ τῆς γενέσεως αἰτία πάσης.

juvenum manibus tritum viderem, ut apud Batavos vidi! Mr.

*collustret et compleat.*] Ita dedi cum Heinr. ex conjectura Lambini. Dicit enim Cic. de N. D. II. 36. 92. *Sol, omnia clarissima luce collustrans, multis partibus major atque amplior quam terra universa:* de Divin. II. 43. 91. — *Luna — distet a Sole, cujus lumine collustrari putatur:* de Divin. I. 11. 17. *Jupiter — totum collustrat lumine mundum.* Codd. nostri et Edd. veteres cum Bern. habent *lustret*, reliquae inde a Gruteriana *illustrat*, quod etiam Lamb. in Cod. vet. reperit. In Ed. Asc. 1. est *compleat et lustret*. Ad v. *consequuntur* conf. Tuscc. v. 34. 97. *comitibus non consecutis.* Mr.

*Veneris alter, alter Mercurii*] Ita scripsi, chiasmum reducens, ex Cod. Cr. Edd. Asc. 1. Ven. Rob. Steph. Plant. Wolf. Ern. Sch., quod malebat etiam Ochs. et est apud Macrobr. I. 17. *Cursus dixit paulo superius: stellarum cursus pro stellis ipsis, ut h. l. Pro in infimoque malebat Ochs. infimoque, viderique ait Cicero nem Tuscc. III. 1. item scripsisse ingenis nostris innata pro in ingeniis.* Non male: idemque bene monet *accensa* nihil aliud esse quam *illustrata*. In Cod. Uff.

scribitur *in infimo orbe*. De N. D. I. 31. 87. *Luna dicitur radiis Solis incensa.* In seqq. Cod. Uff. omittit *jam.* Mr.

*praeter animos etc.*] In Codd. Cr. Uff. Mon. Edd. Ven. et Asc. 1. scribitur *munere deorum hominum generi*; tum pro *sunt aeterna omnia* Cod. Cr. Edd. Ven. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Sylb. Sturm. Bern. habent *sunt omnia aeterna*. Cod. Uff. *omnia sunt aeterna.* Mr.

*quae est media et nona,*] Mira est Schützi distinctio: *quae est media, et nona Tellus*; — *media* i. e. in centro, *infima* i. e. ultima numero, quia initium numerandi fecit a coelo stellisque fixis. Sed melius fortasse ad vocem *infima* explicandam conferemus loca, quae laudavit Ochs. videlicet Tuscc. v. 24. extr. Macrobr. I. 22. II. 4. Manil. I. 167. sqq. Cic. de N. D. II. 33. *in medium mundi locum, qui est infimus.* 45. *id autem medium, infimum in sphaera est.* Ad rem memorabilis est Ciceronis locus Acadd. II. 39. quem jam laudavit Vinetus, tempore Copernici: *Nicetas Syracusius, ut ait Theophrastus, coelum, solem, lunam, stellas, supraque denique omnia stare censet, neque, praeter terram, rem ullam in mundo moveri: quae cum circa axem summa se cele-*



Tellus, neque movetur, et infima est, et in eam feruntur omnia nutu suo pondera.

(V.) XVIII. Quae cum intuerer stupens, ut me recepi, Quis hic, inquam, quis est, qui complet aures meas tantus et jam dulcis sonus (a)? Hic est, inquit, ille, qui, intervallis coniunctus imparibus, sed tamen, pro rata

(a) Haec sunt a Platone Reip. x. p. 617, qui in sphaeris Sirenas collocat canentes, itemque Parcas illarum concentui respondententes. Proclus toto caelo Musas cantantes exhibet, *Μουσῶν δὲ τὸν ὅλον οὐρανὸν συνεχουσῶν, συμφωνίαν εἶναι τῶν ἐναντίων κινήσεως, καὶ ὁμολογεῖν τῇ ἐτέρᾳ τὴν ἐτέραν.* Hinc Apollo, sive sol medio caelo situs, merito Musagetes appellatus est. Significat autem haec harmonia concordiam politicam, quod et Proclus innuit, et noster Cicero lib. II. 42 eodem exemplo utitur. De siderum musica ratione Pythagoras apud Plinium II. 22, apud Censorinum cap. XIII, et denique apud Cassiodorum de art. liberal. cap. v.

*ritate convertat et torquat, eadem effici omnia, quae, si, stant terra, caelum moveretur. Atque hoc etiam Platonem in Timaeo dicere quidam arbitrantur, sed paullo obscurius. Pro est media Cod. Uff. media est. Mr.*

*omnia nutu suo pondera]* Ita dedi ex Cod. Mon. et Edd. Ven. Asc. 1. 2. (in marg.) Rob. Steph. et Sylb. Eundem verborum ordinem servant, sed male *motu pro nutu* exhibent Edd. Sturm. et Bern. In Edd. Asc. 2. (in contextu) Crat. Herw. Ald. Lugd. Boul. et Tig. (duae posteriores in marg. habent *nutu*) est *suo motu*; in reliquis *suo nutu*. Cic. de N. D. II. 39. 98. *Terra nutibus suis conglobata. Mr.*

*Quis hic, inquam, quis est,]* Reduxi cum Heinr. veterum librorum lectionem, a Grutero inde oblitteratam, qui ex quinque libris suis et aliquot Manutianis *Quid? hic etc.* edidit, quemque secuti sunt recc. Solus Cod. Mon. habet *quid*, et ex nostris Edd. vett. Asc. 1. et Veneta. Vocem *hic* omittunt Cod. Cr. et Asc. 1., eandem ante *est* repositam habet

Cod. MS. ad marg. Ed. Verb. Cod. Uff. omittit *est qui. Mr.*

*tantus et tam dulcis sonus?]* Conf. Cic. de N. D. II. 46. 119. *Quarum (stellarum) tantus est concentus ex dissimillimis motibus, etc.* Macrobius pro *coniunctus* legebat *disiunctus*. Ed. Asc. 1. habet *coniunctis. Mr.*

*Hic est, inquit, ille, qui etc.]* Ita distinxi cum Macrobio, ut *ille* pertineat ad sonum, quod placebat etiam Ochsnero. In Edd. post *inquit* non distinguitur. *Mr.*

*pro rata parte, ratione distinctis,]* Ita dedimus cum Heinr. ex Macrobio, Codd. Cr. Uff. (nisi quod in hoc est *rara*) Mon. (nisi quod hic habet *partium*) Edd. Ven. Asc. 1. Bip. Ern. Sch. Sed Sturm. et Gœz. ut Cod. Mon. *pro rata partium ratione*: in reliquis est *pro rata portione dist.* Ad nostram lectionem monet Ern.: „Hoc sine dubio vitiosum est. in corrigendo non consentiunt viri docti. mihi videtur excidisse *et. Pro rata parte* idem est ac *pro portione*, ut Tusc. I. 39. sed idem est *ratione rata*. itaque legendum: *pro rata parte et ratione.*“ Lehenro

parte, ratione distinctis, impulsu et motu ipsorum orbium p. 323. conficitur: qui, acuta cum gravibus temperans, varios aequabiliter concentus efficit. Nec enim silentio tanti motus incitari possunt; „et natura fert, ut extrema ex „altera parte graviter, ex altera autem acutè sonent. „Quam ob causam summus ille caeli stellifer cursus, „cujus conversio est concitator, acuto et excitato move- „tur sono, gravissimo autem hic lunaris atque infimus.

quoque ea lectio, quam nos recepimus, vitiosa visa est. Utrique respondeat Gronovius: Quid, quaeso, inquit, in his verbis potest agnoscì corruptum? Mibi quidem haec lectio contigit in omnibus Codicibus, non modo in hoc somnio, sed etiam in Macrobio (in Somn. Scip. II. 1.) videre. An non egregie dicit, esse quidem haec intervalla imparia, sed non indigeste et incondite sic variata, verum distincta *pro rata parte*, neque id quoque sic obvenisse temere, sed *ratione*, certe illas ratas partes separatas tam accurate, ut ratio et res exigeret? — C. Langius in Cod. vet. reperit *pro partium ratione distincti*, idque probat. *Mr.*

*impulsu et motu ipsorum orbium*] Vinetus ad h. l. ita: Plato x. de rep. singulis orbibus singulas Sirenas insidere dixit, quae cum suis orbibus simul versentur et canant. Alii Sirenas istas non audiverunt, neque volunt orbium esse istum sonitum, sed astrorum ipsorum, quae in orbibus infixae convertuntur. Vid. Aristot. II. de Caelo c. 9. Plin. H. N. II. 3. *Mr.*

*conficitur*] Codd. Cr. et Mon. Edd. Asc. 2. Crat. Rob. Steph. Car. Steph. Ald. Ven. Sylb. Plant. Wolf. *efficitur*. Pergunt et *acuta* Codd. Cr. Uff. Mon. Edd. Ven. Asc. 1. Sylb. Plant. Sturm. Wolf. Quod sequitur *varios* abest ab Edd. Asc. 2. Crat. Rob. Steph. *Mr.*

*varios aequabiliter* etc.] Ad haec Vinetus: Varias consonan-

tias *διά τερσάρων, διά πέντε, διά πασών* in orbium harmonia Pythagoras audiebat. Impares autem soni cum ita conveniunt et concordant, ex ea inaequalitate aequabilitas quaedam fieri videtur. *Mr.*

*tanti motus incitari possunt;*] Exquisite dictum, ait Hotting., pro: *tanta corpora tam celeriter moveri possunt*. Conferri potest Cic. de N. D. II. 40. 103. *stellae — quarum motus — incitantur*. In seqq. pro *graviter et sonent* est in Ed. Asc. 1. *gravetur — sonetur*. In Cod. Uff. post *autem* additur *parte*. Tum idem: *Quam ob rem ille summus*. Scribitur etiam *ille summus* in Cod. Cr. et Ed. Ven. Pro *caeli stellifer cursus* plurimi et vet. et recc. libri habent *stelliferi*. Sed *stellifer* tuentur Codd. Cr. Uff. Mon. Edd. Ven. Asc. 1. Grut. Verb. Ern. Sch. Lehn. A. Maj. Patav. Heior. Sola Ed. Sylb. habet *ille quidem stelliferi coeli cursus*. Adjectivo *stellifer* alibi Cicero non est usus, sed Seneca Tragicus in Hippolyto 785. *aut te stellifero despiciens polo*. *Mr.*

*cujus conversio est concitator;*] De corporum caelestium motu saepius usus est verbo *conversio*, veluti de Legg. I. 8. 24. de N. D. I. 9. 21. II. 5. 15. de Divin. II. 42. 89. Ed. Rob. Steph. habet *incitator*. Ed. Asc. 1. *concitator est*. *Mr.*

*hic lunaris*] Abest hic a Cod. Cr. et Ed. Ven. In seqq. Cod.

„Nam terra, nona, immobilis manens, ima sede semper haeret, complexa medium mundi locum (a).“ Illi autem octo cursus, in quibus eadem vis est duorum, Mercurii et Veneris, septem efficiunt distinctos interval-

(a) Locum hunc e sexto de rep. citat Boëthius de musica I. 27.

Uff. habet *cursus octo*. Tum addidimus cum Heinr. *Mercurii et Veneris* ex Codd. Gruteri et Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. (duo posteriores dicunt, abesse etiam illas voces in aliquot Codd.) Tig. Boul. Plant. Goth. Wolf. Verb. Patav. Ern. Bern. Grut. Bip. Sch. Absunt illa nomina a Codd. Cr. Uff. Mon. Edd. Asc. 1. Rob. St. Ven. Sturm. Sylb. Lugd. Lehn. In Cod. Cr. et Edd. Ven. et Asc. 1. est *modorum* pro *duorum*. In Edd. Asc. 2. Crat. et Herw. post *Veneris* additur *modorum*. Lamb. dedit *eadem vis est duorum modorum*. Sturm. in quibus *duplex vis est modorum*. Tig. *eadem vis est duorum, Mercurii et Veneris*. Sturmius secutus est Gazam, qui vertit *ὡν διττῆν αἰσθησὶν ὁμοίαν*. Erasm. Rot. ad h. l. haec: Qui addiderunt *Mercurii et Veneris*, videntur terrae quoque dedisse suum sonum. Quamquam totum hoc de concentu orbium commentum dictu jucundius est, quam vero similis. De terra certe non sensit Cicero, quam unam facit immobilem, docens reliquorum orbium sonos ex agitatione motuque cieri. Hoc isti parum animadvertentes, ne sint soni novem, eandem vocem tribuerunt Veneri et Mercurio, quod in organis musicis aliquoties fit, ut duae chordae reddant eundem sonum. Jam quod Cicero loquitur de septenario, quam orbis sint octo, bifariam potest explicari. Primum ut summa acuta et ima gravis accipiantur pro eadem, propter summam consonantiam, veluti fit in Magade: [instrumento musico

viginti chordarum. v. Schneid. Lex. Gr. v. *μαγάδης*.] Deinde ut in Ciceronis sermone *septem* referamus non ad sonos, sed ad intervalla, efficiunt sonos distinctos septem intervallis. Siquidem in *διὰ πέντων* octo quidem voces sunt, sed intervalla non nisi septem. Porro, quod M. Tullius ait eandem esse vim *modorum* in illis octo, non sentit, omnes idem sonare, sed ad harmoniam absolvendam pariter agere. In quo differunt omnes a terra, cui talis vis non adest. Quid autem secutus Theodorus verterit *διττῆν*, non satis queo divinare, nisi forte sensit de duplici motu sphaerarum, non de sonis. Quamquam in his quid attinet torqueri, quum ipse sermo Graecus non satis cohaereat. Et fieri potest, ut Theodorus aliud scripserit, quam legimus. Si tollantur ea verba, quae satis apparet ab erudito quopiam addita, demonstravimus nihil esse scrupuli. Haec Erasmus. Lehnerus item abesse mavult verba *M. et V.* dicens malle se cum Graevio ad *duorum* intelligere *sonorum, acuti et gravis*. Gruterus autem recepit illa nomina, obsecutus sum, dicens, Palatino sic habenti. Ejiciunt alii *Mercurii et Veneris*, quae et aliquot MSS. nostris absunt. Sed non video cur haberi debeant pro glossa. Sine eis enim locus omnibus est obscurissimus, nisi astronomis. Recentius vulgati praeferunt *duorum Mercurii et Veneris modorum*, sed ea postrema vox abest et nostris et Gulielmianis omnibus. — Eum ego cum Ochan. sequendum esse existimavi. *Mr.*

lis sonos: qui numerus rerum omnium fere nodus est (α).  
 Quod docti homines nervis imitati atque cantibus, aperuere sibi reditum in hunc locum: sicut alii, qui praestantibus ingeniis fir vita humana divina studia coluerunt. Hoc sonitu oppletae aures hominum obsurduerunt: nec

(α) Locum hunc, vel in praecedentibus similem, se legisse demonstrat Hieronymus ep. XLVIII. 19 ubi ait: *an forsitan Pythagoram et Archytam Tarentinum, et Publium Scipionem in sexto de rep. de impari numero proferam disputantes?*

*rerum omnium fere nodus est.*] Cod. Cr. et Ed. Ven. *omnium rerum. Cod. Uff. est omnium fere rerum modus.* Est etiam *modus* in Edd. Tig. et Boul. Sed recte Sch. male, ait, in Edd. nonnullis legitur *modus est.* Lectionem *nodus* planissime confirmat locus Macrobiani in Somn. Scip. I. 6. *Haec eo dicta sunt, ut aperta ratione constaret, neque planitiam sine tribus, neque soliditatem sine quatuor posse vinciri. Ergo septenarius numerus geminam vim obtinet vincendi, quia ambae partes ejus vincula prima sortitae sunt, ternarius cum una medietate, quaternarius cum duabus. Hinc in alio loco ejusdem somnii Cicero de septenario dicit: qui numerus rerum omnium fere nodus est. Mr.*

*Quod docti homines nervis imitati atque cantibus,*] Cod. Uff. *imitati nervis.* Orpheum et Amphionem h. l. intelligi recte monet Hotting. ad h. l., ad quem Vinetus haec annotavit: Quintil. I. 10. *Claros nomine sapientiae viros nemo dubitaverit studiosos musices fuisse, cum Pythagoras atque eum secuti acceptam sine dubio antiquitus opinionem vulgaverint, mundum ipsum ejus ratione esse compositum, quam postea sit lyra imitata. A septem chordarum numero ἐπτάχορδον Graeci dixerint instrumentum musicum, cujus inventor videsis an sit Mercurius apud Lucianum, an Apollo apud Macrobius I. Sa-*

turn., an Terpander apud Severinum l. de Music. Veteres hoc heptachordo usi sunt, ut video, et animadverterunt Argivi ac Lacones in eos, qui alios nervos addiderunt. Ob id enim Lacones Timotheum Musicum exegerunt, teste Severino et Plutarcho de Musica et Lacon. Apophthegm. [Conf. Cic. de Legg. II. 15. 59. ib. annot. p. 279. 658. ed. nostr. et Cr.] Macrobius et Severinus putant isto septenario chordarum numero septem planetarum motus intellexisse priscos. Africanus septem sonos octo orbium accipit. Mr.

*aperuere*] Ed. Asc. 1. et MS. apud Verb. *aperuerunt. Divina studia* eleganter opponuntur verbis in *vita humana:* sunt autem i. q. rerum divinarum studia. Quod quid sibi velit apud Ciceronem vid. in Ernesti Clav. Cic. v. *divinus.* Scribitur *ad hunc locum* in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Wolf. Boul. Sturm. Tig. Mr.

*Hoc sonitu oppletae aures hominum*] Scribitur *completae* in Codd. Cr. Uff. (qui habet *sed hoc sonitu*) Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. et Car. Steph. Ald. Ven. Sylb. Vox *hominum* abest a multis Edd. vet., quare Patricius, qui eam nusquam repererat, volebat *aures vestrae.* Sed tumentur *hominum* cum versione Gazae, Codd. nostri itemque Edd. Ven. Asc. 1. Rob. et Car. Steph. Ald. Lamb. Sturm. Grut. et recc. Pro *vobis* ait Verb. legi in Edd.

est ullus hebetior sensus in vobis: sicut, ubi Nilus ad illa, quae Catadupa nominantur, praecipitat ex altissimis montibus, ea gens, quae illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus, sensu audiendi caret. Hic vero tantus est totius mundi incitatissima conversione sonitus, ut eum aures hominum capere non possint, sicut intueri solem nequitis adversum, eiusque radiis acies vestra sensusque vincitur. Haec ego admirans, referebam tamen oculos ad terram identidem.

vett. *nobis*. Quasnam vero ille intelligat, scire pervelim. Ex nostris quidem nulla habet *nobis*. *Mr.*

*sicut, ubi Nilus ad illa,*] Codd. Cr. et Uff. *Nilus ad illa loca*. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. (qui vero ex cod. vet. nostram quoque lectionem enotavit) Ald. Boul. Tig. *sicut in illis ubi Nilus*. Ed. Ven. *sicut ubi Nilus ad illa quae cataduppa*. Cod. Uff. *Catadupla dicuntur*. Ad rem facit, quem laudat Hotting., Seneca Nat. quaest. iv. 2. ubi est: *Nilus — Aethiopiam arenasque, per quas iter ad commercia Indici maris est, praelabitur. Excipiunt eum Cataractae, nobilis insigni spectaculo locus. Ibi per arduas excisasque pluribus locis rupes Nilus insurgit et vires suas concitat. — Tandemque eluctatus obstantia in vastam altitudinem subito destitutus cadit cum ingenti circumjacentium regionum strepitu. Quem perferre gens ibi a Persis collocata non potuit, obtusis assiduo fragore auribus, et ob hoc sedibus ad quietiora translatis*. Add. Ammian. Marcellin. xxii. 34. 36. Plin. H. N. V. 9. Vitruv. viii. 2. Herodot. II. 17. *Mr.* — Ante oculos habuit hunc locum Poggius Florentinus in Epistola de balneis prope Thuregum fol. lxxix. ed. Argent. 1510. ubi de cataracta Rheni prope Scaphusiam loquens,

Tum mihi, ait, venit in mentem eorum, quae feruntur de Nili descensu tam praecipiti. Nec mirum accolae circum vicinos propter illius strepitum ac fragorem fieri surdos putari etc. *Cr.*

*praecipitat* etc.] Cod. Uff. *praecipitat se ex illis altissimis*. Cod. Cr. et Ed. Ven. *altis*. Vocem *ea* ante *gens* omittit Ed. Asc. 1. Iterum ex Edd. vett. Verb. enotavit *incolit* pro *accolit*, nos eam lectionem non nisi in Edd. Plant. et Wolf. reperimus. Tum Cod. Uff. *auditus pro audiendi*. Ed. Car. Steph. *in incitatissima* separatis vocibus. Ed. Asc. 1. *mundi sonitus incitatissima conversione*. Verb. ex uno Cod. enotavit *sicut in terris intueri*. Tum pro *adversum nequitis* scripsi *nequitis adversum* ex Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. St. Lugd. Wolf. Lamb. Goth. Plant. Sylb. Sturm. Boul. Tig. Bern. In seqq. Cod. Uff. habet *vestra sensu auditus sensu vincitur. Hoc ego* etc. Cod. Mon. verbo *vincitur* superscriptum habet: *vel verberatur*. In eodem Cod. verbo *sensusque* ab al. m. superscriptum est *visusque*. Verbo *praecipitat* Cicero etiam usus est intransitive de Legg. II. 3. 6. *Fibrenus — statim praecipitat in Lirem*. Ad v. *incitatissima conversione* conf. Cic. de Univ. vi. 8. *coelo — in orbem incitato*. *Mr.*

(VI) XVIII. Tum Africanus, Sentio, inquit, te sedem etiam nunc hominum ac domum contemplari: quae si tibi P. 324. parva, ut est, ita videtur, haec caelestia semper spectato, illa humana contemnit. Tu enim quam celebritatem sermonis hominum, aut quam expetendam gloriam consequi potes? Vides, habitari in terra raris et angustis in locis<sup>(1)</sup>,

*Sentio, inquit,*] Codd. nostri et Edd. Asc. 1. (quae pro *Tum* habet *Tunc*) 2. Crat. Herw. Ven. *inquit, sentio.* Pergit Cod. Uff. *te miseriae sedem ac domum contemplari.* Audin' monachum? Cod. Cr. omittit *ac ante domum.* Asc. 2. habet *contemplari ac domum* cum Edd. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Tig. Lamb. Goth. Plant. Boul. Syb. Lugd. Wolf. Verburgius in uno Cod. esse ait *te sedem hominum contemplari.* Mr.

*quae si tibi parva, ut est, ita videtur,*] In haec sententiam disputat Plinius Hist. Nat. II. 68. p. 107. Hard. ubi postquam dixit, terram caeli punctum esse, ita pergit: *Haec est materia gloriae nostrae, haec sedes: hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuamur humanum genus, hic instauramus bella etiam civilia, mutisque caedibus laxiorem facimus terram. Et, ut publicos gentium furores transcam, haec, in qua conterminos pellimus, furtoque vicini cespitem nostro solo adfodimus; ut qui latissime rura metatus fuerit, utraque fines exegerit ac colas, quota terrarum parte gaudeat? vel cum ad mensuram avaritiae suae propagaverit, quam tandem ejus portionem defunctus obtineat?* — In Cod. Uff. est: *parva ita ut est videtur.* Mr.

*Tu enim quam celebritatem sermonis hominum,*] Ad h. l. Patricius, Vereor, inquit, demendo. Legendum fortassis, primum: *Ibi enim quam celebra-*

*tem.* Deinde: *sermonibus hominum.* Nisi forte totum sic legendum est: *Quam enim tu celebritatem sermonibus hominum etc.* — Sed his non opus est mutationibus. Ad seqq. *quam exp. gloriam* Lambinus: Nihil muto, neque quicquam immutatum est in Cod. Memmiano, cum tribus Codd. antiquis comparato, quamvis Langius ediderit *quam expetendo.* Ego quàm cum accentu lego, pro *quam valde* seu *quantopere.* — Vinetus autem sic explicat locum: *Quam; o Aemiliane, potes consequi gloriam, quae digna sit, quae expetatur?* Tum Cod. Mon. habet *consequi gloriam.* Ad sententiam conf. Acadd. IV. 41. 127. *cogitantes — supera atque caelestia, haec nostra, ut exigua et minima, contemnimus.* Mr.

*raris et angustis in locis]* Hotting. explicat vocem *raris*: hinc inde dispersis. Lehn. intelligendas esse monet *zonas temperatas.* Verba *in terra* absunt a Cod. Cr. et Ed. Asc. 1. vocem in omittit Cod. Uff. cum Cod. Cr. Verbo *habitari* ita usus est notus Acadd. II. 39. 123. *habitari, ait Xenophanes, in lana.* Mr.

(1) Confer Senecam quaest. nat. praef. ubi est: *nec potest ante contemnere porticus et lacunaria ebore fulgentia et tonsiles silvas et derivata in domos flumina, quam totum circumcinctum mundum, et terrarum orbem superne despiciens, angustam, et magna ex parte operatum mari, etiam qua exstat, late squalidum et aut ustum aut rigentem etc.*

et in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interiectas: hosque, qui incolunt terram, non modo interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit, sed partim obliquos, partim aversos, partim etiam adversos stare vobis: a quibus expectare gloriam certe nullam potestis.

XX. Cernis autem eandem terram quasi quibusdam redimitam et circumdatam cingulis; e quibus duos, maxime inter se diversos, et caeli verticibus ipsis / ex

*in ipsis quasi maculis*] Improprium et alibi sibi non usitam vocis *macula* significationem excusat, ut saepius, addito *quasi*. Ad constructionem conf. Cic. de Univ. VII. 19. *idque interjecit inter individuum atque id, quod dividuum esset in corpore.* Mr.

*vastas solitudines.*] *Solitudo et vastitas* dixit in Verr. Act. II. L. IV. 51. 114. Mox Ed Rob. Steph. *qui incolant terram.* Mr.

*ad alios manare*] Verb. ex cod. MS. enotavit *meare*. Sed *meandi* verbo semel tantum et in. versu quidem (Prognost. 1. *means*: in Fraggm.); *manare* contra saepius dixit de fama, v. c. de Off. III. 17. 70. Tuscc. V. 4. 8. Philippic. XIV. 6. 15. pro Planc. 23. 57. *sed si quid sine cspite manabit, aut si quid erit ejusmodi, ut non exstet auctor, qui audierit.* Mr.

*obliquos — aversos — adversos*] Pro *aversos* est *transversos* in Codd. nostris, et Edd. Ven. Asc. 1., marg. Tig., Plant. Sylb., marg. Boul., Wolf. *Versos* scribitur in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Sturm. Lugd. *traversos* edidit Lamb. *Transversos* reperit etiam Car. Steph. in cod. vet. Gruterus ait in uno Palatino non esse verba *partim aversos*. Pergit Cod. Cr. cum Edd. Ven. et Asc. 1. *partim etiam omnes adversos vobis stare.* Cod. Uff. *nobis stare.* Tum pro *expectare* est *spectare* in Codd. Cr.

Uff. (qui habet *nullam profecto potestis spectare*) Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. Steph. Ald. Ven. Lugd. Sturm. Sed *sperare* in Edd. Car. Steph. Wolf. Lamb. Boul. Plant. Quod ad sensum *obliquos* interpretatur P. Ramus *περιόλιους*, *aversos* *ἀνροίλους*, *adversos* *ἀντιξοδας* s. *ἀντιξο-  
νας*. Et ita etiam Olivarius et Hieron. Wolfius. Aliter Macrob. II. 5. qui legit *transversos*, q. v. Mr.

*eandem terram*] Edd. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Lugd. Tig. Sylb. Sturm. Lamb. Plant. Goth. Boul. Wolf. *terram eandem*. Pergit Ed. Ven. *quam quasi*. Rursus inservit vox *quasi* inducendis duabus vocibus Ciceroni minus usitatis, *redimitam* et *cingulis*, iisque translato sensu positis. Mr.

*e quibus duos*] Frigiditas intelligit zonas. De zona frigida et torrida, utraque a veteribus inhabitabili credita, vid. interpr. ad Horat. I. 22. 17 — 12. et ad Virg. Georg. I. 255. Pro *cingulis* est *angulis* in Cod. Uff.; in eodem: *inter se esse diversos*. *Diversus* Ciceroni saepius est i. q. *oppositus* vel *contrarius*: veluti de Lege Agr. II. 32. 87. *Corinthus — duo maria, maxime navigationi diversa — conjungebat.* Or. pro lege Manil. 4. 9. Mr.

*caeli verticibus*] Cic. de N. D. II. 41. 105. *Extremusque adeo duplici de cardine vertex dicitur*

utraque parte subnixos, obriguisset pruina vides; medium autem illum et maximum solis ardore torreri. Duo sunt habitabiles; quorum australis ille, (in quo qui insistunt, adversa vobis urgent vestigia,) nihil ad vestrum genus. Hic autem alter subiectus aquiloni, quem incolitis, cerne quam tenui vos parte contingat. Omnis enim terra, quae colitur a vobis, angusta verticibus, lateribus latior, parva quaedam insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quem (a) Oceanum appellatis in terris: qui tamen, tanto nomine, quam sit parvus, vides. Ex his ipsis cultis notisque terris, num aut tuum, aut cujusquam nostrum nomen, vel Caucasum hunc, quem

(a) Var. lect. quod.

*esse polus.* In seqq. Cod. Uff. habet *obriguisse pruina. Vides medium* etc. Ed. Asc. 1. habet *ipsis verticibus caeli.* Mox Ed. Ven. *adversa nobis.* Verba *quem incolitis* absunt ab Ed. Asc. 1. In seqq. scribitur *quam vos tenui* in Edd. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Sturm. Boul. Plant. Goth. Lamb. Sylb. Tig. Lugd. Wolf. Paulo antecedentia Patricius ita legi volebat: *nihil iis ad vestrum genus, quia Th. Gaza addiderit avrois.* Sed nihil addendum. Mr.

*Omnis enim terra*] Cod. Cr. *omnis vero terra.* Cod. Uff. et Ed. Asc. 1. *Omnis autem terra.* Pergunt Edd. Car. Steph. Ald. et Sylb. *quae colitur vobis* omisso a, Graecismo a Ciceronis more alieno. Ed. Ven. habet *a nobis.* Quod vero Acadd. II. 15. 47. est *haec enim ajunt probari Stoicis* pro a *Stoicis*, id non eo valet, ut etiam verbum *coli* ita positum a Cicerone statuendum sit. Pro *angusta est angustata* in Codd. Uff. et Mon. Edd. Asc. 1. 2. Ven. Crat. Herw. Rob. Steph. Tig. Boul. Lugd. *Verticibus* ad longitudinem, quam dicimus, *lateribus* ad latitudinem terrarum spe-

ctat; illam quidem ab aequatore polum versus, hanc ab oriente ad occidentem et v. v. intelligit. Mr.

*insula est,*] Ad hunc vocis *insulae* usum conf. Cic. de N. D. II. 66. *Sin autem his consulunt (dii), qui quasi magnam quandam insulam incolunt, quam nos orbem terrae vocamus: etiam illis consulunt, qui partes ejus insulae tenent, Europam, Asiam, Africam.* Mr.

*quem Oceanum*] Occupat plerosque libros peior lectio *quod.* Probam habent Codd. Cr. et Mon. Edd. Ven. Plant. Wolf. Verb. Ern. et recc. excepta Bern. quae ad criticam rationem nullius fere momenti est. Melius scribi *quem* jam ex seq. *qui* apparere ait Ochs. Conf. nos ad Cic. de Legg. I. 7. p. 55. et supra ad I. 15. In Cod. Uff. sequitur *vocatis*; et tum: *Quod tamen.* Mr.

*tanto nomine*] Similis est constructio, quae de Legg. III. 16. 57. p. 454. ib. Wytt. Ed. nostr. et Cr. Pergit Cod. Uff. *quod tamen, tanto nomine, quam sit parvum, vides. Ex ipsis autem his — non aut tuum.* In Cod. Cr. deest *ipsis.* Mr.



cernis, transscendere potuit, vel illum Gangem transnatare (a)? Quis in reliquis orientis aut obeuntis solis ultimis aut aquilonis austrive partibus tuum nomen audiet? quibus amputatis, cernis profecto, quantis in angustiis vestra se gloria dilatari velit. Ipsi autem, qui de vobis loquuntur, quam diu loquentur?

(VII) XXI. Quin etiam, si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes unius cuiusque nostrum

(a) Hunc fere locum a Boëthio intellectum immerito de aetate ipsa Ciceronis, observat Petrarcha ep. senil. xvi. 2.

*transnatare*] Cod. Mon. *Gan-* *men. Quis enim esse magnus*  
*gen tranatare*, in marg. *trans.* *in pusillo potest? Mr.*  
Ed. Asc. item *tranatare* et tum *de vobis*] De nobis scribitur  
*Vel quis. Transnatare* est in in Edd. Asc. 1. Car. Steph. Ald.  
Codd. Cr. et Uff. Edd. Ven. Grut. Plant. Goetz. Sequentia exhibent,  
Ern. Bip. rec. et in vet. Cod. ut nos cum A. Majo, Lehn. et  
apud Lamb. *Tranare* in Edd. Heiar. edidimus, Edd. Asc. 2.  
Wolf. et Plant.; in rell. *transna-* Crat. Herw. Wolf. Lugd. Goth.  
*re. Tranare* scripsit noster de Lamb. Plant. Sturm. Bern. Grut.  
N. D. II. 9. 25. ubi vid. annot. Goetz. Pat. In Cod. Cr. Edd.  
Dav. in Ed. Cr. et nostr. maj. Ven. Car. St. Ald. et Sylb. est  
p. 246. ed. nostr. min. p. 95. *Mr.* *loquuntur, quamdiu loquen-*  
*aut obeuntis solis*] Cod. *tur:* in Cod. Uff. *loquuntur,*  
Uff. et pro aut. Edd. Asc. 1. *quamdiu loquuntur:* in rell.  
Boul. Grut. *abeuntis*. Sed vid. *loquuntur, quam loquuntur*  
Cic. de Div. I. 56. 128. *qui —* *diu?* Ita scripsit ad Qu. Fr.  
*siderum ortus, obitus motus-* I. 1. 7. *quoties quisque voluit*  
*que cognorunt.* Cic. Arat. 467. *dixit, et quam voluit diu*  
*Abditur Orion, obit et Lepus* *Mr.*  
*abditus umbra. Mr.*

*vestra se gloria*] Ita scripsi  
pro *vestra gloria se* ex Codd.  
nostris et Edd. Ven. (nisi quod  
haec habet *nostra*) Rob. Steph.  
Sturm. Ad seqq. conferri potest  
Cic. in fragm. Hortens. p. 1181.  
Ed. Ern. min. In *continentibus*  
*quidem terris vestrum nomen*  
*dilatari potest*, ubi in uno  
Cod. MS. legitur *ne in conti-*  
*nentibus quidem*. Commode lau-  
dat Ochs. ad h. l. Senec. Epist.  
xci. 17. *Alexander Macedonum*  
*rex discere Geometriam, infel-*  
*ix! coeperat, sciturus, quam*  
*pusilla terra esset, ex qua mini-*  
*imum occupaverat. Ita dico, in-*  
*felix, ob hoc, quod intelligere*  
*debebat, falsum se gerere no-*

*Quin etiam*] Omittit etiam Ed.  
Asc. 1. Quod etiam a Cod. MS.  
abesse monet Verburg. Vocem  
*posteris* omittit Cod. Uff. Ad  
vv. *eluviones exustionesque* Hot-  
ting. laudat Senecam de consol.  
ad Marc. c. 26. et Ochsnerus  
Cic. de N. D. II. 46. Ovid. Met.  
I. 256. sqq. Tu vero conf. instar  
omnium Jac. Thomasi Exercita-  
tionem De Stoica mundi exu-  
stione p. 1 — 22. praemissam  
ejusd. Dissertatt. ad Hist. Stoi-  
cae Philosophiae. Lips. 1682. 4.  
De *κατακλυσμῶν* et *ἐκπυρώσει* ex  
Stoicorum sententia vid. etiam  
disputantem J. Lipsium Physiol.  
Stoic. II. Diss. xxi — xxiii. p.  
953 — 962. Ed. Opp. Lipsii Ven-  
sal. T. iv. In primis hic conferri

a patribus acceptas posteris prodere, tamen propter elu-  
viones exustionesque terrarum, quas accidere tempore  
certo necesse est (a), non modo aeternam, sed ne diu-  
turnam quidem gloriam assequi possumus. Quid autem  
interest, ab iis, qui postea nascentur, sermonem fore  
de te, cum ab iis nullus fuerit, qui ante nati sunt (b)?  
qui nec pauciores, et certe meliores fuerunt viri:

XXII. cum praesertim apud eos ipsos, a quibus  
audiri nomen nostrum potest, nemo unius anni memo-

(a) Haec item sunt a Platone. Confer Euseb. praefat. ad I.  
chron. (b) Haec sunt a Lucretio III. 985. *Respice item, quam  
nihil ad nos anteacta velustas Temporis aeterni fuerit, quam  
nascimur ante.*

potest Polyb. vi. 5. 5. Ὅταν ἢ  
διὰ κατακλυσμοὺς ἢ διὰ λοιμι-  
κὰς περιπτώσεις, ἢ δι' ἀφορίας  
καρκῶν ἢ δι' ἄλλας τοιαύτας αἰ-  
τίας φθορὰ γένηται τοῦ τῶν ἀν-  
θρώπων γένους — οἷας ἤδη γεγο-  
νέναι παρελήφραμεν, καὶ πάλιν  
πολλάκις ἔσεσθαι ὁ λόγος αἰρεῖ.  
Quem locum laudavit Lehn. Cod.  
Uff. habet *tanto tempore ne-  
cesse est. Mr.*

*non modo aeternam*] Ita ex  
omnibus libris nostris non nisi  
Cod. Mon. Edd. Grut. Verb.  
Ern. Sch. A. Maj. Lehn. Heinr.  
Reliqui omnes et scripti et editi  
*non modo non.* Qua de re ac-  
curatius praecepimus supra ad  
L. II. 15. In seqq. Cod. Uff.  
habet *consequi* pro *assequi*. Tum  
ad v. *quid autem interest* Cod.  
Mon. in marg. habet (qui est  
justus glossarum locus) *vel prod-  
est.* Sequitur *ab his, qui* in  
Cod. Uff. Edd. Asc. 1. (quae  
habet *Quid enim*) 2. Crat.  
Herw. Rob. Steph. (qui in princ.  
cap. dedit *parentibus pro patri-  
bus*) Ven. Sturm. In iisdem mox  
est *ab his nullas*, quibus acce-  
dit Cod. Mon. Tum *ante te nati*  
scribitur in Cod. Uff. et Edd.  
Ven. et Rob. Steph. *Mr.*

*qui ante nati sunt*] Pro *sint*,  
quod rationi grammaticae adver-  
sari visum est etiam Hottingero,

ego restituendam duxi lectionem  
*sunt*, quam exhibent ex nostris  
libris Cod. Mon. Edd. Ven. Tig.  
Boul. Plant. Sturm. Wolf. et  
Macrobius II. 11. *Mr.*

*nec pauciores — et — melio-  
res*] Ita supra c. 17. extr. *Tel-  
lus neque movetur et infima  
est.* Inverso ordine c. 22. extr.  
*et — cingitur, — nec — peren-  
nis fuit.* Verb. in marg. pro *me-  
liores* ex Cod. MS. enotavit ma-  
jores. *Mr.*

*viri: cum praesertim*] Ita dis-  
stinxi cum Sch. et Heinr., quod  
etiam faciendum esse vidit Ochen.,  
cum A. Maj. et alii post *viri*  
plene distinxerint, novumque ca-  
put incipiant, tum vero post  
*consequi possit* colon posuerint.  
In Edd. Asc. 1. Sturm. scribitur  
*praesertim cum. Mr.*

*audiri nomen nostrum pot-  
est*] Codd. Uff. et Mon. *vestrum*,  
minus bene. Edd. Asc. 1. 2. Crat.  
Herw. Rob. et Car. Steph. Ald.  
Lamb. Goth. Lugd. *nomen no-  
strum potest audiri.* Plant. Wolf.  
et Sturm. *nomen vestrum pot-  
est audiri. Mr.*

*nemo unius anni*] Sch. ad b.  
l. recte monet, intelligendam esse  
*magni illius anni* memoriam,  
quem paulo post ait *vere ver-  
tentem annum* appellari posse,  
in quo vix dicere audeat, quam

riam consequi possit. Homines enim populariter annum tantummodo solis, id est, unius astri, reditu metiuntur: cum autem ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandemque totius caeli descriptionem longis intervallis retulerint, tum ille vere vertens annus

multa saecula hominum teneantur. Huc vero pertinet locus Ciceronis ex Hortensio p. 1176. ed. Ern. min. p. 104. Ed. Sch. — *annum magnum esse voluerunt omnibus planetis in eundem recurrentibus locum, quod fit post xii. millia nongentos quinquaginta quatuor annos. Mr.*

*Homines enim populariter*] In Ed. Asc. 1. est *Homines autem* omisso *populariter*: in Cod. Uff. scribitur *Homines enim loquantur annum* etc. Turnebus conjecit *joculariter*, quod receptum est in Edd. Lamb. Plant. Wolf. In nonnullis libris est *loquulariter*, quod defendere studebat Graterus. Cui Sch. obloquens, „Quidquid, ait, dicat Graterus, lectio *loquulariter* prorsus inepta est, et *populariter* unice verum, quod idem est ac *communi hominum usu*, quibus verbis de eadem re utitur Macrobius in Somn. Scip. II. 11. ubi h. l. tractat; q. v.“ — Lectionem *joculariter* equidem non ineptam quidem dixerim, sed aptam nequaquam. Cic. de Legg. I. 6. 19. *quoniam in populari ratione — nostra versatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit*: de Finn. II. 6. 17. *rhetoricam — necesse est, cum populariter loquatur, esse interdum paulo hebetiorem. Mr.*

*tantummodo solis*] Ed. Asc. 1. *tantum solis*. In seqq. *redita* recte legitur in Codd. nostris et Edd. Tig. Boul. Sturm. Sylb. Lamb. Goth. Plant. Wolf. Grut. et recc. Reliquae habent *reditum. Mr.*

*cum autem ad idem*] Vinetus ad h. l. ita: *ad idem est εις τὸ αὐτὸ*

Graecorum, significatque ad eandem partem, locum, punctum [caput, principium, signum O.] Hujus autem alterius anni multi meminerunt, quem magnum vocant, Macrobius mundanum. Stoicis apud Cic. II. de N. D. [20. 51.] *Quarum ex* [pessimo operarum errore in mea Ed. min. p. 110. expressum est est.] *disparibus motionibus magnum annum mathematici nominaverunt, qui tum efficitur, cum solis et lunae et quinque errantium ad eandem inter se comparisonem confectis omnium spatiis est facta conversio. Quae quam longa sit, magna est quaestio.* Tacitus in dialogo de Oratoribus c. 16. Serv. ad I. Aen. v. 273. ad III. Aen. v. 284. Censoria. de Die natali c. 18. — Pergit Ed. Asc. 1. *autem unde*. Vocem *unde* omittit Cod. Uff. In Edd. Lamb. Plant. Wolf. est *reapse autem cum ad idem*: in Edd. Boul. Tig. Sturm. *re ipsa autem cum ad idem. Mr.*

*totius caeli descriptionem*] Edd. Grut. A. Maj. Lehn. et Heinr. habent *anni descriptionem*, nescio qua auctoritate fultae. Ego vero Codd. nostrorum et Edd. vet. et recc. reliquarum omnium reduxi *caeli*, quod legit etiam Gaza, et recte explicatur ab Hottingero, *descriptionem caeli* i. q. *descriptionem siderum in caelo* dicente, ad quam explicationem laudat Ochsen. de Legg. III. 5. pr. Cic. de N. D. I. 33. II. 20. additque: ad eandem inter se comparisonem. *Mr.*

*tum ille vere vertens annus*] Vocem *vere* omittunt Codd. Cr. et Uff. et Ed. Ven. Vinetus ad

appellari potest: in quo vix dicere audeo, quam multa saecula hominum teneantur. Namque, ut olim deficere sol hominibus exstinguique visus est, cum Romuli animus haec ipsa in templa penetravit; ita, quandoque eadem parte sol eodemque tempore iterum defecerit, tum, signis omnibus ad idem principium stellisque revocatis,

h. l. haec: *Vertens annus* Censorino est annus solis dierum 365. et sex fere horarum, ut et Cic. II. de N. D. [20.] *anno fere vertente signiferum lustrat orbem*, de stella Mercurii. Et in litteris Marci Antonii Philipp. 13. *Apparuisse numen deorum intra finem anni vertentis*. Qui ideo *vertens annus* dictus est, eodem Censorino et Macrobio auctore, quod id sit temporis spatium, quod peragitur, dum Sol ad id signum denuo vertit, ex quo digressus est. Verum non solum *annus*, sed et *mensis vertens* dicebatur. Plautus *Persa*: *nunquam hercle hunc mensem vertentem, credo, servibit tibi*. Vitruv. IX. *Sol autem signi spatium, quod est duodecima pars mundi, mense vertente vadens, transit. Ita duodecim signorum intervalla pervagando, cum redit ad id signum unde coeperit, perficit spatium vertentis anni*. Sed dies quoque, qui perpetuo revertuntur, vertentes appellavit Ausonius de Nominibus dierum:

*Nomina quae septem vertentibus apta diebus  
Annus habet, totidem errantes fecere planetae.*

Africanus vero censet, annum magnum dici rectius annum vertentem, tanquam verum et plenum, quam qui annus vulgo appellatur, unius astri reditus: cum hic omnia astrorum cursus sit perfectus. *Mr.*

*vix dicere audeo*] Cod. Cr. *dicere vix audeo*. Tum Cod. Cr. pro *teneantur* exhibet *contineantur*, quod ut compositum et ma-

gis ex more Ciceronis praetulissem, nisi in hoc Cod. ubique glossatorum manum in contextu agnoscerem. *Tenere pro continere* dixit noster de Univ. c. 11. *omnia enim genera animalium complexu non tenebit (caelum)*. In seqq. Edd. Asc. 1. et Rob. St. *habent hominum secula et Asc. 1. sol deficere*. Cod. Uff. *ipsa templa omissa in. Mr.*

*olim deficere sol hominibus*] Cod. Cr. et Ed. Ven. *sol omnibus*: Cod. Cr. *sol sic omnibus*. Ad rem Patricius haec: Hic est fortassis locus, ad quem respiciens Seneca Epist. 108. dicit *philologum, ubi ad hos de rep. dialogos accesserit, notare, Romulam periisse defectione solis*. Conf. praeterea Cic. in Hortensio apud Augustin. de Civ. Dei IV. 15. *Ut easdem tenebras efficiat, quas effecit in interitu Romuli: qui in obscuracione solis factus est. Mr.*

*ita, quandoque*] Cod. Cr. et Ed. Ven. *quando*, omissis *ita* et *que*. *Ita* etiam abest a Codd. Uff. et Mon. (posteriora 2. m. habet *si quando ab ea parte*) Edd. Herw. Rob. St. Sylb. Sturm. Nostram scriptionem *quandoque* tuentur Codd. Uff. Mon. Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. et Car. Steph. Ald. Sylb. Sturm. Grut. et recc. In reliquis est *quandocunque* frequenti errore. Pergit Cod. Uff. *ab eadem parte sol eodem tempore*. Vocem *iterum* omittit Cod. Cr. cum Ed. Ven. Tum Cod. Mon. et Ed. Asc. 1. omittunt *idem*: posterior habet *signis omnibus stellisque ad principium revocatis*. Cod.

expletum annum habeto. Huius quidem anni nondum vigesimam partem scito esse conversam (1).

P. 326.

XXIII. Quocirca si reditum in hunc locum desperaveris, in quo omnia sunt magnis et praestantibus viris; quanti tandem est ista hominum gloria, quae pertinere vix ad unius anni partem exiguam potest? Igitur alte spectare si voles, atque hanc sedem et aeternam domum

Cr. *habetote pro habeto*. Tum Asc. 1. *Cujus quidem anni mundum*. Mr.

(1) Annus mundanus completitur popularium annorum quindecim millia, ut physici ajunt apud Macrobius ad somn. II. 11. Is nunc incipere fingitur a Romuli obitu, a quo ad somnium Scipionis sunt anni quingenti et septuaginta tres; quae nondum est pars vigesima praedicti anni mundani.

*si reditum in hunc locum desperaveris*] Servavi lectionem librorum tantum non omnium, (nam non nisi Edd. Herw. et Goth. habent *speraveris*;) quamquam eam probare nullo modo possum. Supra dixit, eos re vera vivere, qui ex corporis vinculis in caelum, quasi patriam suam, evolverint; neque quidquam dubitans Scipio minor responderat: *quid moror in terris?* Eum nos nunc credamus a Scipione majore ita existimari immutatum, ut desperet reditum in locum eum caelestem? Sed *speraveris* non correxerim, nam inde vix, si hoc fuisset a Cicerone scriptum, corruptio orta fuisset. Proclive item est corrigere non *desperaveris*: sed si non Ciceronis esset, cur vel ultima ejus vestigia evanuisent in libris veteribus? Equidem suspicor scriptum fuisse TVTESPERAVERIS (*tute speraveris*). Quod si aliquando casu excidit tu, facillime et necessario, ut videri poterat, ex *tesperaveris* fieri potuit *desperaveris*: cujus quidem lectionis explicationes varias, contortas

fere omnes, cum neque ad sensum neque ad linguae leges satisfacere videantur, omittere satius est visum. Noster vero non semel *tute* scripsit pro *tu*: v. c. de Orat. I. 22. 99. *ut tute paulo ante dixisti*: Epp. ad Att. XIV. 17. *quemadmodum tute scribebas*. Mr.

*in quo omnia sunt*] Explicat Lehn. *in quo loco omnia posita sunt*. Ita dixit noster de Legg. II. 10. 24. *Caste jubet lex adire ad deos; animo videlicet; in quo sunt omnia*. Sequitur in Cod. Uff. *praestantibus magnisque*. Mr.

*quanti tandem etc.*] Ita scripsit Tuscc. V. 37. 109. *Quanti vero ista civitas aestimanda est, ex qua boni sapientesque pelluntur?* Ed. Asc. 1. *habet gloria hominum*. Lamb. *ista hom. gloria est*. Ad v. *pertinere* conf. de Divin. II. 43. 92. *Quae potest igitur contagio ex infinito paene intervallo pertinere ad lunam, vel potius ad terram?* Vocem *exiguam* omittit Cod. Uff. Mr.

*alte spectare*] Cum Lamb. conjecerit *alta spectare*, commode laudavit Sch. Tuscc. I. 34. *video te alte spectare, et velle in caelum migrare*. Motus fuit, opinor, Lambinus locis, qualis est de Offic. II. 13. 45. *juvenes — magna spectare — debent*. In seqq. est *atque ad hanc sedem* in Codd. Uff. et Cr. Edd. Crat. Car. St. Ald. Ven. Sylb. Sturm. Plant. Wolf. Minus bene. Mr.

*aeternam domum*] Ita Cic. Tuscc. I. 49. 118. *ut — in*

contueri; neque te sermonibus vulgi dederis, nec in praemiis humanis spem posueris rerum tuarum: suis te, oportet, illecebris ipsa virtus trahat ad verum decus. Quid de te alii loquantur, ipsi videant; sed loquentur tamen. Sermo autem omnis ille et angustiis cingitur iis regionum, quas vides, nec umquam de ullo perennis fuit, et obruitur hominum interitu, et oblivione posteritatis exstinguitur.

(VIII) XXIII. Quae cum dixisset, Ego vero, inquam, o Africane, si quidem bene meritis de patria quasi limes ad caeli aditum patet, quamquam a pueritia vestigiis ingressus patriis et tuis, \*decori vestro non

*aeternam et plane in nostram domum remigremus.* Tum Cod. Uff. *nec te sermonibus.* Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. et Car. Steph. Ald. Lugd. Tig. Sturm. Sylb. Bern. *neque serm. vulgi dederis te.* Lamb. *dederis.* Alio sensu simili locutione usus est noster ad Att. XIII. 23. *Quare da te in sermonem et perseca et confice.* Mr. *nec in praemiis*] Cod. Uff. *neque in praemiis.* Mox scribitur *illecebris, oportet,* in Edd. Asc. 1. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Sylb. Sturm. Tig. Boul. Lugd. — Verb. ex MSS. enotavit *oportebit te.* Pro *ad verum* in Cod. Uff. scriptum videtur *adversum.* Mr.

*ipsi videant*] Hac constructione saepius usus est noster; bis in eadem periodo de Orat. I. 58. 246. *Nam quod inertiam accusas adolescentium, qui istam artem, primum facillimam, non ediscant; quae quam sit facilis, illi viderint, qui ejus artis arrogantia, quasi difficillima sit, ita subnixi ambulat; deinde etiam tu ipse videris, qui eam artem facilem esse dicis,* etc. Mr.

*Sermo autem*] Cod. Uff. *sermo tamen.* Ed. Asc. 1. *sermo*

*enim.* Tum Cod. Uff. *angustus.* Idem cum Cod. Mon. Edd. Asc. 1. (ubi est *ille omnis*) 2. Crat. Herw. Rob. et Car. Steph. Ald. Ven. Sturm. *his regionum.* Pergit Cod. Uff. *quas vides finibus,* et *moritur* habet pro *obruitur.* Mr.

*obruitur hominum interitu* etc.] Similis est locus Or. pro Dejot. 13. 37. *ea—quae unquam vetustas obruet, aut quae tanta delebit oblivio?* Mr.

*o Africane,*] Abest *o* a Codd. Cr. et Mon. et ab Ed. Ven. Ad v. *limes* Graevius: *Fragmenta terminalia in corpusculo scriptorum rei agrariae editionis Goesianae: Omnes limites itineri publico servire debebant, qui dextra et sinistra fines privatos dividunt et in medio iter publicum.* Lamb. dedit *limen.* Quod si voluisset Cicero, scripsisset: *aditus ad coeli quasi limen.* Idem dedit *et patris pro patriis,* cum Edd. Car. Steph. Ald. Boul. (in marg.) Sylb. Plant. Sturm. *Patris* habent Cod. Uff. Edd. Ven. et Sturm.; *et patriis* habet Ed. Bern. Reliqui omnes libri tuentur *patriis.* Pro *vestro* dicit Verb. alios habere *nostro,* quod nos in nullo libro reperimus. Mr.

defui; nunc tamen, tanto praemio proposito, enitar multo vigilantius. Et ille, Tu vero enitere, et habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc. „Nec enim tu es, quem forma ista declarat; sed mens cuiusque, is est quisque (a)“, non ea figura, quae di-

(a) Jo. Saresberiensis metalogic. III. 7. sic: *Cicero in libro de re publica ait-tu non is es, quem exterior figura designat, sed mens cuiusque is est quisque. Ciceronem imitatur etiam Lactantius de Opif. D. cap. XIX.*

tanto praemio proposito] Ed. Asc. 1. *praemio tanto proposito* habet Sch. et ita Codd. Uff. Mon. Edd. Ven. Gron. Ern.; Verb. nescio unde, *posito*. Reliqui libri omnes et usus Ciceronis tuentur *proposito*: vid. de Or. I. 58. 247. *legibus et praemia proposita sunt virtutibus, et supplicia vitis*. Tuscc. v. 7. 20. *Xerxes—praemium proposuit ei, qui invenisset novam voluptatem*. Alia est constructio loci Or. pro Quint. 25. 74. *quasi eximio praemio sceleris exposito*. Vocem *enitar* omittit Ed. Rob. Steph. Pro *Et ille est At ille* in Cod. Uff. Tum Ed. Asc. 1. *et te habeto non esse mort.* Cod. Uff. omittit *non*. Cod. Cr. Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ven. Boul. Lamb. Sylb. Sturm. Tig. Plant. Lugd. Wolf. habent *te non esse mortalem*. Mr.

*sed corpus hoc.*] Ad sententiam comparat Ochs. Tuscc. l. 22. *neque nos corpora sumus: neque ego tibi haec dicens, corpori tuo dico*. Mr

*Nec enim tu es*] Ita dedi cum Heinr. Lehn. A. Majo, Lang. Graev. et Goetz. probante Hotting., qui recte monet, si cum plerisque legatur *tu is es*, facile perperam intelligi *is*—*quem*, quasi sit *talis*—*qualem*. Probam nostram lectionem habet etiam Ed. Boulierii, cuius virtutes, a Lambiniana videlicet obumbratas, non, prouti merentur, agnovit

Ern. qui complures Editiones non inspectas vel certe non collatas, laudavit; alias autem vituperasse videtur obiter inspectas, ut labore conferendi supersedere posset. *Is es*, omissio *tu* habent Edd. Lamb. Goth. Sylb. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. et Car. Steph. Ald. Junt. Bern. Voces *es* et *tu* omiserunt Grut. et Pat. exhibentes *neque enim is*. In seqq. Cod. Uff. habet *cujus pro cuiusque*, et mox *monstrari pro demonstrari*. Mr.

*sed mens cuiusque, is est quisque.*] Vinetus ad h. l. haec: Socrates apud Platonem Alcibiadi suo probat, hominem neque solum corpus esse, nec simul corpus cum mente sed solum mentem. Idem in Axiocho postquam, inquit, soluta semel compage, mens in propriam suam sedem restituta fuerit, relictum corpus, quod terrenum est, et rationis expers, non est, quod dicitur, homo: *ἡμεῖς μὲν γὰρ ἔσμεν ψυχὴ, ζῶον ἀθάνατον, ἐν θνητῷ καθεστυμένον φρονεῖν*. Arnobius II. ad v. Gentes, dictam Ciceroni animam mentem appellans: *Porro autem, inquit, conspicimus homines, id est, animas ipsas (quid enim sumus homines, nisi animae corporibus illigatae?)* etc. Lactantius ejus, ut audio, discipulus II. Inst. Div. *Hoc enim, quod oculis subjectum est, non homo, sed hominis receptaculum est. Nam ipse homo neque tangi, neque adspici, neque comprehendi potest, quia latet intra hoc, quod*

gito demonstrari potest. Deum te igitur scito esse (1): si quidem deus est, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui providet, qui tam regit et moderatur et movet id corpus, cui praepositus est, quam hunc mundum ille princeps deus; et ut mundum ex quadam parte mortalem ipse deus aeternus, sic fragile corpus animus sempiternus movet.

XXV. Nam quod semper movetur, aeternum est (2);

videtur. M. autem Varro apud Augustinum XIX. de Civ. Dei cap. 3. nec animam solum, nec solam corpus, sed animam simul et corpus hominem esse arbitrabatur.

Mr.

[*digito demonstrari*] Dilatavit hanc locutionem de Or. I. 46. 205. *ea — putavi esse demonstranda — ut commonstrarem viam, et — digitum ad fontes intenderem.* Mr.

[*Deum te igitur scito esse*] Cod. Uff. et Ed. Rob. Steph. *deum igitur scito te esse.* Conf. Cic. de Sen. 22. 81. ubi Cyrus moriens dicit filiis: *sic me colitote, ut deum.* Conf. etiam Heusing. et Beier. ad Cic. de Off. III. 10. 44. Mr.

(1) Confer Ciceronem Tusc. I. 23. 25. Sunt autem ea, quae sequuntur, de animi immortalitate e Platonis Phaedro, ut docet ipse Cicero Tusc. I. 22, quem locum ego posui in testimoniis n. 16.

[*si quidem deus est*] Cod. Mon. et Ed. Asc. 1. *est deus.* In seqq. probam lectionem *providet* tuerentur Codd. nostri et Edd. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Grut. Verb. Pat. vet. Cod. ap. Lamb. Ern. et recq. In reliquis est *praevidet.* Cicero autem ipse illud suadet, qui hominem de Legg. I. 7. 22. *animal providum* appellat, ubi v. nostram annot. p. 54. ed. nostr. et Cr. Pro seq. *tam* Cod. Uff. habet in marg. *tanta*; tum: *prae-positus est. Qui ille princeps deus hunc mundum et ut ipse mundus ex quadam parte mortalis ipse movet*

*aeternus.* In Cod. Cr. et Ed. Ven. est *hoc corpus*; in eodem Cod. desunt verba *deus et ut mundum.* Verb. in marg. enotavit ex uno Cod. *quam mundum* (omisso *hunc*) *princeps ille deus.* Scribitur *princeps ille deus* in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Rob. et Car. Steph. Ald. Tig. Sturm. Lamb. Plant. Gothofr. Boul. Sylb. Wolf. Lugd. Tum Cod. Mon. a 2. m. et *ut ille mundum.* Edd. Asc. 1. Car. St. Ald. Sylb. Goth. *ut ipsum mundum.* Edd. Asc. Crat. Herw. Rob. St. Ven. Sturm. Lugd. *Pro mortalem est mortalis* in Ed. Ven. Mr.

[*Nam quod semper movetur* etc.] De hoc loco, ex Phaedro Platonis p. 245. Steph. p. 38 sq. Bekk. expresso, accurate egit Muretus Varr. Lectt. VIII. 3. p. 174 — 176. T. II. Opp. ed. Ruhaken. quod caput ad calcem hujus operis describi curavimus. Totum autem hunc Platonis locum repetiit Cic. in Tuscc. I. 23. 53 — 55. paucissimis vel nullis potius factis mutationibus; quare et haec loca sibi invicem ad emendandum inservire possunt, et, qui in Tusculanas scripserunt commentarios, iidem nostro loco et corrigendo et interpretando adhibendi. Primum autem huc esse positum locum, ipse eo loco testatur Cicero dicens: *ex quo illa ratio nata est Platonis, quae a Socrate est in Phaedro explicata, a me autem posita est in sexto libro de re publica.* Mox Cod. Cr. habet *aufert* pro *affert.* Mr. (2) Exprimit hunc locum La-



quod autem motum affert alicui, quodque ipsum agitur aliunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. Solum igitur quod sese movet, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem desinit (<sup>a</sup>). Quin etiam ceteris, quae moventur, hic fons, hoc principium est movendi. Principio autem nulla est origo: nam ex principio oriuntur omnia; ipsum

(a) Proclus τοῦ γὰρ εἰκὼν ἢ περιφορὰ, καθάπερ ὁ Ἀθηναῖος ξένος εἰδάσκειν.

ctantius Inst. VII. 8, et de op. dei XVII.

*quodque ipsum agitur*] Recepti quod in Edd. recc. abest ipsum ex Codd. Uff. (ubi est quem ipsum agitat) Mon. (ubi sequitur alicunde) Ed. Ven. (in qua est et quod ipsum). Asc. 1. 2. Crat. Herw. Rob. et Car. Steph. Ald. Tig. Plant. Lamb. Sylb. Sturm. Boul. Goth. Lugd. Wolf. Verb. Ern. Bip. Goetz. Sch. Ochns. Sed quod scribitur pro quodque in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. St. Ald. Lugd. Goth. Agitur pro agitur est in Edd. Tig. et Boul.; sed haec posterior in marg. habet. Ipsum recipi volebat etiam Gronov. ex Victor. Junt. Lang. et Macrobio. Ad rem commode adhibet Ochns. locum de N. D. II. 12. 32. ubi est: *Audiamus enim Platonem, quasi quandam deum philosophorum: cui duo placet esse motus, unum suum, alterum externum: esse autem divinius, quod ipsum ex se sua sponte moveatur, quam quod pulsus agitur alieno. Hunc autem motum in solis animis esse ponit, ab hisque principium motus esse ductum putat.* Mr.

*quod sese movet,*] Codd. nostri quod de se movetur, et ita etiam Ed. Ven. De se enotavit etiam Verb. ex Cod. MS. In Tuscc. est quod sese ipsum movet. Mr.

*quia nunquam deseritur a se,*] Ita dixit de Senect. 21. 78. p. 149.

Ed. Gernh. q. v.: *cumque semper agitur animus, nec principium motus habeat, quia se ipse moveat; ne finem quidem habiturum esse motus, quia nunquam se ipse sit relicurus.* In seqq. ne ante moveri abesse ait Verb. a Codd. MSS. Nostri quidem id omnes et scripti et Edd. servant: sed Cod. Uff. omittit quidem. Pro ceteris Cod. Cr. habet cunctis ut Ed. Veneta. Mr.

*principium est movendi.*] Gerundium passive positum rarioris est usus, neque vero reprobandum. Laudant Hott. et Ochns. Justinum XVII. 3. Sallust. Jug. c. 62. ib. Cort. Ruhnen. ad Vellej. Paterc. II. 15. Corn. Nep. Att. IX. 2. spes restituendi: ubi vid. Stav. p. 261. Ed. Bardil. His adde ex Cicerone de Sen. 23. 34. *Commorandi natura deversorium nobis, non habitandi locum dedit.* Acadd. II. 31. 101. multa — non — habere insignem illam et propriam percipiendi notam. — Statim insequens principio Lamb. correxit principii, quod non rejicerem, si in libris MSS. reperiretur. Sed repetiit eam lectionem Lamb. ex Tuscc. ubi est principii quod F. A. Wolf. scripsit Principii, ut I. 6. negotii. Mr.

*nam ex principio*] Tuscc. l. c. est e principio. Tum servavi, quod ediderunt cum A. Majo (*null ex re*) Heinr. et Lehn., quam tuam Tuscc. l. c. sit: *nulla ex re alia nasci potest.*

autem nulla <sup>f</sup>ex re: nec enim id esset principium, quod gigneretur aliunde: quod si numquam oritur, ne occidit quidem unquam. Nam principium extinctum nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit: si quidem necesse est a principio oriri omnia. Ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum a se movetur: id autem nec nasci potest, nec mori: vel concidat omne caelum, omnisque natura consistat necesse est, nec

Haec enim tria verba, nostro certe loco, glossam esse, arguit magna lectionis diversitas. Est videlicet in Cod. Cr. *ulla ex re vera nasci potest*; in Codd. Uff. Mon. Edd. Asc. 1. Rob. St. Ven. Sturm. Pat. Ern. Verb. Bip. Grut. Sch. Ochs. ut in Tuscc.; in Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Car. Steph. Ald. Boul. Tig. Sylb. Lugd. Goth. Gryph. *nulla ex re fieri potest*: in Edd. Wolf. et Plant. *nulla ex re oriri potest*: in Ed. Lamb. *nulla ex re alia oriri potest*. Ex uno Cod. enotavit Suffridus: *ipsum autem nulla fieri ex re nascive potest*: (quod Sch. exprimi curavit *nascire*). Langius, quem nihil sine codicum auctoritate immutavisse ait Graevius, dedit idem, quod nos: idemque fecit Goetz. Carolus St. se in Cod. vet. reperisse ait *nulla ex re nasci potest*. Mr.

*nec enim id esset principium*] Ita edidi cum Heinr. Sch. Ochs. Goetz. et ita est in Edd. Ern. Bip. Tig. Verb. Boul. Lugd. In Cod. Cr. et Edd. Grut. et Pat. deest *id*, quod omiserunt etiam A. Maj. et Lehn. Cod. Uff. habet *principium esset id*. Cod. Mon. et Ed. Ven. *esset id principium*, ut est in Tuscc. Edd. Lamb. Goth. Plant. Sylb. Sturm. Bern. Wolf. Asc. 2. (prima ut Cod. Cr.) Crat. Herw. Rob. et Car. St. Ald. habent *esset hoc principium*. Mr.

*quod gigneretur aliunde*] Cod. Mon. a 1. m. *nascetur*. Pro seq. *ne occidit quidem* in

per multis libris legitur *nec occidit quidem*. Quod ne quispiam praeferat, conf. quae accurate praecepit Gernh. ad Cic. de Sen. xx. 27. p. 50 sq. x. 53. p. 60. Nimirum *ne—quidem* dicitur *pro etiam nunquam occidit*. Add. quae nos monuimus ad Cic. de N. D. III. 9. p. 525. et III. 26. p. 638. ed. Cr. et nostr. maj. in Ed. min. p. 192. p. 219. Nuper etiam monuit de ea re Ramshorn. in Gr. Lat. p. 598. Et tuentur scriptiorem *ne* Edd. Lamb. Plant. Wolf. Grut. Ern. et recc. Cod. Uff. habet *neque oritur nec occidit qu. unqu. Ne—quidem* est etiam in Tuscc. l. c.: In seqq. Cod. Cr. habet *renascetur ab alio* cum Ed. Ven. In Cod. Uff. est *renascetur ab alia re*. Pro *oriri omnia* multi libri habent *omnia oriri*. Sed meliorem scriptiorem tuentur et Tuscc. et Cod. Mon. Edd. Asc. 1. Rob. Steph. Plant. Wolf. Lamb. Grut. et recc. Pro *ut motus principium* Cod. Uff. habet *motus ut principium*. Pro *nec mori* Cod. Cr. *nec emori*. Uff. (*neque nasci*)—*nec ve mori*. Mon. *nec moveri*, sed a 2. m. *nec mori i. licet*. Mr.

*omnisque natura consistat necesse est*,] Codd. Cr. et Mon. *natura et consistat*, et ita exhibent Edd. Ven. Wolf. Verb. Ern. Bip. Goetz. Sch. In Ed. Plant. est *omnisque terra et consistat nec. est*. Idem locus in Tuscc. a F. A. Wolfio editus est *omnisque terra consistat n. e. a Davisio omnisque terra et cons. nec.*

vim ullam nanciscatur, quae a primo impulsu moveatur.

(IX) XXVI. Cum pateat igitur, aeternum id esse, quod a se ipso moveatur, quis est, qui hanc naturam animis esse tributam neget? Inanimatum est enim omne, quod pulsu agitur externo: quod autem animal est, id motu cietur interiore et suo. Nam haec est natura

*est. a Verb. et Camerar. omnisque natura cons. nec. est. Videlicet si legis apud Platonem πᾶσάν τε γῆν* scribendum erit terra: si cum Bekkero ex multis Codd. legis γέσθον, scribes, quod est in optimis antiquissimisque libris et legit etiam Gaza, *natura*. Quod autem dedit Bekk. ex Codd., id jam dudum corrigendum esse conjecerat Vinetus in annot. ad h. l. Vid. etiam ad h. l. annot. Davisii in Tuscc. l. c. In Cod. Mon. verbo *nece* superscriptum est *principium*. Lamb. dedit *concidant—consistent—nanciscantur—moveantur*. Mr.

*quae a primo impulsu moveatur.*] Ita Codd. Cr. et Mon. Edd. Asc. 2. Ven. Crat. Herw. Rob. Steph. Boul. Tig. (hae duae in marg. habent *qua*) Sturm. Lugd. Grut. A. Maj. Heinr. Lehn. Sed Plant. Wolf. Ern. Bip. Verb. Sch. *qua a primo impulsu moveatur*. Edd. Syll. Car. Steph. Ald. et Goez. *qua primo impulsu moveatur*. Lamb. *qua primo impulsu moveantur*. Bern. *quae primo impulsu moveatur*. Ochn. *qua, ut primo impulsu, moveatur*: quod valde arridet. In Tuscc. variat item lectio. Veluti Camerar. edidit: *qua primo impulsu moveatur*, Dav. *qua primo impulsu moveatur*; F. A. Wolf. *qua a primo impulsu moveatur*. Ficinus vertit: *alioquin omne caelum omnisque generatio* (legit igitur γέσθον) *concidat desinatque necesse est, neque rursus unquam constare possit, unde haec motum nacta orientur*. Mr.

*Cum pateat igitur*] Cod. Uff. *cum pateat ergo id aeternum esse*; quem verborum ordinem habet etiam Ed. Asc. 1. Vocem *ipso* omittunt Codd. Uff. et Mon. Lamb. *cum pateat igitur*: quod ad Tuscc. l. c. acriter defendit. Sed frustra. Mr.

*quis est, qui hanc*] Verba est *qui* omittunt Codd. Cr. et Uff. In Edd. Asc. 2. Crat. Herw. Tig. Lugd. est *quis est hic qui hanc*. In Cod. Cr. scribitur *tributam esse*. Tum *inanimatum* est in multis libris. Sed *inanimatum* tuentur et Tuscc. et Codd. nostri et Edd. Ven. Asc. 1. (ubi scribitur *inanimatum vel inanimum*) Rob. Steph. Plant. Lamb. Wolf. Grut. Verb. et recc. Sunt qui vocem *inanimatus* ex Cicerone plane exulare velint, Lambinus et J. G. Vossius; sunt qui eam defendant, Borrichius et Manutius. Vid. Gesn. Thes. L. L. s. v.—Pergit Cod. Uff. *enim est, quod*. Ed. Asc. 1. *autem est omne quod*. Tum in Tuscc. scribitur *quod autem est animal*, et ita Cod. Mon. Ed. Asc. 1. habet *quod enim anima est*. Est etiam *anima* in Edd. Ven. et Asc. 2. *Impulsu* pro *pulsu* habent Edd. Crat. Herw. Car. St. Ald. Lamb. Plant. Syll. Boul. Tig. Lugd. Wolf. Goth. Mr.

*id motu cietur interiore*] Cod. Uff. *illud pro id*. In seqq. Tuscc. habent *propria natura* et ita Cod. Mon. In Ed. Herw. est *proprie*. Habent *propria natura* etiam Edd. Wolf. et Plant. Tum plurimi libri pro *animi* contra usum Ciceronis habent *animae*; Cic.

propria animi atque vis. Quae si est una ex omnibus, quae sese moveat, neque nata est certe, et aeterna est. Hanc tu exerce in optimis rebus; sunt autem optimae, curae de salute patriae: quibus agitatus et exercitatus animus velocius in hanc sedem et domum suam pervolabit. Idque ocius faciet, si iam tum, cum erit inclusus

enim non solet ponere *animam* pro *animo*. Habent autem probam lectionem Tuscc. et Codd. nostri itemque Edd. Ven. Ern. Bip. Goez. Sch. A. Maj. Heinr. Lehn. Verum jam Vinetus vidit, qui ita ad h. l.: *Animi non animae antiqui codices, etiam ii, in quibus anima pro animal scriptum fuerat. [Eo loco Ursinus ex MS. praeferebat animans.]* Cum enim *animam* vulgo dicimus, quaerunt sermonis Latini studiosi, an aliter appellarit Cicero, quam *mentem* et *animum* secunda inflexione. Quae autem sequuntur feminina vocabula, *quae, una, nata, aeterna, est vis, quae illis genere concordet, neque inepte, puto, natura et vis animi aeterna dicta fuerit, pro ipso animo aeterno. Mr.*

*Quae si est una ex omnibus,]* Cod. Uff. *quae si una est omnibus, (omisso ex) quae sese movet.* In Tuscc. scribitur *quae sese ipsa semper moveat, neque nata certe est.* Scribitur etiam *certe est* in Edd. Asc. 1. Rob. Steph. et in Cod. Mon. In Cod. Uff. sequitur *neque aeterna est.* Haec sunt ultima verba loci Platonicum ex Phaedro. Mr.

*sunt autem optimae, curae de salute patriae: ]* Male ita distinct Sch. *sunt autem optimae curae, de salute patriae.* Quis enim non videt ad *optimae* subaudiendum esse *res*. Scribitur in Cod. Uff. *sunt autem optimae eae de salute patriae.* Ed. Asc. 1. habet *optimis in rebus; sunt autem hae optimae curae.* Illud hae

habent etiam Edd. Herw. Boul. Tig. Lamb. (qui monet *haec abesse a v. c.*) Goth. Lugd. *Optimis in rebus* habet etiam Cod. Mon. Mox Cod. Uff. *exercitatus et agitatus. Mr.*

*velocius]* Hoc primus Ursinus ex vet. Cod. restituit, cum antea vulgo legeretur *velociter*. Comparativum habent Codd. nostri et Edd. Asc. 1. Herw. Rob. Steph. Ven. Goth. Tig. Asc. Boul. Lugd. Grut. et recc. In Ed. Sturm. est *velocius*: qui tamen videri potest voluisse *velocius*, cum quod mox sequitur *ocius*, scripserit *ocyus*. Ad rem facit locus ex Hortensio Ciceronis, quem servavit Augustinus lib. xiv. cap. ult. Trin. Ed. Schütz. p. 111. ed. Ern. min. p. 118a. *aut si, ut antiquis philosophis, hisque maximis longaeque clarissimis, placuit, aeter-nos animos ac divinos habemus: sic existimandum est, quo magis hi fuerint semper in cursu, id est, in ratione et investigandi cupiditate, et quo minus se admiscuerint atque implicuerint hominum vitiis atque erroribus, hoc illis faciliorem adscensum et reditum in caelum fore. Mr.*

*ocius faciet,]* Cod. Uff. *otius facit.* Cod. Cr. *Ideoque pro id-que.* Voluit fortasse *idque eo*. Mox Asc. 1. *inclusus erit.* Pro tum est, tunc in Ed. Ven. De quarum particularum differentia praecipit Goer. ad Cic. de Finn. l. 8. 28. p. 57, qui monet scribi recte: *Tunc dicere exorsus est, sed addito sic scribi debere Tum sic dicere exorsus est.* Hoc loco conjunctio cum requirit tum. Mr.

in corpore, eminebit foras, et ea, quae extra erunt, contemplans, quam maxime se a corpore abstrahet. Nam eorum animi, qui se corporis voluptatibus dederunt, earumque se quasi ministros praebuerunt, impulsuque libidinum voluptatibus obedientium, deorum et hominum iura violaverunt, corporibus elapsi circum terram ipsam volutantur; nec hunc in locum, nisi multis exagitati saeculis, revertuntur (a). Ille discessit; ego somno solutus sum (1).

(a) Locum hunc respicit, seu potius emendat, Lactantius Inst. VII. 10, et 20. Proclus, seu Plato, animas bonorum in caelis

*eminebit foras]* Ita supra III. 7. *Justitia foras spectat et projecta tota est atque eminet.* Mr.

*quae extra erunt,]* Cod. Cr. *quae extra sunt.* Cod. Uff. *quae erunt extra.* Tum Cod. Cr. et Ed. Ven. *a corpore se.* Pro *abstrahet* Ed. Asc. 1. *extrahet.* Mr.

*Nam eorum animi,]* Codd. nostri et Edd. Rob. Steph. Ven. Verb. Ern. Bip. Sch. Ochs. Namque eorum animi. Mox Asc. 1. *voluptatibus corporis.* Ed. Rob. Steph. *dedidere* et tum *praebuere.* Pro *obedientium* in Cod. Uff. est *obedierunt;* in eodem mox *circa* pro *circum.* In Ed. Aldina male scribitur *probaverunt.* Mr.

*volutantur]* Nescio quomodo me male habet hoc *circum terram volutari.* Equidem nihil mutuo in omnium librorum consensu; sed ut fatear, quod est, velim reperiri in aliquo libro *volitant et vagantur,* quae junxit Auctor ad Herenn. IV. 39. 51. Neque aliud quid suadet locus Lactantii, quem laudat Ochs., Inst. II. 2. 6. *Vulgus existimat, animas circa tumulos et corporum suorum reliquias oberrare.* Sed manum inhibet Plato, ab eodem laudatus, in Phaedone p. 81. c. ἡ τοιαύτη ψυχὴ — περὶ τὰ μνήματά τε καὶ τοὺς τάφους κυλινδουμένη;

ubi vid. Fischer. p. 341. Heindorf. p. 110. et in primis Wyttenbach. p. 209. sq. qui legit καλινδουμένη. Mr.

*nec hunc in locum,]* Scribitur *in hunc* in Codd. nostris et Edd. Ven. Herw. Wolf. Boul. Ald. Plant. Lamb. Goth. Sturm. Tig. Asc. Lugd. Ed. Herw. male habet *ne pro nec.* Mr.

*exagitati saeculis]* Commode adhibet Ochs. Tuscc. I. 30. *iis devium quoddam iter esse, seclisum a concilio deorum.* Ed. Ven. habet *exagitat.* In Ed. Asc. 1. scribitur *saeculis,* pro quo Cod. Mon. a 2. m. egregie habet *periculis.* De animarum reditu et universe de earum migratione vid. Creuzeri Symb. et Myth. T. III. p. 424. sqq. Epitom. nostr. p. 670. sqq. Mr.

*Ille discessit:]* Male est *decessit* in Cod. Cr. Post *somno* plurimi libri addunt *statim.* Sed merito omititur ea vox in Codd. nostris et Edd. Asc. 1. Ven. Herw. Plant. Wolf. vet. Cod. ap. Lamb. Edd. Grut. Verb. et recc. excepta Bern., cujus nullam esse in lectione constituenda auctoritatem supra monui. Mr.

(1) Post somnium narratum, statim fere dialogum absolutum fuisse arbitror, paucis verbis adjectis. Sic enim et Plato post Eris fabulam confestim opus concludit.

*ego somno solutus sum.]* To-

vagari facit, malorum autem in terris, vel sub terris, mille annis donec iterum (qui est sollemnis error *καλιγενέσεως*) ad nativitatis *λειμώνα* revocentur, de quo Empedocles apud eundem Proclum *ἐνθα κόρος τε φόνος τε καὶ ἄλλων ἐθνεα κλήρων*. [Ita scri-

tum hoc *Somnium Scipionis*, quo per tot seculorum decursum innumeri viri docti animum mentemque, ut vero Ciceronis fragmento, exhilararunt et paverunt, nuper fuisse impugnatum ab Henr. Kuhnardo, Lubecensi, (in Seeboldii libro *mensuro*, qui inscribitur: *Kritische Bibliothek für das Schul- und Unterrichtswesen* 1820. p. 474—482. 558—565. 649—653. 1000—1007:) sciunt, ut opinor, ii, quibus tales res curae cordique sunt. Sed nondum, quod equidem sciam, exstitit, qui illius viri rationes sive probaret, sive reprobaret publice. Alterutrum ego meum munus esse existimans jam proposueram animo, Excursum addere, eumque longiorem, quo, quae ille posuisset, examini subicerem. Sed mox abjeci hoc consilium, cum viderem, in illam *scriptionem* ne id quidem cadere, quod de alia quadam dixit aliquando Wytenbachius: *dum lego, assentio; cum librum de manibus depono, nescio quomodo tota illa assensio dilabitur*. Quamquam enim inscripsit libellum suum: *De Somnio Scipionis aut subjecto aut Cicerone indigno*, probatumque ivit, aut nullam, aut certe minimam hujus *opusculi partem, Ciceronis calamo esse exaratam, sed rhetoricam aliquem non optima indolis, quam in fragmentorum fine deprehenderit lacunam, pro sui ingenii modulo explese*, quamquam denique eos tantum defensores libellum existimare videtur, qui vel *obstinato animo veritati repugnent, vel ad sentendam elegantioris orationis venustatem paulo sint hebetiores*: ego tamen dicere audeo, rationibus talibus, quales attulit, eodem jure

cujusvis veteris scriptoris libros impugnari posse. Quae enim dicit absurda, partim ipsi tantummodo, neque aliis hominibus, absurda videbuntur (veluti cap. III. init.), partim non recte intellexit (v. c. cap. II.): quae vix latina, vel plane non latina esse dicit, ea vel proba sunt, vel, si paulo insolentiora, tamen non sine exemplo, vel excusantur stilo paulo sublimiori, vel denique facillima emendatione integritati restituntur. Et si qua sunt, quae vel probari vel excusari nequeant (quae vel nulla, vel paucissima esse contendendo); ea non sunt ejusmodi, ut Ciceronis esse non possint. Quis quaeso unquam illos de *Natura deorum* libros Ciceroni abjudicare ausus est? Et insunt tamen, quae eodem jure vituperare possis, quo K. vituperavit haud paucā. Veluti, quae inest in libro II. operosa *ratio* et naturae et corporum humanorum *descriptio*, nonne nimis longa, taediosa et a librorum istorum proposito aliena videri potest? Sed nemo inde jure haec non Ciceronis esse dixerit. In iis, quae parum sibi intellecta vituperat K., inprimis est caput v. et idem fere de capite vi. dixerim. Quia enim parum perspectas habet veterum de sphaerarum, quam dicunt, harmonia et de zonis sententias, de quarum veritate jam non quaerimus, absurda vel contorta dicit ea, quae Cicero disputat. Denique (taedet enim singula pertractare) quod ad sermonem attinet, per singulas commentarii nostri partes, non nominato adversario, satis, ut opinor, demonstravi, eum optime cum reliquorum Ciceronis librorum sermone convenire. Quid? quod ipse K. totum fere caput primum, item

psit A. Majus. Sed Sturzius in Empedocleis: *ἐνθα φόνος τε κόρος τε καὶ ἄλλων ἔθνεά κηρῶν*. V. p. 514. v. 19. et annotatt. p. 542. sq. *Mr.*] De millenario temporis spatio sic Proclus, *ἔοικεν ἡ χιλιάς χρόνος εἶναι τις περιοδικός ἀπὸ γενέσεως ἐπὶ γενέσιν ἄγων τὰς ψυχὰς, οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ πρὸ τῆς τελείας ἀποκαταστάσεως κ. τ. λ.*

que octavum nonumque intacta men, cujus infirmitatem utinam reliquit, videlicet quae colorem moxreperthus pleniorhorum libro- habeant satis Ciceronianum. Sed rum Codex manu scriptus illius missum faciamus, hoc criticae, scriptionis auctori melius, quam quam dicunt, superioris speci- omnia argumenta, demonstret!

---

LIBRORVM DE RE PVBLICA INCERTORVM  
FRAGMENTA.

I. A qua isti avocant (a). *Fronto exempl. eloc. voc. avocat.*

Vitam lugeo (b). *Fronto ibid. voc. doleo.*

Idque ipsa natura non invitaret solum, sed etiam cogeret (c). *Nonius voc. invitare.*

Nitito (d). *Diomedes lib. I. p. 330.*

Excellunt. *Idem ibid. p. 371.*

In libris de Re publica a Cicerone illa virtus dicitur, quae prudentia (e). *Victorinus proem. ad I. Rhet. Cic.*

II. Et quamquam optatissimum est, perpetuo fortunam quam florentissimam permanere; illa tamen aequabilitas vitae non tantum habet sensum, quantum cum

(a) Puta: a qua rep. administranda isti Epicurei viros sapientes avocant. Ideoque fragmentum videtur pertinere ad operis exordium. (b) Ita codex Ambrosianus et tres Vaticani. Ceterum quum Fronto citet locum sub voc. *doleo vicem tuam*, videntur Ciceronis verba fuisse *vicem doleo*. (c) Num pertinet ad primam operis lacunam, ubi auctor locutus fuerat de laboribus, quos reip. causa clari homines pertulerunt usque ad devexam senectutem, quamvis natura ad quietem non invitaret solum, sed etiam cogeret? (d) Activo more, tempus futurum imperativo modo et verbo passivo declinatum, ut loquitur Diomedes. (e) Hunc locum jam protuli p. 307. n. a. De Victorino, qui creditur a nonnullis scripsisse commentarios ad opus de rep. (propterea quod abs divo Hieronymo appellatur ejus commentarius ad *dialogos* Ciceronis) recole dicta a me in praef. p. xvi: quorum confirmandorum causa, revocanda in mentem sunt, quae scripsi p. 271, nempe Hieronymum affirmare, in Lactantii libris *Exortationum dialogorum* Ciceronis reperiri. Porro exploratum est, Lactantii libros e *dialogis* praesertim de rep. fuisse consarcinatos: adeoque videtur Hieronymus verbo *dialogorum* intelligere opus de rep.

*illa tamen aequabilitas]* dum sit *voluptatis*. Mihi vero  
Male Ed. Ammiani Lugdunensis nihil videtur deesse, sed verbum  
1591. *qualitas*. Quantopere illud *habere* Ciceronis more positum,  
verbum amet noster, non est quod ut *tantum habet sensum* sit i. q.  
doceam; neque magis, quam *ita sentitur, vel tantum secum*  
incommodum et minime Ciceronia- *fert sensum*, ut est pro *afferre*  
num h. l. esset *qualitas*. Mr. in Or. de Prov. Cons. 4. 9.  
*non tantum habet sensum,]* *deinde adventus in Syriam pri-*  
Post *sensum* asteriscum posuit *mus equitatus habuit interi-*  
Heinr., quasi lacunam hic esse *tum*. Epp. ad Fam. v. 12. (Ed.  
suspicaretur, ut fortasse supplen- Mart. Lagun. 13. p. 252.) *Habet*



ex saevis et perditis rebus ad meliorem statum fortuna revocatur. *Ammianus Marc. xv. 5. (1).*

p. 330. Aliud civitas non est, quam concors (a) hominum multitudo (b). *Augustin. C. D. I. 15. 2.*

Hercules, qui ob virtutem clarissimus, et quasi Africanus inter deos habetur (c). *Lactantius Inst. I. 9. (c).*

Cicero in dialogis nominavit foedifragos Afros (3). *Interpres Cruquianus ad Horatium Od. 17. 8. 17. p. 232. b.*

(a) Var. lect. *consors*. (b) Num haec verba pertinent ad lacunam libri I. post caput xxv? Num potius sunt verba Augustini? (c) Collocandum est hoc frustum in libro III. 28. ante locum de Herculis et Romuli apotheosi. Videntur enim Laelii verba

*enim praeteriti doloris securae recordatio delectationem. Mr.*

ex saevis et perditis rebus] Quamvis adjectivum *saevus* fortasse non commode jungi videatur substantivo *rebus*, cave tamen corrigas *saevis* ut sit i. q. *sinistris*, ne Apulejum redoleat Cicero. Neque minus bene dicitur *res saevae*, quam, quae item sunt Ciceronis, *res acerba, atrocissima, foeda, scelerata* et quae sunt id genus alia, vel ut est in Or. pro Caecin. 51. 90. *obrutae res omnes et perditae. Mr.*

(1) Hunc locum a Tullio se sumere diserte ait Ammianus; opus tamen silet, unde haurit. Videtur autem id frustum aptissime quadrare ad secundam primi de rep. libri lacunam ante cap. III, in qua Tullius de suo calamitoso exilio deque felici reditu in patriam locutus fuerat. Et quidem locus haud valde absimilis, aliis licet verbis, exstat apud Ciceronem [nimirum in Orationibus puriis: *Mr.*] post red. ad Quir. I, et ad Pontif. xxxii. Verumtamen Ammianus videtur omnino Ciceronem exscribere ad verbum. Ammiano autem innotuisse opus de rep. constat e testimoniis n. 38.

*Aliud civitas*] Hoc fragmentum omissum est ab Heinr. itemque quod mox ex Interprete Cruquiano profertur: posterius etiam omisit

Villem. et idem ultimum ex Servio. Quod vero in Edd. Stuttg. et Lond. in fine fragmenti scribitur *Idem C. D. I. 15. 2.*, id non debuit repetere Lehn. cum sit, ut videtur, *πρόφαση* A. Maji, quia praecessit Ammiani Marcellini, neque vero Augustini, locus. Eandem etiam negligentiam invenimus in Ed. horum fragmentorum Halensi. *Mr.*

*Hercules* etc.] Explicat h. I. Cellarius ita: Quantus Scipio inter Romanos tantus inter deos Hercules, fortissimus scilicet et victoribus illustris. *Mr.*

(2) De Hercule in caelum recepto recole omnino Ciceronis fragmentum politicum apud Lact. Inst. I. 18, a me in testimoniis positum p. LXX. n. 30. Commoda autem est Servii observatio ad G. I. 34, nempe Scorpii signum credi supra Romam positum, Herculemque ivisse ad deos per signum Scorpii. Ergo eadem via Africanus et Hercules (ut ait loco citato Cicero) iverunt in caelum; quamquam Africanus quidem minor Romae, sed major in Campania extinctus est. Cicero etiam Tusc. IV. 23, commemorato Africanus, addit Herculem sublatum fuisse sua fortitudine in caelum.

(3) Dialogorum Tullianorum nomine libros fere de rep. intelligi, saepe a me dictum est. Et

Fanni, causa difficilis laudare puerum: non enim P. 351.  
 res laudanda, sed spes est. *Servius ad Aen. v. 1. 877.*  
*e Ciceronis dialogo (a).*

Scipioni amico blandientis. Certe ea melius huic dialogo de rep. quam Lactantii orationi conveniunt, apud quem mihi sane videntur tropus audacior, si forte ab eo proceditur.

(a) Hunc locum citant, praeter Servium, etiam Hieronymus epp. cxxviii. cxxx, et Quintilianus Inst. ix. 3. ff. 319: sed ille quidem libere, hic autem perverse et brevius, *non enim tam spes laudanda, quam res est.* Locum vero pertinere ad libros de rep. qui *κατ' ἐξοχήν* dialogi dicuntur, probabiliter demonstrat Schottus nod. Cic. III. 5, consentiantque Vallarsius ad Hieronymum et Burmannus ad Quintilianum. Quod autem Schottus verba haec pertinuisse putat ad eam operis partem, in qua de educatione actum fuit, id mihi secus videtur, praesertim quia diei secundi dialogo Fannius non interfuit. Meam igitur mihi liceat conjecturam exponere. Videntur mihi verba haec Scaevolae colloquentis cum Fannio laudantisque indolem Crassi, qui fuit ipsius Scaevolae gener (Cic. de Or. I. 7.) quique tantus orator evasit. Id autem fieri non potuit nisi fere in quinto libro, tertio die, cum artis oratoriae mentio fuit. Jam, si recta conjectura est, imitatio Platonis fit, qui quasi in extrema pagina Phaedri laudandum a Socrate adolescentem Isocratam curat, cujus rei ipse Cicero meminit Or. cap. xiii, et de Opt. Gen. Or. vi. Quin adeo idem Cicero in fine dialogorum de Oratore dat operam, ut Hortensii indoles, tum adhuc adolescentis et spe magis, quam re, oratoris, laudetur a Catulo ejusdem socero, nec non a Crasso oratore sene.

quidem Horatius atque ejus interpres ibi loquuntur de Karthaginis eversore Scipione. Etsi autem Cicero Off. I. 12 dicit *Poenos foedifragos*, opus quidem de Officiis caret dialogo, tum varietas est *Poenos pro Afros*: quare vel locus alius videtur, vel certe, quod valde suspicor, pro *in dialogis* interpres dicere debuit *in officiis*. *causa difficilis*] Rarior est hic usus, ut *causa difficilis est* non tantum dicatur pro *res difficilis est* sed plane idem sit quod *difficile est*. Dicitur autem *causa difficilis et perplexa* apud Quintil. xi. i. 65. *Mr.*

---

## E X C U R S U S

ad II. 10. Cic. de Rep. ad verba:

*Romuli autem aetatem.*

Erant, qui de errore suspicarentur, nec locum admodum intelligerent. Non suspicio quidem omnis locutionis genere, sententiae autem obscuritas temporum ratione tollitur demonstrata. Sed ante omnia interpungo sic: *Romuli autem aetatem minus his sexcentis annis, jam inveteratis litteris atque doctrinis, omnique illo antiquo ex inculta hominum vita errore sublato, fuisse cernimus.* Deinde expono. Ex hominibus umquam deos factos esse, id quidem hominibus ipsis probari potuisse in Romulo magis mirari licet. De ceteris enim, rudioribus adhuc saeculis, probare facile fuit. De Romulo autem, cujus a regno toti sexcenti anni non praetenere, difficile nimirum fuit persuadere; quum jam videlicet hominum ingenia priscam ruditatem deposuissent, cultioraque passim exstitissent. Nam illud: *minus his sexcentis annis tantumdem prope valet, quantum, quod alias solet idem dicere, intra hos sexcentos annos.* Sic illud ejusdem accipio ad Att. XIV. *Verum ille gaudens, affirmatque minus diebus xx tumultum Gallicum.* Et illud Divin. I. *Remigem quendam ex quinqueremi Rhodiorum vaticinatum, madefactum iri minus xxx diebus Graeciam sanguine: hoc est intra hos xx et xxx dies; et ut nos loqui solemus, antequam dies xx aut xxx elabantur, ut sit sensus fragmenti: Romuli aetatem videmus exstitisse intra hos sexcentos annos.* Videamus igitur, an verum sit, quod ait *ratione temporum.* Et quidem disputatio haec de re publica habita est Sempronio et Aquillio coss. ut colligitur ex lib. III. ep. 5. ad Q. Fratrem, qui fuit A. U. C. DCXXIV. ad rationem Capitolinorum factorum. Romulus autem mortuus est A. U. C. XXXVII. Inde igitur ad tempus disputationis sunt anni sexcenti minus tredecim. Quod

autem aetas illa jam fuerit literata et civilis, quam fragmentum ipsum inferius exponit, tum vide etiam Cicero-  
nem ipsum in Bruto c. 17—19. et Tusc. I. et pro Archia sub initium, et Gell. lib. xvii. c. 21. Hoc autem  
etiam referendum esse existimo non tam ad Romanos, qui tum nondum satis exculi erant, quam ad Graecos. Nam in lib. I. de Divin. Romuli auguratum pastorem  
adhuc, non urbanum, appellat, et ibidem supra pastoribus illum ait praefuisse. Et in praefatione Tusculanae I. poetas, quod fuit e doctis genus antiquissimum, ex anno  
in urbem venisse demum ait. Et in Bruto Cornelium Cethegum, qui primus ex Romanis orator habitus est, annis demum ante se consulem cxi. scribit cum Tuditano  
consulem fuisse. Certe Gellius lib. xv. c. 2. quum duo SCta de philosophis et rhetoribus recitasset Roma ejiciendis, addit: *Neque illis solum, inquit, temporibus nimis rudibus, nec dum Graeca doctrina expolitis, philosophi ex urbe Roma pulsi sunt, verum etiam Domitiano imperante S. C. ejecti atque urbe et Italia interdicti sunt.* Atqui Fannius et Valerius coss. quibus contra philosophos S. C. factum fuit, fuerunt in magistratu A. U. 662. ut habent Fasti Capitolini. Crassus autem et Domitius coss. anno, ut habet Plinius lib. xvii. in praefatione, dclii. qui Latinos rhetores edicto coercuerunt. Et Augustinus lib. xviii. de Civ. Dei, cap. 24. de hoc fragmento ita verba facit, ut ostendat, primum Romulo regnante Thaletem Milesium unum e septem sapientibus in Graecia existisse; deinde inferat, Ciceronem magnis Romuli laudibus tribuere, quod non rudibus et indoctis temporibus, sed expolitis jam et eruditis meruerit hos honores, ut in deos referretur, et ad hominum opinionem consecraretur. Cicero profecto divinitatem hanc Romuli seris jam temporibus subindicare videtur existimatam fuisse fabulosam. Sic enim scribit de Leg. I. c. 1. *Tuine versus hanc quercum severint, an ita factum de Mario, ut scribis, acceperis. M. Respondebo tibi equidem, sed non*

ante, quam tu mihi ipse responderis, Attice, nam non longe a tuis aedibus inambulans post excessum suum Romulus Proculo Julio dixerit, se deum esse, et Quirinum vocari, templumque sibi in eo loco dedicari jusserit. Patricius.

---

## EXCURSUS

ad Cic. de Rep. II. 22. (ad Ed. A. Maji.)

„Nunc rationem videtis esse talem, ut equitum centuriae cum sex suffragiis, (1. man. equitum certamine et suffragiis) et prima classis, addita centuria, quae ad summum usum urbis fabris tignarius est data, LXXXVIII centurias (1. man. VIII centurias, omissis, quae sequuntur, sex verbis) habeat: quibus ex cent. quattuor centuriis; tot enim reliquae sunt, octo solae, si accesserunt, confecta est vis populi universa: reliquaque multo major multitudo sex et nonaginta centuriarum neque excluderetur suffragiis, ne superbum esset; nec valeret nimis, ne esset periculosum.

Locum hunc vexatissimum appellat A. Majus in annotatione critica editionis principis: quomodo eum nunc appellabit, postquam tam variis diversisque de eo sententiis latis, impeditior (ut in talibus rebus fieri solet) reditus videatur potius, quam ad liquidum perductus? Ego, ut editoris officio satisfaciam, varias illas virorum doctorum sententias, quae quidem ad meam pervenerunt notitiam, explicabo, ita ut unicuique iudicium sit liberum eligendi eam, quae ipsi maxime videatur probabilis. Primus locum corrigere aggressus est Niebuhrius, cujus emendationem in Ed. principe hanc nobiscum communicat A. Majus: *Nunc rationem videtis esse talem, ut equitum centuriae cum sex suffragiis, et prima classis, addita centuria, quae ad summum usum urbis fabris tignarius est data, LXXXVII centurias habeant* [Lehn. servari vult habeat]: quibus XII centuriae, tot enim

*reliquae sunt equitum, solae si accesserunt etc.* Ubi addit A. M. „Scilicet erunt tunc 10 centuriae, oppositae reliquae multitudini xcvi centuriarum.“

Contra hanc Niebuhrii sententiam primus exortus est *Steinackerus*, qui in sua Editione (Lips. ap. Hartknoch. MDCCCXIII. p. 95. sq.) ita scripsit: „Tria potissimum in „Niebuhrii correctione reprehendenda sunt; licentia emen- „dandi, quae tamen in hoc libro excusationem habet ne- „cessitatis; tum numerorum etiam certissimorum pertur- „batio; denique ipsius sententiae correctione non sublata, „sed aucta obscuritas. De primo capite nihil addo. Cen- „turiarum vero numerus non est is quidem a Niebuhrio „redintegratus, sed, integer cum esset, adjectione ali- „quot centuriarum corruptus. At plurimum obscuritatis „in illis XII equitum centuriis inest, quae [voluit *quas*] „Niebuhrius singulari ratione a VI reliquis disparavit. „Illud autem ferendum non est, quod equitum centuriae „cum VI suffragiis, ut si scriptum esset a M. Tullio VI „equitum centuriae, ita scilicet intelligendae sunt. Sic „enim plane oportet, etsi singula fuisse in singulas cen- „turias suffragia cum aliorum scriptorum, tum ipsius Ci- „ceronis testimonio constat; sicque ipse statuit Niebuh- „rius oppositis ad numerum XVIII supplendum XII equi- „tum centuriis. At enim nisi in prioribus verbis aliquid „mutandum est, etsi ne hoc quidem, reliqua certe mu- „tanda non esse initi numerorum calculi satis demon- „strant; eorum ratio haec est:

I. Class. centur. LXXXIX + VIII = XCVII.

Reliquar. — CIV. — VIII = XCVI.

Summa omnium centuriarum CXCIII.

„His rationibus ductis duae non mediocri momenti res „efficiuntur. Primo numerum cunctarum centuriarum „CXCIII, qui ab omnibus peraeque scriptoribus memoriae „proditus est, consequimur; tum vero fit, ut classis 1. „quod satis superque est, una centuria reliquas classes „vincat, non pluribus, quod putidum videtur. — Haec

„cum plane certa essent, ut viderentur omnem emendandi  
 „libidinem refrenare debere, id tamen expeditum non  
 „erat, quomodo haec cum Dionysii et Titi Livii pugnan-  
 „tibus aliqua ex parte testimoniis concilianda essent. Qua  
 „de re cum multum diuque cogitassem, Godofredus Her-  
 „mannus, litteris peramanter ad me datis optimam mihi  
 „ac certissimam veri inveniendi rationem aperuit, cujus  
 „videsis epistolam.“

In illa igitur epistola G. Hermannus primum monet in eo consentire Dionysium, Ciceronem et Livium (Dion. IV. 16. 18. 20. VII. 59. Liv. I. 43.) ut equitum centurias factas esse duodeviginti dicant; Livium cum Dionysio in prima classe praeter equites numeratas esse centurias octoginta referre: Dionysium autem alia ratione, quam Ciceronem, factum judicare, ut in opulentiorum potestate esset summa civitas: existimasse eum videlicet, cum esset universarum centuriarum numerus CXCIII, primam classem cum equitibus habuisse suffragia XCVIII, eoque tribus suffragiis superavisse reliquam multitudinem, ut quae XCV centuriis contineretur: eandemque etiam Livii fuisse sententiam, inde apparere, quod dicat: *equites vocabantur primi; octoginta inde primae classis centuriae*. Ab his dissentire Ciceronem, qui eosdem, quorum illi XCVIII centurias numerent, etiam fabrum centuria addita, LXXXIX confecisse centurias scripserit. Neque tamen Ciceronem, neque illos falsa prodidisse: loqui enim illos de Serv. Tullii aevo, Ciceronem, quae multo post in usu fuerint, referre, integro quidem quod ad summam rei attinet, sed temporibus accommodato Servii instituto. Jam vero necesse esse, ut aut equitum Cicero nonnisi octo centurias primae classi adjunxerit (LXXX + VIII + I), aut classem illam sine equitibus non ex pluribus quam septuaginta centuriis compositam cogitaverit (LXX + XVIII + I). Illud autem fieri non posse, cum equites omnes, etsi non omnes essent censu maximo, tamen propter generis nobilitatem ad primam classem essent adjiciendi (Dion. IV. 20.). Ubi

vero seorsim nominentur XII equitum centuriae, (Liv. XLIII. 16.) eas intelligi, quae sunt a Ser. Tullio (Liv. I. 43.) praeter illas scriptae, quas idem ab Romulo jam institutas duplicato numero e tribus sex fecit: has autem sex, ex tribus illis antiquissimis factas, ob generis nobilitatem et quod primae fuissent, hoc habuisse praecipuum, ut seorsim a caeteris peculiari nomine *sex suffragiorum* vocarentur (Fest. in *v. sex*: J. Fr. Gronov. Obs. I. 25.). *Equitum centuriae cum sex suffragiis* cum nostro loco controverso scripserit Cicero, *equitum centurias* significare XII illas, quae essent propter census magnitudinem scriptae, *sex suffragia* sex illas genere et natalibus equestres. Relinqui igitur illud, ut, si in equitum centuriis non sit variatum, prima classis Ciceroni, demptis equitibus et fabrum centuria, non fuerit octoginta, sed septuaginta centuriarum. Patere enim ex Liv. I. 43. Livium eam descriptionem, quae sua aetate obtineret, non convenire ad illam centuriarum summam dicere, quae fuerit a Servio constituta, viderique eundem illo loco id significare: expletis xxxv tribubus (quas ad extrema usque tempora mansisse constat), quod est factum a. U. C. DXXIII, mutatam esse, sive statim, sive aliquanto post, etiam centuriarum descriptionem, numerumque earum alium in classibus factas esse, quam fuerit antea. Aucto enim tribuum numero ad xxxv, accommodatas his esse centurias, numero duplicato, ut, qui in quaque tribu censu essent maximo, in duas centurias, alteram seniorum, juniorum alteram conjungerentur. Unde, quod initio non fuisset, ut tribus ad centuriarum descriptionem numerumque pertinerent, id nunc esse institutum, binis centuriis e singulis tribubus ad primam classem conficiendam delectis, ut ea classis jam centurias haberet LXX. Quod vero ad primam tantum classem respexerit Livius, neque adjecerit, quomodo, quae praeter has LXX equitumque XVIII centurias reliquae sunt CV centuriae, in singulas classes distributae sint, non debere id, monet Hermannus, mirum videri,



utpote in re omnibus nota. Fuisse autem tempore Ciceronis primae classis centurias pauciores, quam **xvii**, quem numerum ex Ser. Tullii descriptione superare debebant, colligi posse ex secunda oratione in M. Antonium c. 33. et patere ex Dionys. vii. 59. [In loco Ciceronis Hermanno delendum videtur verbum *renunciatur*]. Quod vero mirum videri possit, primam classem se decem centuriis minui passam esse, id non obstare, quo minus haec vera sit rei ratio. Tot enim, ait, ac tantae fuerunt Romanorum rei publicae vicissitudines, crescente potestate tribunicia et auctoritate plebis, ut minime abhorreat a veri similitudine, quum praesertim singuli ea re non laederentur, aequissimam judicatam esse conditionem illam, ut duae ex singulis tribus centuriae primam classem constituerent.

Ad ea *Niebhrius* respondit in libello, qui inscribitur: *Ueber die Nachricht von den Comitien der Centurien im zweiten Buch Cicero's de Re publica. Bonn 1823. pp. 30. 8.* Primum illud mirum accidere ait, quod *Steinack.* dicat: numerum centuriarum **cxliii** ab omnibus *peraeque scriptoribus* memoriae esse proditum, cum neque *duo*, Livius et Dionysius, qui soli de hac re scripserint, dici possint omnes, et hi ipsi inter se dissentiant, quod Livius **cxliv**, Dionysius **cxliii** centurias fuisse referat, iidemque etiam in aliis rebus, quae huc pertinent, enarrandis differant, Cicero autem ab utroque. Deinde monet, A. Majum non totam suam, quam conscripserit, annotationem ad hunc locum recepisse, sed summam tantum sententiae ut conjecturam vel emendationem proposuisse. Se autem ita scripsisse ad A. Majum, ut diceret: certum quidem sibi esse et exploratum, sex suffragia, primam classem et centuriam fabrorum tignariorum conjunctim fuisse centurias **lxxxvii**, et **xcvi** Centurias esse summam quatuor postremarum classium et sex centuriarum additarum; minime tamen se, quibus verbis id dixerit Cicero, divinare posse: sensum vero eum sibi videri, quem

habeant verba, quae ut emendationem protulit A. Majus non additis ejus sententiae rationibus. Jam primum illud esse certum, differentiam fuisse inter duas equitum classes, idque etiam loco Livii XLIII. 16. haud obscure significari: ubi cum in suffragiis de Claudio latis duodecim tantum equitum centuriarum mentio fiat, locum esse suspicioni, *sex suffragia* primae classi fuisse adscripta. Nunc vero sibi esse persuasum duodecim centurias suffragium tulisse in Classe prima, *sex suffragia* quae dicuntur, *post* eam. Illa autem *sex suffragia* nondum fuisse evocata, cum, quod narrat Livius l. c. principes civitatis vestem mutarent, ut supplices plebem circumirent. Hermanni suspicionem, Scipionis videlicet tempore septuaginta primae classis fuisse centurias, ingeniosam quidem esse, neque eam sibi in mentem venisse. Sed tamen nihil ea profici. Nam si LXXXIX (videlicet LXX centurias, XVIII equitum et unam fabrorum tignariorum) demas a centuriarum omnium numero CXCIII, restare quatuor postremis classibus non, ut apud Livium, XCIV, sed CIV, numerum justo majorem, qui satis probare possit, contextum esse corruptum. Patere item ex nostro Ciceronis loco controverso monet N., de rebus priscis loqui Scipionem, neque vero de iis, quas adhuc in usu esse significare velit: universeque Ciceronem nihil aliud voluisse dicere, quam quod dicunt Dionysius et Livius: Equites videlicet et classem primam suffecisse ad reliquam populi multitudinem suffragiis vincendam. Nunc vero postquam ad locum pro desperato a se habitum, anno praeterlapso redire coactus sit, hanc sibi veram emendationem in mentem venisse:

*Nunc rationem videtis esse talem, ut prima classis, addita centuria, quae ad summum usum urbis fabris tignariis est data, LXXXI centurias habeat: quibus ex CXIV centuriis, tot enim reliquae sunt, | equitum centuriae, cum sex suffragiis, decem et | octo, solae si accesserunt —*

additque in annotatione, vocem *centurias* ter redeuntem altero vel tertio loco videri delendam, et vocem *reliquaque* item videri corruptam. Jam redit ad Hermanni, quam exposuimus, rationem, cum Steinackero contendentis locum, ut est in Ed. prc., esse sanum, eique opponit: primum contortam hujus loci orationem prodere corruptionem; deinde intelligi non posse, quomodo Scipio de suo tempore loquens existimari possit, cum de *Servio Tullio* narret, eum XVIII equitum centurias instituisse, pergatque: *deinde — reliquum populum distribuit in V classes; seniores — divisit, eosque ita disparavit — curavitque, ne plurimam valeant plurimi. Quae descriptio si esset ignota vobis, explicaretur a me. Nunc rationem videtis esse* etc. et post locum controversum: *In quo etiam verbis ipsis fuit diligens, qui cum locupletes assiduos appellasset, eos, — proletarios nominavit.* Sui temporis constitutionem rei publicae a Scipione improbari et corruptam haberi, primitivam contra probari et per temporum et regum consecutionem, ut quidque ortum sit, exponi, idque cum in reliquis rebus factum sit, in Servii Tullii institutis non mutatum videri debere consilium. Denique fieri non posse, ut, si LXX centurias primae classi tribuas, justus centuriarum numerus (CXCIII) exeat, nisi reliquis quatuor classibus *centum* assignes centurias, cum habuerint nonnisi xc. Reliqua minus gravia praetereo.

Hanc Niebuhrii responsionem, rationisque suae et defensionem et expositionem singulari impugnavit *Steinackerus* libello, quem inscripsit: *Replik für Herrn Staatsrath Niebuhr die Ciceronischen Fragmente de rep. anlangend.* Lips. 1824. pp. 16. 8. Exponit primum statum, quem dicunt, controversiae, deinde *omnes* scriptores se eos intellexisse ait, qui de ea re exposuerunt Dionysium, Ciceronem, Livium: Livium autem (l. 43.) cum Dionysio concordare, si pro: *in his accensi, cornicines, tibicinesque, in tres centurias distributi legas: in his accensi cor-*

*nicines, liticinesque; in II centurias distributi. Ceterum in verbis Scipionis: quae si esset ignota vobis, explicaretur a me, inesse rationem, quare aliquis contendere possit haud inepte, seriorem centuriarum constitutionem, cujus in libris de historia Romana nulla exstet expositio, hoc loco proferri. Rationes autem suas Hermannique, numerorumque dispositionem probabilitate non destitui monet repetita et dilatata earum expositione: ad novam autem Niebuhrii emendationem refellendam primum dicit, optime convenire numerum cxciii cum auctarum trium numero xxxv. Sublatis enim xviii equitum centuriis restare clxxv peditum centurias, quibus ad quinque classium numerum divisus exire trium numerum xxxv: deinde in suffragiis ferendis non separanda esse sex suffragia ab equitum centuriis: denique contortam loci orationem a Niebuhrio magis etiam emendatione illa contorqueri, praesertim ad numerum equitum centuriarum xviii notissimum addito illo *solae*. Ceterum Hermanno sententiam suam tutandam relinquit.*

*Niebuhrius* vero lecta illa Steinackeri disputatione denuo se ad respondendum accinxit, neque se victum adversarii rationibus confessus est. Scripsit igitur novum libellum, cujus haec est inscriptio: *Duplik gegen Herrn Steinacker. Bonn. 1824. pp. 27. 8.* Primum monet, rationes, quibus ductus primam classem duplicatum habuisse trium numerum negaverit, ab adversario neque esse expensas singulas, neque infractas: tum se a Steinackero non didicisse dolet, quinam, praeter Dionysium et Livium, sint *omnes* testes sive auctores, ex quibus centuriarum numerum repetere possimus, et tacite a Steinackero Livium fuisse emendatum, ut cum Dionysio concordet, se ignorasse fatetur: cui tamen emendationi parum tribuit, laudatque Perizonii emendationem, qui deleto *in* legebat: *His accensi cornicines, liticinesque*: eam certe probabiliorem fuisse monet, antequam hi libri essent reperti: neque *cornicines* simul *accensos* et esse et appellari posse.

Quod autem tertium addiderit St. testem Ciceronem ipsum, id minime esse consentaneum: cum enim St. apud Livium *accensos* nolit esse centuriam, fieri, si item apud Ciceronem corrigatur lectio, (jungendo *accensi velati*, ut scribere se voluisse dicit St.) quod certe nolit adversarius: videlicet illud, ut Cicero non concordet neque cum Dionysio neque cum Livio, sed ut exeant Centuriae cxxii: licere autem nullo modo ait, summam efficere et cogere eandem, nisi sustuleris partium in numeris differentiam. Illam vero commodam numerorum rationem, qua xviii a cxciii subtractis fiant clxxv, qui numerus, quinque classium numero divisus, exhibeat tribuum numerum xxxv, nihil plane probare. Illud vero esse gravissimum ad rem expediendam momentum, quod Cicero primae classi verbis minime ambiguis opponat nec plus nec minus quam xcvi centurias, ut numerum ejusdem generis alii numero generis diversi. Quod autem St. offendatur in Niebuhrii emendatione verbo *solae*, id fieri non debuisse, cum *solae* significet, illas equitum xviii centurias, numerum si spectes, totius populi fuisse partem. Tum novis argumentis additis firmat emendationem suam quod ad rationem grammaticam, quae, si magis ad unguem sit expolienda, fortasse adjuvari possit ejectis numeris *decem et octo*. Reliqua, quae Niebuhrius contra alia a Steinackero disputata profert, cum nostri loci ratione non sunt conjuncta: quare ea praetereunda censeo.

Ad haec quidem adhuc non responderunt Hermannus et Steinackerus: sed exorti sunt duo censores, qui de hac controversia disputarent, Lipsiensis et Jenensis; et praeter hos duo viri peculiaribus libellis eundem lapidem volvere aggressi sunt: quorum quidem sententias age paucis referemus, ut officio nostro satisfacisse videamur.

Et primum quidem *ensor Lipsiensis* (1824. 8.) contra Niebuhrium (*Ueber die Nachricht* etc.) monet, neque vocem *centuriae* ter redeuntem secundo vel tertio loco esse delendam, neque vocem *reliquaque* esse corruptam,

si ea, quae proxime eam antecedant, parenthesi includas. Niebuhrii autem emendatione nihil ait profici, qua Cicero neque cum Livio, neque cum Dionysio, quod ad numerum et ordinem reliquarum centuriarum in concordiam redeat. Deinde laudatur Steinackeri responsio, sed cum ad summam rei nihil novi adferatur, neque de secundo Niebuhrii libello (qui tum nondum prodierat) sermo instituat, eum missum faciamus.

*Censor* autem *Jenensis* (1824. Suppl. 38—41.), qui nominis loco subscripsit litteras C. R. TH., sub quibus Carolum Reisigium latere suspicari possis, latius evagatus est. Hic postquam et originem et ordinem controversiae exposuit, lectis tribus, quos excerptimus, libellis Germanicis, pronunciat, se quidem neque priorem neque posteriorem Niebuhrii sententiam et rationem probare, ne-tiquam tamen dubitare, quin Hermanni ratio a Niebuhrio plane sit refutata \*): accedere vero rationibus a N. contra H. prolatis eam, quod *nunc* si ad logicum totius sermonis nexum spectes, plane non accipi possit de tempore praesente: esse eam particulam potius i. q. *vñv ðè*, eo sensu, ut dicat: jam cum vobis non sit ignota, paucis defungar. Sed contra Niebuhrii rationem vel emendationem ipsam haec profert C. R. 1) Non probavisse Niebuhrium, correctiones hujus loci a 2. manu factas non ex codice, sed plerasque omnes ex ingenio correctoris esse profectas: 2) Primae manus lectiones, *certamine* pro *centuriae* et *tantummodo* ante VIII, non plane fuisse negligendas. [Videlicet A. Majus in nota critica scripsit a 1. manu esse *tantummodo* VIII. Ego vero, antequam legeram Niebuhrii libellum primum, in quo *tantummodo* non codici tribuitur, sed ut A. Maji verbum in referenda codicis a 1. manu scriptura omittitur, ego, in-

\*) Kobbius quoque in introductione ad versionem horum librorum vernaculam existimat, de Servii, neque vero de Scipionis temporibus hunc locum esse intelligendum. Quod jam, opinor, ipse Hermannus confitebitur.

quam, statim idem suspicatus eram, neque nunc ab ea suspicione recedo. *Mr.*] 3) Se non offendi repetita voce *centuriae*; sed si probaretur Niebuhrii ratio, non stare posse *solae*, sed scribendum fuisse a Cicerone: *quibus si modo equitum centuriae xviii accesserunt*: 4) A Niebuhrio numerum cxcv centuriarum, qui ejus rationibus subductis prodeat, nullo prorsus vel teste vel argumento probatum esse, neque ita Ciceronem cum duobus aliis testibus, vel cum alterutro, in concordiam redire: 5) Non esse veri simile, ex instituto Servii Tullii pedites classis primae ante equitum centurias in suffragium fuisse missas: 6) *Proletarios* minime, ut N. velit, separatim ac seorsim unam effecisse centuriam, et minus etiam, quod in altero libello velle videatur, *capite censos*. Jam ipse, minime rejecta a manus scriptione, et respiciens quoque primae manus scriptionem, ita locum constituit:

*Nunc rationem videtis esse talem, ut equitum cum centuriis Tarquini\*) et sex suffragiis (vel suffragiis sex) prima classis, addita centuria, quae ad summum usum urbis fabris tignariis est data, tantummodo lxxxviii centurias habeat: quibus ex centum quatuor centuriis, tot enim relictae sunt, octo solae si accesserunt, confecta est vis populi universa.*

Jam primum probatum it censor, xviii equitum centurias Servii Tullii nonnisi novem in comitiis centuriatis tulisse suffragia; tum primae classis centuriam fabrorum in numero octoginta centuriarum comprehendi; deinde secundam classem non habuisse viginti centurias, (ut est apud Dionysium et Livium) sed triginta; denique numerum cxciii centuriarum maxime esse probabilem. Harum vero sententiarum et immutatae lectionis argumenta viginti amplius paginis ita coarctavit, (ipse enim censuram suam epitomen longioris plerisque commentationis Latinae

\*) Tres illas videlicet Tarquini Prisci intelligit (Liv. I. 36.), *Rammes, Titienses et Luceres*.

esse dicit:) ut epitomes epitome fieri non possit, nisi obscurare potius rem velis, quam illustrare. Ad verbum autem transferri non potest illa disputatio, ne in libri molem excrescat hic ad unam operis totius paginam excursus. Speramus autem Latinam istam ampliorem commentationem aliquando publici juris factum iri: quod ut mox fiat, valde optamus. Erit enim etiamsi fortasse insint, quae, audacius posita, veri magis similia, quam vera, reperiantur, bonae frugis plenissima. Certe ita versatus est C. R. in ista censura, ut nihil negligeret, quod ad firmandam suam sententiam conferre posse videretur, utque, ut in re tam obscura et dubia, ad veritatem proxime accessisse dici possit. Insunt praeterea haud pauca alia, quae, quamquam cum nostro loco minus arcte juncta, tamen ad antiquissimam historiam Romanam haud parvi sunt momenti.

Transimus igitur ad duos, quos diximus, viros, qui peculiaribus libellis de hoc loco locuti sunt, *Burchardum* dico et *Franckium*; quorum ille commentationem suam inscripsit: *Bemerkungen über den Census der Römer mit besonderer Rücksicht auf Cicero de Republ. II. c. 22. Kiel. 1824. pp. 72. 8*: hic Latino sermone usus in fronte libri posuit hunc indicem: *De tribuum, curiarum atque centuriarum ratione disputatio critica. Slesvici. MCCCXIV. pp. VII et 120. 8.*

Ex his autem libris ea tantum, quae nostrum locum tangunt, ita excerptam, ut summam sententiae hic habeant lectores, quos, si omnia argumentorum momenta accuratius nosse velint, ipsos libellos adire oportebit.

*Burchardus*, omissio Livii cum Dionysio conciliandi periculo, ab initio statim rem diverso modo ab utroque fuisse narratam statuit, tum probatum it, *primum* certa ea esse et vera, in quibus uterque conveniat; *XVIII* fuisse equitum centurias, primam classem, praeter fabros, habuisse *LXXX*, secundam, tertiam et quartam *XX*, quintam *XXX* centurias, sextam classem non nisi unam: *deinde* Livium



verius, quam Dionysium, docere, minorem equitum partem (sex centurias equitum patriciorum) primae classis esse annumerandam \*), eidem etiam tres fabrorum centurias, neque vero proprias fuisse Accensorum, Cornicinum et Tubicinum centurias: *denique* verum esse quem Dionysius exhibet, centuriarum omnium numerum CXCIII, ita ut ad CXCI Servii centurias (si nullas esse dicas Accensorum, Cornicinum et Tubicinum centurias, quas si apud Livium numerares, CXCIV fierent:) una accesserit extraordinaria (*Ni quis scivit*), \*\*) et alia praeterea posthac, una videlicet fabrorum tignariorum *ad summum*, ut ait Scipio, *usum urbis datam*, i. e. urbanorum. Ad nostrum locum progressus 2. manus lectionem, quam in contextis habemus, adscribit, pro *habeat* conjiciens *habeant*, tum apponit lectionem 1. manus omisso A. Maji *tantummodo*, quod C. R. Ciceroni vindicare vult: deinde Hermanni rationem, ad Scipionis tempora ejus dicta referentis, a Niebuhrio esse refutatam contendit: Niebuhrii autem ipsius neque priorem neque posteriorem lectionem, utpote nimis a Codicis descriptione recedentem, (quamquam ingeniosam eam et circumspecte excogitatam esse non negat) veram existimat. Sanum quidem esse locum nequaquam credit, sed emendandi necessitati satisfactum esse, si scribatur *habeant*: et locum ita circumscribit: *Nunc rationem videtis esse talem, ut eae equitum centuriae, ad quas sex suffragia pertinent, videlicet Ramnenses, Titienses et Luceres primi cum Ramnensibus, Tit. et Luc. secundis, et prima classis, ex quo ad summum usum urbis una fabro-*

\*) Eos videlicet, qui a Servio dicti fuerint primi secundique Ramnes, Titienses et Luceres (v. Festum voc. *Sex Vestae Sacerdotes*), iidemque *sex suffragia* dicti, quamquam minus accurate. *Sex enim suffragia* apud Festum s. v. nihil aliud significare possunt nisi tres Ramnensium, Tit. et Lucerum secundorum centurias, ideo fortasse *sex suffragia* dictas, quia seorsim a XII novis equitum centuriis, cum tribus istis antiquis centuriis, Ramnensibus videlicet, Tit. et Luc. primis, suffragium ferebant, quia, ut hi, erant equites patricii. B.

\*\*) Vid. Festum v. *Ni quis scivit*.

ram tignariorum centuria est, addita, conjunctim **LXXXIX** centurias habeant: quodsi his ex **CIV** reliquis centuriis (tot enim reliquae sunt) octo solummodo accesserunt, confecta est vis populi universa, habent enim **XCVII** centuriarum suffragia; reliquaque multo major (si capita numeres) multitudo sex et nonaginta centuriarum, neque exclusa est suffragiis, ne superbum sit, nec valet nimis, ne sit periculosum.

Tum exhibet hanc ad Livii, Ciceronis et Festi sententiam compositam centuriarum tabulam:

I. Prima Classis continet:

A. **LXXX** centurias ditissimorum civium

B. II centurias fabrorum militarium

C. I centuriam fabrorum urbanorum

D. VI centurias equitum patriciorum, videlicet a) Equitum centurias *xar' éξο-  
xxv* v. Ram. Tit. et Luc. primos:

b) sex suffragia v. R. T. et L. secundos;

II. Secunda Classis, **xx** centurias;

III. Tertia Classis, **xx** centurias;

IV. Quarta Classis, **xx** centurias;

V. Quinta Classis, **xxx** centurias;

VI. Sexta Classis, I centuriam;

VII. Centuria *Ni quis scivit*;

VIII. Equitum plebejorum **xii** centuriae, qui, praeter centuriam praerogativam, ante reliquas centurias suffragium ferebant.

LXXXIX Cent.

CXCII  
Centuriae.

CIV Cent.

Addit denique, quod Dion. Halic. iv. 16 sqq. Cornicinum et Tubicinum centurias fuisse dicat, id errore hujus scriptoris ex seriore tempore et instituto in prius reiectum videri. Quod vero idem centuriam Accensorum velatorum, qui item seriore demum tempore in centuriam redacti sunt, non item in prisco Servii instituto retulerit, id ideo factum esse existimat B., quia hi in censu seriore sextam classem constituerint: quam si illorum

etiam nomine ut separatae centuriae recensisset, sextam classem bis retulisset. Quae sequuntur inde a p. 40, cum de censu post Servium mutato loquatur B., ad nostrum locum non spectant, ideoque praetermittenda visa sunt.

*Franckias* denique in totam Tribuum, Curiarum atque Centuriarum rationem latius et accurate evagatus, non potuit praeterire locum nostrum, sed ipse potius locus toti scriptioni ansam dedit. Totam ejus disputationem persequi et longum est, neque in hujus excursus angustias cadit: quae vero proxime ad nostrum locum pertinent, haec fere sunt: „Si Livio fidem habes, cxciv fuit universarum centuriarum numerus, sin Dionysio credis, cxciii. Atqui credi non potest, Servium, regem sapientissimum, ita centurias instituisse; ut facile paria in utramque partem suffragia possent ferri. Sed nostra in primis aetate animadverterunt viri docti, Livium, qui nonnisi de censu atque armatura ageret, centuriae cujusdam mentionem omisisse, quae suo censu non usa esset, sed ex omnibus quodammodo fuisset collecta. Namque e Festo s. v. *ni quis scivit* discimus, instituisse Servium, ut quicumque, ad quamcunque demum centuriam pertinerent, sero venissent, unam universi centuriam efficerent, quae omnium extrema suffragia ferret. Sed in ea centuria, pergit Festus, *neque censetur quicquam* (leg. *quisquam*), *neque centurio* (sic leg. pro *centuria*) *praefficitur, neque centurialis potest esse, quia nemo certus est ejus centuriae* \*). Qua ex re efficitur, non cxciv, sed cxov centurias, numero impari, ex Livii sententia a Servio esse descriptas. Cui Ciceronem assensum esse, Niebuhrium secutus, persuasum habeo, etsi anceps admodum et incerta est de Ciceronis loco disputatio. Egregiam enim judico viri illius summi emendationem et facillimam, modo ne, quod invito illi excidisse calamo arbitror, fingamus, eum, qui in codice

\*) Laudat Fr. Festum ex Ed. Aldina vel, quae eam sequitur, Basileensi: quare non vidit ea, quae emendat, loca jam dudum esse emendata in Ed. Scaligeri: ap. Santandr. 1593. p. cxxiii. Mr.

emendando versatus sit, librarium virumve doctum in uno eodemque loco corrigendo et alio librorum de re publica exemplari et conjectura ita esse usum, ut verba *equitum centuriae cum sex suffragiis* ex libro scripto insereret, numeros ex arbitrio mutaret. Neque enim, quamvis ineptum fingas librarium, tam insulsum fuisse est veri simile, ut, cum emendatam scripturam oculis cerneret, ipseque esse emendatam non ignoraret, (alioquin enim verba ista inde non desumsisset) numeros inde nollet transscribere, sed suo mallet uti ingenio; et longe facilius rei illustrandae subest ratio. Ita enim in illo codice, ex quo suum librarius emendavit, scriptum fuisse arbitror:

X *Nunc rationem videtis esse talem, ut prima classis, addita centuria, quae ad summum usum urbis fabris tignarius est data, LXXXI centurias habeat: quibus ex CIV centuriis, tot enim reliquae sunt, equitum centuriae cum sex suffragiis [decem] et octo solae si accesserunt, etc.*

Facillime enim, qui ita scriptum legebat numerum denarium margini adscriptum, qui numero CIV erat inserendus, ad superiorem numerum LXXXI poterat referre, atque eum inde, qui nunc legitur, numerum LXXXIX efficere. Verba autem ista, quae a prima manu leguntur, *equitum certamine et suffragiis*, satis habuit mutasse, locoque pristino illis relictis, quoniam sensum ea re putabat non mutari, alterum illum denarium numerum a Niebuhrio nunc insertum, quod eo, quo legebatur, loco, omni sensu carebat, omisit. Quae cum ita sint, ita locum recte habere, ut a Niebuhrio legitur, censeo, nisi quod pro *accesserant* Ciceronem scripsisse *accesserint* arbitror. Diversus quippe sensus inest: vulgatam enim lectionem si praetuleris, sensus erit: *Quibus si ex reliquis centuriis solae equitum centuriae assensae erunt*, ita ut has a primae classis centuriis prorsus dispares, et inferioribus classibus addas; at *accesserint* si legas, hoc voluit Cicero: *Quibus si ex re-*

*Aliquis centuriis equitum centurias addideris, quas quidem, quamvis ad classes proprie non pertineant, primae tamen Classi suffragationem suam non esse recusaturas certum est. — Pertinere hunc Ciceronis locum ad Servii tempora satis, ni fallor, Niebuhrius docuit. Sed nihilo minus multa insunt, quae non sinunt tantum, sed cogunt etiam cogitare de aetate Scipionum, adeo ut equidem mirari non possim, criticorum summum, G. Hermannum, omnia ad ea tempora retulisse, cum ego quoque initio eandem sententiam secutus sim; sed postea ideo ambiguo illo, uti videtur, dicendi genere Ciceronem usum esse mihi persuasi, quod suo quoque tempore centuriarum numerus a Servio constitutus aut nihil aut leviter esset immutatus.*“ Contra Burchardum (non addito ejus nomine) disputat in annotatione p. 52. „Plures, ait, fuisse quam duas fabri centurias, et veterum testimoniis adversatur, neque *fabri tignarii*, quos ille Ciceronem secutus addidit, diversi sunt ab istis, quos bellicis usibus Liv. et Dion. assignant, sed eos in primis continent, qui in turribus aliisque machinis bellicis fabricandis versabantur, ut alia taceam, priori aetati magis etiam accommodata. Neque enim alios, quam fabros militares, primae classi esse adscriptos credere licet, quoniam universa illa classium distributio rem militarem spectabat.” Ad verba circa finem capitis nostri: *Illarum autem sex et nonaginta centuriarum in una centuria* etc. scribit p. 54. „Erroris Ciceronem arguit Niebuhrius, quod credi non possit, primae classis centurias a secundae centuriis, singulas a singulis, multum esse civium numero superatas. At non hoc voluit Cicero. Tum enim dicendum fuisset: *in singulis centuriis tam quidem* etc. Fuisse autem centurias, vel certe centuriam, in qua plures, quam in universa classe prima, censerentur, omnes consentiunt, neque ipsum illum virum praestantissimum negaturum arbitror.” Denique contra Hermanni sententiam, dicentis, primam classem praeter XVIII equitum centurias septuaginta tantum centu-

rias continuisse per universas tribus distributas, haec monuit: „Et sane quidem, si ad sola Scipionis tempora locus ille pertineret, nec reliqua veterum testimonia alia exhiberent, sola ea esset ratio, qua in loco illo explicando codicis MS. lectionem possemus servare, quamvis vel ita, inserto inter verba *ut et centariae* numero II, sensus quidam elici posset. Sed primum, quod Niebuhrius jam monuit, *nonaginta sex* illae centariae ita nominantur, ut opponi reliquis atque ab iis separari quasi totum quoddam videantur, eadem prorsus ratione, qua apud alios scriptores reliquae classes a prima separantur. Deinde sententiarum series, qua regum res gestas atque instituta Cicero exponit, de Servio cogitandum esse suadet. Contra praesentis temporis usus, imprimisque illud, quod nemini esse eam, quam describit, centuriarum rationem ignotam dicit, de sua Scipionisque aetate eum cogitasse arguunt. Quare supra jam monui, videri eum ita de Servii instituto loqui, ut sui temporis mentionem inserat. Sed certiora ni fallor aliunde quaerenda sunt. — Primum igitur primae classis centurias per universas tribus fuisse distributas arbitratur. Sed supra nobis demonstrasse videmur, singulas tribus nonnisi unius classis centurias continuisse. Deinde decem illas centurias primae classi ademptas extremis classibus addidit. At, quod Niebuhrius quoque monuit, prima classis neutiquam infringi ita auctoritatem suam passura fuisse videtur. Denique Livii locos de tribubus juniorum atque seniorum nihil hanc et similes sententias juvare supra intelleximus. Quae jam nolumus repetere, sed cum haud difficilis sit Ciceroniani loci paullulum mutati explicatio, ea vero, quae attuli, repugnare alteri illi expositioni videantur, nec opus esse nec licere arbitror, rem novam et nullis certis veterum testimoniis nixam, sed satis apertis indicibus adversam, inducere ac defendere.“ „Ceterum non satis certam esse loci Ciceroniani explicationem fateor.“

Habetis, lectores, varias variorum, qui de hoc loco

disputaverunt sententias, quantum fieri potuit, perspicue adumbratas. Quod si vero quaeras, quamnam ego potissimum harum sententiarum amplectar, vel ut ipse novam quandam eamque septimam loci nostri vel explicandi vel emendandi rationem proponam postules: equidem respondeo: *alterum fieri profecto potest*. (ut ait Cic. de N. D. I. 2. 5.) *ut earum* (sententiarum) *nulla, alterum certe non potest, ut plus unâ vera sit, et* (quod est ibidem I. 21. 60.) *his fere in rebus, quid non sit, citius, quam, quid sit, dixeris*. Ut verum fatear, nulla harum rationum ejusmodi esse mihi videtur, ut nulli dubitationi locus relinquatur, nullam emendationem ita certam existimo, ut Ciceronis manus restituta esse videatur. Ego vero cum viderim, quam facili negotio posterior semper prioris interpretis sententiam infregerit, vel certe se infregisse censuerit, noli equidem novam, quam jam excogitaveram, in medium proferre rationem, non meliorem illam tribus, quas ultimo loco exposui, rationibus: satis persuasus existurum mox, qui probet, neque meam neque sex priorum veram esse sententiam, sed suam, eamque octavam. Qua de re cum adissem virum in his rebus probe versatum, ille me, cum ejus sententiam exquirerem, quod ego ipse constitueram, ampliandum esse monuit, donec vel reliquae horum librorum partes vel Livii libri inter primam et tertiam decadem deperditi, vel alia rei expediendae adjuncta reperiantur: ceterum *ita discessimus, ut illi Censoris Jenensis disputatio verior, mihi Franckii ad veritatis similitudinem videretur esse propensior*. Mr.

---

Ne quid disputationi nostrae de loco illo vexatissimo De Rep. II. 22. deesse videatur, addimus sententiam nuper a viro quodam docto, qui scriptionem suam littera  $\Theta$  insignivit, prolatam in Seebodii libro, qui inscribitur: *Archiv für Philologie und Pädagogik* I. 4. p. 789 — 791.

Is descripto loco, ut ab A. Majo editus est, primum ait *nunc* — *habeat grammaticae regulis adversari*; quare vel

corrigendum esse *habeant*, cum, ut nunc scriptus sit locus, subjectum sint *equitum centuriae*; vel verba *equitam* — *suffragiis* fuisse a scriptore profecta ut sententia causalis interjecta, ita quidem, ut loco voculae *et* ante *prima* exciderit Participium. Priorem rationem si sequaris, Grammaticae quidem satisfieri, sed periodum tamen esse languidam, minimeque ad reliquae orationis elegantiam expolitam. Alteram si praeferas, ita satis commode scribi:

*Nunc rationem videtis esse talem, ut, equitum centuriae quum sex suffragiis auctae sint, prima classis addita centuria, quae ad summum usum urbis fabris tignarius est data, LXXXVIII centurias habeat etc.*

Jam locum ita Germanice vertit:

*Ihr seht, dass das jetzige Verhältniss der Art ist, dass die erste Klasse, nach der Vermehrung der Rittercenturien zu den (ursprünglichen) sechs, und nach der zum wahren Vortheil der Stadt hinzugefügten Centurie der Zimmerleute, 89 Centurien hat; in welchen, falls aus den übrigen 104 Centurien, denn so viele sind es, nur 8 beistimmen, die entscheidende Gewalt des Volkes vereinigt ist.*

Quibus positus se non intelligere ait, quomodo Niebuhrius dubitare potuerit, quin Cicero de mutata primitiva centuriarum distributione in civium classes loquatur. Nunc enim non significare i. q. *igitur*, sed tempus; illud si voluisset Cicero, scripturum eum fuisse *videtis nunc*.

Non igitur (ita pergit) mutatus fuit Centuriarum numerus (CXCIII); et cum Cicero dicat, reliquas V classes esse CIV centurias, priores non possunt esse plures quam LXXXIX. Antea ratio erat talis, ut prima classis haberet XCVIII, reliquae quinque classes nonnisi XCV centurias: unde illud consequabatur iniquissimum, ut prima classis sola reliquas omnes suffragiis vincere posset. Quare addit, nunc quidem primam classem vincere non posse, nisi ex reliquis octo centuriis accesserint.

Quare, quae Hermannus de centuriarum numero dixit,



recte se habent: primam videlicet classem LXX habuisse centurias; quibus si addantur XVIII equitum centuriae, jam a Servio in hunc numerum auctae, et nova fabrorum centuria, summam effici LXXXIX. Quam sententiam juvat etiam Livii locus I. 43. numerum tribuum (XXV) duplicatum centuriarum numerum aequare dicentis.

Sed in Codice fuit a prima manu scriptum VIII pro LXXXVIII. Ille numerus si verus est, falso dicitur, primam classem habuisse nonnisi 9 centurias. Neque tamen deest facilis medela. Quodsi illud potissimum significare voluit Cicero, primam classem octo centuriis minorem fuisse reliquis omnibus conjunctis: nonne in verbis *centurias habeat* aliquid vitii inesse potest? Quid si legatur: *ceteris minus habeat* —? Quae certe mutatio et minime est violenta et haud parum habet probabilitatis. Primum enim offendit ter repetitum *centuriae*, quod jam Niebuhrio displicebat: deinde vero vocabulum *minus*, plerumque compendio scriptum facile obliterari potuit: denique magna est vocum *ceteris* et *centurias* similitudo. Fieri igitur potest, ut ita locus restituendus sit:

*Nunc rationem videtis esse talem, ut — prima classis — VIII ceteris minus habeat; quibus etc.*

Habetis novam sententiam, lectores: cui calculum suum addat quicumque velit: ego in ea, quam posui de prioribus omnibus, sententia acquiesco.

---

## EXCURSUS

ad Cic. de Rep. VI. 25. 26. ex Mureti Varr. Lectt.  
Lib. VIII. Cap. III.

*Collatio loci cujusdam e Phaetro Platonis cum ejusdem loci interpretatione Ciceroniana.*

Nobilem illum Platonis e Phaetro locum, ubi animorum immortalitas necessaria ratione probari creditur; Cicero, ut notum est, in libris De Rep. et in primo Tus-

culanarum disputationum interpretatus est. Mihi autem hoc loco decretum est, cum Platonis verbis, Ciceronis interpretationem, quam diligentissime potero, contendere; puto enim, cum apud utrumque nonnulla haud satis emendate legantur, ex hac collatione aliquid emersurum. Plato: *Πᾶσα ψυχὴ ἀθάνατος· τὸ γὰρ ἀεικίνητον, ἀθάνατον.* Cicero, omissa propositione: *Nam quod semper movetur, aeternum est.* In quo illud observatione dignum puto, quod ἀθάνατον vertit aeternum. Quamvis enim Plato animos non immortales modo faciebat, verum etiam aeternos; neque quicquam apud philosophos immortale sit, quod non sit etiam aeternum: tamen haec vocabula vulgo distinguuntur, cum Cicero plane pro eodem accipiat. Plato: τὸ δ' ἄλλο κινουῦν, καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς. Cicero: *Quod autem motum affert alicui, quodque ipsum agitur aliunde, quando finem habet motus, vivendi quoque finem habeat necesse est.* Praeclare omnino reddita haec pars videtur. Cum autem illa ejusdem verbi repetitio, quae in Graeca oratione nihil habet insuavitatis, in Latino sermone parum elegans, neque satis dilucida fore videretur, varietate vitavit hoc incommodi: *motum afferre*, dicens pro movere: et *agitari*, pro moveri. Sed et illud ἔχον, in quo colligendi vis inest, ita expressum est, ut nihil melius optari queat. Plato: *μόνον δὴ τὸ αὐτὸ κινουῦν, ὅτε οὐκ ἀπολείπον ἑαυτὸ, οὐποτε λήγει κινούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσα κινεῖται, τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως.* Cicero: *Solum igitur, quod sese movet, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem desinit. Quin etiam ceteris, quae moventur, hic fons, hoc principium est movendi.* In quibus illa praecipue annotanda duco: ὅτε, commode verti, quia: et κινήσεως, movendi. Plato: ἀρχὴ δὲ ἀγένητον. Cicero: *Principii autem nulla est origo.* Eleganter: neque enim poterat una voce dicere ἀγένητον: cum ingenuitas sit ἔμφυτον. Plato: *ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γινόμενον γίγνεσθαι, αὐτὴν δὲ μηδ' ἐξ ἐνός.* Cicero:

*Nam ex principio oriuntur omnia; ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. Ανάγκη γίνεσθαι, dixit simpliciter, oriuntur: et illud, τὸ γινόμενον, omisit. Plato: εἰ γὰρ ἐκ τοῦ ἀρχῆ γίνονται, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίνονται. Cicero: Nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. Videtur ergo apud Platonem legisse: εἰ γὰρ ἐκ τοῦ ἀρχῆ γίνονται, οὐκ ἂν ἀρχῆ γένοιτο. Quod mihi, ne quid dissimulem, verius videtur. Aristoteles quoque principiorum tres proprietates esse voluit: ut ne gignerentur ex aliis: ut ne ex se invicem: et ut ex ipsis cetera gignerentur. Plato: ἐπειδὴ δὲ ἀγένητόν ἐστι, καὶ ἀδιώφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι. ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολομένης, οὔτε αὐτὴ ποτε ἐκ τοῦ, οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης γενήσεται, εἶπερ ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὰ πάντα γίνεσθαι. Cicero: Quodsi nunquam oritur, ne occidit quidem unquam. Nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur: nec ex se aliud creabit: (in quibusdam libris legitur, recreabit.) si quidem necesse est, a principio oriri omnia. Plato: Οὕτω δὴ κινήσεως μὲν ἀρχῆ, τὸ αὐτὸ κινουῦν. Cicero aliquanto liberius: Ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum a se movetur. Plato: τοῦτο δὲ οὐτ' ἀπόλλυσθαι οὔτε γίνεσθαι δυνατόν. Cicero: Id autem nec nasci potest, nec dari. Legit igitur apud Platonem, οὔτε γίνεσθαι, οὐτ' ἀπόλλυσθαι. Et sane, is ordo melior, et magis naturæ consentaneus videtur. Plato: ἢ πάντα τε οὐρανὸν πᾶσάν τε γῆν (Bekk. γένσειν ex Codd.) συμπεσοῦσαν στήναι, καὶ μήποτε αὐτίς ἔχειν στήναι (Bekk. delet στήναι repetitam) ὅθεν κινήθεντα γενήσεται. Cicero: Vel concidat omne caelum, omnisque natura, et consistat necesse est: nec vim ullam nanciscatur, qua, ut a primo, impulsam moveatur. Qua in parte id primum animadvertendum est, voculam et quae in vulgatis Ciceronis libris non est, in veteribus legi: et necessariam videri. Deinde cum Plato dicat, πᾶσάν τε γῆν: non est, ut opinor, dubitandum, quin apud Ciceronem legendum sit, non, *omnisque natura*, sed *omnisque terra*. In verbis autem Platonis delendum videtur illud secundum στήναι,*

quod neque Cicero agnoscit, et sententia repudiat. Postremo cum in quibusdam Ciceronis libris ultima pars ita legatur, *Qua primo impulsu moveatur, testificor, veterem scripturam a me repraesentatam esse: neque dubitare me, quin ea vera sit.* *Αὐθις* autem reddidit Cicero, *ut a primo.* Plato: *ἀθανάτου δὲ πεφασμένου τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ κινουμένου, ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτο αὐτό* (Bekk. τοῦτον αὐτόν ex codd.) *τις λέγων, οὐκ αἰσχυνέται.* Cicero: *Cum pateat igitur, aeternum id esse, quod a se ipso moveatur* (in aliis libris, *quod se ipsum moveat*) *quis est, qui hanc naturam animis esse tributam neget?* Cujus periodii posteriorem partem si Cicero ita legit, ut hodie legitur (neque aliter legisse puto,) nae ille mirificus in ea convertenda fuit. Hoc enim dicit Plato: si quis ita definiat animum, ut dicat, animum esse id, quod se ipsum movet, eam definitionem numquam auctori suo incussuram pudorem. Nam *οὐσίαν* et *λόγον*, et paulo post *φύσιν* vocat id, quod Aristoteles *τὸ τί ἦν εἶναι*. Ea vero sententia quomodo e Ciceronis verbis efficiatur, deus aliquis viderit. Plato: *πάν γὰρ σῶμα, ᾧ μὲν ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι, ἄψυχον, ᾧ δὲ ἔνδοθεν αὐτὸ* (B. αὐτῶ ex codd.) *ἔξ αὐτοῦ, ἔμψυχον, ὡς ταύτης οὐσης φύσεως ψυχῆς.* ubi non dubito, quin legendum sit *αὐτῶ ἔξ αὐτοῦ*. Cicero: *Inanimatum est enim omne, quod pulsu agitur externo: quod autem animal est,* (in quibusdam libris, *quod autem est animatum*) *id motu ciatur interiore et suo. nam haec est propria natura animae* (in quibusdam libris *animi*) *atque vis.* Invertisse videtur Cicero ordinem *τῶν προτάσεων*, id est, fecisse *ἔξ ὑποκειμένου κατηγορούμενον, καὶ ἀνάπαλιν.* Plato: *εἰ δὲ ἐστὶ* (B. δ' ἐστὶ) *τοῦτο οὕτως ἔχον, μὴ ἄλλο τι εἶναι το αὐτὸ αὐτὸ κινοῦν, ἢ ψυχὴν, ἔξ ἀνάγκης ἀγένητόν τε καὶ ἀθάνατον ψυχὴ ἂν εἴη.* Cicero: *Quae si est una ex omnibus, quae sese moveat; neque nata certe est, et aeterna est.*

## Varietas lectionis ad Ciceronis Somnium Scipionis

e Codice MS. bibliothecae *Rehdigeranae* ad aedem *Stae Elisabethae Vratislaviae*.

De hoc codice vide Heindorfium in praef. ad Cic. de N. D. p. VII. \*) — Textui ipsius *Somnii* praemittuntur in hoc codice haec, quae, ut in ipso codice leguntur, hic exhibemus :

[*Cum in Affricam venissem*] Platonem, Stoicae quidem sectae principem, sex libros constituisse, qui de republica inscribuntur, scripsit Macrobius. (Cf. Macrobi Comm. in Somn. Scip. lib. I. cap. 1.) Constat etiam, Ciceronem totidem de republica volumina confecisse. Perspicuum autem est, in hoc inter se utrumque interesse. Ille enim, quemadmodum respublica gubernanda sit, praecepta tradidit. Hic vero qualiter a majoribus esset instituta, disseruit. Inter se nimirum haec est servata imitationis similitudo. In suorum namque operum extremo de animae immortalitate, de caelestibus circulis, orbibus et globis uterque disputavit, sed Plato quendam natione,

\*) „Codex chartaceus praeter libros *de Nat. Deorr.* continet scripta de *Divinatione*, de *Fato*, *Timaei Platonici* a Cicerone conversi *Fragmentum*, *Somnium Scipionis* et *Tusculanas Disputationes*, ab eadem manu nitidissime et cum paucissimis scripturae compendiis expressa.“ — Praestantissimum appellat Heindorfius Codicem; aetatem non definit. — Descripsi hanc collationem ex Seebodii libro, qui inscribitur: *Archiv für Philologie und Pädagogik*. 1. Jahrg. Viert. Heft. Helmst. 1824. p. 693—697: in-commentario ipso, quippe qui dudum operis typographicis traditus esset, ea uti non licuit.

Pamphilum, cui nomen Er fuerat, hac ut de re loqueretur, introduxit. Is enim, ut disertissimi Macrobbii (Cf. l. l. p. 4. ed. Gronov.) plana sententia est, tot in proelio, dum pro patria pugnaret, accepit vulnera, quod cunctis extinctus esse videbatur. Post autem duodecimum diem, dum cum aliis, una secum occisis, ultimo esset honorandus igne, ipsum de animarum aeternitate, de siderum stellarumque cursu, de globorum situ et denique de praemiis bene de republica meritis in coelo destinatis narrantem vitae restituit Platonica persuasio.

Cicero vero, cum hoc etiam idem declaraturus esset, e somno dormientem excitari, quam vita privatum reviviscere maluit. Publium namque Scipionem assumpsit, et haec omnia, cum Carthaginem petens ad quartam legionem tribunus a Manilio tum consule destinatus apud Masinissam regem, hospitatus esset, cum a patre suo Paulo Aemilio, tum abavo, majore Africano, se per quietem habuisse simulavit. Postremi igitur libri Ciceronis de Republica pars hoc opus est; potestque iis, qui (Leges quae) antecedentia sunt, hoc pacto subnecti. Cum Laelius, P. Scipio, Fylus, Manilius et alii plures eos, qui de republica bene meriti fuerant, simul commemorarent, in Nasicae denique mentionem inciderunt, conquerebaturque Laelius, nullas ei statuas in publico in interfecti tyranni remunerationem locatas, atque respondit Scipio post alia multa haec verba: *sed quanquam sapientibus conscientia* (vulgo [i. e. in rec. Sch.] addunt: *ipsa*) *factorum egregiorum amplissimum virtutis est praemium* (V. *praemium est*), *tamen illa divina virtus, non statuas plumbo inhaerentes, nec triumphos arescentibus lauris*, (V. *lauris*), *sed stabiliora quaedam et viridiora praemiorum genera desiderat. Quae* (V. addunt tandem) *ista sunt* (V. add. inquit) *Laelius. Tum Scipio, Patimini me* (V. add. inquit, quod Schützius uncis inclusit), *quum jam* (V. quoniam) *tertium diem feriatum sumus. Tandem Laeli verbis victus Scipio sic exorsus est: Cum in Africam venissem.*

Cap. I. Cum—Affricam—a mutio—consule—militum ut—satis destinatus—nichil—michi [et sic semper]—familie [ut semper]—causis—ad celum—summe pater Sol—celites [ut semper]—Sipionem [sic ubique]—nomine recreor—itaque numquam—percuntatus—apparatu regio—cum senex (et ita semper *cum pro quum* scribitur—etiam de via—artior—in sonno, tale qu.—ejus imagine—magis quam—Quem ubi agnovi—corrui—set ille (atque ita semper *sed per t* scribitur)—Ad-des—tradde.

Cap. II. Vides ne—per me alias, renovat—Carthaginem (sic ubique) tibi id—ob id ieris—Egiptum, Siriam—delegere—curru in C—consiliis perturb.—oppor-tebit—ocies—redditusque causa, plenus hab.—fatalem dierum conf. omnes boni viri, te—quo tota nitatur—statuas—opportet—exclamavisset—ingemissentque—vehementius—celeri—leviter—in sonno excitaveris—pax sit rebus.

Cap. III. allacrior—tatandam—conservaverint—celo distinctum esse locum—omnem mundum—cetumque—horum rectores—et si eram—Paulus (sic et infra)—extinctos—arbitramur—hi vivunt—e corp.—cepi—nisi cum deus—additus—tuentur—animus est—humanitatis—hic tuus—magna sit—incollunt—flamas—ellucens—grais—certa—stele—quas omnium—quas—ea minima—citimaque—ita parva—atingamus.

Cap. IV. aspicias—templa tu ven.—connexans—sunt fixi—septem sunt—e quibus—vocant—prosper—orribilisque—subtus—modulator—lustret—m. d. gen. hom.—ferruntur—nuto suo.

Cap. V. quid hoc?—distinctus—efficitur, et—st. c.—una sede—locum mundi—modorum (sed superscriptum ab eadem manu *duorum*)—Merc. et Ven.] *desunt*.—eff. septem—intervalis—imittati—aperuerunt—reddi-

tum — nullus — Cataduppa — praecipitatur — amirans — referrebam aliis t. — oculos — idemtidem.

Cap. VI. inquit sentio — etiamnunc] *desunt*. — contemptnito — cons. gloriam — eosque, qui incolant. — partim aversos] *omiss.* — pruina. Vides — medium — angustata — circumfuxa — Athlanticum — quod oceanum — appelatis — quod tantum — parvum — ipsis iis — non aut — Gangen — transnitere (sed supersc. ab eodem manu *et transnatare*) — se gloria — dillatari — diu vides.

Cap. VII. vestrum — certo tempore — non modo non — cum etiam ab iis — nati sunt — praesertim cum — vestrum — loquelariter — redditum — saecula homin — Nam — sol hic — quandoque ab eadem — ad principium — nondum — part. vives — viris plena — vix om. — loquantur tantum — angustis.

Cap. VIII. O. Afr.] *om.* — patris — et non defui — te non esse — est deus — ut ille mundum — movet — de se movetur — alia ex re — esset id — nec occidit — si extinctum est — de se movetur — nec item mori — vel cons. — ne ullam vim — antequam — impulsa.

Cap. IX. movetur — anim. esse] *om.* — inanimatam (In marg. haec ab eadem manu scripta sunt: alii: *in animis enim est, quod pulsa agitatur aeterno*) — est animal — p. n. — certe est — optimis in — suam supr. lin. adscript. — emanabit — a corpore se — corporeis. In fine haec addita sunt: *M. Tullii Ciceronis de Somnis Scipionis liber explicit, Deo Gratias.*

Locus de animarum immortalitate, qui etiam legitur, Tusc. I, 23. ex eodem codice cum textu Schütziano Somnii comparatus: aff. al. motum — alicunde — nec occidit — de se — vel consistat — qua primo — quod se ipsum moveat — esse trib.] *om.* — in animo — aeterno — est animal — nam haec — prop. a. nat. — atque vis est — se ipsum semper — certe est.



Hanc variarum lectionum ad *Ciceronis Somnium Scipionis* farraginem cum bonarum litterarum cultoribus communicare non inutile videbatur hac potissimum tempestate, qua post Angeli Maji curas nostratium quoque oculi acrius quam antea intenduntur in reliquias librorum *Ciceronis de Re publica*. Ipsum vero Somnium, ut suppositum aut Cicerone indignum haberemus, nobis certe non persuasit vir quidam doctissimus \*), cui, si sententiam suam quodammodo saltem probabilem reddere voluisset, ante omnia ostendendum erat, quomodo hoc opusculum Ciceronis operi potuerit addi; quemnam finem opus de Re publica habuisse probabile sit, si quidem hic finis non sit genuinus; ostendendum erat praeterea, eos locos ipsius Ciceronis, quibus hujus Somnii disertam facit mentionem, profectas esse a nescio quibus homunculis, qui sui ingenii foetus Ciceronis nomine vendere conarentur. Idem denique erat asserendum de aliorum gravissimorum testimoniis auctorum, quae mox proferam; neque omittendi erant Macrobius et Eulogius Favorinus, qui hoc Somnium interpretati sunt. Testimonia autem, quae dixi, haec sunt: Cicero ipse diserte respicit Somnium Scipionis in *Tusc. disp. I. cap. 23.* „*Sed si, qualis sit animus, ipse animus nesciat, dic, quaeso, ne esse quidem se sciet? ne moveri quidem se? ex quo illa ratio enata est Platonis, quae a Socrate est in Phaedro explicata, a me autem posita in sexto libro de Republica.*“ Sequitur nunc versio loci Platonici *Phaedr. p. 245.* non multum diversa ab ea, quae est in Somnii cap. 8 et 9. quae diversitates vel curis secundis Ciceronis vel librariis imputandae sunt. Vide praeterea *Cic. Lael. c. 4.* ibique Schütz. *Senec. epist. 107.* *Priscian. de arte gramm. III. 4. VI. 7.* Quae omnia nihil curans vir doctus sin-

\*) De hoc viro doctissimo ejusque sive sententia sive commento locuti sumus ad ipsum Somnium Scipionis. Adde Wyttenbachii de eodem Fragmento egregio egregium judicium in *Comment. de Veterum Philosophorum usque ad Senecam sententia de immortalitate animorum p. LXXXII. sq. Mr.*

gula tantum injustissime cavillatus est, eo tantum bene meritus, quod ad nonnullas praestantissimi opusculi difficultates, vel interpretationis vel adeo artis criticae ope tollendas, digitum intendit. Scribebam Vratislaviae, Cal. Apr. 1823.

*Gustavus Pinzger.*

---


ΜΑΡΚΟΥ ΤΡΑΛΙΟΥ ΚΙΚΕΡΩΝΟΣ

ΟΝΕΙΡΟΣ ΤΟΥ ΣΚΙΠΙΩΝΟΣ.

---

ἙΡΜΗΝΕΙΑ ΘΕΟΔΩΡΟΥ.

---



Σ Κ Ι Π Ι Ω Ν.

---

(viii) **Ι.** *Ἠνίκα* περὶ τὴν Ἀφρικὴν ἀφικόμην, Ἀνιτίου Μανλίου ὑπατεύοντος, ἐπὶ τὸ τέταρτον τάγμα, δήμαρχος, ὡς ἴστε, τῆς στρατιᾶς, οὐδέν μοι γέγονε προὔργου μᾶλλον, ἢ Μασησίσα τῷ βασιλεῖ συνελθεῖν, τῆς ἡμετέρας οἰκίας ἐξ αἰτιῶν δικαίων φίλων μάλιστα πάντων τυγχάνοντι.

Πρὸς ὃν ἔλθόντα με περιβαλὼν ὁ γέρον αὐτὸς οὕτως ἐδάκρυσε, καὶ μεθ' ὅσον ἀναβλέψας εἰς οὐρανὸν, Χάριτάς σοι, φησὶν, ἦμιστε Ἥλιε, ἔγω, καὶ ὑμῖν τοῖς ἄλλοις θεοῖς, ὅτι πρὶν ἢ τοῦδε τοῦ βίου μεταστῆναι, ὄρω ἐπὶ τῆς ἐμμου βασιλείας καὶ τῶν οἰκημάτων τούτων Παῦλον Κορνήλιον τὸν Σκιπίωνα, οὐ αὐτὸς ἐγὼ τῷ ὀνόματι ἀναζωπυροῦμαι, οὕτως οὐκ ἔστιν ὅτε μοῦ τῆς διανοίας ἀποκεχώρηκεν ἢ τοῦ ἀρίστου ἐκείνου καὶ προσιτάτου ἀνδρὸς μνήμη. Ἐντεῦθεν ἐγὼ μὲν ἐκείνον περὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἐμὲ δὲ ἐκεῖνος περὶ τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἀνῆροτο· πολλοὺς δὲ λόγους δεῦρο κάκεισε κατ' ἐκείνην ἡμῖν αὐτοῖς τὴν ἡμέραν <sup>(x)</sup> δεδαπανήκαμεν. Μετὰ δὲ ταῦτα βασιλικῇ ἰποδεχθέντες παρασκευῇ, τὴν ὀμιλίαν πόρρω τῆς νυκτὸς προηγάγομεν, τοῦ γέροντος μὴ δὲν ὅτι περὶ τοῦ Ἀφρικανοῦ [τοῦ μου πιάπου] ἀνεξερεύνητον καταλιπόντος, ἀλλὰ πάντα τῶν ἐκείνου οὐ μόνον ἔργα, ἀλλὰ καὶ ῥήματα διαμνημονεύοντος. Ἐκ δὲ δὴ τούτου, ὡς ἐπὶ κοίτην ἀπεχωρήσαμεν, ἐκ δὴ τῆς τροφῆς καὶ ὅτι δὴ πρὸς νύκτα πολλὴν διηγούρησα, βαθυτέρω τοῦ εἰωθότου ἐλήφθην ὑπνω.

*Ἠνίκα*] Göz. ἡνίκα.

*Ἀνιτίου Μανλίου*] Leg. *Μανίου Μανλίου*.

*Παῦλον*] L. Πούπλιον.

*μηδὲν ὅτι*] C. μηδὲν ὅτι. L. μηδὲν ὅτι. Viger. p. 26.

τοῦ μου] Ita Sturm. C. τοῦ μου. Sed verba τοῦ μου κάππου uncinis fuerunt coërcenda. Absunt enim a Ciceronis contextu.

*τροφῆς*] Cum sit ap. Cic. de via, leg. vid. πορείας.

Ἐνταῦθά μοι (πέπεισμαι ἐξ ὧν ὠμιλήσαμεν· γίγνεται γὰρ πολλάκις τίκτειν τι τοιοῦτον τοὺς ἡμῶν διαλογισμοὺς τε καὶ λόγους ἐν ὕπνοις, ὁποῖον περὶ Ὀμήρου Ἔννιος γράφει, περὶ ὧν δὴ συνεχέστατα ἀγρυπνῶν εἰώθει μελετᾶν τε καὶ διαλέγεσθαι) ὁ Ἀφρικανὸς ἑαυτὸν ἐνεφάνισε ταύτῃ τῇ μορφῇ, ἣ μοι ἐκ τῆς εἰκότος αὐτοῦ μᾶλλον ἢ ἐξ αὐτοῦ ἐκείνου γνώριμος ἦν. Ὅν αὐτὸς μὲν ἐπιγνοὺς ἔφριξα. Ὁ δὲ, τῷ νοί, φησί, πάρε, Σκιπίων, καὶ δὴ τὸ δέος ἀπόθου, καὶ ἅττα σοι ἐρῶ, τῇ μνήμῃ παράθου.

(XI) II. Ὅρας ἐκείνην τὴν πόλιν, ἣτις ὑπακούειν τοῖς Ρωμαίων πράγμασι δι' ἐμοῦ καταναγκασθεῖσα τοὺς παλαιούς πολέμους ἀναγεῖ, καὶ οὐχ οἷα τε ἐστὶν ἡσυχάζειν; (ἐδείκνυε δέ μοι τὴν Καρχηδόνα, ἐκ μετεώρου καὶ πλήρους ἄστρων καὶ αἰθρίου, καὶ λαμπροῦ τινος τόπου) πρὸς ἣν αὐτὸς πολεμήσων τῶν ἡκεῖς, σχεδὸν στρατιώτης, ταύτῃ τῇ διετείμῃ ὑπατος ἀναστρέψεις καὶ σοι ἔσται τὸδε τὸ ἐπώνυμον διὰ σαυτοῦ περιποιηθὲν, ὃ κατὰ κληρονομίαν ἐξ ἡμῶν κατιὼν ἔχεις.

Ἦνίκα δ' ἂν ἐκπολιορκήσης τὴν Καρχηδόνα, Θράμβρον θήσεις, καὶ τιμητὴς γενήσῃ, καὶ προσβευτὴς ἐπ' Αἴγυπτον καὶ Συρίαν ἀρίξῃ, καὶ Ἀσίαν, καὶ τὴν Ἑλλάδα, αἰρεθήσῃ τε αὐθις ὑπατος καὶ ἀποδημῶν, καὶ πόλεμον μέγιστον συγκροτήσεις, καὶ τὴν Νουμαντίαν ἐκκόψεις.

Ἐπειδὴν δὲ δίφρω πρὸς τὸ Καπιτώλιον ἐνεχθῆς, προσκρούσεις τῇ πολιτείᾳ ταῖς τοῦ ἐγγόνου μου βουλαῖς ταρχείσῃ. Ἐνταῦθά σε, Ἀφρικανέ, δεῖξαι δεήσει τῇ πατρίδι τὸ φῶς τοῦ τε νοός σου, καὶ τῆς εὐβουλίας.

Ἀλλὰ τὴν ἐκείνου τοῦ χρόνου ὀξυτάτην ὀρῶ ὠσανεῖ μοιρῶν ὁδόν. Καὶ γὰρ τῆς ἡλικίας σοι ἐπτάδα καὶ ὀκτάκις τοῦ ἡλίου περιόδους καὶ ἐπανόδους ἀμειψύσης, δύο δ' οὔτοι

γίγνεται γὰρ] Ad rem vid. quos laudat Mabnius ad Wyttenbachii Lectt. p. 124. Add. Brassicani Scholia in Petron. p. 61. Ed. Petron. Lotich. T. IV.

καὶ ἀποδημῶν] καὶ supervacaneum videtur.

ὀξυτάτην] Non recte intellexit

Gaza vocem ancipitem. Debebat scribere ἀμφίβολον. Pro μοιρῶν commodius dedisset εἰμαρμένης. καὶ ὀκτάκις] καὶ abundat. Neque bene procedit structura post Genitivus absolutus δύο δ' οὔτοι συμπράξουσι [melius verbo παραινῶ usus esset] καὶ κ. τ. λ.

ἀριθμοί, ὧν ἑκάτερος πλήρης ἐκ διαφόρου ἐστὶν αἰτίας, περιόδῳ φυσικῇ τὸ πεπραγμένον σοι τέλος συμπράξουσι, καὶ πρὸς σὲ μόνον καὶ τὸ σὸν ὄνομα ἢ πόλιν ἑαυτὴν ἐπιστρέψει· σὲ δὲ γερουσία, σὲ πάντες οἱ χρηστοί, σὲ οἱ ἑταῖροι, σὲ οἱ Λατῖνοι περιβλέπονται· σὲ μόνος ἔσῃ, πρὸς ὃν ἡ τῆς πόλεως ἐρσιδούτο σωτηρία· καὶ ἵνα μὴ πολλὰ λέγω, σὲ μόνον ἄρξαντα τὴν πολιτείαν καταστήσαι δεήσει, εἰ τὰς ἀλιτηρίους τῶν ἔγγιστα τοῦ γένους ἐκφύγοις χεῖρας.

Ἐν τούτοις ἀνακαρωγῶτος Λαλίου καὶ οἰμωξάντων τῶν ἄλλων σφοδρότερον, ἠπιῶς προσμεσιδῶν ὁ Σκίπιον, Λόρμαι, φησί, μὴ τοῦτον τοῦ ἔπνου διαναστήσετε, ἀλλ' εἰρήνην ἔστω τοῖς πράγμασιν, ὡς ἰκεῖναι καὶ τὰ λοιπά.

(XIII) III. Ἄλλ' ἵν' εὐθυμέτερος εἴης, Ἀφρικανέ, τῆς πολιτείας ἐπιμελεῖσθαι, οὕτως ἔχειν σε χρὴ καὶ πιστεύειν, Πᾶσι τοῖς τὴν πατρίδα φυλάξαισι, βοηθήσαισι, ἀνέξασαισι, ἀποδεδειγμένον τυγχάνειν ἐν οὐρανῷ τόπον καὶ ἄριστόν, ἔνθα περ οἱ μακάριοι ἀτελευτήτου αἰῶνος καταπολούνουσιν. Οὐδὲν γὰρ ἐστὶν, ὅπερ ἐκείνῳ τῶ ἄρχοντι θεῶν καὶ πάντα διοικούντι τὸν κόσμον ἀσμενέστερον γένοιτο, ἢ συνέδριον καὶ σίφη ἀνδρῶν, νόμοις συναγελαζόμενα, ἃ πόλεις προσεγορεύονται· τούτων οἱ διοικηταὶ τε καὶ φύλακες ἐνθ' ἐνθε προελθόντες, δεῦρο ἐπανίσταν αὐτίς.

(XIV) Ἐνταῦθα δὲ ἐγώ, καὶ εἰ τὰ μάλιστα καταπεπλήγμην, τοῦτο μὲν τῷ τοῦ θανάτου φόβῳ, ταῦτο δὲ ταῖς παρὰ τῶν ἡμετέρων ἐπιβουλαῖς, ἠρόμην μὲν τοι, εἰ ἄρα αὐτὸς τε ζῆ, καὶ ὁ πατήρ Παῦλος, καὶ οἱ ἄλλοι, οὓς ἡμεῖς ἀπεσβηκότας εἶναι οἴομεθα;

Καὶ μάλα, φησὶν, οὗτοι ζῶσι, τῶν τοῦ σώματος δεσμῶν

σὲ δὲ] Fort. σὲ δ' ἡ.  
μὴ τοῦτον] Latina contexta postulant μὴ με.  
διαναστήσετε] Vid. leg. διαναστήσατε. Vid. Herm. ad Vig. p. 809. sq.

εἰρήνη ἔστω τοῖς πράγμασιν] Vides lectionem *pax sit rebus* jam tum occupasse libros. Sed de h. l. v. Indicem librorum circa finem.

ἔχειν σε χρὴ] Haec cum ad verbum translata sensum Ciceronis non redderet addidit G. καὶ πιστεύειν.

οἱ μακάριοι] Abundat οἱ.  
τὸν κόσμον] Omittuntur verba: *quod quidem in terris fiat.*  
ἐνθ' ἐνθε] Göz. ἐνθ' ἐνθε.  
οὗτοι ζῶσι.] Ad rem v. Cic. Or. pro Scauro Fragm. 4. p. 75. ed. Peyron: *librum — in quo — do-*

ώσαντι θεσμοτηρίου εκπιάντες· ἢ δ' ὑμετέρα λεγομένη ζωὴ θάνατός ἐστι. Τί γὰρ μὴ βλέπεις ἐρχόμενον πρὸς σὲ Παῦλον τὸν πατέρα σου;

(XV) Ὅν αὐτίκα τε εἶδον καὶ πληθὸς θαυμάσιον ἐπέθεον· ὁ δὲ με περιπλεξάμενος καὶ καταφυλῶν κλαίειν ἐκάλυεν. Ἐγὼ δ', ὡς ταπρῶτα τὸν θρήνον πείσας τοῦ λέγειν ῥόμην ἀνέλαβον, λέξομαι, ἔφη, πάτερ ἀγιώτατε μοι καὶ ἀριστε, ἐπεὶ περ ἦδε ἐστὶν ἡ ζωὴ, καθάπερ ἀκούω τοῦ Ἀφρικανοῦ λέγοντος, τί ποτε διατρέβω ἐπὶ γῆς, καὶ μὴ δεῦρο πρὸς ὑμᾶς σπεύδω παραγενέσθαι;

Οὐχ οὕτως ἐστίν, ἢ δ' ὅς· εἰ μὴ γὰρ θεός, οὐ νεὸς ἐστὶ τόδε τὸ πᾶν, ὃ βλέπεις, ταύτης σε τῆς τοῦ σώματος ἐλευθερώσει φρουρᾶς, δεῦρο σοὶ πάροδον ἀνοιχθῆναι οὐχ οἶόν τε. Οἱ γὰρ ἄνθρωποι τῷ δε τῷ κόσμῳ γεγέννηται, οἱ τηροῦντες τὴν σφαῖραν ἐκείνην, ἣν ἐν τῷδε τῷ ναῷ βλέπεις, ἢ γῆ προσηγόρευται· καὶ τοῦτοις ὁ νοῦς δέδοται ἐξ ἐκείνων τῶν αὐδίων πυρῶν, ἅπερ ἄστρα καὶ ἀστέρως καλεῖται, οἱ περιφερεῖς καὶ σφαιρικοὶ καθεστῶτες, καὶ θείοις νόοις, ὡς εἰπεῖν, νοοθέητες τοὺς οἰκίους κύκλους τε καὶ τὰς σφαίρας θανμαστῶ διεξίασι τάχως. Ὅθεν σοὶ δῆτα, Πούπλιε, καὶ τοῖς εὐσεβέσι πᾶσι, καθεκτέον ἐστὶ τὴν ψυχὴν ἐν τῇ τοῦ σώματος φυλακῇ· καὶ μὲν δίχα πράγματος τούτου, παρ' οὗ ἡμῖν αὐτῇ δέδοται, ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς μεταστατέον, ὡς ἂν μὴ τὸ τοῖς ἀνθρώποις ἐσφραγισμένον ἐκ θεοῦ δῶρον δόξητε πεφραγμένον. Ἄλλ' οὐ-

crates—disputat, hanc esse mortem, quam nos vitam putaremus, quam corpori [i. corpore] animus tanquam carcere septus teneretur, vitam autem esse eam, quam idem animus vinculis corporis liberatus in eum se locum, unde esset ortus, retulisset.

Τί γὰρ] Melius scripsisset Ἄλλὰ τί δῆ, ne haec cum praecedentibus cohaerere videantur.

ἢ δ' ὅς] Sturm. et Goetz. ἢ δ' ὅς. τῷ δε τῷ κόσμῳ] Sturm. et Goetz. τῷ δε. Pro κόσμῳ malit fortasse aliquis Θεσμῷ. Sed stare

potest κόσμῳ, quamquam et ego illud praetulerm.

νοοθέητες] Ita rescripsi pro νοοθέητες, quod habet St. et νοοθέητες, quod exhibet G. Est vocabulum Plotinianum, Eas. vi. 7, 55; cumque sit rarius, addidit ὡς εἰπεῖν.

καὶ μὲν δίχα πράγματος] Ita St. et G. Sed ego Gazam scripsisse suspicor: καὶ μὴ δίχα προστάγματος.

ἐσφραγισμένον—δῶρον] Ridicule lapsus est Gaza, ad vocabula non ad sensum respiciens,



τως, Σκιπίων, ὡςπερ ὕδα σοι ὁ πάππος, καὶ ὁ γεννησάμε-  
κός σε ἐγὼ, τὴν δικαιοσύνην τίμα καὶ τὴν εὐσέβειαν, ἣ με-  
γάλη περὶ τε τοὺς γονεῖς καὶ τοὺς καθ' αἷμα προσήκοντας  
οὕσα, μεγίστη περὶ τὴν πατρίδα καθίσταται. Ἡδε κατὰ  
τὸν οὐρανὸν ἐστὶν ἡ ζωὴ, καὶ τοῦτο τὸ σύστημα τῶν  
ἤδη βεβιωκότων, οἷ, τοῦ σώματος ἀφειμένοι, ὅν βλέπεις, οὐ-  
κοῦσι χρόνον ἐκείνον.

(XVI) Ἦν δ' οὗτος λαμπροτάκου λευκώματος, μεταξὺ τῶν  
σελαγούτων πυρῶν κύκλος, ὃν ὑμεῖς, ὡς παρελάβετε παρὰ  
τῶν Ἑλλήνων, κύκλον ὀνομάζετε γαλαξίαν. ἐξ οὗ κατανο-  
οῦντι, πάντα θαυμαστά τ' ἄλλα καὶ λαμπρά μοι ἐδόκει.  
Ἦσαν δ' οὗτοι ἀστέρες, οὓς οὐκ ἔστιν ὅτε ἐκ τοῦδε τοῦ τό-  
που ἐθεασάμεθα· καὶ ταῦτα τὰ μεγέθη, οἷα πάντων εἶναι  
οὐδέποτε ὑποπτεύσαμεν· ὃν ἡδε ἦν ἐλαχίστη, ἣτις  
ἐσχάτη μὲν ἐξ οὐρανοῦ, ἐγγυτάτῳ δὲ τῆς γῆς φωτὶ διέλαμ-  
πεν ἄλλοτρίῳ· τὸ δὲ τῶν ἀστέρων σφαῖρωμα τοῦ τῆς γῆς  
μεγέθους εὐχερῶς ὑπερεῖχε· καὶ γὰρ αὕτη μοι ἡ γῆ οὕτω  
μικρὰ ἐδοξεν εἶναι, ὥστε καὶ τῇ ἡμετέρῳ ἀρχῇ αἰσχύνεσθαι,  
δὲ ἧς οἰοεῖ τινη στιγμή τῆς γῆς ἐφαπτόμεθα.

(XVII) IV. Ταύτην ἐπὶ μᾶλλον σκοποῦντί μοι, δέομαι,  
ἦδ' ὅς ὁ Ἀφρικανός, μέχρι τίνος ὁ νοῦς ἐπὶ γῆς σοὶ προς-  
έξεται; ἢ οὐχ ὄρας εἰς τίνα ποτὲ τὸν νεῶν ἐλήλυθας; Ἐννέα  
κύκλοις, ἢ μᾶλλον σφαίραις, τὰ πάντα συμπλέκεται, ὃν εἰς  
ὁ ἐξωτάτῳ ἐστὶν ὁ οὐράνιος, ὁ τοὺς λοιποὺς περιειληφώς  
ἅπαντας, κορυφαῖος αὐτὸς θεός, συνέχων τε καὶ περιέχων  
τοὺς ἄλλους· ἐν ᾧπερ ἐκείνοι πεπήγασιν οἱ περιελιττόμενοι

*manus pro dono et assignatum  
pro signato accipiens. Commode  
Demosthenes (p. 318. a. Ed. Bas.  
ap. Episcop. 1572.) τὴν γάξιν, ἣν  
τις παρέλαβε, διατηρεῖν.*

καὶ τοῦτο] *Magis perspicue  
scripsisset καὶ κατὰ τοῦτο.*

λευκώματος] *St. et G. λευ-  
κόματος.*

θαυμαστά τ' ἄλλα] *St. et G.  
θαυμαστά τ' ἄλλα. Sed reddend-  
um fuit cetera.*

ὑποπτεύσαμεν] *St. et G.  
ὑποπτεύσαμεν.*

ἐγγυτάτῳ] *Ferri potest haec  
scriptio; sed vox ἐσχάτη requi-  
rere videri possit ἐγγυτάτη.*

ἐπὶ μᾶλλον σκοποῦντι] *An  
voluit εἶναι pro ἐπὶ, an μᾶλλον  
εἶναι σκοποῦντι v. μᾶλλον ἐπίσκο-  
ποῦντι.*

ὁ ἐξωτάτῳ] *Cic. extimus. De  
qua voce Cicero mi minus usitata  
v. Goerenz. ad Cic. de Finn. v. 14.  
40. p. 58a.*

τῶν ἀστέρων ἀΐδιοι δρόμοι· τούτω δ' ἐπὶ σφαιραῖς ὑπόκεινται, αἱ εἰς τοῦπίσω στραφόμεναι, τὴν ἐναντίαν κινουῦνται τῷ οὐρανῷ κίνησιν· ὧν μίαν ἐκεῖνος ὁ ἀστὴρ κέκετται, ὃν ἐπὶ γῆς Κράνον προσαγορεύουσιν· ἐντεῦθεν δὲ τῶν τῶν ἀνθρώπων γένει σωτήριον σέλας ἐκεῖνος ὁ Ζεὺς ὀνομάζεται· εἶτα δ' ὁ πυρόεις, καὶ φοβερός τοῖς ἐν γῆ, ὃν Ἄρη πατέ· μετὰ δ' ἐκείνον τὴν μέσσην σχεδὸν Ἥλιος γούραν ἐπέχει, ἡγεμὼν καὶ ἄρχων καὶ οἰκονόμος τῶν ἄλλων φωτῶν, τοὺς τοῦ κόσμου, καὶ εὐκρασίᾳ, τοσοῦτου μεγέθους ὧν, ὡς πάντα τοῦ οἰκείου φωτός πληροῦν καὶ λαμπρύνειν. Τούτω δ' ὡσπερὶ τινας ὁπαδοὶ, ἕκαρος μὲν ὁ τῆς Ἀφροδίτης, ἕτερος δὲ τοῦ Ἑρμοῦ δρόμος ἔπεται· ἐν τῇ ταπεινοτάτῃ δὲ σφαιρᾷ ἡ Σελήνη στραφέσθαι ταῖς ἀκτίσι τοῦ ἡλίου ἀναπτομένη. Ἐπὶ δὲ τῆς γῆς οὐδὲν ἐστίν, ὅ, τι μὴ θνητὸν καὶ ἐπίκηρον, πλὴν τῶν ψυχῶν, αἱ τῇ χάριτι τῶν θεῶν τῶν τῶν ἀνθρώπων ἐδωρηθήσαν γένει· τὰ δὲ ὑπὲρ τὴν σελήνην πάντα ἀΐδια. Αὕτη γὰρ ἡ ἐννάτη ἐστὶ, καὶ πρὸς αὐτὴν φέρεται πάντα τῇ οἰκείᾳ ἑσπῇ τῆ βάρῃ.

(XVIII) V. Ταῦτ' ἐγὼ σὺν ἐκπλήξει σκοποῶν, ὡς ἐμαυτὸν ἐπαλέαβον, Τί τοῦτ', ἔφην, τίς ὁ πληρῶν μοι τὰς ἐκόας, οὗτος ἡδὺς καὶ τοσοῦτος ἤχος; Οὗτος ἐκεῖνος, εἶπεν, ὃς διαστήμασι περιττοῖς συνημμένους, ὅμως μέντοι τῇ συμφώνῳ τῶν μερῶν ἀναλογία διωρισμένοις, ὑπὸ τῆς ἀδήσεως καὶ κινήσεως τῶνδε τῶν σφαιρῶν γίγνεται, καὶ τὰ ὄξευ, συγκινοῦν τοῖς βαρέσι, ποικίλους ὁμαλῶς τοὺς τόνους ἀποτελεῖ. Οὐδὲ γὰρ ἡσύχως αἱ τοσαῦται κινήσεις φέρεσθαι δύνανται, καὶ ἡ φύσις δὲ δίδωσιν, ὥστε τὰ ἄκρα ἐκ μὲν θατέρου μέρους βαρέως, ἐκ δὲ θατέρου ὄξεως ἤχη· δι' ἣν αἰτίαν ὁ κορυφαῖος ἐκεῖνος καὶ ἀστροφόρος τοῦ οὐρανοῦ δρόμος, ὑπὲρ ἡ στροφῆ ὄξυτάτη, καὶ ὄξυτάτω κινεῖται ἤχη, βαρυτάτῃ δ' οὗτος ὁ σεληνῆος καὶ κατώτατος. Ἡ γῆ γὰρ ἐννάτη καὶ ἀκίνητος μένουσα, ἐν ἔθρῳ μιᾷ δι' αἰῶνος ἐστήρικται, κατελιηφύτα τὸν μέσον τοῦ κόσμου τόπον. Ἐκεῖνοί γε μὴν

ἐκεῖνος ὁ Ζεὺς] Scriben- Noli corrigere ἀνίδοις. Est enim  
dum videtur ἐκεῖνο, ὁ Ζεὺς. ἀριθμὸς περιττός numerus inae-  
διαστήμασι περιττοῖς] qualis.

οἱ ὑπὸ δρόμοι, ὧν διττὴ αὐτοῖς πρόσεστι δύναμις, ἐπὶ θεωρισμένοις τοῖς διαστήμασιν ἤχους ἀποτελοῦσιν, ὅστις δῆ-  
 τα ἀριθμὸς σύνδεσμος ἀντικρὺς τῶν ὄντων ἐστίν· ὅπερ οἱ  
 πεσπαιδευμένοι τῶν ἀνθρώπων νευραῖς μιμησάμενοι καὶ  
 ᾠδαῖς ἠρέωξαν ἑαυτοῖς εἰς τὸν δεῦρο χῶρον ἐπιάνοδον·  
 ὡσπερ οὖν ἕτεροι ταῖς φύσεσιν ὑπάρχοντες ἐν τῇ ἀνθρω-  
 πίνῃ βιωτῇ τὰ θεῖα ἐσπούδασαν.

Τούτου δὲ τοῦ ἤχου πληρωθέντα τὰ τῶν ἀνθρώπων  
 ὦτα ἐκκεκρήθη· οὐδ' ἐστὶν ἐν ἡμῖν ἀμβλυτέρα τις αἰσθη-  
 σις ἑτέρα, ὡσπερ καὶ τοῦ Νείλου παρὰ τοῖς λεγομένοις  
 Καταδούπποις ἐξ ὑψηλῶν ὄρων καταράττοντος, τὸ παροι-  
 κοῦν ἐκείνον τὸν τόπον ἔθνος τῷ τοῦ ἤχου μεγέθει τῆς  
 αἰσθήσεως στέρεται. Οὗτος τοσοῦτός ἐστὶν ὁ τοῦ κόσμου  
 τοῦ παντός ἤχος, καὶ οὕτως ὀξυτάτης ῥύμης, ὡς μηδαμῶς  
 τὰς τῶν ἀνθρώπων ἀκοὰς χωρῆσαι τοῦτον δυνατῶς ἔχει·  
 Καθίπερ δὴ καὶ τῷ ἡλίῳ ἀντοφθαλμεῖν ἀμηχάνως ἔχετε,  
 καὶ τῶν ἀκτίων ἐκείνον τὸ ὑμέτερον ὀξυδερκὲς ἤτηται.

(XIX) VI. Ταῦτ' ἐγὼ θαυμάζω, μετέφερον μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς  
 ἐπὶ γῆς αὐθις, καὶ αὐθις. Τότε τοίνυν ὁ Ἀφρικανὸς, Αἰσδιάνο-  
 μί σου, φησὶ, τὴν ἔδραν τῶν ἀνθρώπων καὶ ἐστὶαν καταμαν-  
 θάγοντος, ἥτις εἶπερ σοι μικρὰ, ὡσπερ δῆτα καὶ ἐστὶ,  
 δοκεῖ, ταυτὶ τὰ οὐράνια δῆτα διὰ παντός ἔλπιζε, τῶν δ'  
 ἀνθρωπίνων ὑπεροπτικῶς ἔχε. Τίνος γὰρ σὺ τῆς εὐκλείας  
 ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων φήμης, ἢ τίνος ἐπεράστου τυχεῖν  
 δόξης δυνήσῃ; Οὐρᾶς πάντως τὴν γῆν σκοραΐδην καὶ στενοῖς  
 οἰκουμένην χωρίοις, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς οἰνοῖσι στίγμασιν, ἐνθα-  
 περ οἰκεῖται, μεγάλας ἐρημίας ἐμβεβλημένης· καὶ τούτους δὴ  
 τοὺς τὴν γῆν οἰκοῦντας οὐ μόνον ἀπ' ἀλλήλων οὕτως ἀπερ-  
 ρωγότας, ὡς μηδὲν ἐν αὐτοῖς ἀπ' ἑτέρων μετοχετεύεσθαι

ἕτεροι] Excidit vocabulum,  
 quo praestantibus redderetur.  
 ἐξαιρέτοις, ni fallor, vel ἐξαιρέ-  
 τοι. Posterius si placet, possit  
 etiam scribi τὰς φύσεις.

ἔχετε] Goetz. ἔχεται.

ὀξυδερκὲς] Non bene ver-  
 tit oculorum aciem hac voce,  
 cum nihil aliud velit quam ocu-  
 los ipsos.

καταμανθάγοντος] Non  
 melius cessit Gazae hujus verbi  
 versio; nam contemplari nihil  
 est quam κατασκοπεῖν.

ἔλπιζε] Male legit sperato  
 G. pro spectato.

μετοχετεύεσθαι] Ita ser-  
 viliter verbum manare reddit,  
 ut vix aliquatenus sensus appa-  
 reat.

πρὸς ἀλλήλους οἶόν τε εἶναι, ἀλλὰ καὶ ποῦ μὲν πλαιγίους, ποῦ δ' ἀντιστραμμένους, ποῦ δ' ἀντικειμένους ἡμῖν ἰσταμένους, ἐξ ὧν προσδοκῶν δόξαν ὡς ἀληθῶς οὐδ' ἠγρευοῦν  
 (XX) ἔχετε. Ὅρας δὲ τὴν αὐτὴν οἰοῦνται ταινιουμένην καὶ περιλαμβανομένην ζώναις τισιν, ὧν δύο μὲν τὸ μέγιστον ἀφροστώσας, καὶ ὑπ' αὐτοὺς τοὺς οὐρανοῦ πόλους ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὑποκειμένας, καὶ πεφρικυίας τοῖς πάγοις βλέπεις· τὴν μέσσην δὲ καὶ μεγίστην ἐκείνην τῇ θέρμῃ τοῦ ἡλίου ἐκκαυομένην. Δύο δὲ εἰσὶν οἰκήσιμοι, ὧν νοτία μὲν ἦδε ἐστίν, ἐφ' ἧς οἱ βαδίζοντες ἐναντία ἡμῖν τὰ ἴχνη ἐγείρουσιν, οὐδὲν αὐτοῖς πρὸς τὸ ἡμέτερον γένος· αὕτη δὲ ἡ ἑτέρα, ἢ τῷ βορρᾷ ὑποκειμένη, ἣν νέμεσθα, καθ' ἣν ἀθροεῖ πόσον τι στενῆς μερίδος ὑμῖν μέτεστι. Πᾶσα γὰρ ἡ ὄψ' ὑμῶν οἰκουμένη γῆ, στενὴ μὲν κατὰ τὰς τῶν πόλων κορυφάς, πλατυτέρα δὲ κατὰ τὰς πλευράς, μικρὰ τις νῆσος ἐστὶ περικλυζομένη τῇ θαλάττῃ ἐκείνῃ, ἣν ἀτλαντικὴν, ἣν μεγάλην, ἣν ἄκεανόν ἐπὶ γῆς ὀνομάζετε· καὶ οὗτος μὲν τοῖς ὀνομαστούτου τυγγάνων ὀνόματος, ὀπόσον βραχὺς ἐστὶ, βλέπεις. Ἐκ δὲ τούτων αὐτῶν τῶν γνωρίμων καὶ οἰκουμένων τόπων, ἄρα ἢ τὸ σὸν, ἢ τῶν ἡμετέρων τινὸς ὄνομα, ἢ τὸν Καύκασον τοῦτον, ὃν ὄρας, ὑπερβῆναι δεδύνηται, ἢ τὸν Γάγγην ἐκεῖνον διαπλευῦσαι, ἢ ἐν τοῖς ἐπιλαίποις τισὶ τῆς ἀνατολῆς, ἢ ἐν τοῖς τοῦ ἡλίου δυομένου ἑσχάτοις, ἢ τοῦ βορρᾷ, ἢ τοῦ νότου τοῖς μέρεσι τὸ σὸν ἂν ἀκούσειεν ὄνομα; ὧν γὰρ ἀφαιρουμένων, παντάπασι θεωρεῖς, ἐν πόσῃ θεωρίᾳ ἡμέτερα δόξα εἰατὴν θέλει πλατύνειν.

ἔχετε.] Iterum Goezius ἔχειται.  
 ὧν δύο] Cic. e quibus duos,  
 quod ad cingulis relatum cogit  
 statuere, Ciceronem cogitavisse  
 nominativum cingulus: de quo v.  
 Goer. ad Cic. de Finn. II. 8. 24.  
 p. 155.

πεφρικυίας τοῖς πάγοις] Pessime Sturm. et Goez. πεφρικυίας τοῖς πάγοις.

ἴχνη ἐγείρουσιν] Hoc vero est λαρνίζειν! Vestigia urgent reddendum fuit ἴχνη κατοῦσιν v. ἴχνη τιθεῖσι. Ceterum scribendum videtur ὑμῖν et mox ὑμέτερον.

βορρᾷ] St. et Goez βορᾷ. Mox posterior νέμεσθα.

πόλων κορυφάς] St. et Goez. interponunt ἐστὶ, quod delevimus.

ἄρα] St. et Goez. ἄρα.

βορρᾷ] Iterum iidem βορᾷ et mox μέρεσιν.

Θεωρία] Reperi quidem in Lexico Basileensi septemvirali huius vocis significationem angustia: sed sine auctoritate. Suspitor tamen legendum esse στενωχώρα, quod est cap. XIII.

XXI) VII. Καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ περὶ ὑμῶν λέγοντες, μέχρι πόσου δὴ λέξουσιν; ὅποτε καὶ εἰ τὰ μάλιστα προθυμοῦτο ἢ τῶν μεθ' ὑμᾶς ἀνθρώπων γενεὰ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς τοὺς ἐπαίνοους ὑμῶν ἐκάστου πρὸς τῶν πατέρων παραλαμβάνοντες, τοῖς μεταγενεστέροις μεταδιδόναι· διὰ μὲν τοὺς κατακλισμούς, καὶ τὰς ἐκπυρώσεις τῆς γῆς, ἃς συμβαίνειν καθ' ὠρισμένον χρόνον ἀνάγκη, οὐ μόνον οὐκ ἴδιον, ἀλλ' οὐδὲ μακρόβιον λαχῆν δόξαν δυνάμεθα.

Τίς δὲ ὄνησις, ἐκ τῶν ἐπιγενησομένων ἀνθρώπων εἶναι τινα περὶ σοῦ λόγον, ὅποτε μηδεὶς ἐκ τῶν σοῦ προγενεστέρων γενήσεται, οἵπερ οὐτ' ἐλάττους, καὶ, ὡς ἀληθῶς εἶπειν, κρείττους γεγονάσιν ἄνδρες· καὶ μάλιστα ὅποτε παρ' αὐτοῖς  
 XII) τοῦτοις, ἀφ' ὧν θρυλλεῖσθαι τὸ ὑμέτερον ὄνομα δύναται, οὐδ' οἷς ἐνός ἐνιαυτοῦ παρακολουθεῖσθαι μνήμη δυνατὸς ἔχει; Οἱ γὰρ ἄνθρωποι τῇ συνηθείᾳ ἐνιαυτὸν μόνον τῆν τοῦ ἡλίου, τοῦτο δὲ ἐστὶν ἐνός ἀστέρος, ἀποκατάστασιν συμμετροῦσιν· ἀλλ' ἡνίκα ἂν πρὸς τὸ αὐτὸ, ὅθεν καθάπαξ ἐκινήθησαν, πάντες ἐπανέλθωσιν οἱ ἀστέρες, καὶ τῆν αὐτὴν τοῦ παντός οὐρανοῦ διάθεσιν μακροῖς διαστήμασιν ἐπανακομίσωσι, τότε ἐκεῖνος ἀληθῶς στρέφων ἐνιαυτὸς ὀνομάζεσθαι δύναται, ἐν ᾧ μόνω, το λ μ ῶ λέγειν, πολλοὶ ἀνθρώπων αἰῶνες ἂν περιέχονται. Καὶ γὰρ ὡς ἔμπροσθεν ἐκλιπεῖν ὁ ἥλιος πᾶσιν ἀνθρώποις ἔδοξε καὶ σβεσθῆναι, ἡνίκα ἢ Ῥωμύλου ψυχὴ εἰς τοῦτον εἰσέδου τὸν νεῶν, ὅπηνίκα ἂν πάλιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ μέρους τοῦ οὐρανοῦ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ὁ αὐτὸς ἐκλείπει, τηρικαῦτα καὶ τῶν ζῳδίων ἀπάντων καὶ τῶν ἀστέρων πρὸς τῆν αὐτὴν ἀρχὴν ἐπαναδραμόντων, τέλειον τοῦτον ἐνιαυτὸν ἔξ· τούτου γε

ὑμᾶς—ὑμῶν] Ciceronis verba requirit ἡμᾶς — ἡμῶν.

ἐκπυρώσεις] Ita recte Sturm. Sed Goetz. ἐμπυρώσεις. Cujus non ultra notabimus hallucinationes vere pueriles.

ὑμέτερον] Cic. nostrum.

οὐδ' οἷς — δυνατὸς ἔχει] Ita pessime Sturm. et, qui non nisi ut in pejus ruat, ab eo non-

nunquam discedit, Goetz. Sed legendum manifesto οὐδ' εἰς v. οὐδεὶς et δυνατῶς ἔχει.

στρέφων ἐνιαυτός] Ad rem vid. Zobelii Cacozelia Gentium (Altorf. 1737.) p. 86. sq. ibiq. laudd.

ἐν ᾧ μόνω, το λ μ ῶ λέγειν] Gaza legisse videtur: in quo uno, dicere audeo, pro: vix dicere audeo.

μὴν τοῦ ἐνιαυτοῦ μῆποι τὸ εἰκοστὸν μέρος ἐξεληλυθὸς ἴσθι,  
 (XXIII) *περὶ ὃ φημι·* ὡς εἰ τὴν εἰς τουτονὶ τὸν χρόνον ἐπάνοδον  
 ἀπελπίσης, ἐν ᾧ πάντα ἐστὶ τοῖς μεγάλοις ἀνδράσι καὶ  
 ὑπερέχουσι, πόσου ἂν τιμήσαιο ταύτην τὴν ἐξ ἀνθρώπων  
 δοξάν, ἢ μόλις πρὸς ἐνὸς ἐνιαυτοῦ μέρος ὀλίγον δύναται  
 ἀφικέσθαι;

Τοιγαροῦν, ἦν εἰς τὸ ὕψος ἀφορᾶν ἐθελήσης, καὶ  
 ταυτησὶ τῆς λήξεως, καὶ αἰδίου κατοικίας ἐπιλαβέσθαι,  
 μήτε σεαυτὸν τοῖς τοῦ δήμου θρύλλοις ἐκδώς, μήτε ἐν  
 ἀνθρωπείοις ἐπάθλοισι τὴν ἐλπίδα τῶν σπαντοῦ θῆς πρα-  
 γμάτων· ταῖς γὰρ ἑαυτῆς ἡδοναῖς τὴν ἀρετὴν αὐτὴν δεῖ  
 πρὸς τὴν ἀληθινὴν σε τιμὴν ἀνεκλύσαι. Τί δὲ περὶ σου  
 θρυλλήσεις ἂν, αὐτοὶ γε ὄψονται, θρυλλήσουσι μέντοι  
 πᾶς γὰρ ὁ ἐκείνων λόγος καὶ στενοχωρίαις περιλαμβάνεται  
 ταύταις, αἷς βλέπεις, καὶ οὐκ ἔστιν ὅτε παρὶ τινος αἰδῖος  
 γέγονεν, ἀλλὰ συγναλύπτεται καὶ σβέννυται.

(XXIV) VIII. Ταῦτα εἰπόντος, ἐγὼ δὲ, ἔφη, Ἀφρικανέ, εἰ  
 τοῖς σπουδαίοις τῶν ἔργων οἰοεὶ τις ὁδὸς τῆς πατρίδος  
 πρὸς τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον ἀναπέπταται, καὶ τοι τὰ μάλι-  
 στα ἐκ παίδων τοῖς ἴγχεσι πορευθεὶς τοῦ πατρὸς τε καὶ  
 τοῖς σοῖς, καὶ τῆς ὑμῶν κοσμιότητος οὐκ οὐν γεγύμενος  
 ἐνδεής, εὖν μέντοι βραβεῖον προκειμένου τοσούτου, σκεῖσθαι  
 πολλῶν γρηγορώτερον.

Κακίνοσ ἐφη, Σὺ δὲ καὶ σπεῦδε, καὶ οὕτως ἴσθι  
 σεαυτὸν μὴ θνητὸν ὄντα, ἀλλὰ τουτὶ τὸ σῶμα· οὐδὲ οὗτος

*περὶ ὃ φημι·*] Quid legerit  
 Gaza, haec cum scriberet, non  
 facile dixeris.

*ἢ μόλις]* Sturm. et Goetz. ὁ  
 μόλις, quod stare nequit.

*εἰς τὸ ὕψος ἀφορᾶν]* Si  
 sensum, quam verba, reddere  
 maluisset, scripsisset ὑψηλὰ φρο-  
 νεῖν, ut Lucian. Hermot. 5. T. I.  
 p. 745. Hemst.

*λήξεως]* Videtur Gaza legisse  
 sortem pro sedem: sed tamen  
 cap. ultimo sedem iterum vertit  
 λῆξιν: ubi vid. annotat.

*θρυλλήσεις ἂν]* Cic. alii  
 loquantur. Leg. igitur θρυλ-

*λήσεις ἂν ἄλλοι.* Mox desunt  
 verba: *interitu et oblivione po-  
 steritatis.*

*εἰ τοῖς — πατρίδος]* Sen-  
 sum Ciceronis non assecutus est  
 Gaza. Debuit scribere: *τοῖς εὐεργε-  
 τοῦσι τὴν πατρίδα οἰοεὶ ὁδὸς  
 τις κ. τ. λ.*

*καὶ — ἐνδεής]* Neque haec  
 accurate sensum Ciceronis red-  
 dunt.

*οὕτως ἴσθι]* Si omisisset  
 Gaza οὕτως, minus accurate lit-  
 teris adhaerens, accuratius sen-  
 sum reddidisset.

εἰ σὺ, ὃν ἴδε ἡ μορφή εμφανίζει, ἀλλ' ὁ νοῦς ἐκάστου οὐ-  
τός ἐστιν ἕκαστος· ἀλλ' οὐχὶ τοῦτ' ἐστὶ τὸ σχῆμα, ὃ δακτύλῳ  
δείκνυσθαι δύναται.

Θεὸν τοιγαροῦν ἴσθι σαυτὸν ὄντα, εἶγε θεὸς ἐστὶν ὁ  
ζῶν, ὁ αἰσθηκόμενος, ὁ μεμνημένος, ὁ προνοούμενος, ὁ  
διΐθύνων καὶ διεξάγων τοῦτ' ἐστὶ τὸ σῶμα, οὗ προκάθηται,  
ὡσπερ δῆτα καὶ τόνδε τὸν κόσμον ὁ ἡγεμὼν ἐκεῖνος θεὸς  
διοικεῖ· καὶ ὃν τρόπον ὁ κόσμος ἐκ μέρους μὲν τινος  
θνητός ἐστιν, αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς αἰώνιος, τοῦτον, καὶ τὸ  
φθαρτὸν σῶμα ἢ ἀθάνατος κινεῖ ψυχῇ.

Τὸ γὰρ ἀεικίνητον, ἀθάνατον· τὸ δ' ἄλλο κινουῦν (xxv)  
καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν  
ἔχει ζωῆς. Μόνον δὲ τὸ αὐτὸ κινουῦν, ἅτε οὐκ ἀπολείπον  
ἑαυτὸ, οὐποτε λήγει κινούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσα  
κινεῖται, τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως· ἀρχὴ δὲ ἀγένητον·  
ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γινόμενον γίνεσθαι, αὐτὴν δὲ  
μηδ' ἐξ ἑνός· εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχῆ γίνοιτο, οὐκ ἂν εἴη  
ἀρχὴ· ἐπειδὴ δὲ ἀγένητόν ἐστι, καὶ ἀδιΐψηθρον αὐτὸ εἶναι  
ἀνάγκη· ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολομένης οὔτε αὐτὴ ποτε ἔκ του,  
οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης γενήσεται, εἶπερ ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὰ πάντα  
γίνεσθαι· οὕτω δὲ κινήσεως μὲν ἀρχὴ τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ  
κινουῦν· τοῦτο δὲ οὐτ' ἀπόλλυσθαι, οὔτε γίνεσθαι δυνατόν·  
ἢ πάντα τε οὐρανὸν καὶ πᾶσάν τε γένεσιν συμπεσοῦσαν  
στῆναι, καὶ μήποτε αὐθις ἔχειν στῆναι, ὅθεν κινήθέντα  
γενήσεται.

IX. Ἀθανάτου δὲ πεφασμένου τοῦ ὕφ' ἑαυτοῦ κινου- (xxvi)  
μένου, ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτον αὐτόν

καὶ ὃν τρόπον κ. τ. λ.] Male  
intellexit G. hunc quoque locum.  
Debit: καὶ ὃν τρόπον τὸν κό-  
σμον ἐκ μέρους μὲν τινος θνη-  
τὸν ὄντα αὐτός ὁ θεὸς αἰώνιος  
κινεῖ, οὕτω καὶ τὸ φθαρτὸν  
κ. τ. λ.

ἀεικίνητον] Edd. αἰε κινήτον.  
τὸ αὐτὸ κινουῦν] Scribendum  
videtur τὸ αὐτὸ κινουῦν. τὸ αὐ-  
τοκινούμενον. Illud est apud Pla-  
tonem, cujus haec sunt ex Phae-  
dro p. 245. p. 38. sq. Bekk.

ἔκ του] Ita scripsi ex Plat.,  
cum Sturm. habeat ἔκ του, G.  
ἐκ του. Mox Pl. οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς  
γίνοιτο.

συμπεσοῦσαν στῆναι] Ex-  
cidisse videtur post haec ἀνάγκη.  
Turbatur etiam in sequentibus.  
Certe repetitum στῆναι delendum:  
et deleuit hoc Bekkerus. Illud  
subaudiendum.

οὐσίαν τε καὶ λόγον —  
αἰσχυνεῖται:] Si scripsisset:  
ψυχῆς οὐσίαν αὐτὸ τοῦτο [i. e.

τις λέγων, οὐκ αἰσχυρεῖται; πᾶν γὰρ σῶμα, ὃ μὲν ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι, ἄψυχον· ὃ δ' ἐνδοθεν, αὐτῷ ἐξ ἑαυτοῦ, ἔμψυχον, ὡς ταύτης οὔσης φύσεως ψυχῆς· εἰ δ' ἔστι τοῦτο οὕτως ἔχον, μὴ ἄλλο τι εἶναι τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν, ἢ ψυχὴν, ἐξ ἀνάγκης ἀγένητόν τε καὶ ἀθάνατον.

Ταύτην σὺ γύμναζε ἐν βελτίστοις πράγμασιν· εἰσὶ δ' αὐταὶ φροντίδες ἄριστα αἱ περὶ σωτηρίας τῆς ἐνεργαμένης· αἷς ἢ ψυχὴ κινουμένη τε καὶ γυμναζομένη θάττον εἰς τήνδε τὴν λήξιν καὶ τὸν ἑαυτῆς ἀναπήσεται οἶκον· καὶ τοῦτο δ' ἂν κούφως ποιήσεις, εἴπερ, ἦν ἴκα ἂν ἐγκλεισμένη τῷ σώματι, ἔξω προκύπη, καὶ τὰ ἐκτός, ὄντα κατανοῦσα πλεῖστον ὅσον ἑαυτὴν ἐξέλκοι τοῦ σώματος.

Αἱ γὰρ ψυχαὶ τῶν ἑαυτοὺς ταῖς ἡδοναῖς ἐκδεδωκότων τοῦ σώματος, αἱ τούτων ἑαυτὰς οἰοεὶ τινεὶ παρέδωκαν ὑπηρετίδας, καὶ τῇ τῶν ἐπιθυμιῶν ῥύμη ταῖς ἡδυπαθείαις ὑπέκυψαν, καὶ θεῶν, καὶ ἀνθρώπων δίκαια κατεπάτησαν, ἐξελθούσαι τοῦ σώματος, περὶ τὴν γῆν αὐτὴν κυλινδούται· καὶ οὐδ' ὀτιοῦν πρὸς τουτοὶ τὸν χῶρον, ὅτι μὴ πολλοῖς αἰῶσι δίκαις εἰσπραχθεῖσαι, ἐπανακάμπτουσι.

Καὶ ὁ μὲν ἀνεχώρησεν· ἐγὼ δὲ τοῦ ὕπνου εὐθύς ἀπελύθην.

### Τέλος τοῦ περὶ ὄνειρου τοῦ

#### Σκιπίωνος.

τὸ αὐτοκινεῖσθαι: si uti licet hoc verbo] εἶναι τίς ἀργεῖται v. ἀργήσεται; ita si scripsisset, cum Cicerone ei conveniret; nunc cum Platone facit.

ἐνεργαμένης] Ita saepius ἢ ἐνεργουσα i. q. ἦν παρῆς. Vid. Budaei Comm. Ling. Gr. p. 542. sq. Ed. Episcop. p. 1556.

λήξιν] Ita dixit ex scriptorum Christianorum usu, de quo v. Budaicum l. c. p. 320, quibus fuit λήξιν sors beatorum, v. c. ἐν Θεοειδεί ζωῇ καὶ μακαρίαις

λήξεισι, ubi verti potest in beatissimis sedibus.

ἦν ἴκα ἂν] Post haec videtur excidiisse ἢ. Ne quem offendant εἴπερ — προκύπη in scriptore extremæ Graecitatis: cum jam mille annis ante eum nonnulli sic scripserint.

ὅτι μὴ] Accuratius scriberetur ὅτι μὴ. V. Herm. ad Viger. p. 849.

ἐπανακάμπτουσι] Edd. ἐπανακάμπτουσι.



## ADDITAMENTA.

---

I. 1. p. 4. sq.

*Et qui sunt haud procul ab aetatis hujus memoria, —*

*F. C. Wolffius* in Prolusione, quae inscribitur: Solemnia Literaria d. VI. ante Cal. Maj. in Lyceo Flenopolitano celebranda indicit *F. C. VV. Lycei Conrector.* [Praemittuntur *Obs. Critt. in M. T. Cic. Oratt. pro Scauro et pro Tullio et librorum de Rep. fragmenta.*] Flenopoli. MDCCCXIV. 43. pp. 4. — ejus prolusionis pag. 16. ait: „*Haud* ideo non apte positum videtur, quia Cicero, cum inter viros jam memoratos nemo inveniatur, qui praesentibus temporibus propinquus sit, dicere non potest, se eos commemorare *desinere*, qui non procul a suae aetatis memoria absint. Majus quidem *desinere* etiam de re nondum coepta interdum usurpari, ut I. 38. *non desinam te uti teste*, et idem quod *omittere* significare contendit. Sed Cicero verba modo laudata ad Laelium dicit, cum paullo ante utique ad testimonia, atque adeo ad Laelii ipsius testimonium provocaverit. Comparetur totum c. 38., ubi Laelium Scipio ad suam ipsius experientiam delegat. *Desinere* autem omittendi significatione usquam occurrere, vehementer dubito; cujus rei ego quidem exempla desidero. Neque negatio hoc loco videtur necessaria. Cicero enim mortuos saepe tanquam viventes saltem in orationibus suis inducit. Majus et ipse emendationem suam improbare videtur in additamentis. Si quis autem, mortuos querelas fundere, nimis durum habuerit, sic hunc locum mecum emendet: *ne quis esse suorum aliquem praetermissum queratur.* — *Esse* et *sese* saepe in codicibus permutantur; et si *sese* pro *esse* perperam scriptum erat, quomodo *aut* in textum venerit,

facile intelligitur. Steinackeri emendationem iisdem causis, quibus Maji rejiciendam putavi, probare non possum. "Mihi quidem Wolffii conjectura non displicet, sed admodum displicent mortui querentes, i. e. displicet Wolffii defensio lectionis a nobis servatae. Ego vero locum ita explicaverim: desino etiam eos commemorare, qui sunt procul ab aetatis hujus memoria, ne quis vestrum vel lectorum (saepe enim Cicero ita loquitur, quasi de lectoribus, non de colloquentibus cogitet) queratur, majores quidem nominari de rep. bene meritos, se autem et suos, quorum haud minora fuerint merita, praetermitti.

## I. 2. p. 12 sq.

— sic eos — longe duco ipsa sapientia esse antependos.

De hac constructione vid. etiam annot. ad I. 38. p. 155 sq. — Difficili in loco versamur de hac constructione disputantes: de ea enim grammatici certant et adhuc sub iudice lis est. Reisigius ad locum posteriorem simpliciter: *duco*, ait, non adsciscit infinitivum. Ernestus ad Cic. Brut. 57: *duxeris* cum *esse* et substantivo non commode dicitur. *Duco* cum *esse* non bene dici ait Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 17. 37. Contra eos disputant Schellerus in Obs. ad priscos scriptores p. 32. multis exemplis allatis; A. Matthiae ad Cic. pro lege Manil. VII. 17. p. 79. et Creuzerus ad nostrum locum p. 12 sq. Si verbum *ducendi* ipsum spectes, comparesque ea significatione, quae his locis requiritur, cum graeco verbo ἡγέομαι, quod item nonnunquam est i. q. existimo; si reputes v. c. locutioni Θεοῦς ἡγοῦμαι addi non solere εἶναι, facile adducaris, ut existimes, verbo *ducere* non addi posse *esse* cum nomine. Accedit, quod plerisque in locis, quibus *duco* ita positum comparet, lectio variat, ita ut, qui illam regulam posuerunt, talibus locis sive *duco* in *dico* mutatum, vel *esse* deletum velint, idque editores certatim plurimis locis fecerint. Ita, ut

hoc utar in Bruto 87. 298. ubi erat: nec in hoc ironiam duxeris esse, Ern. et Ellendt. rescripserunt dixeris: contra de Amic. 2. 7. pro: omnia in te posita esse ducas, Ern. et Gernh. omiserunt esse. Sed tamen sunt haud pauca loca, quibus reperias ducō esse cum substantivo, vel adjectivo vel pronomine adjectivo, quibus et libri consentiunt, et editores novissimi nihil mutarunt, ita ut et ducō esse, et ducō, omisso esse in usu fuisse videatur. Subiit aliquando ita distinguere, ut esse addi posse statuerem, si ducō significet statuo; omitti, si non nisi puto et existimo intelligendum sit. Hoc autem cum ex ipsius loci adpectu saepissime discerni nequeat, videlicet cum nesciat lector, quem affirmationis quasi gradum et modum isto verbo significare voluerit scriptor; nihil superesse videbatur, quam ut ex optimis scriptoribus exempla constructionis illius a compluribus damnata afferrentur; cum contrariae sententiae probandae tanta suppetat multitudo, ut exemplis non egeat. Est igitur apud Livium XXXIV. 2. equidem fabulam et fictam rem ducebam esse. Corn. Nep. Timoth. IV. 3. p. 410. Bard. patriaeque sanctiora jura, quam hospitii esse duxit. Epamin. VII. 1. quod se patriae irasci nefas esse duceret. Cic. Or. pro Cluent. 9. jucundius esse duxit. 10. dignum esse ducebant supplicio: in Verr. III. 37. qui se regem Sioulorum esse ducebat: pro leg. Man. 7. vectigalia nervos esse reipublicae semper duximus: Or. Philipp. II. 20. id enim unum perfugium esse ducebas. Epp. ad Fam. IV. 7. et non aliena esse ducere a dignitate: V. 18. (al. 17.) si illius pietatem, virtutem — tecum esse, tuam esse duces: de Finn. I. 21. 71. quod nullam eruditionem esse duxit, nisi quae etc. de Rep. III. 9. quod deos — inclusos parietibus contineri nefas esse duceret; ib. et piam et diis immortalibus gratissimum esse duxerunt; ib. Galli turpe esse ducant frumentum manu quaerere. Quod vero sunt, qui dicant, ducere omnes respuere infinitivos, quid

faciant locis, qualis est Corn. Nep. Alcib. 7, 2. *videtur* cum non efficere posse ducebant —? Nimirum rescribent dicebant: quod tamen adhuc a nemine, quod sciam, factum est.

## I. 3. p. 16.

— *Hinc enim illa et apud Graecos exempla etc.*

Censor versionis Germanicae Kobbianae Lipsiensis 1825. 127. ad illud *ἀνακόλουθον* laudat S. C. F. A. Fritzscheii Dissert. II. de nonnullis posterioris Pauli ad Corinthios epistolae locis, p. 14. ubi hujus anacoluthi collecta esse ait exempla. Mihi hunc libellum videre non contigit.

## I. 4. 22. sq.

*Is enim fueram, cui cum liceret aut majores ex otio fructus capere, quam ceteris, propter variam suavitatem studiorum, in quibus a paeritia vixeram, aut si quid accideret acerbius universis, non praecipuam, sed parem cum ceteris fortunae conditionem subire, non dubitaverim me gravissimis tempestatibus ac paene flaminibus ipsis obviam ferre, conservandorum civium causa, meisque propriis periculis parere commune reliquis otium.*

Wolffius l. c. p. 17: „Hoc loco primum cui in qui mutandum videtur. Nescio enim, unde *dabitaverim* pendere possit. *Licet* autem non raro absolute poni, si persona facile suppleri possit, lexica jam docent. In ipsa Germanica translatione pronomen demonstrativum seu personale, si omitteretur, non desiderares. Tum *flactibus* pro *flaminibus*, cujus loco *fulminibus* secunda manus praebet, scribendum puto. [Improbante Censore hujus libelli in Bibl. Crit. Seebodii 1825. 4. p. 444 — 447. qui laudat Liv. 45, 41. praec. ubi est *fulmen* pro *calamitas*.] *Tempestatas* enim et *flactus* saepissime a Cicerone conjunguntur, atque calamitatem a Clodio sibi inflictam cum *flactibus* comparare solet, qui per ipsum a communi peste depulsi in se redundarint. Vid. de Orat. I. 1. Verbum *fulmen*

non sine adjecto Genitivo rei, cui fulmen inest, a Cicerone usurpatum videtur: ut *fulmen imperii*, *fulmina doloris* etc. [Compensatur iste Genitivus addito *ipsis*.] *Flumen* autem ea, quam hic habere deberet, significatione apud Ciceronem nusquam legitur. Nihil his addimus post ea, quae diximus ad locum ipsum in annotationibus nostris. — Janus Bakius in censura editionis Heinrichianae (Bibl. Crit. Nov. I. p. 145.) unice probat *fluctibus*, laudatis locis Ciceronianis de Or. I. 1. in Pison. 29. pro Milon. 2; quorum tertium nos quoque adhibuimus. Neque ego adversor, si quis nostrae emendationi hanc praeulerit.

## I. 5. p. 28. sq.

— *proinde quasi bonis et fortibus* etc.

De verbis *perinde* et *proinde* vid. Ducker. ad Liv. 32,21,3. Ruhnk. in praef. ad Schelleri Lex.

## I. 6. p. 33.

— *sed in illo genere exercitatis concedendam putant. Quare qui* —

„In postremis ita corrigendum, — *putare. At qui convenit* —: instituitur enim refutatio, quam hoc modo, non illo, solet incipere Cicero.“ J. Bake: l. c. p. 154.

## I. 8. p. 37. sq.

*Quibus de rebus, quoniam nobis contigit, ut eadem et in gerenda re publica aliquid essemus memoria dignum consecuti, et in explicandis rationibus rerum civilium quandam facultatem non modo usu, sed etiam studio discendi et docendi essemus auctores, cum superiores alii fuissent in disputationibus perpoliti, quorum res gestae nullae invenirentur, alii in gerendo probabiles, in disserendo rudes.*

Wolffius l. c. p. 18: „Hunc locum misere depravatum esse, omnibus perspicuum est; verba enim, *quibus de rebus* nihil habent, quo possint referri. Nec facile

quisquam dixerit, quid orationis genus: *et docendi esse-  
mus auctores* sibi velit. Quam ob causam Majus aut  
vocabulum aut membrum excidisse arbitratur. Schützius  
aut aliquid deesse, aut, quod maxime vult, quondam  
delendum, et ante *nec vero* plenam pausam faciendam  
censet. Sed si vel maxime *quoniam* deleveris et ante *nec  
vero* plene distinxeris, non majorem tamen huic loco  
accendes lucem. Steinackerus mire *auctores* in *nacti*  
mutavit, anacoluthon hic esse sibi persuadens. Sed simile  
ejusmodi anacoluthi exemplum in Ciceronis scriptis mihi  
indicari velim. Anacoluthon mihi tum demum locum ha-  
bere posse videtur, cum enunciatio omissa ex tota ora-  
tionis continuatione facile suppleri potest. Quae vero  
verba hic supplenda sint, nec ipse dixit, nec ex serie  
connexa apparet. Tum anacoluthis uti solemus, si cum  
impetu quodam, non si, ut hoc loco fit, sedate placide-  
que loquimur. Schützius etiam vocabulum *adepti* post  
*facultatem* excidisse putat [hoc ego in annot. mea p. 38.  
adscribere oblitus sum. *Mr.*]; sed *quandam facultatem* a  
verbis *essemus consecuti* pendere potest. [Vid. quae con-  
tra haec monui p. 37.] Ego vero totum locum facillima  
emendatione persanare et illustrare me posse confido.  
Ante vocabula *et docendi* minimum, et ante *nec vero*  
maximum interpunctionis signum pono, et pro vocabulis  
*et docendi essemus auctores* scribo *et docendi esse  
debemus auctores*. Sed *fuissent* etiam in *fuertint* mutan-  
dum videtur, nisi forte pro *esse debemus* legere placet  
*esse debuimus*. Totum autem locum germanica inter-  
pretatione sic reddo: [non lubuit eam adscribere, cum  
ad propositas lectionis emendationes nemo eam non possit  
conficere.] Nunc optime omnia inter se consentiunt.  
Cicero civilem se prudentiam tum ipsa rei publicae ad-  
ministratione, tum discendi studio et artis praeceptis sibi  
comparasse gloriatur, ob eamque causam hanc discipli-  
nam optime decere et posse et debere. Alibi quoque  
sibi placet Cicero praedicando, rerum usum et experien-

tiam se cum artis praeceptis conjungere, et graecam sapientiam Romanis tradendi esse auctorem. Comparetur prooemium librorum de Officiis.“ Probat Wolffii rationem censor, quem laudavimus. Nos Ciceronianum in ea desideramus colorem. Primum enim admodum debilitata procedit structura, si ad *quandam facultatem* ex superioribus repetendum est *essemus consecuti*; deinde vero, si scribimus in *ἁποδόσει et docendi esse debemus auctores*, Ciceronis mori contrariam rationem sequitur, qui dicturus fuisset *docendi etiam v. docendi quoque esse debemus auctores*. Quare in mea qualicunque emendatione, donec melius quid inventum fuerit, quam adhuc prolatum est, acquiesco. — Jan. Bak. l. c. p. 154 sq. ita de hoc loco disputat: „Mihi conjuncta illa *studio discendi et docendi* displicuerunt, siquidem docendi institutum nondum susceperat Cicero, nonnisi multa cum cautione inchoandum, ut colligitur ex Oratore cap. 41. sq. Tum satis erat haec conjungi, *usus et studium discendi*, sicuti infra I. 22. fin. ad Div. VI, 6, 4, similibusque locis: neque *docere* quidquam aliud esse potest, praeter *explicare*, (qua ratione dicitur de Legg. II. 19, de Iurisconsultorum libris et responsis; *quaedam ars est docendi*:) quod inepte jungatur cum proxime antecedentibus *in explicandis rationibus*. Tantum assequi nobis videmur, primum ista *quibus de rebus* hoc velle, e quibus laudibus memoratis: tum excidisse *quaedam post studio discendi*, hoc vel simili modo redintegrandi: *hoc eritendum arbitrabar, ut, cujus muneris gerendi fuisset aliis, ejusdem docendi essemus auctores*. — Phalerei Demetrii aemulari famam, recte de Cicerone monuit Majus: verum superare eundem voluit postea, ut apparet ex Offic. I. 1. Caeterum illa *Nec vero* — novam ordiuntur sententiam.“

I. 9. p. 41. sq.

— *familiarissimique ejus ad eum frequentes per eos dies ventituros se esse dixissent* —

Conf. Liv. I. 50. ibiq. Drakenb. p. 377. ed. Stuttg.,

qui ad verba: *Conveniunt frequentes prima luce:* monet frequenter ibi praeferre Lipsium, sed refutat eum, laudatis locis Liv. I. 52. *Indictum junioribus Latinorum, ut ex foedere die certa ad lucum Ferentinae armati frequentes adessent:* et II. 45. *Frequentes in praetorium conveniunt.*

I. 12. p. 55. sq.

— *Scipioni, quo eorum adventus perjucundus et pergratus fuisset etc.*

Praetulit Wolffius p. 20. Steinackeri emendationi *Scipionique* eam, quam in Emendd. protulit A. Majus, quoi i. e. cui, cum illa ob verbum *considerent* minus ei placeat. Mihi vero in hoc verbo nihil inesse videtur, quod impediatur, quo minus nostram rationem praeferamus. *Scipionique eorum adventus — pergratus fuisset* intelligo: et Scipio significasset sibi eorum adventum pergratum esse; ut c. 9. *libenterque vidisset* dictum est pro: libenterque se videre dixisset. — J. Bak. l. c. p. 155. item scribi vult *Scipionique eorum — placitum est caet.*

I. 13. p. 59. sq.

*excellit ipse* — Urbanior lectio foret *excellis ipse.*  
J. B. l. c. p. 155.

I. 14. p. 63.

— *discipulo, ut ferebat, Platonis.*

J. Bakius in Bibl. Crit. Nov. p. 146. contra Heinrichii emendationem (*ferebant*) monet: Mutabit, spero, Heinrichius sententiam, cum reputaverit, non de incerta traditione, cuius fuerit discipulus Eudoxus, agi, sed in qua re hospes esset ipse, in ea simpliciter fidem habere Gallo Philum.

I. 14. p. 62. sqq.

*Dicebat enim Gallus — cum sol e regione etc.*

In his verborum complexionibus Wolffius p. 21. plura sibi videri ait corrupta. Durum primum et ineptum hoc



loquendi genus existimat: *hoc sphaerae genus, in quo — inessent, in illa sphaera solida non potuisse finiri*, quamquam explicari quodammodo possit. Conjecit igitur, Ciceronem scripsisse: *ex illa solida non potuisse fieri*. [Vid. nostr. annot. p. 65.] Magis necessariam eam emendationem existimat, ut *in eo* scribatur pro *in ea*: [quod nos quoque correximus:]. Verba denique *ex quo et in caelo sphaera solis fieret eadem illa defectio* omni sano sensu destituta esse ait. Ad A. Maji emendationes [q. v. p. 65. sq.] monet, *ex quo* ad totam antecedentem enunciationem esse referendum et hunc sibi sensum esse videri: si soli luna in ahenea illa sphaera commoverenda totidem conversionibus succederet, quot diebus eidem in caelo succedit, in illo aheneo globo concavo solis defectio ita observari potuit, quemadmodum in caelo eadem certis temporibus observari potest. Itaque legendum esse conjecit: *ex quo ut in caelo ita in sphaera* (sc. ahenea concava) *solis fieret eadem illa defectio*. — Vid. nos p. 66. Ceterum non improbo Wolffii rationem: meam simpliciore existimo. Censor versionis Hobbiana Lipsiensis 1825. 127. legi vult *ex quo, ut in caelo, sphaera solis fieret eadem illa defectio* i. e. ut in caelo, ita pariter in sphaera: addens: *Eine in, durch Attraction verschmolzenen, Vergleichungssätzen sehr gewöhnliche Auslassung der Präposition, welche oft die Kritiker vexirt hat. — Metam nennt er den Schattenkegel, den die Erde warf. — J. Baskius in B. C. N. I. p. 146. „Redintegrare, ait, locum nobis videtur, sublatis in sphaera. Sphaerae ope, quales essent solis lunaeque defectiones, demonstrandum susceperat Gallus: qui, cum conversionibus lunae effici ostendisset, ut modo succederet ea soli, modo e regione, terra intermedia, opponeretur, ex his conversionibus fieri docet, et ut sol deficiat, luna soli succedente, et ut terrae umbra attingat lunam, quam tum deficere dicimus. Majum, qui e Lactantio potius, quam e Cicerone ipso, Nat. Deor. II. 19. Divin. II. 6. quibus locis ad Cleomedem usi sumus*

II. 6. supplendum existimat locum mutilum, non moramur.“ Abesse vult, opinor, B. non in *sphaera*, sed in *caelo sphaera*.

I. 16. p. 71.

*Erat enim tunc haec nova et ignota ratio, solem lunae oppositum solere deficere.*

„Quid sit sol lunae oppositus, nemo dixerit, nisi si accipiatur pro e regione lunae oppositus, terra nimirum interposita. Atqui hoc non ad solis, sed ad lunae defectionem pertinet: cumque hoc loco solaris defectionis mentio et explicatio requiratur, una littera expuncta, legendum: *solem lunae oppositu solere deficere i. e. ἐπιπροσθήσει*, quam doctrinam attingi ad Cleomedem p. 353.“ J. B. l. c. p. 155. sq.

I. 16. p. 71.

— *Nonis Junis soli luna obstitit et nox.*

Wolffius pag. 22. pro *qui ut scribit* mutari vult in *ut qui scribit*, ut sit i. q. quippe qui scribit. Idem reprehendit Steinackeri correctionem *qui adscribit*. Novissimus autem Ennii Annalium editor (Lips. Hahn. 1825. 8.) p. 67. ad v. *qui ut scribit* in parenthesi addit: *lege adscribit* et ad v. *et nox* posuit sc. exorta est.

I. 17. p. 73.

— *quamque nos in exigua ejus parte affixi — speremus tamen, nostrum nomen volitare, et vagari latissime.*

„*Quamque*, ait Wolffius p. 22., quidem cum vocabulo *speremus* conjungi potest, sed tum deest pronomen ad *volitare* et *vagari* referendum, et tota enuntiatio ita dissolvi deberet: *quam speremus fore, ut nostrum nomen per eam volitet et vagetur*. Hoc vero durissimum esse, nemo non videt. Corrigo itaque *quaque*, quod cum *volitare* et *vagari* conjungendum.“

Non improbo: sed nostra explicatio satisfacere videtur absque emendatione. —

I. 17. p. 78.

— *esse solos eos, qui essent politici propriis humanitatis artibus.*

J. Bakius l. c. p. 147. *legi vult sint pro essent: quod non est necessarium in oratione obliqua; non magis quam Tusc. II. 25. 61. nihil esse bonum, nisi quod honestum esset.*

I. 18. p. 81.

*Egregie cordatus homo catus Aelius Sextus.*

Laudat nuperrimus Ennii editor p. 136., praeter loca ab A. Majo allata, etiam Pompon. Fr. 2. §. 38. Dig. I. 2. de Orig. Jur. Sex. *Aelium Ennius etiam laudavit.*

I. 21. p. 94. sq.

— *optimum longe statum civitatis esse eam, quem majores nostri nobis reliquissent.*

Conf. Cic. Or. pro Sex. Rosc. Am. 18, 50. *Itaque ex minima tenuissimaque re publica maximam et florentissimam [majores nostri] nobis reliquerunt.* Sallust. Catil. 51, 42. et 52, 19. Infra I. 46. med.

I. 21. p. 94.

*duobus vel Graecis peritissimis.*

Probat J. B. l. c. abjectam ab Heinr. particulam *vel.*

I. 26. p. 109. sq.

— *ad eam causam — quae causa genuit civitatem.*

Adde iis, quae in annot. posuimus, Cic. Or. pro Scauro Ed. Cramer. et Heinr. 20. p. 45. *videtis — criminum auctores, quibus criminibus etc.* nimirum ne ad quibus subaudias auctoribus.

I. 26. p. 111.

— *rei publicae causa societate.*

Laudat Heinrichium J. Bakius, quod *causa* deleverit. Sed hoc fieri jussit A. Majus, cui ea vox aliud agenti obreperat.

I. 27. p. 113.

— *cum habeat nullos gradus dignitatis.*

„Sic, ait J. B. l. c. p. 148., corrigitur ab Heinr. pro

*habet*, quippe proprium hoc sit *aequabilitatis*, ut nulli dignitatis gradus serventur. Non repugno: quamquam alterum etiam defendi potest, ut tum demum iniqua dicatur aequabilitas, cum habet nullos gradus dignitatis; quippe saepe fieri, ut sponte, servata illius aequabilitatis cum specie tum appellatione, eo labantur populi, quod in cap. 34. fin. disputatur. Neque enim omnis aequabilitas reprehenditur; siquidem requiri eam a Scipione infra videmus, I. 45. agnosci in Romana civitate, II. 23. eandemque commendari, sed legitimam atque usitatam, in rebus causisque deprehendimus apud Ciceronem De Orat. I. 42. Sententiam eandem praebent haec Platonis verba Rep. VIII. p. 558. C. *ἰσότητά τινα ὁμοίως ἴσοις τε καὶ ἀνίστοις διανεμόμενα.*“

I. 28. p. 116.

*Quae genera primum sunt in iis singula vitia* —

„Sublata est ab Heinr. praeposito *in*, minus bene. Tuetur eam praepositionem Ciceronis consuetudo, qua *in vitio esse* pro *vitiosum esse* dicitur: conf. Heusing. ad Offic. I. 7, 8. et 14, 3. neque multum diversa sunt ea, quae Cortius monet ad Epp. ad Div. XIII. 29, 12. et 30, 2.“ J. B. l. c. p. 148.

I. 29. p. 120.

— *teterrimus et ex hac* etc.

„Ex iis, quae sequuntur, hoc apparet, actum esse de multiplicibus vicissitudinibus rerum publicarum, ita ut non necessario singulis singula genera cohaereant in quae mutantur, sed et in multas formas, et, velut circuitu facto, eodem redeant genera civitatum. Itaque primam illam vocem, *teterrimus*, ad regni commutationes pertinere puto: reliqua sic legam: *et ex hac optimatum, vel factio tyrannica illa, vel regia, vel etiam persaepe popularis* (sc. potestas;) *itemque ex ea genus quodque efflorescere caet.*“ J. B. l. c. p. 149.

I. 31. p. 125.

— *sed ea dant magis, quae, etiamsi nolint, danda*

*sint, et, quae ipsi non habent, unde alii petunt: sunt enim etc.*

Wolffius p. 23. *unde in inde* mutari vult, quod pro *ex iis s. ab ipsis* positum arbitratur. Improbatur hanc conjecturam censor, quem dixi, apud Seebodium. Heinrich. scripsit *unde alii petant*. Ego codicis lectionem ita explico: *sed ea dant magis, quae, etiamsi nolint, danda sint; et (quae danda sint) ab iis, a quibus alii petunt, quae ipsi (qui dant) non habent*. Vocem *unde* de hominibus non semel posuit Cicero v. c. de Or. II. 70. 285. *ut is, unde te audisse dicis, iratus dixerit: de pluribus, Epp. ad Fam. VII. 11. ego omnibus, unde petitur, hoc consilii dederim*. — Contra Heinrichii emendationem monet W.: *Petant si legimus, verba unde alii petant a vocabulo habent pendere debent. Qui autem Cicero dicere potest, cives ipsos non habere, ut ex ipsis alii petere possint? Non habent quidem ipsi ea, quae aliis dant, i. e. non ipsi veniunt in societatem eorum, quae aliis dant; sed habent omnino, quae aliis dare possint.* Jan. Bak. l. c. p. 150: „Non potest probari Heinrichii conjectura, qui *petant* edidit; quod quomodo instaurandae sententiae inserviat, nondum ab ipso discere possumus. Hoc fortasse verum est: *et qui ipsi non habent, inde alii petunt.*“

I. 32. p. 129. sq.

— *quorum [regnum], ut ait Ennius,*

— *Nulla sancta societas*

*Nec fides est: —*

Sententia est: Regiam qui habet potestatem non facile patitur socium ejus potestatis: neque quisquam, qui habet regni socium, existimare poterit, sibi non esse ab eo cavendum.

I. 33. p. 132. sq.

*Quo autem modo assequi poterat Lacedaemon illa tum cum praestare putabatur disciplina rei publicae, ut bonis uteretur justisque regibus caet.*

Legendum — *Lacedaemon illa, quod praestare — in*

quibus *praestare* est polliceri, spondere: *tum* in Cod. supra scriptum est." J. B. l. c. p. 156.

I. 34. p. 136.

— *praesertim cum hoc natura tulerit, non solum ut summi virtute et animo praecessent imbecillioribus, sed ut hi etiam parere summis velint.*

Malim: *praeesse imbecillioribus.* — Doederlein. Admodum placet haec conjectura. — Eodem modo corrigi locum jubet J. B. l. c. p. 156.

I. 35. p. 142.

*Recte quaeris, quod maxime e tribus (sc. probem).*

Wolff. p. 24: „*Quod* a priore manu posterior in *quid* mutavit; et hoc sine dubio praefendum. Parum enim probabilitatis habet, Ciceronem, si in interrogatione *quid* dixerit, in responsione *quod* dixisse. Majus quidem ad c. 30. provocat, ubi *quod* etiam pro *quid* positum esse arbitratur; sed ibi prioris manus corrector non nisi incuria *quod* videtur praetermisisse.“ Ego in iis acquiesco, quae posui ad I. 30. p. 123. quibus adde, quae monet Creuzerus ad hunc ipsum locum p. 142.

I. 35. p. 143.

*Sed si unum ac simplex probandum sit, regium probem atque in primis laudem. In primo genere tamen quod hoc loco appellatur etc.*

Wolffius p. 24: „Vocabula et syllabae inclinatis, quae dicuntur, litteris distinctae, cum pagellae angulus in Codice lacer sit, ut sex ferme verba perierint, a Majo conjectura addita sunt. Haec autem illius periodi enuntiatio: *in primo genere quod hoc loco appellatur*, quam Majus in additamentis ita legi vult: *in primo autem quod hoc loco appellatur*, non recte mihi restituta videtur, et ita fortasse emendari potest: *in illo autem, quod hoc* (sc. regium imperium) *appellatur, primo loco.* Sensus enim, quae quidem mea est opinio, hic est: in nominibus, quibus regium imperium notatur, primum patris nomen occurrit, quo rex ornari solet. Sed quis in tanta hujus

periodi corruptione verum se sensum intellexisse, ipsaque Ciceronis verba restituisse gloriari possit?“ Neque ego emendatione viri doctissimi locum sanatum credo, quamquam neque primum A. Maji supplementum, *In primo genere tamen*, neque alterum, quod nos ex A. Maji Emm. in contexta recepimus, animum plane explet. — „Ego, ait J. B. I. c. p. 153., nunquam adducar, ut credam, vere conjecisse Majum in his verbis *Sed si unum — hoc loco appellatur*: quarum sententiarum prior, quae suo loco occurrit infra II, 23. nunc quidem aliena est, cum inchoare tantum, non statim dirimere controversiam videatur Scipio, ut reliqua in eodem cap. docent. Tum illud *tamen* ineptissimum est, ipsamque Majanam rationem evertit.“

I. 36. p. 146. sq.

— *quem unum omnium deorum et hominum regem esse omnes docti indoctique uno ore consentiunt.*

Wolffius p. 25. cum A. Majum correxisse vidisset in Additamentis *omnes docti expolitique*, probabilius emendari posse censet: *omnes docti atque expoliti*. „Sed, ait, secundae manus vestigia secutus melius fortasse correxeris: *omnes* (vel potius *homines*) *docti indoctique ex poetis consentiunt*. A poetis enim in primis Jupiter deorum hominumque pater appellari solet. Poetae autem saepe doctorum hominum nomine signantur, atque *ex poetis* quam *poetarum* Cicero fortasse dicere maluit ob praecedentes Genitivos *deorum et hominum*. Heinrichius vocabulo *indocti* priorem locum haud dubie ideo tribuit, quod prima manus *doctique* praebet. Sed *indocti* tamen priorem locum minus bene mihi videtur occupare.“ Non optime cessit viro doctissimo utraque emendatio. Priorem refutat animadversio vel observatio Steinackeri, quam v. supra p. 147: posterior cum distinguat inter *doctos ex poetis* et *indoctos ex poetis*, et a sententia loci, et a Ciceronis loquendi more, et a Latinitate ipsa aberrat. Neque melius conjecit *homines* esse scribendum pro *omnes*.

Meam emendationem istis certe vitiis non laborare, primum adspicienti, ut opinor, patebit.

I. 36. 147.

*Quid? inquit Laelius. —*

„In his haereo, ait J. B. l. c. p. 150., cum *quid?* non habeat, quo referatur: nisi forte explendum sit, et legendum *quid ad haec?*—In seqq. *Homerus* ex hac quidem rei publicae parte excludendus videtur, legendumque ut ait, nullo addito nomine.“

I. 37. p. 150.

*Videsne igitur minus quadringentorum annorum esse hanc urbem ut sine regibus sit?*

Wolffius p. 26: „*Ut—sit* non pleonasmus est, ut Niebuhrius, Vir illustrissimus, in indice latinitatis ait, sed ut idem, quod cum s. *ex quo tempore* hic significat. Vid. Brut. 5. Schützius dedit *fuit* pro *sit*. Subjunctivus autem ob accusativum cum infinitivo hic apte locum habere potest.“ Recte: v. nos ad h. l.

I. 37. p. 152.

*Cedo, nam, Scipio, barbarorum Romulus rex fuit?*

Nobiscum vituperat Wolffius p. 26. omissum a Schützio *Scipionis* nomen: sed rescribi vult: *Cedo, Scipio* (sc. inquit), *nam* etc. ut postea sequitur: *et Scipio*, et cap. 36. *et ille*, verbo *ait* omissio, ut saepius. Non male: sed stare posse videtur Codicis lectio.

I. 37. p. 152. sq.

*Si ut Graeci dicant omnes aut Graios esse aut barbaros, vereor, ne barbarorum rex fuit.*

Wolffio p. 27. Heinrichii *Sicut* pro *si* ut eam ob causam non placet, quod, cum posterius orationis membrum a particula *si* [*sin*] incipiat, prius quoque ab eadem particula incipere debere videatur. Distingui igitur vult: *Si, ut Graeci, dicant* etc. vertens: *Wenn man, wie die Griechen, behauptet* u. s. w. Passime, si quid video. Sed tales prodeunt emendationes, si singula tantum verba, neque orationis seriem, contemplaris. Verum est: *dicant*,



sc. homines, significat saepissime i. q. dicitur. Sed inspicat mihi aliquis orationis, qui hic est, nexum: et nihil minus fieri posse videbit, quam ut ea significatio hic locum habeat. Meam loci explicationem v. p. 52. Pro *fuit* *W.* recte praefert *fuert*.

I. 38. p. 154.

— *te te infelicem, inquit villico* etc.

Conjicio, ait *W.* p. 27., aut cum Ambrosio legendum *o te infelicem!* aut *ah te infelicem!*

I. 38. p. 156.

*seditionem quandam animi movere ducebat.*

„Heinr. sustulit *movere*. Mihi contra videtur, optimeque Platonico, in simili argumento, *στασιάξεν*, respondere *seditionem movere*.“ J. Bakius l. c. p. 151.

I. 38. p. 156.

— *eam consilio sedari volebat.*

*W.* p. 27. aut *eamque* aut *quam* scribendum putat; neque tamen Heinrichii *et eam* rejicit. Nos cur hanc emendationem praetulerimus, in annot. ad l. c. diximus.

I. 38. p. 156. sq.

— *et illud videre st, in animis hominum regale si imperium sit, unius fore dominatum.* -

„Melius quidem, ait *W.* p. 28., A. Majus in Additamentis. Ego vero sic totum locum emendandum arbitror: *et illud vide, si in animis hominum regale sit imperium, id unius fore dominatum, consilii scilicet.* Hanc autem emendationem Heinrichius mihi praecepit. [Ego eam imprudens praetermisi: certe, si vidissem, recepissem. *Mr.*] Sed nescio cur scripserit *regale imperium sit*, cum Codicis vestigia legi requirant: *regale sit imperium.*“

I. 39. p. 160.

*Adducor igitur, et propemodum assentior.*

*W.* p. 28. „Haud dubie, ait, lectio ita emendanda: *Adducor igitur, ut propemodum assentiar.* Particulas *et* atque *ut* saepe inter se permutari, notum est. Quod autem

Majus et Schützius *igitur* in *inquit* mutatum volunt, hoc non plane necessarium videtur, cum *igitur* in interrogatione positum, apte in responsione repeti possit. Hanc quoque emendationem meam jam praeoccupavit Heinrichus. Sed is quoque *igitur* in *inquit* mutavit, me non adsentiente.“ Quid? an Heinrichus virum doctissimum de sua emendatione consuluit? Non magis, quam ejus emendationem praeoccupavit. Sed, ut ex iis, quas adhuc exscripsi, viri illius annotationibus patet, non semper loquitur W., ut interpretem et emendatorem Ciceronis in eo agnoscas. Heinrichus autem quomodo emendaverit, vide supra p. 159. Eaque mihi nunc magis arridet emendatio, quia non repetitur, quod in quaestione fuerat, *igitur*: quamvis defendatur a Wolffio. Certe si emendandum est scribendumque *ut pro et*, vox *propemodum* priori, nec vero posteriori verbo adjungi debet. Fere dixerim inepte locuturum Laelium, si diceret: *adducor igitur, ut propemodum assentiar*. Quis probet hominem dicentem: *Du bringst mich dahin, dasß ich dir fast Beifall gebe*: pro: *Du bringst mich fast dahin, dasß ich dir Beifall gebe* — ?

I. 40. p. 161.

*Ergo etiam illud vides, de quo progrediente oratione ventura me dicturum puto.*

„Schützius, ait W. p. 29., omisit *ventura*. Mihi vero nec *ventura*, nec, quod A. Majus in additamm. rescribi jubet, *futura* satis placet, sed verbum, quale *accuratius*, in *ventura* latere videtur. Ejusmodi enim vocabulum hic desiderari puto. Heinrichus *ventura* in *ultra* emendavit, sed ei post verbum progrediente locum assignavit. *Ultra* autem non simpliciter id, quod Germanice *weiter* exprimitur, significare posse videtur. Quo accedit, quod vocabulum *ultra* non eundem occupat locum, quem in codice *ventura*. Steinackerus cum Sch. *ventura* plane delevit.“ Jan. Bakius l. c. equidem, ait, tollam *ventura*, molestum glossema antecedentis *progrediente*. Habes viro-

rum omnium, qui adhuc hunc locum attigerunt, sententias. Ego, quod solent facere homines, meam probo.

I. 40. p. 164.

— *quorum ipsum nomen vim suae potestatis indicat.*

„Corrige *summae potestatis*, de dictatore.“ J. B.

I. c. p. 156.

I. 41. p. 166.

*Pectora dia tenet desiderium; simul inter*

*Sese sic memorant, o Romule, Romule die!*

W. quoque p. 29. coniecit *pectora dura*: iisdem, quibus nos, rationibus motus. Idem recepit etiam ex Steinackeri conjectura nuperrimus Ennii Annalium editor, p. 37. Apud Lactantium De Fals. Relig. I. 15. est — *O Romule, Romule, dic, o, Qualem* etc. Laudat praeterea Ennii editor Calpurn. Pison. MS. de contin. vet. poet. Lib. I.: *Iteratio, quam graeci ἀναδίπλωσις vocant, si dextre collocatur, magnum ornatum adfert orationi. Omnis aetas hic excellit. Non male Livius Andronicus in Odyssea: Ah vestros, dum hic mantatis, irruet nervos perduelles. Melius Ennius in Annal. III. [scr. I.] O Romule Romule dico. Optime Lucilius* etc. — In versu, qui paullo inferius scriptus est:

*Tu produxisti nos intra luminis oras —*

novissima Ennii editio exhibet scriptionem Merulae, *indu pro intra.*

I. 42. p. 169.

*Sin per se populus interfecit aut ejecit tyrannum et moderatior, quoad sentit et sapit, et sua re gesta laetatur.*

W. p. 30. pro *et moderatior vult est moderatior*, vel, quod magis ei placet *est et moderatior*. Jan. Bak. I. c. p. 151. mavult: *Tyrannum, et moderatiora sentit, et sapit.* — In seqq. pro *cave putes autem nobiscum* Wolffius scribi vult *cave putes, aut* — in qua sententia Doederleinium quoque esse video.

I. 42. p. 170.

*aut mare ullum, aut flammam —*

Suspicio legendum esse *aut maris fluctum, aut flammam*. J. B. l. c. p. 156.

I. 43. p. 172.

*Cam enim — populi fauces exaruerant libertatis siti, malisque usus ille ministris non modice temperatam, sed nimis meracam libertatem sitiens hauserit.*

Livius 39, 26. *Ex diutina siti nimis auide meram haurientes libertatem* — ubi J. F. Gronovius p. 352. Drakenb. ex MS. Augustini (loco ab A. Majo p. 172. not. 1. laudato) *meracior pro immoderatio*, quod illius interpretamentum est, restituit, additque Arnobii II. 47. (Cap. VIII.) haec: *O meraco sapientiae tincti et saturi pota! Ubi novissimus interpres de tralata locutione nihil exposuit. Ad Eunapii locum in Vita Maximi p. 85. itidem laudatum Gronovio, ὑπὸ τῆς διαμάδος δηχθέντες χυρδὸν καὶ ἀμυστὶ τῶν μαθημάτων ἔλκειν ἐβούλετο*. adhibe Boissonadium p. 293. et adde Wyttenbach. ad Plutarch. Quaest. Graecc. XVIII. Animadverss. p. 64. — Cr.

I. 43. p. 175.

— *quin tantà libertate canes etiam — liberi sint* etc.

Cum in Cod. scriptum sit *in* et superadditum *qu*, non difficilium, quam *quin*, inde efficias *inque*, ut ego corrigendum esse existimo. Doederlein.

I. 44. p. 177. sq.

— *maximeque in rebus publicis evenit: nimiaque illa libertas et populis et privatis in nimiam libertatem cadit.*

W. p. 30. pro *in* legi vult *id*, neque vero utrumque scribi. Tum addit: „*Cadit autem in cedit mutandum esse, omni mihi videtur carere dubitatione. Heinr. tamen et Steinack. lectionem Codicis cadit conservarunt. Num fortasse sic sibi locum interpretati sunt: Jene gar zu grosse Freiheit geräth bei Völkern sowohl als Privatpersonen unvermerkt in gar zu grosse Knechtschaft hin-*

*ein* —? Vocabulum autem *convertantur* mihi hic *cedit* necessario requirere videtur.“ Vid. annot. nostr. p. 178.

I. 44. p. 181.

*nec diutius unquam tenetur idem rei publicae modus.*

„*Unquam* mutandum est in *usquam*: i. e. in nulla illarum formarum satis diu conservatur status rei publicae. Eadem ratione Graeci *ἐνταῦθα, ἕκεί*, similibusque utuntur.“ J. B. l. c. p. 157.

I. 45. p. 182.

— *esse aliud auctoritate principum partum ac tributum.*

Conjecisse se ait W. p. 31. *auctoritati*: sed in hac lectione sibi displicere, quod cum dativo *auctoritati* non eodem sensu utrumque verbum, *partum ac tributum*, conjunctum sit. Quare lectionem Codicis (*partium*) retineri posse arbitratur, si legas *auctoritati principum partium attributum*. „Principes enim, inquit, qui genere, qui opibus et auctoritate in civitate eminent, etiam principes civitatis partes sunt, principesque in ea habent partes. Quod Steinaekerus, conjecit assentiente Hermanno [v. pag. 182.], vix ex Ciceronis more esse persuadere mihi possum.“ — Corrige: *auctoritati principum impartitum*. Liv. iv. 54. *Tandem aliquando impartiendo plebi honores. xxxvii. 36. populi esse jus, suffragium, quibus velit, impartiri.* — Hunc locum haud scio an Tacitus respexerit Ann. iv. 33. *Lecta ex his et consociata reip. forma laudari facilius, quam evenire, potest. Doederlein.*

I. 45. p. 183.

*Quod et illa prima facile etc.*

Melius erit, ait J. B. l. c. p. 151., *Et quod illa—.*

I. 47. p. 187.

*Tam Laelius, tuum vero, ac tuum quidem munus.*

W. p. 32. conjecit, ut Steinack., *Tu vero* (sc. effeceris munus, cui te praeposui) *ac tuum quidem munus* (i. e. munus, cui tu prae caeteris omnibus par es): laudatque Cic. Brut. 87. 300. [qui locus nihil ad nostrum facit.] Hein-

richii quidem emendationem ingeniosam appellat, suam tamen habet potiozem. Jan. Bak. l. c. p. 152: „Non male Heinr.; sed mihi simplicior, ut puto, ratio in mentem venit: *Tu vero inquit, Scipio, ac tuum quidem munus, quae e proxime antecedentibus sic cogitando explenda sunt: Tu vero consequi poteris, et tuum munus effeceris. De Legg. I. 2. fin.: quare tuum est munus, [hoc a te expectatur. Cf. Divin. I. 47. ad Div. xi. 5. 8.“*

I. 47. p. 187.

— *quem si habemus, etsi ne nunc quidem, tum vero quis te possit esse florentior?*

W. p. 32. „Lectio, ait, *etsi ne nunc quidem vix sincera potest esse. Haud dubie legendum: etsi non nunc quidem* (wiewohl wenigstens jetzt nicht). Laelius enim non dicere voluisse videtur, civitatis Romanae statum non optimum esse, sed hoc tempore, quo magna jam Tiberii legibus labes in vetere civitatis disciplina facta erat, non optimum esse. Comparetur Lael. c. 12.“ Non placet *non nunc quidem: malim ne e nunc quidem.* Conf. Gernhard. ad Cic. de Sen. ix. 27. p. 50. x. 33. p. 60. coll. p. 319. sq.

I. 48. p. 189.

— *et est antiquior parens, quam si qui curaverit.*

Wolffius p. 33. Ciceronem *quam is, qui creaverit, scripsisse* putat.

II. 2. p. 198.

*Quod habemus igitur, inquit, institutae rei publicae tam clarum — exordium — ?*

Corrige *rei*, h. e. quaestionis, delete *publicae*. Doederlein. — Ego nihil impedirem, nisi scirem, *quaestionem instituere* optime quidem dici, sed *rem instituere* eadem sententia eodemque sensu non item. *Institutae rei publicae* intelligo: institutae (vel instituendae) cujuscunque rei publicae.

II. 4. p. 208.

*Atque habet etiam amoenitas ipsa vel sumptuosas vel desidiosas illecebras multas cupiditatum.*

Quod est in Cod. *jam pro etiam*, restitutum vult  
 VV. p. 34.

II. 4. p. 212.

*Sed tamen in his vitis inest illa magna commoditas, et quod ubique gentium est, ut ad eam urbem quam incolas, possit adnare: et rursus ut id quod agri efferant sui, quascunque velint in terras portare possint ac mittere.*

„Mira lectio [improbata etiam censori, quem laudavi ap. Seebod.] Heinrichio placuit: *Sed tamen — commoditas, ut, ubique gentium est, ad eam urbem, quam quis incolat, possit adnare* etc. Vir eruditissimus ubique est pro *ubicunque quis est* dictum videtur putasse. Sed sententia nimis tenuis [?] est. Mihi nulla emendatione locus videtur egere, interpretatione tantum sublevandus. Series connexa hunc sensum requirit: Maritimae civitates hanc praebent commoditatem, ut et omnes homines ex aliis terris merces advehere, et cives earum ipsi agrorum suorum fructus in alias terras portare et mittere possint. Proprie Cicero dicere debuisset: *agri tui, velis, possis*; sed quia vocabulo *urbe* incolae urbis s. cives cogitari solent, tertiam pluralis personam in posteriore enuntiatione praetulit. — Franckius, qui post voc. *illa magna commoditas non ut, sed quod* sequi debere arbitratur, et ante *quod* delendum, *possit* autem in *possis* mutandum, et est hic verbi *licet* significationem habere, vel potius *est, ut* orationi dilatandae inservire censet, atque ita hunc locum vertit: *Aber doch ist bei diesen Fehlern der grosse Vortheil, dass man allenthalben zu der Stadt, die man bewohnt, hinschwimmen kann* etc. Constat quidem, formulam loquendi *est, ut* saepius tum apud Ciceronem, (vid. Orat. 59. init. de Orat. II. 36. in Coel. 20.) tum apud alios scriptores orationi dilatandae inservire, et *est, ut possis* idem, quod *potes*, significare posse. Sed tamen huic quamvis ingeniosae interpretationi et emendationi assentiri non possum [nec magis eam probat censor

laud.]. Primum enim non video, cur ut post voc. *illa magna commoditas* sequi non possit, cum sensus sit: in illis vitiis inest ejusmodi magna commoditas. Tum sententia ex illa lectione profecta non satis placet. Sed judicent doctiores. " Haec Wolffius p. 34. sq. Equidem probo, quod ad sententiam, rationem Wolffii; sed tamen post *commoditas* commodius scriptum iri existimo vel ut, quod, vel ut et, quod vel et ut, quod — omissio ut post est: deinde quod dedi p. 213, *quascunque velit — portare possit, jam restitutum malim velint — possint*, ut, postquam *sui* additum est verbis *agri efferant*, ex verbis *quidquid est gentium* ad ista verba intelligas *homines*. — Jan. Bak. l. c. p. 152; „Heinrichius, ait, nescio qua de causa, — *commoditas, ut ubique gentium est, ad eam urbem, quam quis incolat; quasi de commoditate agatur, qua quis advenire possit. Imo de mercibus importandis, ut mox de exportandis, sermo est, vulgataque servanda, nisi quod deleri malim et ante quod.*"

II. 5. p. 213.

*Qui potuit igitur divinitus et utilitates complecti maritimas Romulus et vitia vitare?*

*Divinius* legendum esse vidit etiam Doederleinius. Wolffius, qui idem probat, p. 36., addit tamen, quasi poeniteret recte cogitati: „nisi forte *divinitas* scripserit Cicero.“ Vid. Gesner. Thesaur. L. L. v. *divinitas*.

II. 5. p. 214. sq.

— *eodemque ut flumine res ad victum cultumque maxime necessarias non solum mari absorberet, sed etiam invectas acciperet ex terra.*

„*Absorberet*, ait W. p. 36., corruptum est. Niebuhrius ejus loco *subveheret* scribi vult; sed jure miratur Majus, qui fieri potuerit, ut amanuensis vocabula *subveheret* et *absorberet* inter se permutaret. Si sensum, qui in verbo *subveheret* continetur, hic requiras, facilius emendaveris *adportaret*. *Adportare* enim non solum de rebus quae terra, sed etiam de iis, quae



mari subvehantur, usurpari solet. Eadem significatione paulo ante *portare* legitur. In hac autem emendatione, sive *subveheret* sive *adportaret* legeris, displicet, quod non bene dici videtur: *flumine res mari adportantur s. subvehuntur* [Immo diceret Cicero, si *adportaret* reciperes: *urbs adportat mari res necessarias flumine*: quod plane dici nequit:] nisi etiam cum Niebuhrio legere velis *ab mari subveheret* aut mecum *ab mari adportaret*. [Sed neque hoc bene diceretur: *urbs flumine ab mari adportat res necessarias*.] Mira interpretatione lectionem Codicis *absorberet* defendit Steinackerus [q. v. supra p. 215.] Vocabulum autem *absorbere* eo, quo vult, sensu a veteribus unquam usurpatum fuisse, non facile cuiquam persuadebit. Semper enim hoc verbum voracitatis notionem continet, et tum demum apte positum videri posset, si urbs cum feroci animali omnia, ad se rapiente compararetur. Omnibus bene reputatis ego Ciceronem pro *absorberet* scripsisse arbitror *ab ore teneret*. Ex his verbis lectionem codicis facillime potuisse oriri, si ponamus, librarium stupidum praedicta ab altero verba calamo excepisse, cum vocabula *ab ore teneret* eundem prope habeant sonum, quem vox *absorberet*, quisque haud dubie mihi concedet. *Os* autem fluminis i. e. aditus ad flumen, aequè bene dicitur maris os, i. e. aditus in mare. Atque verbum *tenere* saepe idem significare, atque consequi, satis constat. Ex pluribus exemplis pauca eligam. Liv. I. 57. *montes effuso cursu Sabini petebant, et (f. sed) pauci tenuere*. Liv. IV. 3. *Servium Tullium post hunc, captiva Corniculana natum, patre nullo, matre serva, ingenio, virtute regnum tenuisse*. Cic. ad Div. I. 1. *res aliter teneri non potest*. Agr. II. 17. *qui percursum rectam regnum tenere non potuerunt*. Totum locum sic Germanice interpretor [quam interpretationem adscribere non videtur necessarium. Unum moneo: eum verba in *mare late influentis* mire reddidisse: *eines weit ins Meer eingehenden*.] Si quis autem os fluminis non bene os

maris dici arbitretur, per me legat *maris ab oris teneret*." Haec ille. Qua quidem emendatione posteriore nihil ego vidi infelicius, quam priorem ejusque vel commendationem vel defensionem, sive *maris os* spectes, sive *maris oras*, poetae convenientes, sive catachrésin verbi *tenerere*. Vid. nostr. annot. et Ind. Lat. v. *invectus*. „Temere, ut videtur, [ait J. B. l. c. p. 152. sq.] Heinrichius edidit *ab mari subveheret*, cujus conjecturae Május meminit. Siquidem haud invenusta figura urbs res ad victum necessarias *mari absorbere*, i. e. e mari, maritimo itinere adnantes, excipere, haurire, absumere, dicitur."

II. 9. p. 226.

*Itaque hoc consilio et quasi senatu fultus et munitus etc.*

„Quid v. *quasi senatu* sibi velint, vix quisquam intelliget Cicero adeo ipse paulo post c. X. patrum consilium, a Romulo electum, *senatum* appellare non dubitat. Cur hic eundem *quasi senatus* nomine designandum esse putavit? Conjicio Ciceronem scripsisse *et senatu quasi*." Haec Wolffius, p. 38. Equidem si loco movendum est *quasi*, malim: *itaque hoc consilio et senatu fultus et quasi munitus*. — Idem W. eadem pag. cap. 6. merito rejicit lectiones *tractatus pro tractus*, et *undantem pro abundantem*, quarum prioris Niebuhrius, posterioris Május patronus existit.

II. 10. p. 236.

— *quo facilius intelligi possit, tum de Romuli immortalitate creditam, cum jam inveterata vita hominum ac tractata esset et cognita.*

W. l. c. p. 39: „Május vel potius Niebuhrius syllabas, litteris diductis notatas, adjecit. Schützius autem restaurationem hic non recte factam, sensumque postulare censet, ut ita corrigatur: *quo difficilium intelligi possit*. Mirum mihi videtur, quid in hanc induxerit persuasionem virum eruditissimum. Cicero haud dubie locutus est in antecedentibus de poetis Graecis, qui paulo

ante Romuli aevum vel paullo post vixerunt, qui, cum suorum temporum homines jam in majore rectoris cognitionis luce versarentur, commenticias de hominibus in deorum numerum relatis fabulas in medium proferre non auderent. Tum pergit: *Quo facilius intelligi etc.* Cicero enim hoc ipsum, quod Romuli consecratio tam seris temporibus credita sit, quasi rem miram considerari vult: Itaque vocabulo *tam* vis quaedam inest: et sera tempora, non intelligendi difficultas illud est, in quo res omnia vertitur. Quare locus recte restitutus videtur."

II. 10. p. 235.

— *natus Simonides* —

„Minime placet Simonides e Sulda arcessitus, cujus exemplum, ut reliqui poetae, qui post Archilochum fuere, quid ad Romuli aetatem pertineant, non assequor.“ J. B. I. c. p. 153.

II. 10. (p. 146. ed. Stuttg.) p. 233.

Ad A. Maji annotationem, in qua ex Dionysio et Polybio de anno urbis natali loquitur vir doctissimus, tenendum, Dionysium et hoc loco et alibi saepius justo severius de Polybio judicare, suamque in exquirenda veritate majorem diligentiam jactare. Conf. Krüger. ad Dionys. Halicarn. Historiographica. Halae Sax. 1822. p. 281. *Cr.*

II. 13. p. 244.

— *tamen ipse de suo imperio curiatam legem tulit.*

Tenendum est eam legem non id voluisse, ut conditiones quasi ferrentur, quibus regis potestas circumscriberetur: sed ea id factum esse, quod posteriore tempore consulibus fieri solebat, quibus, quamquam creatis jam et imperio destinatis, tamen imperium ipsum singulari populi scito conferebatur, sine quo rei militaris non haberent summam potestatem. *Mr.*

II. 15. p. 250. sq.

— *ea sunt demum non ferenda in mendacio, quae*

*non solum facta esse, sed ne fieri quidem potuisse cernimus.*

Majus quidem, ubi sint eadem dicta Scipionis ac Polybii, cum saepissime notaverit, aliquot locis omisit, veluti hoc. Est apud Polybium VI. 59. 2. τὸ γὰρ ἀδύνατον ἐν τῷ ψεύδει μόνον οὐδ' ἀπολογία ἐπιδέχεται τοῖς ἀμαρτάνουσιν. Jam non diutius certa sede carebit hoc ἀποσπασμάτιον Polybii; rursusque Ciceronem intelligimus in regno Numae describendo Megalopolitani potissimum auctoritatem esse secutam: quod tanto est veri similis, quia in capite XIV. ejus etiam mentio fit. *Lehnerus* in Praef. ad suam Cic. de Rep. editionem p. V. sq.

II. 18. p. 258.

— — *neque enim serpit, sed volat instituta tuo sermone res publica.*

Iisdem plane, quibus nos, rationibus motus restitui vult *Wolffius* p. 39. Codicis lectionem instituto.

II. 22. p. 278.

— *proletarios nominavit.*

De *proletariis* vid. *Enn. Annal.* III. 8. ibique ea, quae in novissima Ed. annotata sunt p. 55. sq.

II. 23. p. 280.

*Statu esse optimo constitutam rem publicam, quae ex tribus generibus illis, regali et optimati et populari confusa modice, nec puniendo irretet immanem ac ferum.*

Hic locus plane ita laudatur a *Nonio Marcello* p. 167. a. Ed. Paris. 1583. 8. In Ed. Ald. p. 1355. est: *Statue — optime — punienda.* Sed jam inde a *Patricio* usque ad Ed. *Schütz.* (T. XVI. 2.) hic locus ita editur in fragmentis. Cic.: *Statuo esse optime constitutam rem publicam, quae ex tribus generibus illis, regali, optimo (Lamb. optimati) et populari confusa modice, nec puniendo irretet animum immanem ac ferum, nec, omnia praetermittendo, licentia cives deteriores faciat.*

Ultima verba (*nec omnia — faciat*) in Ed. *Gryph.*

1570. 12. uncinis inclusa sunt. Haec autem ad h. l. est Patricii annotatio: Cum alias legeretur: *Statue esse optime*, alias *statuo esse optimo*, legendum duxi: *statuo esse optime*, et quae sequuntur. Scipio enim ipse profecto constituit de forma optima rei publicae. Nonius, ex quo fragmentum sumptum est, verbo *Modicum*, habet ad extremum, quae nos etiam addidimus, illa, *Nec puniendi irriteret animum inmanem ac ferum*: in quibus ego primum pro *punienda* scripsi *puniendo*. Deinde illud praeterea ex conjectura addidi, quod in Nonio cum praecisum esse videretur, inter lineas conclusum fragmento ipsi assutum est: *Nec, omnia praetermittendo, licentia cives deteriores reddat*. Praecisum dico, quod particula *nec* semper desiderat, ut rursus inferatur, quemadmodum notat etiam Pedianus in Orationem pro Scauro: prorsus quemadmodum item particula *aut*. — In hoc autem eodem fragmento pro *Regali*, *optimo* quidam Nonii legunt *regali et optimati*. — Conf. Kluge ad Aristot. de Rep. Carthag. p. 28.

II. 25. p. 286.

*Hic ille jam vertetur orbis, cujus naturalem motum atque circuitum a primo discite agnoscere.*

Wolffius p. 40. improbat Maji, Heinrichii et Steinackeri emendationibus conjicit *a primo adeo* (i. e. ab initio) *licet cognoscere*: laudatque Epp. ad Att. VIII. 11 [ubi est: *sed hoc a primo cogitavit*:] et IX. 6. [*tuas nunc epistolas a primo lego*.] — Quid haec loca faciant ad emendationem suam fulciendam ipse vir eruditissimus non facile dixerit. Certe vox *adeo* admodum est otiosa. Mihi nondum meae suspicionis poenitet.

II. 29. p. 295.

*Quare prima sit haec forma et species et origo tyranni.*

Sublata voce *quare* habes versum hexametrum integrum. *Doederlein*. — Versus, qui Ciceroni exciderunt, hexametros complures collegit M. A. Muretus in Comm. ad Cic. Oratt. Catilin. I. 1. Opp. T. II. p. 535 sqq. ed. Ruhnk.

unde transtulit C. P. Hayserus in *Mureti Scripta selecta*, (Heidelb. 1809. 8.) p. 521 — 525.

II. 29. p. 295. sq.

— *depinzerit. Ut quemadmodam Tarquinius non novam potestatem nactus, sed quam habebat usus injuste, totam genus hoc everterit; sit huic etc.*

„Interpunctio hujus loci mendosa est. Post *depinzerit* non plene interpungi, sed medium distinctionis signum poni debet, post *ut* autem et post *everterit* incidendum est. Miror Schütziium aperte mendosam interpunctionem non correxisse. At Heinrichius bene correxit. Mire Steinackerus locum distinxit; post *depinzerit* quidem veram interpunctionem restituit, sed post *everterit* punctum posuit: qua interpunctione locus omni mihi sensu destitui videtur. Quae ad opinionem suam illustrandam in medium protulit, ita confuse dicta sunt, ut ad obscurandum magis, quam ad illustrandum faciant.“ *Wolf*. p. 40. sq.

II. 30. [p. 189. Stuttg.] p. 298. sq.

Ad annotationem A. Maji, quam adscripsit verbis *cum interregnis fere amplius praeteritis*, ubi vir ille laudat duo Dionysii loca (IV. 85. et V. 1.) adde eum hujus scriptoris locum, qui potissimum huc facit, I. 75. *Cr.*

II. 34. p. 310.

*Fuerat fortasse aliqua ratio majoribus nostris in illo aere [omisit V. alieno] medendi, quae etc.*

V. p. 41. „Si lectio sincera, verba in *illo aere alieno* non cum *v. medendi*, sed cum *fuerat* conjungenda, et ita Germanice interpretanda: *unsere Ahnen hatten vielleicht in Rücksicht auf diese Schulden eine Heilmethode.* Heinr. et Steinack. lectionem codicis retinuerunt, ideoque locum eadem, qua ego, ratione videntur intellexisse.

II. 34. p. 313.

*quod, cum honore longe antecellerent ceteris, voluptatibus erant inferiores, nec pecuniis ferme superiores.*

„Haec turpissime sunt corrupta. Nam *voluptatibus inferiores, nec pecuniis superiores* si dicuntur patres illi, abjectissimae libidinis et avaritiae arguuntur, quo nihil absurdius in hac disputatione excogitari potest. Legendum puto: — *cum honore longe antecellerent, nec ceteris facultatibus erant inferiores, et pecuniis ferme superiores.*“ Ita J. Bakius in *Bibl. Crit. Nov. I. p. 157.* Erunt fortasse quibus sufficiat nostra loci explicatio. *Mr.*

II. 35. p. 314. sq.

*Gratamque etiam illam rem — consules comitiis centuriatis tulerunt.*

Defendit W. p. 41. sq. lectionem *rem* contra A. Maji conjecturam *legem*, dicens: „Sensus potest esse: *Eo*, quod Sp. Tarpejus et A. Aternius *summam*, multae nomine irrogandam, constituerunt, *rem* populo gratam tulerunt. *Rem ferre* aequae bene dicitur, ac *legem ferre*. V. Liv. II. 56. 3.“ Vides eum ad nostram fere sententiam loqui et eodem etiam, quo nos, Livii loco uti.

II. 40. p. 326.

*Quocumque vult levi admonitu, non actu infectit illam feram.*

Corrige: *leni admonitu. Doederlein.*

II. 42. p. 330.

*Sic ex summis et mediis et interjectis ordinibus.*

Wolffius quoque p. 42. nobiscum ejectionem vult et ante *interjectis*.

III. 3. p. 344.

— *quem nemo ferro potuit superare nec auro;*

Est hic versus ex Ennii *Annal. vi. 51.* ubi vid. *Edit. noviss. p. 87.*

V. 1. p. 441.

*Moribus antiquis res stat Romana virisque.*

Est primus Ennii *Annalium L. V. versus. V. ed. noviss. p. 71.*

V. 3. p. 446.

*Minime; quippe cum agri cultura saepissime opera deficiat.*

„Grammaticae leges, ait W. p. 42., requirere videntur, ut legatur aut *agriculturam saepissime opera deficiat*, (sic Steinackerus emendavit) aut melius fortasse *agricultura saepissime opera deficiatur*. Sensus enim hujus loci, si sequentia spectes, esse videtur: villicum eatenus tantum rebus naturalibus cognoscendis operam dare debere, quatenus ab agrorum cultura bene procuranda, quae plurimas operas et labores requirat, hoc studio non impediatur. Heinrichius autem post *vocabula quippe cum plura excidisse arbitrari videtur.*“

V. 3. p. 447.

— *summi juris peritissimus* —

*Summum jus* non est id, quod existimat A. Majus ad h. l. sed aeterna et primitiva juris in animis nostris principia.

VI. 2. p. 458.

— *tristem et plenum dignitatis sonum.*

Nicol. Heinsius epist. 168. ad Graevium (in Burmanni Sylloge Tom. V. p. 236.): „In Propertio illud *tristior* minus ad gustum meum faciebat, quod viderer observare, vocabulum illud semper aliquid nimium ac vitio quam virtuti proximum designare. Sic in Capitolino *tristis cognomen* accipio pro cognomine ad crudelitatem severitate nimia vergentis. Certe *tristis* ibi plus quam severum denotat. *Triste lupus stabulis* apud Maronem; etiam apud Nasonem *Di non tristes* sunt non nimium severi; *tristes Sabinae* sunt rigidae atque asperae. Sic Naso: *Aspera si visa est rigidasque imitata Sabinas*: et sane ubique apud poetas vapulant Sabinae, tanquam rusticitatis plenae et prorsus inelegantes. Sic auctor Dialogi de causis corruptae eloquentiae *antiquitatem tristem et impeexam* vocavit. Ita *incultae et immundae Sabinae* Nasoni alibi. Cicero lib. iv. de Finibus *tristitiam* cum



asperitate et acerbitate conjungit. Naso de Augusto Pont. II. Eleg. 11: *qui cum triste aliquid statuit sit tristis et ipse, ubi triste aliquid pro valde severo ponitur, ut apud Tacitum triste aliquid patrare, et facinus triste alicubi apud eundem Nasonem: Triste paro facinus, quantumque injuria possit Feminus dolor, jugulata pellice testor.* Videntur ad rem facere, quae Nonius adduxit ex libris Ciceronis de Rep. [jam sequitur noster locus]. et Plinii in Panegyrico: *qui fronte gravi et tristi supercilio utilitatibus fisci contumaciter adessent.* Tum illud Tullii pro Caelio: *Cum tristibus severe, cum remissis jucunde vivere;* atqui Cornelia non tam severitatem illam horridam in se commendare debuit, quam laetam castitatem et amabilem, quae feminas maritis potissimum conciliat.“

Idem ibidem epist. 174. p. 244.

„De Propertii loco quod censebam, *τὸ Tristior* in pejorem plerumque partem solere sumi, et nimium quid designare, id illo Claudiani loco oportuit confirmatum IV. Cons. Honorii 403:

*Triste rigor nimius: Torquati despue mores.*“ Cr.

VI. 10. p. 471.

*Quale de Homero scribit Ennius.*

Est in Annalium Ennii L. I. 5. ed. nov. p. 2 sq.

*In somnis ibi visus Homerus adesse poeta;* ubi laudantur in Annot. Cic. Acadd. IV. 16., noster locus et imitatio Virgiliana Aen. II. 270.

VI. 12. p. 476.

*et pax sit rebus; audite cetera.*

Simplex est Buhierii emendatio *parumper audite cetera;* melior certe, quam si post *parum rebus ἀποσιώπησιν* esse dicas, subaudiri que velis *animum advertite;* melior etiam, quam, quae multorum virorum suffragia tulit, lectio: *pax sit rebus,* in qua et offendunt verba *sit rebus,* et vix possunt explicari post illam vocem, qua solebat silentium imperari. Accedit, quod, postquam rogavit *quaeso, ne me ex somno excitetis,* offendit ipsa vox

sive paullo severior sive actori comico conveniens: *pax!*  
Facilius probares illam vocem, si scriptum esset: *Leniter*  
*arridens Scipio, Pax, inquit, ne me e somno excitetis!*  
Quid Cicero scripserit, non facile dixeris. Neque etiam  
Heinrichius manum scriptoris ipsam restituisse videtur  
scribens: *et rampatis visum*. Melius vero quod loco con-  
veniat, adhuc excogitatum esse non credo.

---

## INDEX RERUM

*ad ea quae de libris de republica supersunt  
in codice Vaticano. (\*)*

- A**ccensi II. 22. 279.
- Aegyptiorum gens maxime incorrupta; - plurimorum saeculorum et eventorum memoriam litteris continet; - beluas numero deorum adorat III. 9. 357.
- Q.** Aelius Tubero, filius sororis P. Africani I. 9. 42. L. Pauli nepos I. 19. 85. litterarum studiosissimus I. 9. 43.
- Sex.** Aelius C. Galli studia reprehendebat, non tamen omnino philosophiam repudiabat I. 18. 81.
- [P. Aemilii in instituendis liberis diligentia I. 22. 97.]
- Aenianae (in cod. Enianes) II. 4. 210.
- Aequorum gens magna et ferox, et reb. Romanis imminens, a L. Tarquinio Prisco subacta II. 20. 268.
- Aes alienam secessionis causa II. 34. 312.
- [Aeschines IV. 11. 437.]
- Actoli latrocinari honestum putabant III. 9. 360.
- Agger fossaque inter Esquilinum et Quirinalem montes II. 6. 217. sq.
- Agri quos Romulus ceperat a Numa viritim divisi II. 14. 244.
- Ancus quos agros ceperat divisit II. 18. 259.
- Agrigentum III. 33.
- [Ahala I. 3. 18.]
- Alexander III. 9. 358. 12, 365.
- Anaxagoras I. 16. 70.
- Anni computati a primis consulibus II. 32. 33. 35. 305. sqq.
- Anni regii Romae CCXL paulo cum interregnis amplius II. 30. 298.
- [Annus magnus VI. 2. Conf. Zobel. Cacozelia Gentium p. 86. sq. nos ad Cic. de N. D. II. 20. p. 110. ed. min.]
- [Aquilus an Aquilius? I. 9. 41.]
- Aratus poeta I. 14. 64.
- Arcades se Aborigines esse commenti sunt. III. 15. 372.
- Archimedis sphaerae duae I. 14. 65. ingenium incredibile: ibid.
- Archytas Tarentinus I. 10. 49. I. 38. 155.
- [Arcopagus I. 27. 115.]
- [Aristodemus IV. 11. 437.]
- Aristoteles quatuor libros de iustitia | conscripsit. III. 8. (v. adn.) 354.
- Arx Romana circumiectu arduo et quasi circumciso saxo nisa II. 6. 217.
- Assyrii III. 4. 347.
- A. Aternius II. 35. (v. adn.) 315.
- Athenae I. 31. 126. Athenarum pulcherrima species III. 32. 399.
- Athenienses, sublato areopago, quodam tempore omnia per populum agebant I. 27. 114. Solebant iurare, omnem suam esse terram, quae oleam frugesve ferret III. 9. 360. Se Aborigines esse commenti sunt III. 15. 372. [Ad locum de Atheniensibus, qui se Aborigines esse commenti sunt, III. 15. 372. C.

\*) Qui sequuntur Indices historiae ac latinitati peritiles auctorem habent ill. Niebuhrium, qui tanto et librum meum honore et me beneficio dignatus est, ut laborem huiusmodi in summis suis occupationibus ultro perferre non dubitaverit. A. M. [Nos autem eos indices, prouti editionis nostrae ratio exigebat, auximus. Mr.]

- Beierus in Seebodii Bibl. Crit. 1825. 11. p. 1227. monet videri Ciceronem respexisse locum Isocratis in Panegyri. c. IV. de Atheniensium patria: ταύτην γὰρ οἰκοῦμεν, οὐχ ἑτέρουσ ἐμβαλόντες — ἀλλ' . . . ἐξ ἧσπερ ἐφουμεν ταύτην ἔχοντες ἀπαντα τὸν χρόνον διατελοῦμεν, αὐτόχθονες ὄντες.] Atheniensium levitas et crudelitas I. 3. 17. Fana a Xerxe inflammata III. 9. 358. Res p. sub XXX viris nulla III. 32. 399. Qui Atheniensium rem p. constituerunt a Theseo usque ad Demetrium Phalereum II. 1. 196. Bellum inter Athenienses et Lacedaemonios I. 16. 69. [Athos mons III. 36. 408.]
- A. Atilius I. 2. 2.
- Augures tres ex singulis singuli tribus a Romulo constituti II. 9. 228. duo a Numa additi II. 14. 245.
- [Auguria II. 9. 227.]
- Auspicia maiora a Numa inventa II. 14. 245.
- Aventinus ab Anco rege urbi adiunctus II. 18. 259.
- [Aventinus a plebe occupatus II. 33. Conf. A. F. Soldan. Progr. De Orig. Causis et primo Trib. Pl. Numero. Hanoviae 1825. p. 36. qui recte monet, locum Cicero Corn., ab A. Majo laudatum, non pertinere ad primam secessionem.] II. 18. 259.
- Axius (Euxius Pontus) III. 9. 359.
- [Bona furiosorum in agnatorum potestate III. 33. 402.]
- Busiris, rex Aegypti III. 9. 359.
- L. Caecilius Metellus I. 1. 2.
- Q. Caecilius Metellus Macedonicus, auctor cum P. Mucio eorum, qui in senatu a P. Africano dissidebant I. 19. 87.
- Q. Caecilius Metelli (Numidici) fuga I. 3. 18.
- Caelius mons ab Anco rege urbi adiunctus II. 18. 259.
- Canuleium plebiscitum II. 57. 320.
- Carneades III. 5. [De Carneadis, Critolai et Diogenis legatione vid. quae congressit veterum loca Kühnerus in Comm. de Ciceronis in Philosophiam meritis (Hamb. 1825.)] p. 9.] 348. III. 6. 351.
- Carthaginiensium res p. communis cum Romana generis II. 23. [v. Kluge ad Aristot. de Polit. Carth. p. 29. sq.]
- Carthago mercandi et navigandi studio agrorum et armorum cultum neglexit II. 4. XXXVIII annis ante primam Olympiadem condita II. 23. 281.
- [Carthago habuit opes consilio et disciplina partas I. 48. 189. cf. Kluge Prolegg. ad Aristot. de Politia Carthag. p. 2.]
- Sp. Cassius II. 27. 292. a quaestore accusatus, et morte multatus II. 35. 313.
- [Catadupa VI. 18. 493.]
- [M. Cato I. 1. 3. II. 1. 193.]
- [Catonis liber: *Origines* II. 1. 197.]
- [Catonis de constitutione resp. sententia II. 21. Conf. Ellendt. in Hist. Eloq. Rom. praefixa ej. Ed. Bruti Cic. p. XXIII.]
- [Causae capitales ad comitia centuriata antiquitus delatae II. 36.]
- Centuriarum descriptio Ser. Tullii II. 22. 274. [Ad rem conf. Garaton. et Orell. ad Or. pro Planc. 20. p. 115. sq. Ed. Orell. et ib. Corrigenenda.]
- Chrysippus omnia verborum momentis, non rerum ponderibus examinat: itaque ab eo nihil magnum ac magnificentum desideratur III. 8. 354. sq.
- [Cicero consulatum suum non sine causa, sed sine fine laudat I. 4. 20. 22.]
- App. Claudius obtrectator P. Africani, [iam mortuus a. 625.] I. 19. 86.
- M. Claudius Marcellus (quingues consul) I. 1. 3. avus, sphaeras ab Archimede factas, alteram, plenam, in aede Virtutis posuit, alteram, cavam, domi suae, quam solam praedam ex captis Syracusis sibi retinuit I. 14. 62.
- M. Claudius Marcellus nepos, C. Galli in consulatu collega I. 14. 62.
- [Cleon IV. 10. 435.]

- [Cleophon. IV. 10. 435.]  
 Clientela II. 9. 228. [cl. urbium I. 27. 114.]  
 Coloniae Graecorum praeter Magnesium omnes maritimae II. 4. 211.  
 Post. Cominius, Sp. Cassius *cos.* II. 33. 308.  
 Comitii curiatis creati reges Romani; iidem tamen de suo imperio curiatam legem tulerunt: Numa II. 13. 244. Tul. Hostilius II. 17. 255. Anc. Marcius II. 18. 258. L. Tarquinius Priscus II. 20. 265. Ser. Tullius II. 21. 273.  
 Comitium et curia de manubiis facta et saepta a Tullo rege II. 17. 256.  
 Conubium inter patres et plebem sublatum lege X. virali II. 37. 320.  
 [Consulibus raptae Sabinae II. 7. 221.]  
 Corinthii equis publicis assignabant orborum et viduarum tributa II. 20. 256.  
 Corinthum mercandi et navigandi studio agrorum<sup>o</sup> et armorum cultum neglexit II. 4. 207.  
 Cornelii Scipiones duo (P. et Cn.) I. 1. 2.  
 P. Cornelius Scipio Africanus maior I. 1. 2. eius dictum I. 17. 79. 89.  
 P. Scipio Africanus, Pauli filius, obiit hiberno tempore anni, paucis diebus post ferias Latinas I. 12. 56. (ibiq. not.) queritur de senatu II. 40. 326.  
 P. Cornelii Nasicae invidia I. 3. 18. [Cornicines II. 22. 280.]  
 [Corpus tanquam carcer. VI. 14. Conf. Peyron. ad Cic. *Fragm.* Orr. p. 124.]  
 Cosmoë in Creta II. 35. 310.  
 Cretes latrocinari honestum putabant III. 9. 360. [*Cres pro Cretensis* II. 1. 196.]  
 Curiae a Sabinis mulieribus nuncupatae II. 8. 224.  
 M<sup>o</sup> Curius III. 3. 344.  
 [Cypselus II. 19. 263.]  
 Cyrus rex iustissimus, sapientissimusque I. 27. 113. tolerabilis rex, aut etiam amabilis I. 28. 117.  
 Decemviri legibus scribendis: creati X tabulas conscribunt summa aequitate — in annum posterum alios X viros subrogant — II. 36. 317. Tertius annus X viralis — duae tabulae iniquarum legum additae — commutatio rei p. ex eorum iniustitia consecuta II. 37. 319. sub iis Romae res p. nulla erat III. 32. 400.  
 [Delubra I. 26. 108.]  
 Demaratus Corinthius II. 19. 262.  
 Demetrius Phalereus, vir doctus, rem p. Atheiensium iacentem et exsanguem sustentavit II. 1. 196.  
 Dictator in libris auguralibus magister populi dicebatur I. 40. 164.  
 Dictatura instituta X annis post primos consules II. 32. 306.  
 Dionysius tyrannus I. 17. 76. III. 31. 398.  
 Dolopes II. 4. 210.  
 Dores II. 4. 210.  
 G. Duellius I. 1. 1. [De nominis hujuscriptione accurate et fuse disputavit Garaton. ad Cic. pro Planc. p. 262 — 265.]  
 Eleorum foeda in amore ingenuorum licentia IV. 4. 421.  
 Empedocles III. 11. 364.  
 Ephori II. 33. 310.  
 Epicureorum sententia de iustitiae origine III. 16. 373.  
 Equitatus a Tarquinio Prisco in eum morem constitutus, qui adhuc Scipionis aetate durabat II. 20. Is rex secundas equitum centurias addidit, numerumque postea duplicavit, subacta Aequeorum gente: ibid. 265 sq.  
 Equos publicos reddendos pl. scito iubere cogitabant seditiosi IV. 2. 417.  
 [Er Pamphylus VI. 3. 461.]  
 Etruria III. 4. 347.  
 Etrusci et Poeni soli ex barbaris maritimi II. 4. 211.  
 [Etruscis et Carthaginiensibus Romani erant iniquiores II. 4. 212.]

- Eudoxus Cnidius, Platonis discipulus I. 14. 63.
- Q. Fabius Maximus Cunctator I. 1. 2.
- [Facetiae Ciceronis I. 13. 59.]
- Factio est, quum certi propter divitias, aut genus, aut alias opes rem. p. tenent, sed vocantur optimates I. 34. 137.
- C. Fannius, quaestorius, Laelii gener I. 12. 54
- [Fasces demissi populo II. 31. 300.]
- Fetialis religio a Tullio iavecta II. 17. 256.
- [Flamines II. 14. 246.]
- Foedera cum sociis et nomine Latino violata a Ti. Graccho III. 29. 394. et deinde a III. viris agr. div. I. 19. 87.
- Formianum Laelii k. 39. 158.
- M. Furii Camilli exilium I. 3. 18.
- L. Furii Philus I. 11. 51. Consul de Numantino foedere quaesivit, quum illi essent in consilio Scipio et Laelius, fortasse etiam Maenius: ac deinde rogationem de dedendo Mancino ex senatus consulto tulit III. 18. 377.
- Galli homines immolabant. III. 9. 359. turpe esse dicebant, instrumentum manu quaerere, itaque armati agros alienos demetebant: ibid.
- Graecae artes et disciplinae per Tarquinium Priscum regem in urbem influxerunt II. 19. 261.
- Graeci omnes maritimi, praeter Phliasios, Dolopes, Doridem, et Magnesiam in Asia II. 4. 209. cur sana a Persis inflammata non refererint III. 9. 358. Graecorum disciplina puerilis, partim absurda, partim vituperanda IV. 4. 420. [Graecorum levitas I. 3. 17.]
- Graecia magna III. 4. 347.
- Graeciae delubra humanis consecrata simulacris, a Persis inflammata, quae Graeci consulto vastata reliquerunt III. 9. 358. reges veteres ius dicebant, quod privati ab iis petere solebant, sine disceptatoribus privatis: usque agrum lati attributi erant, qui colerentur sine eorum opera et labore V. 2. 444. [Graji II. 4. 211.]
- Homerus, secundum eos, qui minimum dicunt, XXX annos ante Lycurgum fuit II. 10. 233.
- M. Horatius Barbatus II. 31. 302.
- C. Hostilius Mancinus, vir optimus, rogationem de se dedendo suavit III. 18. 377.
- Tulli Hostilii regis res pace belloque gestae II. 17. 255. insignibus regis nisi iussu populi uti non est ausus: ibid. — III. 35. 404.
- [Hyperbolus IV. 10. 435.]
- Indus (Ἰνδός) aut Poenus, rector elephantis II. 40. 326.
- Interregni ratio nova et inaudita ceteris gentibus II. 12. 272.
- Iovis Capitolini aedes vota a L. Tarquinio Prisco II. 20. 269. id votum filius persolvit II. 24. 286.
- C. Iulius decemvir II. 36. 318.
- C. Iulius, P. Papirius coss: eorumque lex de aestimatione pecudum in multa II. 35. 316.
- Proculus Iulius II. 10. 236. sq.
- [Iuniores II. 22. 275.]
- [Ius Quiritium I. 17. 75.]
- [Lacedaemon an Lacaedemon? nominis ἑρμῶν. I. 16. 69.]
- Lacedaemonii suos omnes agros esse dicitabant quos spiculo possent attingere III. 9. 360. in amore iuvenum omnia concedebant, praeter stuprum IV. 4. 421.
- Lacedaemoniorum res p. communis cum Romana generis II. 23. 281. Apud senatum Lacedaemoniorum XXVIII. virorum summa consilii erat, apud regem summa imperii II. 28. 295.
- C. Laelii Scipionis legatus in Africa II. 40. 326. summus orator III. 30. 396 eum domi in parentis loco observabat Scipio I. 12. 54.
- [De Laelio et Scipione v. Ellendt. Hist. Eloq. Rom. p. XXVI.]
- [Laenatis expulsio I. 3. 18.]
- T. Larcus II. 32. [T. Larcus.

- Conf. de hoc nomiae Grim-**  
**mius in Synopsi Dionysiana ad**  
**A. R. Lib. V. cap. 71. p. 1017.**  
**Reisk. ubi duobus locis codi-**  
**ces constanter *ἄρα* reti-**  
**nent, ibiq. laud. Sigonium ad**  
**Livium II. 10. Adde Lu. Lanzi**  
**Saggio di Lingua Etrusca Tom.**  
**III. p. 786. et evolve Inscr-**  
**ptiones aliaque testimonia ad-**  
**hibita in ejus operis locis ibi-**  
**dem citatis. Cr.] 306.**
- [Lares familiares V. 5. 449.]**  
**Latini ab Anco devicti et in civi-**  
**tatem adsciti II. 18. 259.**
- Latium III. 4. 347. Latium omne**  
**a L. Superbo devictum II. 24.**  
**285.**
- Lex Iulia Papiria de multae aesti-**  
**matione II. 35. 314.**
- Lex Tarpeia Aternia de multae sa-**  
**cramento, centuriata II. 35. 315.**
- Lex Valeria Publicolae de pro-**  
**vocatione prima centuriatis co-**  
**mittiis lata II. 31. 301.**
- Lex Valeria Horatia consularis**  
**de provocatione II. 31. 302.**
- Lege Voconia mutata fuerunt**  
**iura de mulierum legatis et he-**  
**reditatibus III. 10. 362. ea sal-**  
**va, filia, si unica esset patri,**  
**vel amplissimam hereditatem**  
**capere poterat: ibid. [De Lege**  
**Voconia v. Gaj. Inst. Comm.**  
**II. §. 274. p. 192 sq. Ed. 2.**  
**Goeschen.]**
- Leges XII tabularum complures**  
**de provocatione II. 31. 302.**
- Leges Numae, quae Ciceronis aevo**  
**extabant II. 14. 244. V. 2. 445.**
- Leges Porciae de provocatione**  
**tres trium Porcorum II. 31. 303.**
- P. Licinius Crassus, obrectator**  
**P. Africani, iam mortuus a.**  
**625. I. 19. 86. ditissimus, qui**  
**aeris milies relinquere posset.**  
**III. 10. 362.**
- Lictores consulibus alternis men-**  
**sibus praebant II. 31. 304.**
- Liticines II. 22. 280.**
- [Luceres II. 20. 266.]**
- Lucretia, Tricipitini F., Colla-**  
**tini ux II. 25. 288.**
- Sp. Lucretius Publicolae collega**  
**II. 31. 304.**
- Lucumo, Romuli socius II. 8.**  
**224.**
- Ludos Romanos primus fecit L.**  
**Tarquinius Priscus II. 20. 268.**
- Lycurgus II. 23. CVIII annis an-**  
**te primam Olympiadem leges**  
**scripsit II. 20. 233.**
- Sp. Maelius II. 27. 292.**
- M' Manilius I. 12. 56. iuris inter-**  
**pres III. 10. 361.**
- M. Manlius II. 27. 292.**
- [Mancius III. 18. 377.]**
- [Manubiae, quid? II. 17. 256.]**
- [M. Marcellus I. 1. 3.]**
- Ancus Marcius rex regnavit an-**  
**nos XXIII. II. 18. 256. eius**  
**pater ignoratur: ibid.**
- C. Marci clades I. 3. 19.**
- Maritimaram urbium incommoda**  
**II. 3. 4. 208. earum vitia causae**  
**erant malorum commutatio-**  
**numque Graeciae II. 4. 212.**
- [Masinissa VI. 9. 468.]**
- Massilienses, Scipionum clientes**  
**I. 27. 114. per principes cives**  
**reguntur: ibid.**
- [Maximus Q. I. 1. 2.]**
- [Maximi annales. I. 16. 72.]**
- In Medium coniecit Laelium ho-**  
**noris causa inambulans in por-**  
**ticu Scipio I. 12. 54.**
- [Metellus I. 1. 2. I. 3. 18. I. 19.**  
**87. De Metelli Maedonici cum**  
**Africano similitate v. quos lau-**  
**dat Ellendt. in Hist. Eloq. Rom.**  
**p. XXVII.]**
- Miltiadis calamitas I. 3. 16. sq.**
- Minos rex p. Cretum constituit**  
**II. 1. 196.**
- P. Mucius, (v. Q. Metellus) I.**  
**19. 87.**
- Q. Mucius Scaevola, quaestorius,**  
**Laelii gener I. 12. 54.**
- [Mulierum praefecti apud Grae-**  
**cos IV. 6. Adhibuit hunc lo-**  
**cum Iust. Lipsius in Variis**  
**Lectt. I. 1. (Opp. Vol. I. p. 15.**  
**ed. form. max.) ad censoria**  
**munera explicanda, comparans**  
**eum cum Ciccone de Legg. II.**  
**5. 7. *censores, populi aevita-***  
***tes, suboles, familias pecu-***  
***niaeque censento. Cr.]***
- Multae dictio ovium et boum II.**  
**9. 229.**

- Sp. Mummius I. 12. 54. *aversus a ratione populari* III. 35. 403.  
 [Nasica I. 3. 18.]  
 Attus Navius augur II. 20. 266.  
 Nexa omnia liberata, nectique desitum II. 34. 311.  
 [Numantia I. 11. 52.]  
 [Nundinarum auctor Romulus II. 14. 247.]  
 L. Opimii damnatio I. 3. 18.  
 Ostia colonia deducta ab Anco II. 18. 259.  
 Panaetius I. 21. 93. etiam caelestia studiosissime quaerebat I. 10. 45. vivebat adhuc quo anno P. Scipio mortuus est: ibid.  
 L. Papirius (iterum), P. Pinarius (coss. a. 321.) ius multae dicendae nimis dure exercuerunt II. 35. (v. adn.) 316.  
 [Parelion I. 10. 45.]  
 Patres maiorum et minorum gentium, quorum illos priores sententiam rogabat L. Tarquinius II. 20. 265. Patrum numerus a Tarquinio Prisco duplicatus: ibid. auctoritas ad comitia populi II. 32. 305.  
 [Patria antiquior parens, quam qui creavit. I. 48. cf. Adr. Iunii Obs. p. 537.]  
 Patricii senatorum Romuli liberi II. 12. 241.  
 Peloponnesus II. 4. 204.  
 [Penates V. 5. 449.]  
 Pericles I. 16. 69 sqq.  
 Persae III. 4. 9.  
 Phalaris I. 28. 118. III. 31. adn. 397.  
 Phidiae opera admiranda III. 32. 399.  
 Philippus (Amyntae f.) III. 9. 358.  
 [Philolaus Pythagoreus I. 10. 49.]  
 Philosophi graeci, praeter Platonem, de generibus et de rationibus civitatum disseruerunt sine ullo certo exemplari II. 11. 259.  
 Phliuntii II. 4. 209. vel potius *Phliasii*. ib.  
 [Phoenices III. 36. 407.]  
 Piraeus III. 32. 599.  
 Plato in Aegyptum, post in Italiam et Siciliam contendit I. 10. 48. Platonis dictum, seu quis dixit alius I. 17. 78. Platone nemo in scribendo praestantior II. 11. 239.  
 [Platonem imitatur Cic. I. 9. 42.]  
 Poeni III. 4. homines immolabant III. 9. 559.  
 [Politici scriptores Graeci {nobilissimi. I. 24. 103 sq.}]  
 Polybius I. 21. 93. in una disciplina puerili institutorum Romanorum negligentiam accusabat IV. 3. 419. Polybio nemo fuit in exquirendis temporibus diligentior II. 14. 249.  
 Q. Pompeius de Numantino foedere se defendit III. 18. 377.  
 Numa Pompilius XXXIX annos regnavit, secundum opinionem Polybii II. 14. 248. in religionibus perdiscenda observandaque multa constituit, sed sine impensa: ibid. eius res gestae et laudes II. 13. 243. 14. 245. eum regem, patribus auctoribus, populus sibi adscivit II. 13. 243. [Theodorus Metochita ed. Mueller. et Kiessling. p. 703 sq. *Νουμάς Πομπήλιος, (ita constanter scribit) δεύτερος μετά Ῥωμόλον βασιλεὺς τῆς Ῥώμης, οὐκ ἐκ διαδοχῆς τινος καὶ κλήρον τὴν ἡγεμονίαν μεταλαμβάνων, ἀλλ' ἐπικεκλημένος — καὶ ἦν γὰρ ἐν μεγάλῃ φήμῃ σοφίας καὶ ἡθους εὐδοκίμου καὶ βίου κοσμίου, καὶ καθάπαξ ἀρετῆς πάσης πιστεύει.* Fieri potest, ut Th. Met. Ciceronis de Rep. libros legerit. Cr.]  
 Numam Pythagorae discipulum fuisse, falsum esse, licet hoc Scipionis aetate vulgo credebatur, atque a maioribus natu tradebatur II. 15. 249.  
 Pontifices quinque a Numa instituti II. 14. 245.  
 [Pontificii libri II. 31. 302.]  
 [Porcia lex II. 31. 303.]  
 P. Popilii Laenatis expulsio I. 5. 18.  
 M. Porcius Cato. I. 1. 3. eius laudes II. 1. 193. eiusdem dictum cur Rom. resp. ceteris praestaret: ibid.  
 Principum clades, Marianis temporibus I. 3. 19.



Proletarii II. 22. 280.

[*Propylaea* III. 32. 399.]

Provocatio ad populum iam a regibus fuit. Lex Valerii Publicolae de provocacione. Ab omni iudicio poenaque provocare licere XII tabulae compluribus legibus sanxerunt. Lex Valeria Horatia et tres Porciae, trium Porcorum, de provocacione. II. 31. 301.

[*Puerum laudare difficile*. Fragm. incert. extr. Conf. Manut. ad Cic. Famm. I. 7. p. 100. Ed. Wechel.]

Pythagoras I. 10. 48. III. 11. 364. in magnam Graeciam venit Ol. LXII. anno quarto L. Tarquinii Superbi II. 15. 250. Pythagorae *πολυμαθία* I. 10. 50.

[*Quaestura* juvenili aetate adibatur I. 12. 54.]

Quirini delubrum in colle Quirinali II. 10. 237.

[*Ramnenses* II. 20. 266.]

[*Res publica an sapienti sit gerenda?* I. 5. 27. *Res publica res populi* I. 25. 104.]

[*Remus* II. 2. 199.]

Rhodus, libera civitas, status popularis I. 31. 126. vel optimatibus minime vituperanda III. 35. 405. qua ratione ordinata: *ibid.*

Roma condita Ol. VII. 2, idque Graecorum investigatur annalibus II. 10. 232. a salubri loco in agro pestilenti posita II. 6. [ad rem cf. Obbarius ad Horat. Epist. I. 10. 15. p. 26. sq.] fontibus abundans: *ibid.* Urbis Romae commoda II. 5. 6. 213 sqq. murorum urbis ductus II. 6. 218 sq.

Romana res publica, Catone iudice, propterea ceteris praestabat, quod, multorum hominum ingenio, aliquot saeculis constituta esset II. 1. 195. nulla sub X viris III. 32. 400. Rei p. Romanae status post exactos reges II. 32. 305.

[*Romani populi* fuit aliquod jus etiam apud reges II. 25. cf. Klu-

ge ad Aristot. de Polit. Carth. p. 76 sq.]

Romani, Scipionis aut Ciceronis aevo, transalpinas gentes oleam et vitem serere non sinebant. III. 9. 360. Romanorum imperium in socios a iure ad vim traductum iri, et propterea de rei p. immortalitate actum fore, vaticinatur Laelius III. 29. 394. ingenuorum disciplina puerilis quam sapienter provisiva IV. 3. 418. reges, quamquam omnes iuri dicendi munere fungerentur, solus tamen Numa, veteribus Graeciae institutis, ei totus vacavit. V. 2. 445.

[*Romanorum ars scenica*. IV. 10. 434.]

Romulus regnavit aonos XXXVII. II. 10. 250. virtute in caelum sublatus I. 16. 72. Romulus et Lycurgus populo aliquid libertatis impertierunt II. 28. 294.

Romuli regnum et obitus II. 7. 220 — 10. 237. origo et res gestae II. 2. 199. seqq. desiderium apud cives, ex Ennio I. 41. 166. aetate Graecia iam plena erat poetarum et musicorum II. 10. 233.

P. Rutilius Rufus. Symnae exul I. 8. 39. auctor sermonis I. 11. 51. Scipionis comes in bello Numantino: *ibid.* [De eo vid. Ellendt. in Hist. Eloq. Rom. p. LIII.]

Rutulorum Aboriginumque ager ad mare positus II. 5. 202.

Sabinia gens. III. 4. 347.

Sabiniae oratrices de pace. - Sabinarum raptus II. 7. 8. 221 sqq. Sacerdotum collegia a Numa instituta II. 14. 246.

[*Sacramentum* multae II. 35. 314. sq.]

[*Salii* II. 14. 246.]

Samnium III. 4. 347.

[*Sardanapallus* III. 36. 408.]

Scipio I. 12. de Scipionis et Laelii anno natali vid. Ellendt. Hist. Eloq. Rom. p. XXVI. plebis licentiae non favebat I. 35. 145.]

Secessio plebis, XVI anno post

- reges exactos, in montem sacrum et Aventinum II. 33. 309.
- Secessio militum ex Algido, propter libidinem Ap. Claudii II. 37. 321.
- [Secessiones plebis tres I. 40. 162 sq.]
- Secures de fascibus dentatae a Publicola II. 31. 304.
- Seditio Grachana, post mortem Ti. Gracchi I. 19. 86.
- [*Σεισάχθεια* II. 34. 311.]
- Ti. Sempronius Gracchus, in constituenda Asia iustissimus, in civibus perseveravit, sociorum ac nominis Latini iura ac foedera neglexit III. 29. 394.
- Tauri in Axino III. 9. 359.
- C. Sempronius Tuditanus et M' Aquilius coss. I. 9. 41.
- Senatus nomen interpretatum ex Graeco II. 28. 294. auctoritas imminuta post creationem tribb. pl. II. 34. 312. suffragia in equitum centuriis erant IV. 2. 417. Senatus pop. q. Romani dissidia ob tribunatum Tib. Gracchi I. 19. 86.
- [Senatus origo II. 9. 226.]
- [Sepulturae sanctitudo IV. 8. 429.]
- C. Servilii Ahalae offensio I. 5. 18.
- L. Sestius II. 36. 318.
- Sex suffragia II. 22. 276.
- [*Si jurgant*. Ex lege XII. Tabb. IV. 8. 428 sq. Ad rem conf. Canaegieteri Diss. de Aet. et Stilo Fl. Aviani c. 21. p. 310 — 315. ad calc. ed ej. Fabb. Aviani. Amst. 1731.]
- Silvae maritimae, quas Ancus ceperat, ab eo publicatae II. 28. 259.
- Simonides natus Ol. LVI. II. 10. 235.
- Simonides alius, prioris ex filia nepos II. 10. 235. sq.
- Socrates disputationem de caelestibus reiecit I. 10. 47. apud Platonem II. 1. 198. Socratis Peripateticus sermo II. 29. 295.
- Sol deficit anno fere 350. a. U. C. nonis Iunius I. 16. 71. Defecerat nonis Quinctilibus, cum Romulus a terra sublatus est: ibid. Defectiones solis quam apud Ennium, tum in annalibus maximis reputatae fuerunt: ibid. Duo soles visi, superstitionibus C. Gallo et M. Marcello I. 14. 60. Duo soles visi, Tuditano et Aquilio coss. I. 10. seqq. 45.
- Solonis *σεισάχθεια* II. 34. 311. [Solo pro Solon II. 1. 196.]
- [Somniorum causa. VI. 10. Conf. Claudian. in Praef. VI. Cons. Honorii Aug. init. 1. 2. p. 249. Ed. Bip. et, quem ad h. l. confert C. Barth. in Adversarr. Ll. c. 3. p. 2376, Petronium T. I. p. 626. p. 33. ed. Lotich. et Brassicani Scholia p. 61. eiusd. ed. T. IV.]
- Sphaera Archimedis, quae motus siderum exhibebat I. 14. 61. Thaletis et Eudoxi plena: ibid.
- Suessa Pometia capta II. 24. 285.
- C. Sulpicius Gallus, rerum caelestium gnarus I. 14. 60. seqq. Legatus L. Pauli, bello Macedonico, milites docet, qua ratione luna deficiat I. 15. 67 sq.
- Ser. Sulpicius Galba, augur, orator eximius, quem Laelius omnibus anteponebat. III. 30. 395.
- [Sympuvia v. simpuvia VI. 2. Conf. Adriani Iunii Obs. p. 116. sqq.]
- Syracusae, Timaeo indice, Graecarum urbium maxima, omnium autem pulcherrima III. 31. 397.
- Sp. Tarpeius et A. Aternius coss. LIV anno post primos consules legem de multae sacramento tulerunt II. 35. 315.
- L. Tarquinius Collatinus expulsus II. 31. 300.
- L. Tarquinius Priscus regnavit annos XXXVIII. II. 20. 264. eius res gestae: ibid. eius liberi admodum erant parvi, quo tempore Ser. Tullius famulorum numero erat II. 21. 272.
- L. Tarquinius Superbus, L. Prisci filius. II. 24. 287. eius res gestae et exilium II. 24. 25. Graecorum institutis dona magna de praeda Delphos misit. II. 24. 286.

- Sex. Tarquinius, filius maior Su-**  
**perbi II. 25. 288.**  
**Tarquinio exacto quae Romae**  
**gesta fuerunt, vituperat Cicero**  
**I. 40. 161.**  
**Tarquiniorum gens exulare iussa**  
**simul cum rege II. 25. 288. of-**  
**fensione nominis expulsa II.**  
**31. 300.**  
**[Tarquinii urbs Etruriae floren-**  
**tissima II. 19. 262.]**  
**[Tauri III. 9. 359.]**  
**Thales Milesius I. 14, 63. 16, 71.**  
**Thebanorum foeda in amore in-**  
**genuorum licentia IV. 4. 421.**  
**Themistoclis calamitas I. 3. 17.**  
**Theopompus rex Spartaec II.**  
**33. 310.**  
**Timaeus Locrus I. 10. 49.**  
**Titienses, Ramnenses (s. Ramnes)**  
**et Luceres II. 20. 266.**  
**Tribuni pl. constituti II. 33. 310.**  
**Duo II. 34. 312.**  
**Tribus tres a Romulo, Tatius et**  
**Lucumone dictae II. 8. 224.**  
**Triginta viri Athenis III. 32. 399.**  
**[Tubero. I. 9. 42.]**  
**Ser. Tullius (in cod. Ser. Sulpi-**  
**cius v. adn.) ex serva Tar-**  
**quiniensi natus, conceptus ex**  
**cliente regis II. 21. 271. Graecis**  
**artibus eruditus: ibid.**  
**obaeeratos pecunia sua libera-**  
**vit: ibid. rex iustissimus I.**  
**37. 151. eius origo et res gestae**  
**II. 21. 22. 269 sqq.**  
**M. Tullii Ciceronis calamitas I.**  
**3. 4. 21.**  
**Tusculum, locus saluber et pro-**  
**pinquus I. 1. 4.**  
**Tutor et procurator rei publicae**  
**II. 29. 296.**  
**L. Valerius Potitus II. 31. 302.**  
**P. Valerius Publicola, quae popu-**  
**lari ratione fecerit II. 31. 300.**  
**Velati II. 22. 279.**  
**In summa Velia Tullus rex habi-**  
**taverat, ibidemque P. Valerius**  
**aedificare coeperat II. 31. 301.**  
**[Vestales II. 14. 246.]**  
**D. Virginius, Virginiae pater II.**  
**37. 320.**  
**Virgini vestali heres esse poterat**  
**mulier III. 10. 362.**  
**Volscia gens III. 4. 347.**  
**[Xenocrates I. 2. 9. sq.]**  
**Xerxes cur Atheniensium fana in-**  
**flammari iusserit III. 9. 358.**  
**[Zmyraa I. 8. 39 sq.]**
-

## INDEX LATINITATIS.

- B**revior fieri poterat hic index, nisi non inutile visum esset pleaque assumere, quae extant quidem in diu vulgatis Ciceronis libris, verum perpaucis locis, ac partim ita raro ut parum plerumque animadvertantur. Illa igitur vocabula quae sive omnino, sive ea certe significatione qua in his libris ponuntur, hactenus Cicerone auctore carebant, asterisco distincti: duos his quae prorsus nova sunt apposui. Tum vero omnia omisi quae ex libris de rep. a veteribus grammaticis allata, atque inde in lexica inserta, nunc, integra oratione, in codice comparent. *Nieb.*
- Ab ante consonantem*: ab regibus I. 44. 180. [sed *b* fortasse expuncta: *ab* Chrysippo III. 8. 354.]
- [*Abjectus* II. 41. 328.]
- Ablativus participiorum in ns, i littera terminatus*: referenti I. 32. 128. excellenti II. 3. 202. vaganti II. 11. 240.
- [*Ablat. temporis* I. 37. 151.]
- [*Ablativus instrumenti an in hominibus ponatur? I.* 39. 158.]
- *adiectivi in is, e littera*: ex serva Tarquiniense II. 21. 270. [suspectus tamen, nam paulo supra c. 19. *Tarquiniensi.*]
- [*Absens pro non petens* VI. 11. 274.]
- [*Abuti pro uti positum* I. 9. 44.]
- [*Accessio, quanta in singulos reges bonarum rerum* II. 21. 269.]
- [*Accipere injuriam* III. 14. 370.]
- [*Accipere apparatus regio* VI. 10. 470.]
- [*Accuratius agere* I. 13. 56.]
- [*Accusativus Graecus in en non ubique Ciceroni obtrudendus* I. 2. 9. sq. conf. Sillig. ad Catull. p. 21.]
- [*Accusativus Passivo additus* I. 31. 125.]
- [*Ac tamen* I. 7. 35.]
- [*Actitare tragoedias* IV. 11. 437.]
- \* *Actus, levi admonitu, non actu (agendo) infectit feram* II. 40. 326.
- [*Acuere ingenia* I. 18. 84.]
- Ad. Cyro subest ad immutandi animi Mentiam Phalaris.* I. 28. 117.
- [*Ad summam senectutem* I. 1. 4.]
- [*Adesse in concilio* I. 17. 76.]
- [*Adfixi, homines in exigua parte terrae* I. 17. 73.]
- \* *Adhuc, usque adhuc* II. 20. 266. qui adhuc voluntate nobis obediunt III. 29. 394.
- Admiscere, urbes maritimae admiscerentur novis sermonibus ac disciplinis* II. 4. 205. sq. (cf. fragm. ex Hortensio ap. Forcellinum.)
- \* *Adnare, (mari advehi)* II. 4. 213.
- [*Adolescens de quadragenario dictum* I. 15. 67.]
- [*Adolescentulus, sex et viginti annorum* I. 15. 67.]
- [*Adque non dixit* Cic. II. 14. 248.]
- [*Adultus, de populo dictum* II. 11. 238.]
- Adventus, pro invasione exercitus hostilis*: v. ad fr. 3. pro Fonteio. *adventus hostium* II. 3. 204. *adventus Gallicus* II. 6. 218.
- Aeger, animi deliquium passus: cum ex vulnere aeger fuisse et vivere diceretur* II. 21. 275.
- Aequabilitas, ἰσότης, I.* 27. 113. II. 23. 281. alibique.
- [*Aequatum et temperatum ex tribus* I. 45. 181.]
- [*Aeris millies, tricies* III. 10. 362.]
- [*Aetas, aetatis hujus memoria* I. 1. 5.]
- [*Aeterna domus*: caelum VI. 23. 501.]
- [*Afferre manus alicui* III. 17. 375.]
- [*Afficere populum servitute* I. 44. 177.]

- Agere, rapere, agere et ferre.*  
III. 33. 430. sq. [sed v. ann. nostr.]
- [*Agros viritim dividere* II. 14. 244.]
- [*Alimenta expectat patria* I. 4. 24. i. e. praestitorum alimentorum pretia, quae *ῥαίματα* Graecis dicuntur.]
- Aliqui pro aliquis* I. 44. 179. III. 16. 373.
- [*Aliquid aliquando — admoneri* I. 9. 44.]
- [*Aliquis pro alius quidam* III. 14. 369.]
- [*Aliquis unus et unus aliquis* I. 32. 126.]
- [*Alte repetere* IV. 4. 420.]
- [*Alte spectare* VI. 23. 501.]
- [*Altera utra an alterutra?* III. 3. 343.]
- Ambiri, rogari a candidatis: ambiuntur* I. 31. 125.
- Amoenitas, de littore, II. 4. (de N. D. II. 39.) 208.*
- [*Amor* (subst.) non junxit Cic. cum Gerund. et Infinitivo I. 1. 5.]
- [*Amplificare divitias* III. 12. 366.]
- [*Amplissimus, consulatus epitheton.* I. 6. 31.]
- An pro aut: uno an altero spatio* I. 12. 55. Pythagorae discipulum an certe Pythagoreum II. 15. 249.
- Anacoluthia modorum: si quando regi iusto vim populus attulerit, regnoque eum spoliavit, aut etiam, id quod evenit saepius, optimatum sanguinem gustavit, ac totam rem publicam substravit libidini suae* I. 42. 169. *In quo loco, nisi attulit scribere placet, omnino rescribendum videtur spoliaverit: ut, quod aliquando evenisse, sed vix aut certe raro evenire, innuit Cicero, subiunctivo modo posuerit: indicativo illud quod saepe factum esse constabat.*
- Anacoluthon: si, ut Graeci dicunt, omnes aut Graios esse aut barbaros, vereor ne barbarorum rex fuit* I. 37. 152. II. 37. 319.
- Anastrophe: ante paulo pro paulo ante* II. 4. 212. *cum tmesi con-*
- iuncta: sin aliter sit ultra videlicenda* III. 3. (pro: sin sit alterutra via deligenda.) 343.
- [*Angues alites* III. 9. 356.]
- [*Animi partes* i. q. animi vires I. 39. 157.]
- [*Animi lumen* VI. 12. 474.]
- [*Animi instrumenta* III. 3. 341.]
- [*Animi se extollunt* III. 3. 340.]
- [*Animo adesse* VI. 10. 472.]
- [*Animum periclitari* III. 36. p. 407.]
- Animum adverti.* I. 39. 158.
- [*Ante oculos, non ante os* III. 9. 359.]
- Antistare.* Pompeius antistat III. 18. 377. (antesteterunt: de Inv. II. 2.)
- [*Anxietudo* II. 41. 327 sq.]
- [*Apparatus facilis* II. 14. 247.]
- [*Appellare aliquem et ad aliquem* I. 40. 163.]
- [*Apprime adv. non est Ciceronianum* II. 30. 297.]
- \* *Arbustus* adiect. agri arvi et arbusti et pascui, lati atque uberes V. 2. 444.
- [*Archimedi casu Genit.* I. 14. 61.]
- [*Ardere cupiditate et consuetudine bellandi* II. 14. 246.]
- [— *ars.* terminatione hac saepius Cic. utitur in verbis, quam — *aris.* I. 2. 6.]
- [*Ars scientiâ ipsâ teneri potest* I. 2. 6.]
- [*Ars* i. q. *theoria* III. 4. 345.]
- [*Artior* melius scribitur, quam *arctior* VI. 10. 471.]
- \* *Arvus* adiect. de agro qui aratur. v. *arbustus.* (Agri arvi et arbusti in assignationibus indicabantur verbis, *qua falx et arator ierit.*) V. 2. 444.
- [*Aspernari* naturam hominis III. 22. 384. Ad h. l. vid. Beier. ad Cic. de Off. III. 20. 82. p. 338.]
- Assiduus, cum locupletes assiduos appellasset ab aere dando* II. 22. 277.
- [*Assimulare* I. 22. 91.]
- [*Assistere, verbi huius constructio* II. 21. 271.]
- Asyndeton: Archytas iracundiam seditionem animi movere duce-*

- bat; eam consilio sedari volebat I. 38. 156. [sed v. annot.]
- [*Atque* explicative pro *id est* I. 26. 110. transitioni inservit I. 26. 111.]
- [*Atque* pro *quam* quando Cicero dixerit VI. 17. 486.]
- [*Atqui* pro *nempe* III. 5. 348.]
- [*Auctor et princeps* II. 25. 289.]
- [*Autumnus non autumnus* IV. 1. 416.]
- [*Aucupari utilitatem* III. 7. 353.]
- [*Avertere*, vim armentorum a privatis in publicum averterant. II. 35. 316.]
- Auspicata* condidit II. 29. 295. pr. m.
- Auspicia* v. *In*.
- [*Auspicium*: *esse alicui in auspicio* II. 9. 228.]
- [*Autem*. Eius significationes I. 42. 170.]
- [*Belli domique* II. 32. 307.]
- [*Bellam*, incendium belli sanguine suo restinxisset I. 1. 2. excitatum enervavisset — contudisset. I. 1. 2.]
- [*Benignitas*, opis, auxilii, defensionis, largiendi benignitas. II. 20. 264.]
- [Breviloquentiae exempla I. 7. 35. I. 9. 42. I. 35. 144. II. 31. 300.]
- Cadere*, nimia libertas cadit in servitutem I. 44. 178. (Scriptura valde suspecta.)
- [*Catus* I. 18. 81.]
- [*Censeo et sentio* quid differant? I. 29. 121 sq.]
- [*Cernere* cum abl. sine praepositione II. 39. 323.]
- [*Certa et certo* distinguuntur I. 5. 26.]
- Certum*, manifestum: nunc scit illud Catonis certius. II. 21. 269.
- [*Chiasmus* II. 4. 212. II. 34. 313. VI. 17. 488.]
- [*Cicero emendatur* I. 2. 9. I. 2. 10. I. 2. 13. I. 4. 23. I. 5. 26. I. 8. 37. sq. I. 9. 41 sq. I. 11. 51. I. 12. 55. I. 14. 63. I. 14. 65 sq. I. 17. 76. I. 18. 82 sq. I. 21. 94. I. 23. 99. I. 26. 111. (ead. pag. Cic. de Legg. III. 17. 37.) I. 26. 113. I. 27. 115. I. 28. 118. I. 28. 119. I. 29. 121 sq. I. 33. 132. I. 34. 142. I. 35. 145. I. 36. 146 sq. I. 36. 147. I. 37. 153. I. 38. 155. I. 38. 156. I. 39. 160. I. 40. 161. I. 41. 165. I. 42. 168. I. 42. 169. I. 44. 178. I. 45. 181. I. 45. 182. I. 47. 187. II. 1. 197. II. 2. 198. II. 4. 212 sq. II. 5. 213. II. 5. 214 sq. II. 6. 217. II. 10. 234. II. 11. 241. II. 16. 253 sq. II. 26. 291. II. 30. 299. II. 31. 303 sq. II. 32. 307. II. 36. 317. II. 42. 330. III. 3. 342 sq. III. 9. 358 sq. III. 14. 369 sq. III. 17. 375. III. 23. 386. III. 35. 403. III. 37. 409. IV. 11. 456. V. 2. 445. VI. 14. 480. VI. 17. 489.]
- [*Cicero tentatur* I. 1. 3. I. 1. 4. I. 1. 8. I. 2. 11. I. 3. 14. I. 3. 15. I. 3. 16. I. 3. 17. I. 3. 19. I. 4. 21. I. 4. 22. I. 4. 23. I. 5. 26. I. 7. 34 sq. I. 8. 38. I. 11. 52. I. 14. 62. I. 14. 63 sq. I. 17. 79. I. 18. 80. I. 19. 88. (bis) I. 20. 90. I. 21. 105. I. 27. 115. I. 28. 115. I. 32. 127. I. 33. 132. I. 34. 136. I. 34. 137. I. 34. 138. I. 34. 139. I. 34. 140. I. 35. 143. I. 36. 146. I. 39. 158. I. 40. 161 sq. I. 43. 175. I. 44. 179. I. 44. 180 sq. I. 45. 182 sq. II. 2. 201. II. 3. 202. II. 4. 207. II. 4. 210. II. 5. 216. II. 7. 221. II. 10. 235. II. 12. 243. II. 17. 255. II. 18. 260. II. 20. 268. II. 21. 271. II. 22. 278. II. 23. 285. II. 25. 286 sq. II. 26. 290. II. 32. 307. II. 36. 317. II. 37. 319. II. 40. 326. III. 11. 363. III. 12. 367. III. 17. 376. III. 18. 376. III. 24. 387. III. 36. 408. IV. 5. 424. IV. 10. 435. V. 2. 445. V. 9. 454. VI. 1. 457. VI. 8. 467. VI. 16. 484. VI. 23. 501. VI. 26. 509.]
- [*Cicero vindicatur* I. 1. 5. I. 2. 12. I. 3. 16. I. 3. 17. I. 3. 18. I. 3. 19. I. 4. 21. I. 4. 23. I. 5. 28. I. 5. 29. I. 6. 31. I. 9. 44. I. 10. 48. I. 11. 53. I. 12. 55. I. 13. 57. I. 14. 61. I. 14. 65. I. 17. 75. I. 17. 74. I. 17. 76. I. 17. 78. I. 17. 79. I. 19. 87. I. 19. 89. I. 22. 96. I. 24. 101. I. 28. 116. I. 28. 117 sq. I. 29. 120. I. 29. 121. I. 30. 123. I. 31. 124. I. 33. 133. I. 34. 136. I. 34. 137. I. 36. 145. I. 37. 150.]

- I. 37. 151 sq. I. 38. 154. I. 39. 152. I. 40. 162. I. 41. 168. I. 43. 173. I. 44. 176. I. 44. 178. I. 44. 179. I. 45. 181 sq. I. 47. 188. II. 4. 210. II. 4. 211. II. 8. 224. II. 11. 239. II. 11. 240. II. 12. 241. II. 14. 245. II. 14. 248. II. 15. 249. II. 16. 254. II. 17. 256. II. 18. 258. II. 19. 262. II. 19. 263. II. 26. 290. II. 33. 310 sq. II. 34. 312 sq. II. 35. 314. II. 36. 317. II. 36. 318. II. 37. 319. II. 40. 326. II. 41. 329. III. 5. 348. III. 11. 363 sq. III. 14. 370. III. 17. 374. III. 22. 384. III. 31. 398. IV. 3. 418. IV. 5. 422. IV. 9. 431. V. 1. 442. VI. 22. 499. VI. 24. 502.]
- [*Cingulus pro cingulum*. VI. 20. Conf. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 8. p. 155.]
- [*Circuitus*, orbis motus atque circuitus II. 25. 286.]
- Circumiectus arduus* II. 6. 218. (cf. de Nat. D. II. 25.)
- [*Circus pro circulus* Cic. in prosa oratione non dixit. VI. 15. 482.]
- [*Cituma* I. 21. 92.]
- [*Civitas ita morata* V. 1. 441.]
- [*Clarissimi* i. q. laudatissimi I. 8. 59.]
- [*Clepere* IV. 5. 423.]
- [*Coetus*, coetus multitudinis I. 25. 105.]
- Cogere*, haec summa cogitur. I. 43. 176.
- [*Cohorreo* VI. 10. 472.]
- [*Collocare* in deorum numero II. 10. 231.]
- [*Collustrare animo* III. 4. 347. *luce* VI. 17. 488.]
- Comitari alicui*, illi prospere fortuna comitata est II. 24. 285.
- [*Committere se patribus* II. 21. 272.]
- [*Commodum*, si tuo commodo fieri potest I. 9. 44. i. e. *sine incommodo tuo*.]
- [*Commota ex aere alieno*, civitas II. 33. 309.]
- Comparare*, parem existimare, homines nulla re bona dignos, cum quibus comparari sordidum I. 5. 27 (v. fr. Cicer. a Nonio servatum, ap. Forcell.)
- [*Comprobantur leges* III. 11. 363.]
- [*Conceptus ex* — II. 21. 270.]
- [*Concessu an concessu?* I. 33. 133.]
- [*Conducere* i. q. utile esse I. 32. 128.]
- [*Conferre*; *cuncta ingenia collata* in unum II. 1. 197.]
- [*Conferre animum* Cic. non videtur dixisse I. 23. 99.]
- [*Confictatio* est cadentis latinitatis III. p. 333.]
- [*Confusus* i. q. permixtus II. 25. 280.]
- [*Congressio* pro concubitu I. 24. 102.]
- [*Coniectura suspicari* I. 10. 46.]
- [*Conicere* aliquem in medium I. 12. 54.]
- Conquirere*, quaerere: Rutilius solebat mecum eiusmodi aliquid conquirere I. 11. 52.
- [*Consecratus numero deorum* III. 9. 357.]
- [*Consilia providere* I. 47. 188.]
- [*Consilii summa* II. 27. 293.]
- [*Consilium* i. q. *ῥὸ ἡγεμονικόν* I. 26. 109.]
- [*Consitura agri*, alibi non obvium vocabulum I. 17. 79.]
- \* *Constituere*, quidam primam olympiadem a Lycurgo constitutam putant II. 10. (v. adn.) 233.
- [*Constructio mutata post longiorem sententiam interiectam* I. 3. 16. III. 6. 350. *Constructio ad sensum* I. 30. 123.]
- [*Consuetudo exquisitissima* II. 21. 272.]
- Consultatio*, quaestio; quae de ista consultatione summi homines scripserunt I. 22. 96.
- [*Consumi* I. 3. 15.]
- Continens terra* II. 3. 204.
- [*Continentia* i. q. modestia I. 2. 8.]
- [*Continuare imperia* I. 44. 179.]
- [*Contrectatio*, obsceno tantum sensu IV. 4. 421.]
- [*Contumeliarum verbera* subire I. 5. 28.]
- [*Convenit nomen* I. 24. 101.]
- \*\* *Conventicium*, *ῥὸ ἐκκλησιαστικόν*: argentum quod in democraticis graecis iis numerabatur, qui ad comitia convenerant III. 35. 405 sq.

- [*Conversio caeli concitator* VI. 18. 490.]
- [*Cooptare* angures II. 9. 328.]
- [*Copia*, bella copia II. 40. 325.]
- [*Copiosus* homo et disertus I. 3. 15 sq. i. q. opulentus I. 34. 137.]
- [*Corpus* fragile et infirmum III. 1. 337.]
- [*Cosmoescribendum*, non *Cosmoi* II. 33. 310.]
- [*Credo* ironice et serio dicitur I. 3. 19.]
- [*Crepidines urbis* III. 31. 398.]
- Calpa*, in ea culpa esse II. 35. 314. pro nocentem esse criminis cuius reus factus esset: *verba*, ut videtur iuris sollemnia.
- [*Cum—sit, tum—est* VI. 15. 483.]
- [*Canabula* et *incunabula*. Illud post in dicit Cicero II. 11. p. 238.]
- [*Cura* et *curatio* disting. I. 10. 46.]
- \* *Curiatim* consulere populum II. 17. 256. (Haec vox antea in uno solo A. Gellii loco inveniebatur, quem iam nemo sollicitabit.)
- [*De pro a v. ex* II. 15. 250.]
- [*Decantare obsoleta* II. 31. 305.]
- [*Decedere* de via alicui I. 43. 175.]
- [*Decerno*, sic decerno, sic sentio, sic affirmo I. 46. 185.]
- [*Declarare consulem* I. 15. 67.]
- [*Deferre*, detulit aedes suas sub Veliam. II. 31. 301.]
- [*Deferre causam* ad aliquem III. 5. 347.]
- [*Deficere*, agriculturam opera saepissime deficit V. 3. 446. St.]
- Defici aliqua re*. agri cultura opera deficit V. 3. 446. N.
- Definire*, exempla hominum rerumque definitio illustribus in personis temporibusque II. 31. 305. agri definebantur qui essent regii V. 2. 444.
- [*Definiri montibus* II. 6. 217.]
- [*Definitus et certus* VI. 13. 477.]
- [*Deflectit me* aliquid de via I. 44. 180.]
- [*De fonte manare* III. 37. 410.]
- Defugere*, defugit patriam II. 19. 265.
- [*Defugere manus* VI. 15. 485.]
- Dein*. I. 10. 47. I. 12. 54.
- Delectorum iudicum iudicium* I. 31. 125.
- [*Delectus et dilectus* distinguuntur I. 34. 141. II. 12. 243.]
- [*Deligere*, ubi proprium I. 34. 135.]
- [*Demittere fasces populo* I. 40. 162.]
- [*Demum* quarto loco positum post initium II. 15. 250.]
- \* *Demutatio*. II. 4. a pr. m. (v. adn.) 205.
- [*Denique* cum dilatandi potestate II. 26. 291.]
- [*Denunciare bellum* II. 17. 256.]
- [*Deportare et reportare* aliquid ex praeda II. 9. 227.]
- Derigere*. oratio derigitur II. 31. 305. (v. adn.)
- [*Descendere* ad rationes civitatis I. 6. 33 sq.]
- Describere*, delineare: sphaera astris descripta I. 14. 64. [i. e. *distincta*.] [— *describi* dicuntur iura I. 2. 6.]
- [*Dicere et ducere* confusa III. 23. 385.]
- Dictator* ab eo appellatur, quia dicitur I. 40. 164.
- [*Difficilis causa est* pro *difficile est*. p. 514.]
- [*Digito demonstrare* VI. 24. 504.]
- [*Digladiari* tum faciendis tum accipiendis iniuriis III. 14. 370.]
- Digni* nulla re bona I. 5. 27.
- [*Dignus ad imitandum* I. 18. 80.]
- [*Diuncti an disiuncti* populi? II. 37. 319.]
- [*Diligens verbis* II. 22. 277.]
- [*Diligentia difficilis* II. 14. 247.]
- [*Dinumeratio*, vox rara III. 2. 340.]
- Descriptio*, pro descriptio: (divisio) I. 46. 185. II. 22. 276 [sed v. anqot.]
- \* *Disparare*, cives ita disparavit II. 22. 275.
- Dispensator* litteras scit V. 3. 447.
- [*Disputare* est philosophorum I. 2 p. 11. I. 7. 55.]
- \* *Dissaepire*, tenui muro dissaeipiunt IV. 4. 421.
- [*Disserere res* I. 24. 101.]
- Dissociati* homines III. 2. 339.



- [*Distinctus spatii* I. 26. 109.]  
 [*Distinguere in partes* III. 2. 339.]  
 [*Diversus* i. q. contrarius VI. 20. 495.]  
*Divitior* I. 17. 77. 32. 126.  
 [*Docti homines* i. q. philosophi I. 6. 32.]  
 [*Domesticorum an domesticum morem?* III. 3. 342.]  
 [*Dominations* Ciceroni semel dictum II. 26. 292.]  
*Dominus* populi quem Graeci tyrannum vocant II. 26. 209.  
 [*Duco esse*, an et quomodo dicitur? I. 2. 12 sq. I. 38. 155. III. 9. 358. IV. 7. 427.]  
*Duo* acc. casu. duo soles I. 10. 13. 59. duo filios II. 19. 263.  
 [*E et ex* quid differant I. 44. 177.]  
 [*Ea re pro ideo* III. 27. 390.]  
 [*Efficere munus* I. 46. 186.]  
 [*Efficitur* i. q. sequitur III. 12. 367.]  
*Efflorescere* ex ea genus civitatis solet. I. 29. 120.  
 [*Elementa* I. 24. 102.]  
 [*Elidere* II. 41. 328.]  
*Ellipsis: praep. a:* excluderetur suffragiis II. 22. 277. *adv. aliter:* qui potuit igitur — com- plecti et vitare, quam quod II. 5. 213. *foret:* haud scio an aliis anteponendum, si ullum probarem etc. II. 23. 284. *maiorum:* instituto ac more II. 32. 305. *non ante ne quidem:* quae non solum facta esse, sed ne fieri quidem potuisse cernimus II. 15. 251.  
 [*Eluviones et exustiones terrae* VI. 21. 497. sq.]  
 [*Emolumentum facere* III. 26. 389.]  
 [*Enim cum ellipsi sententiae antecedentis* II. 15. 250.]  
*Enim*, ut videtur, redundat [?] puto enim tibi haec esse nota I. 43. 173.  
 [— *ere*, hac terminatione Cic. saepius utitur, quam — *eris*. I. 2. 6.]  
 [*Errantes stellae, planetae* I. 14. 64.]  
 [*Esse cum ablativo pro esse in aliqua*. I. 23. 98 sq. I. 28. 116.]  
 [*Et — et omissio posteriori: illa et apud Graecos exempla*. I. 5. 16. (Goer. ad Cic. Ac. II. 42. p. 255.) cui respondere debebat et apud nos; sed immutavit Cicero orationem, ne putide longa esset, pergitque quae, nata et frequentata apud illos, etiam in gravissimam civitatem nostram dicuntur redundasse. St.]  
 [*Et continuat*. I. 23. 100.]  
 [*Et vero* i. q. et sane I. 32. 128.]  
 [*Et ille* I. 36. 147.]  
 [*Etenim et est enim confusa* I. 2. 11. 84.]  
 [*Etiamsi* cum Fut. Indic. I. 19. 89.]  
*Eventum* plurimorum eventorum memoria III. 9. 357.  
 [*Evertere justitiam* III. 7. 353.]  
 [*Evigilatum mihi est* III. 29. 394.]  
*Ex aere alieno commota civitas* II. 53.  
 [*Excursare* Ciceroni restituendum II. 4. 207.]  
 [*Exemplum sequimur, exemplari utimur* I. 1. 3.]  
 [*Exitus*, de morte I. 16. 72.]  
 [*Expers negotii publici* I. 2. 12.]  
 [*Explanator legis* III. 22. 383.]  
 [*Explicare* de Codd. evolvendis I. 9. 43.]  
 [*Exponere*, de infantibus II. 2.]  
 [*Exprimere*, non i. q. interpretari I. 43. 171.]  
 [*Exquisitus*, ad exquisitissimam consuetudinem Graecorum II. 21. 272.]  
 [*Extimus pro extremus*. VI. 17. conf. Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 14. 40. p. 582.]  
 [*Extra quam*, exceptionis formula I. 6. 30.]  
 [*Fabulae factis oppositae* II. 2. 201.]  
*Facere* ut, pleonastice. quem virum facite ut agnoscatis II. 29.  
 [*Facile patior* II. 15. 253.]  
 [*Facile viceris* I. 23. 98.]  
 \* *Factio*; oligarchia I. 44. 45. III. 14. 369.  
*Familia*. Larum familiarum sedibus (nisi mendum est) V. 5. 449.

- [*Famulari*, quid? III. 25. vid. Dirksen. Beitr. z. Kunde des R. Rechts. p. 280.]
- [*Feriae latinae* I. 9. 41.]
- [*Ferre* laudibus I. 45. 174.]
- [*Ferre* rem II. 35. 314 sq.]
- [*Fides a πῖθω* IV. 7. 428.]
- [*Firmare* urbem colonis II. 18.]
- [*Firmamentum* II. 10. 230.]
- [*Firmiter* I. 45. 184.]
- [*Firmitudo* I. 45. 183.]
- [*Fit pro apparet esse* II. 21. 269.]
- [*Fit accessio* II. 21. 269.]
- [*Flagitia comoediae* IV. 10. 434.]
- [*Flammae* i. q. sidera VI. 16. 484.]
- [*Fluctus* excitare I. 6. 32.]
- [*Foedifragi Poeni* p. 513.]
- [*Foras eminere* VI. 26. 509.]
- [*Forma rei publicae* II. 11. 240.]
- \*\* *Fortan* III. 35. 404. (Si sincerum, scribendum videtur *fortean*, ut *fortassean*.)
- [*Fragor*, singulare apud Cic. II. 3. 204.]
- [*Frena cum Accus. frenos* II. 33. 309.]
- [*Frequentes veniunt et frequenter veniunt* quid differant? I. 9. 41.]
- [*Fulminibus an fluminibus an fluctibus* se obvium ferre. I. 4. 23.]
- [*Futurum exactum pro imperativo*: studuerit, perspexerit V. 3. 447. pro *futuro* simplici I. 13. 59.]
- [*Genitivi duplices* I. 28. 119.]
- [*Genitivorum cumulatio ingrata* II. 3. 203.]
- Genitivus*, pro praep. *in* cum *abl.* magnae res a dictatoribus atque consulibus belli gerebantur II. 32. 307. quid fiat *domi*, quae non ea est, quam parietes cingunt, sed mundus totus I. 13. 58. *Graeciae* III. 9: (vix enim, interposito inciso, coniungere licet *Graeciae delabra*.) 357.
- Genitivus sing. i* pro *is* Archimedi I. 14. 65. (bis) plebi I. 40. 162. [2. m.] I. 18. 82.
- Genitivus plur. in ium*; civitatum, optimatum, locupletium, ubicunque haec vocabula occurrunt: nisi quod semel *civitatatum* scribitur. I. 26. 110 sq. I. 34. 136.
- [*Genuinae et domesticae virtutes* II. 15. 253.]
- [*Geometricae formae pro figurae* I. 17. 78.]
- [*Gerere* rem publicam II. 12. 241.]
- [*Gerundium* passive positum VI. 25. 505.]
- [*Gloriari* in aliqua re I. 6. 32.]
- Graeca declinatio*: Xenocrates I. 2. 9. Philoleo (a Philoleos, pro Philolaus) I. 10. 49. ita enim olim lectum fuisse, ubi librarius scripsit Philoteo, satis manifestum est.
- [*Graeciae* pro *in Graecia* III. 9. 357.] conf. Held. ad Caes. B. G. VIII. p. 289.
- [*Graecismi* Ciceroni absque necessitate non obtrudendi I. 3. 16.]
- Graii* I. 37. 152. II. 4. 211. III. 9. 358.
- [*Graii an Graeci?* II. 4. 211.]
- [*Gratificari* populo aliena et sua I. 44. 179.]
- [*Gubernacula*, ad, accedens. I. 6. 32. *πῆδάλια*. Imaginem usurpatam a poetis et philosophis (ut a Platone Rep. VI. p. 488.) illustrarunt interpret. Aeschyli ad Sept. c. Theb. v. 2. Adde Karsten. in Specim. Pindar. p. 212 sq. Traj. ad Rhea. 1824. Cr.]
- [*Habere sensum* pro sentiri p. 512.]
- [*Habere mare infestum* III. 12. 365.]
- [*Haec et hoc* junguntur I. 15. 68.]
- [*Haerere* in sedibus II. 4. 206.]
- [*Harmonia* I. 10. 47.]
- [*Haud scio an* II. 23. 284.]
- \* *Heia* vero III. 5. 348.
- [*Hi et ii* confusa I. 2. 11. II. 40. 325.]
- Hic*. Africanus *hic* L. Pauli f. I. 9. 40. tamquam *hos* ex arvis musculos III. 15. 372.
- [*Hic* i. q. *róre* I. 30. 122.]
- [*Hoc avunculo*. Abl. abs. I. 19. 85.]
- [*Homo*. additur adjectivis genitibus I. 14. 62.]

- [*Horrescit mare*, quid? I. 40. 163.]
- [*Humana omnia despiciere* I. 17. 77.]
- [*Iam*, [transitionali inservit. I. 5. 26.] de tempore praeterito, pro modo, vel olim: (già italicum). ad humanitatem revocavit animos hominum, studiis bellandi iam immanes ac feros II. 14. 248. [sec. m.]
- [*iam* si eo loco verum est, perinde est, ut nostrum zur Zeit. St.]
- [*Ille manu*, abl. abs. II. 3. 202.]
- [*Ille* varia significat I. 28. 117. II. 3. 204.]
- [*Ille* ante *quidem* eleganter *πλεονάζει* II. 11. 259.]
- [*Illecebrae*, habet ipse locus vel sumptuosas vel desidiosas illecebras. II. 4. 209.]
- [*Illustratus*, illustris: tantum fere regum illustrata sunt nomina II. 18. 260.]
- [*Illustris* i. q. notus I. 24. 103.]
- [*Immanis oratio* III. 21. 382.]
- [*Imminere* rebus P. R. II. 20. 268.]
- [*Imo*, non immo VI. 14. 479.]
- [*Impedire* se a suo munere V. 3. 447.]
- [Imperf. Ind. pro Plusq. Conjunct. I. 9. 43.]
- [Imperfectum Conjunctiv. post Praes. Inf. in orat. obliqua II. 1. 197.]
- [*Imperiosa* urbs. I. 2. 12. (ab Ennio sumptum.)
- [*Impetus*, impetu liberare. I. 1. 1. *Impetus* cohibere I. 5. 28.]
- [*Impigritas* *ἄπαις λεγόμενον* III. 28. 399.]
- [*Imponere*, permagnam expectationem *imponis* orationi mese I. 25. 100.]
- [*Importatae* ac transmarinae virtutes II. 15. 253.]
- [*In*. quae genera sunt in iis singula vitiis quae dixi. I. 28. 116. (quae fortasse hypallage est.) — qui sibi essent in auspiciis II. 9. 228. (ut in consilio) — libertas non in eo est ut iusto utamur domino II. 23. 285. in mari II. 4. 205. (maritima) —
- si animum contulisti in istam rationem. I. 23. 99.]
- [*Inaequalis* Ciceroni raro usitatum I. 14. 65.]
- [*Inambulare* I. 12. 53.]
- [*Incendium* belli I. 1. 2.]
- [*Incensus studio* II. 13. 244.]
- [*Inchoatum* et confusum sonare III. 2. 339. [*incohare* scribit Fea ad Hor. I. 4. 15. q. v.]
- [*Incitantur motus* VI. 18. 490.]
- [*Incommutabilis* II. 53. 308.]
- [*In consilio esse alicui* III. 18. 377.]
- [*Incurrere* I. 43. 175.]
- [*In disputando falli* III. 35. 404.]
- [*In disserendo mali*, quid? III. 16. 372.]
- [*Inexpiabiles poenae* III. 11. 364.]
- [*Inexplebiles fauces* I. 43. 171.]
- [*Infamiam facere*. IV. 11. 456.]
- [*Inferior voluptatibus* — quid? II. 34. 313.]
- [Infinitivus in propositionibus relativis orationis obliquae I. 14. 64.]
- [Infinitivus Pass. in—ter. II. 34. 311.]
- [*Infirmus* et *infimus* confusa III. 25. 387.]
- [*Informatus* i. q. constitutus I. 2. 9.]
- [*Infundo*, infusi oppidis portus. III. 31. 398.]
- [*Ingenii calumnia*. III. 5. 350.]
- [*Ingredi* varie construitur I. 24. 101. I. 46. 185. II. 11. 258.]
- [*Inhorresco* IV. 6. 425.]
- [*Iniusu populi* II. 21. 270. VI. 15. 482.]
- [*Inquit* omissum I. 37. 152.]
- [*Insignis scelere* III. 17. 374.]
- [*Instituta* disciplina II. 19. 261.]
- [*Insolentia* utrum *desuetudo* an *arrogantia*? I. 40. 161. 84.]
- [*Instituere*, creare: dictator est institutus T. Larcus II. 32. 306.]
- [*Instrumenta* animi. III. 3. 341.]
- [*Integra mente* II. 25. 287.]
- [*Intelligo*, arbitror: ut ego quidem intelligo II. 31. 304.]
- [*Intemperies*, intemperantia, libido: propter unius ex X. viris intemperiem. II. 57. 320.]
- [*Interdicere*, iubere. te familiae

- valde interdicere, ut dieto audiens esset, I. 39. 159. [conf. de h. v. egregie praecipientem Perizon. ad Sanct. Minerv. III. 3. 78. p. 344 — 346.]
- Interdictum* componere ut ita possideant I. 13. 59.
- [*Interdictum iustitiae* III. 15. 372.]
- [*Interdicere iniquitates* I. 26. 112.]
- [*Interire insidiis* II. 21. 272.]
- \* *Intermenstruum* tempus I. 16. cf. I. 10. 45. (interlunium: haec tenus ex Plinio solo allatum vocabulum.) 70.
- [*Interregnum* inire II. 12. 242.]
- [*Interrupta periodus* II. 8. 225. II. 12. 242 sq.]
- [*Interventus* I. 11. 52.]
- [*Invectas res ex terra accipere* II. 5. 215. Ad rem conf. Plut. Quaest. Rom. xxi. p. 274. F. p. 124. Wytt. ubi navis explicatur, quae erat in antiquissimis Romanorum numis: ἀρθονίαν δὲ παρέχει τῶν ἀναγκαίων ὁ ποταμὸς (Tiberis) πλώμιος ὢν, καὶ τὰ μὲν ἐκ θαλάσσης, τὰ δὲ ἀπὸ τῆς χώρας κατακομιζῶν, σύμβολον εἶχε τὸ νόμισμα — τοῦ ποταμοῦ πορθισίον. Cr.]
- Invehens* curru III. 9. 356.
- [*Invehere metum* IV. 9. 431.]
- [*Invidi* et obtractatores I. 19. 86.]
- [*Invidiam pellers* II. 10. 237.]
- Invitamentum* II. 4. 208.
- [*Ioculariter* an *populariter*? VI. 22. 499. Illud vult Turnebus Advv. VII. 11. p. 219: reprobat Trillerus Obsc. Critt. p. 254.]
- [*Ipsa sibi* II. 13. 243.]
- [*Ipsa de se* II. 21. 273.]
- [*Ipsi videant* VI. 23. 502.]
- Iracundiae* I. 38. 157.
- [*Iter habere* I. 28. 116.]
- Itinera* flexusque rerum publicarum II. 25. 285.
- [*Iugum depellers* II. 25. 288.]
- Jupiter optimus*. non addito sollemni illo *maximus*: I. 33. 131. III. 14. 369.
- Ius gentium*. I. 2. 8.
- [*Ius naturale* III. 8. 356.]
- Ius summum* opponitur civili; ut videtur, pro iure gentium V. 3. 447. [Est summa iuris ratio mentibus impressa humanis, ex qua sane ius gentium manavit; ipse Cicero ius naturale dicit, melius ille quidem accommodatiusque, quam inter Ictos Domitius Iulianus. St.]
- [*Iustitia projecta*, quid? III. 7. 353 sq.]
- [*Iustitia* suum cuique tribuit III. 37. 410.]
- [*Latinum nomen* I. 19. 87.]
- Lautus* auctor sermonis, pro *locuples* I. 11. 51. laudatus a. s. I. 11. 51.
- [*Lectitare* V. 3. 447.]
- [*Legatus alicui* II. 40. 326.]
- Libamenta* praedarum II. 24. 286.
- [*Liber populus* pro abstracto *δημοκρατία* I. 32. 128.]
- [*Liberari* impetu, terrore I. 1. 1.]
- \* *Liticines* II. 22. 280.
- [*Litterae* i. q. libri I. 22. 98.]
- [*Locis manique saepire* I. 26. 107.]
- [*Luctari* pro alteroari IV. 4. 422.]
- [*Luna laborat*, poeticum. I. 15. 67.]
- [*Mactare* honoribus I. 43. 174.]
- [*Mactare* morte II. 35. 313 sq.]
- Magister populi*. dictator, in libris auguralibus I. 40. 164. [cf. Kluge ad Aristot. de Polit. Carth. p. 95.]
- [*Magno opere* et *magnopere* differunt I. 8. 40.]
- [*Matronae* II. 7. 222.]
- Mehercule* I. 9. 19. 38. (nunquam *mehercules*.)
- [*Mens cuiusque is est quisque* VI. 24. 503.]
- Meraca* libertas I. 43. 172.
- [*Meta*, quid? I. 14. 66.]
- [*Miki κλεονάζει* I. 19. 85.]
- [*Ministrare* sibi libertatem I. 43. 172.]
- [*Minus* his sexcentis annis II. 10. 231.]
- [*Moderatus*, genus ex his moderatum et permixtum tribus I. 29. 122.]
- Modo*. ac modo (pro iam vero) I. 27. 114.
- Modus*. tantus erat *modus* in dicendo II. 1. 194.]

- [*Moereo*: melius *maereo*. II. 37. 321.]
- Molior de aliqua re*. Sp. Cassium molientem de regno occupando II. 35. 313.
- [*Moliri* de rebus novis Ciceroni admodum familiare. I. 19. 88.]
- [*Mulier famosa* IV. 6. 426.]
- [*Multa an Mulcta?* II. 9. 229. II. 25. 288.]
- Multi*. Omnes multos appellare placet I. 36. 147.
- [*Mundus* domicilium diis hominibusque commune I. 13. 58.]
- [*Mundus templum deorum* VI. 15. 481.]
- [*Manus humanum* VI. 15. 483.]
- [*Muta* non dixit Cic. subst. pro animalia III. 1. 338.]
- [*Myoparo* III. 12. 365.]
- [*Nancisci* otiosum aliquem I. 9. 43.]
- [*Nativa* urbis praesidia II. 6. 216.]
- [*Natare* i. q. inconstantem esse II. 4. 210.]
- [*Necessariae* res expetendis oppositae I. 17. 75.]
- [*Nec* — et VI. 21. 498.]
- \* *Nectere*, corpus civis, sive suum, sive eius qui in potestate est, per aes et libram creditori tradere; *nectier desitum est* II. 34. 311.
- [*Nempe* ponit Cic. in responsionibus I. 2. 9.]
- [*Nepa* I. 18. 83.]
- [*Neque* — que I. 34. 141.]
- [*Nescio an* II. 23. 284.]
- Nexus*, pro nexus: nec civili nexu I. 17. 75. omnia nexa civium liberata sunt II. 34. 311.
- [*Nobilissimi* Graeci I. 23. 99.]
- [*Nodus rerum omnium* VI. 17. 492.]
- Nomen proprium loquentis* in dialogo, solutum ab omni sermonis vinculo, eius verbis interpositum, ut, qui sit, agnoscat. — *cedo nun, Scipio, barbarorum Romulus rex fuit?* I. 37. 152. *praecclare dicis, Laelius, etenim video iam* — III. 32. *minime vero, Laelius, quoniam quidem* — ibidem.
- [*Nomina illustrata* H. 18. 260.]
- Nominativus*, in o nominis Graeci in on: *Solo* II. 1. 196. in es servatus: *Cyrus ille Perses* I. 27. 113.
- [*Non* — nec I. 1. 1.]
- [*Non modo non* — sed ne — quidem — quando dicatur. VI. 21. 498. II. 15. 251. II. 23. 284.]
- [*Non quo* III. 27. 390.]
- [*Notatio censoria* IV. 10. 434.]
- [*Nullus unus* II. 39. 343.]
- Numero* deorum consecrata (sine in) III. 9. 357. famulorum numero educatus II. 21. 271.
- Nuncupare*. quas curias eorum nomine *nuncupavit* II. 8. 224.
- [*Obaeratus* ἀπαξ λεγόμενον ap. Cic. II. 21. 272.]
- [*Obducere tenebras* IV. 9. 431.]
- [*Objectus* Subst. IV. 1. 416.]
- [*Obit sol* VI. 20. 497.]
- [*Oblinere*, me *oblinam* sciens. III. 5. 348.]
- [*Obrogare*, legi. III. 22. cf. Dirksen. Beitr. z. Kunde des röm. Rechts. p. 295 sq. et Ochs. ad Cic. Eclog. Olivet. p. 70 sq.]
- [*Observare* in parentis loco I. 12. 54.]
- [*Obtinere potentiam* II. 32. 306.]
- Obtinere*, retinere: quod erat ad *obtinendam* potestatem nobilium vel maximum II. 32. 306.
- [*Occentare* IV. 10. conf. Ochs. ad Cic. Eclog. Olivet. p. 297.]
- [*Operam dare*, dent operam, atque audiant eos III. 32. 399. I. 7. 35.]
- [*Oppidum* et *urbs* promiscue posita, et distincta I. 26. 108.]
- [*Optimas* genere fem. et neutro. II. 23. 280.]
- Orare*, legatione fungi: matronis ipsis orantibus II. 7. 222 sq.
- \* *Oratrices* pacis II. 8. 225.
- [*Orbi* abl. V. 8. 452.]
- [*Orbis* hic vertitur II. 25. 286.]
- [*Ornatus* i. q. κόσμος I. 27. 115.]
- [*Ortus* honesto loco II. 7. 221.]
- [*Otiosiore* opera, quam animo I. 9. 43.]
- [*Otium* civium II. 23. 285.]
- [*Pacatus* an hostis. II. 3. 205.]

- [*Paene non pene scribendum* II. 20. 264.]
- [*Paenitet pro pudet* VI. 16. 485.]
- \* *Palla*, velum: *pallas* inter pecus IV. 4. (adagium) 421.
- [*Parare et parère*, in quo conveniant et quid differant I. 2. 7.]
- [*Paratior in disputatione* I. 21. 95.]
- [*Parère firmamenta reip.* II. 10. 230.]
- [*Particeps et socius* II. 20. 264.]
- Partim* institutis, *alia* legibus IV. 3. 418.
- [*Param et parumper* disting. I. 7. 35.]
- \* *Pascuus ager*: v. *arbusus*.
- Patres* propter caritatem appellati senatores II. 8. 223. *patrum* dominatio (pro optimatum) I. 32. 127. — cum *patres* (optimates) rerum potirentur, *ibid.*
- Patricii liberi* senatorum Romuli II. 12. 241.
- [*Pax sit rebus*. VI. 12. 476. De hac formula *Pax* vid. interpr. Appuleji Apolog. ed. Bossachae, qui etiam in Appulejo Lipsii emendationem recepit. *Pax*, inquit, ubi antea in libris et scriptis et editis erat scriptum vel *Lex* vel *Flax*. Cr.] [Ad formulam *Pax sit rebus*: Cum in libris veteribus haud paucis scriptum sit *et parum rebus*, in mentem mihi superrime venit, scriptum fortasse fuisse antiquitus ΔΑΤΟΡΕΡΑΜΑΒΒΥΣ. Ita enim noster supra I. 7. p. 35: *Ac tamen si qui sunt, qui philosophorum auctoritate moveantur, dent operam parumper atque audiant eos, quorum summa est auctoritas.* Mr.]
- [*Pecuda* neutr. pl. IV. 1. 417.]
- [*Perebreviter* II. 4. 212.]
- [*Pereceleriter* II. 7. 220.]
- [*Perennis* II. 5. 213 sq.]
- [*Perceptor* V. 6. 450.]
- [*Perfectam* Indic. pro Plusquamperf. Conj. I. 6. 31.]
- [*Perflare ἀπαξ λεγόμενον* II. 6. 219.]
- [*Pericula caeca* II. 3. 204.]
- [*Periculis oppositus* II. 3. 203.]
- Peripateticus* Socratis sermo II. 29. 295. (inter deambalandum habitus)
- [*Perscribere pro scribere* II. 29. 295.]
- [*Persequi* sc. oratione II. 11. 241. II. 15. 252. II. 23. 282.]
- [*Perses pro Persa* dictum I. 27. 113.]
- [*Persolvere votum* II. 24. 246.]
- [*Persono* i. q. valde clamo I. 2. 7.]
- [*Pestes* i. q. interitus I. 3. 19.]
- [*Pestilens regio* II. 6. 219.]
- Phliantii* II. 4. 209.
- Physicorum peritus* V. 3. 448.
- [*Pignerari*. I. 4. 25.]
- Plebes* II. 34. 312.
- Pleonasmus*. sphaeram iussisse proferri, cuius *sphaerae*—I. 14. 61. ad eam causam referendum est, quae *causa* genuit civitatem I. 26. 109: minus quadringentorum annorum *esse* haec urbem at sine regibus *sit* I. 37. 150. tanta libertate *liberi* sint I. 43. 175.
- Poeni*, Phoenices. II. 4. 211.
- Poenire* (punire) ulcisci: — quod vellet Graeciae fana *poenire* III. 9. (de Orat. I. 51.) 358.
- [*Poenitet an paenitet?* III. 55. 405.]
- Ponderare*, quae familiarum vestustatibus aut pecuniis *ponderantur* I. 31. 125.
- Ponere*. prima *posita* est Olympias II. 10. (v. ada.) 233.
- [*Populariter* v. ioculariter.]
- [*Poscere* cum duplici Accusativo II. 36. 318.]
- Possederunt*, tenent: medium optimates *possederunt* locum I. 34. 139. [i. q. Graecorum *ἰκτινηται*.]
- [*Post videro* II. 9. 229.]
- [*Postumus*, non *Posthumus*, scribendum II. 33. 308.]
- \* *Potentatus* II. 8. pr. m. 223.
- [*Potissimum*, locus huius vocis legitimus I. 21. 93.]
- [*Præcepta dare ad aliquid* non est Ciceronianum III. 13. 369.]

- [*Praecipitare pro se praecipitare* VI. 18. 493.]
- Praecipue* multis multa tribuit populus I. 34. 141.
- [*Praeclarus ad*—II. 14. 249.]
- [*Praepotens* I. 43. 173.]
- [*Praesens pro Imperfecto positum* I. 5. 30. II. 22. 275. et 277.]
- [*Praesens coni. in conditionibus* III. 15. 371.]
- [*Praestare animi ferocitate* II. 2. 200.]
- [*Praeteritionis formula: Omitto dicere* I. 31. 124.]
- [*Pratum* I. 12. 56.]
- [*Primum pro primo* I. 9. 42.]
- [*Principes* II. 14. 245.]
- Principia naturae*: (philosophi) verbis et artibus aluerunt naturae *principia* III. 4. 345. (cf. de Off. III. 12.)
- [*Prior, in appositione* II. 20. 265.]
- Probare, persuadere*: cum iussu Tarquini se ius dicere *probavisset* II. 21. 273.
- [*Probatus et carus* I. 15. 67.]
- [*Procacitas, quid?* IV. 6. 427.]
- Proditum memoria est* II. 31. 302. (nisi potius scribendum *proditum memoriae est*)
- [*Produci pro evehi* I. 44. 180.]
- [*Profteri indicium* VI. 6. 464.]
- Profundere vitam* (de Miltiade in vinculis mortuo) I. 3. 17.
- [*Proinde et perinde confusa* I. 5. 28 sq.]
- [*Prominere foras* III. 7. 352.]
- Pronomen relatum ad proximus et duobus nominibus quod a praecedente regitur*: non duo Scipiones oriens incendium belli Punici secundi restinxissent, nec id (*bellum*) *excitatum*, Q. Maximus caervavisset; aut M. Marcellus contudisset etc. I. 1. 2.
- [*Proponere praemium* VI. 24. 503.]
- [*Propter, iuxta; propter Tuberonem iussit assidere.* I. 11. 51.]
- [*Proscribere* i. q. venale proponere III. 19. 378.]
- Prosperere comitata est fortuna* II. 24. 285.
- [*Prosperus* VI. 17. 487.]
- \**Proterritis*: Themistoclem patria pulsam atque proterritum I. 3. 17. (Plautinum vocabulum) [Ciceroni vindicatur I. 3. 17.]
- [*Proterve consecrari* I. 44. 179.]
- [*Provocatio c. Genit.* I. 40. 162.]
- [*Proximum similitudini regiae imperii genus.* II. 32. 307.]
- [*Prudens* i. q. iuris prudens I. 12. 56.]
- [*Prudentia civilis et domestica, quid?* II. 25. 287.]
- [*Prudentia* i. q. sapientia III. 9. 361.]
- [*Prudentia ex providendo dicta* VI. 1. 457.]
- [*Quaerere de aliquo* I. 19. 85.]
- [*Quam vellem!* I. 10. 45.]
- [*Quare, summam sententiae praecedentis colligit* I. 6. 33.]
- [*Quasi excusat abusum verborum* I. 4. 24. II. 29. 296. *Quasi vero, ironice respondet* I. 6. 30 sq.]
- [*Querela non querella* II. 25. 289.]
- [*Qui—quisque* II. 1. 195.]
- [*Qui causale cum Coniunctivo* II. 21. 272.]
- Qui pro quis. qui sit* II. 3. 205. a sec. m. ne *qui* magistratus crearetur II. 31. 303.
- [*Qui cum coniunctivo* I. 10. 47.]
- [*Quid enim?* ponit Cic. sequente negatione. I. 41. 167.]
- [*Quidam nonnunquam intendit.* I. 8. 38 sq. II. 19. 261. I. 29. 121.]
- Quod pro quid. si nomen, quod sit, conveniat—nisi, quod sit, fuerit intellectum* I. 24. 101. velim scire *quod* optimum iudices I. 30. 125. recte quaeris *quod* maxime I. 35. 142. p. m. Ita et I. 2. p. m.
- [*Quoniam, soni causa postpositum* I. 8. 37. eius significatio I. 24. 102.]
- [*Quotidiano pro quotidie* VI. 2. 459.]
- [*Rapio, rapiunt inter se rei publicae statum tanquam pilam tyranni a regibus, ab iis principes.* I. 44. 180.]
- Ratio in aliqua re. in quo deficit fortasse ratio* II. 33. 308. fuerat fortasse *ratio* in illo aere alieno

- medendo II. 34. (ex emend.)  
310
- [*Ratio* i. q. theoria I. 8. 39.]  
[*Ratio cogit* III. 31. 398.]  
[*Rationes* omnium rerum I. 8. 40.]  
*Reapse* I. 2. 7. II. 39. 323.  
[*Receptui canere* I. 2. 14.]  
*Recipere*, virtus inconstantiam non recipit III. 11. 363.  
[*Recreare* civitatem I. 44. 180.]  
[*Redundare*, eius duplex constructio II. 5. 214.]  
[*Referre se ad aliquid* V. 3. 447.]  
[*Refertus* absolute ponitur II. 24. 285.]  
*Regia civitas* (*Basilia*) II. 29. 296.  
[*Relativum pronomen post plura verba positum* I. 10. 45.]  
[*Relativum pronomen ad rem non ad verba relatum* I. 11. 53.]  
[*Relativum ad sequens substantivum relatum* VI. 15. 482. VI. 20. 496.]  
[*Relegare dona* III. 28. 393.]  
[*Religio*, perturbari religione et metu I. 15. 67. inanem religionem alicui deicere. *ibid.* religionum caerimoniae II. 14. 246.]  
*Renuntio* vobis II. 44. (declaro) 532.  
[*Reperitur* venisse II. 15. 252.]  
[*Repetere a stirpe* III. 12. 368.]  
[*Reportare et deportare* ex praeda II. 9. 227.]  
*Reputare*, calculo inito invenire. I. 16. 72.  
[*Require* ex aliquo. II. 38. 522.]  
[*Res* i. q. rerum summa I. 34. 139.]  
[*Res Graecae* i. q. litterae Graecae I. 22. 97.]  
[*Res populi id est res publica* III. 31. 396.]  
[*Res publica adulta* II. 1. 198.]  
[*Res publicae* d. öffentl. Angelegenheiten II. 25. 287.]  
[*Res publica non respublica* I. 3. 14.]  
[*Res saevae* p. 513.]  
*Responsitare* V. 3. 447.  
[*Restrictae* III. 4. 346.]  
[*Revocare* ad rationem II. 11. 240.]
- Revolvor*, redeo. ut ad illa elementa *revolvor* I. 24. 102.  
[*Rex alienigena* II. 13. 243.]  
*Rite*, iure. *rite* hominem dicere II. 26. 291.  
[*Rogare, abrogare, derogare, obrogare, subrogare*, de legibus dicitur III. 22. 383.]  
*Sacramentum*, lex de multae sacramento II. 35. 314. (Ita dici videtur, quia, eodem modo, quo sacramentum, multa aerario cedebat. Nam quis credere sustinebit, licuisse, sacramento interposito, de multa adversus magistratus certare?) [Accurate de hac re praecipientem vid. *Dirksenium* in libro, qui inscribitur *Beiträge z. Kunde des röm. Rechts*. Lips. 1825. p. 189. sqq.]  
[*Saepire* praesidiis I. 44. 180.]  
[*Sanctissime pater* VI. 15. 480.]  
[*Sane* nonnunquam est concedendae II. 26. 290.]  
[*Sanguen*, apud Ennium, pro sanguis I. 41. 166.]  
[*Sanguinem civilem gustare* I. 42. 170.]  
[*Sapientia* i. q. prudentia III. 12. 366.]  
[*Scientia* i. q. theoriam, usus i. q. praxin dicunt I. 2. 6. sq.]  
[*Scientissime* exponere I. 14. 62.]  
[*Scintilla ingenti* II. 21. 271.]  
[*Scriptitare* V. 3. 447.]  
\**Scrupus*, quod improbis semper alicui *scrupus* in animis inhaereat III. 16. 373.  
[*Se* supervacaneum videtur, neque vero est. I. 33. p. 131.]  
[*Sentio et censeo* quid differant I. 29. 121 sq.]  
\**Sepse*, se ipsam. omnes magis quam *sepse* diligit III. 8. 355.  
*Serere* rem publicam II. 3. 201.  
[*Si pro etsi, tametsi* I. 27. 114.]  
[*Si modo — potuero* I. 43. 171. Conf. Scheving. Obs. Crit. in Cic. Brut. p. 9. et Excurs. p. 82 — 85. Ellendt. ad Cic. Brut. 5. Beier. ad Cic. de Off. III. 23. 89. p. 351 sq. A. Matthiae de Usu Fut. Exacti. Progr. p. 5. sq. cf. I. 46. 186.]



*Sic. αἴρω*, I. 22, 97. peto a vobis ut me sic audiat, neque ut expertem, neque ut anteponentem. (pro Sex. Roscio c. 26. non sic nudos in flumen deicere.)

[*Sicut pro quasi* II. 42. 329.]

[*Signare*, soni signati et expressi III. 2. 339.]

*Similitudo*. mansisset eadem voluntas, si regum similitudo permansisset I. 41. 167. genus proximum similitudini regiae II. 32. 307. (*forma, species*)

[*Simpuvia* VI. 2. 459.]

[*Singulare imperium* I. 33. 132. pro dominatione unius.]

*Singularis pro plurali*, exulem et regem ipsum, et liberos eius, et gentem Tarquiniorum esse iussit II. 25. 289.

[*Societas regni sancta nulla est* I. 32. 129 sq. conf. Garaton. ad Cic. in Verr. I. 15. p. 168. ed. Havn.]

[*Solere* de sapiente dicitur I. 6. 34 sq.]

[*Solis anfractus reditusque* VI. 12. 475.]

*Solvagum, ἀζυγέ*. non est solivagum genus hoc I. 25. 106.

[*Solvere pro liberare* I. 18. 81.]

[*Sorte ductus* I. 34. 135.]

*Spatium*. uno an altero spatio collocati (porticum semel aut his inter sermonem inambulando emensi) I. 12. 55. (Scaevola duobus tribusve spatiis factis dixisse. de orat. I. 7.)

[*Speculum splendore animi et vitae se praebet civibus* II. 42.]

[*Spem sui dare* I. 10. 44.]

[*Status* i. q. *salus* I. 28. 116.]

[*Stirpe*, populum a stirpe repetit. III. 12. 368.]

[*Stringere* non est Ciceronianum IV. 1. 415.]

[*Suaviloquens incunditas* V. 9. 453.]

[*Suavitas* varia, an dici possit? I. 4. 22.]

*Subagreste consilium* II. 7. (haud sane lenius dictum quam simplex *agreste*) 220.

[\**Sublevatio*, quod alibi non le-

gitur apud Ciceronem et reliquos scriptores veteres. II. 34. 312.]

*Subnixus* victoriae divitiisque II. 25. 287 sq.

*Subrogare*, pro comitis creare, minime ita restricte, ut de illo tantum intelligendum sit, qui mortuo sufficiatur: — in annum postera x. viros alios *subrogaverant* II. 36. 317. alios *subrogare* II. 37. 318. Vulgata explicatio teneri potest II. 31. 304. collegam sibi *subrogavit*.

[*Substantivum repetitum perspicuitatis causa* I. 26. 109 sq. II. 7. 222. II. 40. 326.]

[*Substernere* libidini rem publicam I. 42. 170.]

[*Subsum* i. q. *fnitimus sum*. I. 28. 117.]

\**Subvehere* eodemque ut flumine res — maxime necessarias — a mari subveheret (ita enim leg. pro mari *absorberet*) II. 5. 214. [Sed v. 222.]

[*Suis illecebris pro ipsarum illecebris* VI. 1. 453. Vid. Muret. Opp. II. p. 857. Ed. Ruhnk.]

[*Summa fatalis* (annorum) VI. 12. 475.]

[*Summum ius, quid?* V. 3. 447.]

[*Summus usus* II. 22. 276.]

[*Sunt ista* resp. Graec. ἑστὶ ταῦτα I. 10. 48.]

[*Suspiciere* in caelum III. 2. 340.]

*Suspicio* cognationis (ex cognatione nata) II. 31. 300.

*Synchysis*. si quando regi iusto vim populus attulerit — ac totam rem p. substravit libidini suae, cave putes autem mare ullum aut flammam esse tantam etc. I. 42. 170. Haec enim periodus incipere debebat ab illis: *cave putes autem*.

[*Tabula deturbare aliquem* III. 20. 379.]

[*Taeter* non *teter* II. 26. 290.]

[*Tantus* cum emphasi praepositur I. 3. 15.]

[*Temperatio pro temporator* VI. 17. 487.]

[*Temperatus* et *mixtus* distinguuntur II. 25. 282.]

- Tempestas*, in tempestate (*ἑσπείρις*) I. 44. 177. [*t.* horribilis Gallici adventus II. 6. 218. *tempestas* i. q. periculum I. 1. 4. I. 4. 23.]
- [*Tempora* i. q. Chronologia II. 14. 249.]
- Tenere*, retinere, servare. tenuit auctoritatem principum II. 31. 305. I. 44. 181. I. 46. 186.
- [*Tenere pro sustentare* II. 31. 304.]
- [*Tenere pro continere* III. 2. 339.]
- [*Tenere*, de dominatu III. 31. 396.]
- [*Tenet odium* II. 30. 299.]
- Tentare*. cum senatus tentaret — ut ipse gereret rem p. II. 12. 241.
- [*Terra est media et infima* VI. 17. 488 sq.]
- [*Terrarum orbis insula est*. VI. 20. 496.]
- [*Terrores duo huius urbis*. I. 47. 188.]
- Teterrimi homines* I. 17. 74. teterimus I. 29. 120. (Hoc ideo annotavi ut testimonio antiquissimi codicis liquidius appareat contemnendam esse librorum scripturam, qui pro hac voce apud Ciceronem saepissime *teterrimi* exhibent.)
- Thracia* ex Servio rescribendum II. 4. 212. pro *Thracia*.
- [*Tibi ἀλεονάξει* VI. 17. 485.]
- Tignarii fabri* II. 22. 276.
- [*Timor impendet* II. 27. 294.]
- [*Togati*: Unus etogatis I. 22. 97.]
- [*Tornata sphaera* I. 14. 63.]
- Tractatus muri* (ductus) II. 6. 217. (Quis hoc loco tractus expectaret: quaerendum tamen potius quam immutandum esse censeo.)
- [*Tranquillus ad quietem locus* I. 4. 25.]
- Transfusa* latius studia I. 18. 84.
- [*Transmarinae artes* II. 15. 253.]
- [*Transmittere maria* I. 3. 20.]
- [*Tribuere alicui omnia*, quid? I. 10. 50.]
- [*Tritus sermone* II. 29. 296 sq.]
- [*Tueri pro obtinere* VI. 15. 481.]
- Tunc*, pro *tum vero*. (si lectio sincera est) tunc — auspicii plurimum obsecutus est II. 9. 227.
- \**Turpido*, fuga turpidinis I. 2. 9. [*Turpido pro turpitudine* non est Ciceronianum I. 2. 9.]
- Tutor et procurator rei p.* II. 29. 296.
- [*Undare Cicero an dixerit?* II. 6. 218 sq.]
- [*Unus* i. q. solus. I. 34. 139.]
- [*Usque eo non eo usque* dixit Cicero II. 20. 264.]
- [*Usus rei publicae* II. 1. 194.]
- [*Usus rerum in rep.* I. 23. 98.]
- [*Ut* i. q. ergo. I. 33. 132.]
- [*Ut omitam*, praeteritionis formula III. 12. 368.]
- [*Ut pro quamvis* II. 23. 283.]
- [*Ut* i. q. postquam II. 1. 199.]
- [*Ut* i. q. si spectes I. 37. 151.]
- [*Ut*, i. q. finge I. 6. 33.]
- Ut*, qui, ut Africanum scribit Cato, possit idem de se dicere I. 17. [de tempore: *mitus quadringentorum annorum esse, ut (urbs) sine regibus sit*. I. 37. 150. Ita alibi Cicero: *annus est, ut repulsam tulit*. cf. Gean. Thes. L. L. voc. *ut*. St.]
- [*Uti pro Ut* Cicero rarius scripsit II. 32. 305 sq.]
- Utor* cum acc. non novam potestatem aactus, sed, quam habebat, *usus* iniuste II. 29. 296.
- [*Utrum — ne — an* III. 19. 378.]
- [*Vagantioratione* II. 11. 240. De hac abl. forma v. Jen. L. Z. 1825. 32. p. 253 — 256.]
- [*Vagire* in cunabulis II. 11. 238.]
- [*Varietas*, in rerum publ. varietate versati. III. 3. 341. ex varietatibus utilitatis cum aliis aliud expedit, nasci discordias I. 52. 129.]
- Vastus*, teter, immanis. vasta belua II. 40. 326. morum immanitate vastissimas vincit beluas II. 26. 291.
- [*Vel ut* II. 40. 325.]
- \**Velati* II. 22. 280.
- [*Venit ad se* III. 28. 393.]
- [*Ventitare*, πορεύειν. I. 9. 42.]
- [*Verbum idem in eadem periodo repetitum* I. 34. 140.]

- Verecundia* est timor vituperationis non iniustae. V. 4. 448.
- Vereor ne, sequente indicativo* :  
*vereor ne barbarorum rex fuit* I. 37. 153.
- [*Vero* initio positum I. 37. 150. I. 43. 173.]
- [*Versari in disputatione* III. 3. 342.]
- [*Vertens annus* VI. 22. 499 sq.]
- [*Vertices caeli* VI. 20. 495 sq.]
- [*Vertitur orbis* II. 25. 286.]
- Vetustates familiarum* I. 31. 125.
- Via*. spero nos ad haec ipsa via perventuros I. 20. 90.
- [*Viculus, viculis et castellis* I. 2. 12.]
- [*Videlicet* ironice positum I. 36. 148.]
- [*Videri, passiva significatione* I. 19. 85.]
- [*Vigere, de gloria* I. 10. 50.]
- [*Vigilanti et industrio* I. 3. 15.]
- \**Vilicare, vilicum agere*. V. 3. 447.
- [*Vincere expectationem* I. 23. 100.]
- Virgula*. cuiusque et boni et mali causam tamquam virgula attingere II. 30. 298.
- [*Viridiora praemia* VI. 8. 467.]
- [*Virorum penuria* V. 1. 443.]
- [*Virtus in usu sui tota posita est* I. 2. 7. I. 20. 90.]
- [*Vis lacrimarum* VI. 14. 480.]
- [*Vita hominum* i. q. homines I. 2. 13.]
- [*Vocitare* II. 27. 292.]
- [*Volitare et vagari, de fama nominis, poeticum* I. 17. 74.]
- [*Volo me metui* II. 25. 287.]
- [*Volucris spe rapiuntur a domo longius* II. 4. 207.]
- [*Voluptas et Voluntas confusa* I. 2. 13.]
- [*Voluptatibus inferiores, nec pecunia ferme superiores* II. 34. 313.]
- [*Voluptatis blandimenta* I. 1. 6.]
- [*Volutare animo nihil, nisi semperiternum et divinum*. I. 17. 78.]
- [*Vult virtus honorem* III. 28. 391.]
- [*Zengma* I. 23. 100. II. 14. 246.]

## INDEX

*auctorum et librorum, qui in libris de Re publica laudantur.*

- Annales Graecorum II. 10. 232.  
 Annales maximi I. 16. 72.  
 Annales publici II. 15. 250.  
 Apollodori Atheniensis chronica  
 (intelliguntur, neque tamen nomi-  
 natim indicantur) II. 10. 234.  
 Aratus I. 14. 64. I. 36. 145.  
 Aristotelis de iustitia libri qua-  
 tuor III. 8. 354.  
 Carneades III. 5. 348.  
 Cato I. 17. 76. II. 1. 193.  
 Chrysippus de iustitia III. 8. 354.  
 Ennius (in annalibus) I. 16. 72.  
 18. 81. 41. 165. III. 3. 344. VI.  
 10. 471.  
 (Iphigenia) I. 18. 82.  
 (Neoptolemo) I. 18. 83.  
 incerto opere I. 2. 12. 32. 129.  
 Homerus I. 36. 147.  
 Libri augurales I. 40. 164. II. 14.  
 31. 302.  
 Libri pontificii II. 31. 301.  
 Numae leges (quas in monumen-  
 tis habemus: sc. in libris au-  
 guralibus) II. 14. 246. V. 2. 445.  
 itidemque, ut videtur 4. 5.  
 Pacuvius (Antiopa) I. 18. 83.  
 (Medo) III. 9. 356.  
 Plato I. 10. 48. 43. 171. 44. 177.  
 II. 1. 198. 11. 240. 29. 295. 30.  
 297. IV. 4. 422.  
 Polybius II. 14. 249. IV. 3. 419.  
 (intelligitur de anno urbis na-  
 tali II. 10.)  
 XII. tabulae II. 31. 502.  
 Timaeus (Tauromenitanus) III. 31.  
 397.

## INDEX

*librorum adhuc ineditorum, qui in commentariis citantur.*

- Eclogae Constantini Porphyro-  
 geniti p. 76. [sc. Ed. Stuttg.]  
 Ennii fragmentum ex Sabinis  
 p. 139.  
 Etymologiarum auctor p. 69.  
 Faanii fragmentum ex oratione  
 in Gracchum p. XLVIII.  
 Fragmentum geponicum Grae-  
 cum p. XXV.  
 Fragmenta iuris anteiustiniani  
 Vatic. p. 31.  
 — mathematica Veronensia p. XL.  
 Frontonis et M. Aurelii Caes.  
 epistolaemutuae: lib. III. p. 90.  
 lib. IV. p. 34. — in lib. ad  
 Marcum Aug. servatum fragm.  
 orationis Catonis de sumpta  
 suo p. 122.  
 Interpres Tullianus p. 57. ad ora-  
 tionem pro P. Sestio p. 60.  
 Politicus Graecus (Photio lectus)  
 p. XVI. LIV. lib. V. p. 62.  
 180.  
 Polybii libri XXXIX. excerpta  
 p. 64.  
 Proclus ad Platonis rei p. li-  
 brum X. p. 20. 30. 42. 238. 310.  
 311. 312. 313. 317. 319. 320. 321.  
 322. 327. 328.  
 Scholiasta Vatic. p. 69.

## CONSPECTVS

### Orthographiae Codicis Vaticani.

**O**perae pretium fore duxi, rationem scribendi, quam librarius in codice Vaticano librorum de Re publica tenuit, quam possem accuratissime proponere. Quum enim incredibilis quaedam codicis appareat inconstantia, nisi de iis constiterit, quae librarii negligentiae tribuenda sint, omnia fluxa, et certa lege carentia videbuntur: contra autem, his cognitis erroribus, satis dilucide cognoscere licebit, quam fuerint secuti orthographiam in scribendis libris Ciceronianis grammatici emendatores, qui priscam illam, qua auctor ipse usus est, immutauerunt. Quin immo, in hoc quoque codice non pauca supersuat ex ista ipsa, auctoris aevique nomine veneranda, quae tamen, velut horrida nimis, elegantissimoque oratori parum congruens, in eius libris abolita fuit, sed ita, ut illius vestigia per negligentiam reliquerentur. Ac fortasse, vetustissimis, quae supersunt, exemplaribus Ciceronianis pervestigandis, contingere aliquando poterit, ut prave olim fastidita summo scriptori reddatur: in quo negotio multa praesertim sperare licet de Verrinarum codice, quem, cum tot aliis, ill. Maius invenit: hoc certum est, pro illa, quae nunc in libris obtinet, quaeque omni auctoritate caret, recentissimo aevo inuenta, eam saltem instaurari et posse et debere, quam quarti saeculi grammatici, docti sane homines, probauerunt atque exhibere voluerunt.

Iam, ut institutum opus ingrediatur, quod ad praepositiones verborum compositorum attinet,

*Ad* retinet *d* litteram ante *f, g, p, r, s*: *adferre, adficere, adgnatus, adgnoscerere, adpudentia, adprobare, adrogare, adrogantia, adsciscere, adsentiri, adsequi, adsiduus, adstistere, adsuetus, adsumere*. Verum scribitur etiam *appellare* (idque saepius in l.), tum vero solita mendosa permutatione litterarum *d* et *t*, *atpellare* (semel, a. pr. m.); et *atsint*.

Ante *t, d* in *t* vertit: *attulit*; non minus mendose.

*Circuitus* pro *circumitus*, 2. m. I. 29. 120.

*Con* fere semper retinet *n*, ante *l, m, p*. *conlata, conligere, conlocare, conloquia, conlustrare, conmutare, comparare, comparere, compensatio, conperisse, conplares*: eademque analogia *Conlatinus*.

Aliquando tamen anomale vitioseque scribitur: *collega, commutare, commutatio, committere, complecti, complures, componere*.

*Dis* ante *i* abicit *s*: *diuinctus*.

*Ec* ante *f*: *ecflescere, ecfossum, ecfrenati*, alibi, vitiose, *effrenati*, et *efferant*.

*Ex* sequentem *s* litteram expellit; *existunt, existeret, extiterit, extitisse, extitissent, exilium, exultare*. At ne id quidem constanter scribitur enim *existat* l. 45. 183. II. 28. 294. *existeret* III. 3. 341.

*In* servat *n* ante *b, l, m, p, r*: *inbecillis, inbecillitas, inlecebrae, inliberakter, inludere, inlustris, inmanis, inmanitas, inmensus, inmortalis, inmutabilis, inmutatus, inpedio, inpedimentum, inpelere, inpendere, inpendia, inpena, imperium, inpero, inperitiri, inpetus, inplorare, inpo-*

*nere, inportare, inportanitas, imprimere, improbus, improvisa, inpulit, impulsus, inpurus, inritare.*

Est tamen in hoc quoque magna librarii inconstantia, non raro scribentis: *imbecillitas, immanis* (saepius quam *inmanis*), *immolare, immortales, impendere, imperium, imperiti, improbi.*

Post *re* geminatur consona: *recidisset* (II. 8. 223.) *repperiatur, reppulisset, rettulit.* Veram in tertio libro scribitur *reperiatur.*

*Sub* servat *b* ante *p*: *subpeditare.* *Trans* abicit litteras *ns*: *transmittere.*

Genitivus casus sing. n. nominum propriorum in *ius* per *i* simplex scribitur: *Enni, Horati, Iuli, Laeli, Mari, Opimi, Pacuvi, Pompili, Tati, Valeri.* Scribitur tamen etiam *Tatii, Tiberii, Papirii*: etiam *Capitolii.*

In ceteris, si recte notavi, haec tantum inveni: *oti* (et id quidem a pr. m.) *imperi.* [De Genitivis in *i* pro *ii* vid. J. C. Jahn. ad Ovid. Metam. xv. 728. et quos idem ibidem laudat et in Seebodii Bibl. Crit. 1824. 8. pag. 878. videlicet: Martian. Capella de Analog. lib. III. Brunck. Praef. ad Virgil. p. vi. Wolf. ad Hor. Sat. I. 1. p. 11. Heiodorf. ad Hor. Sat. I. 1. 105. Both. ad Plaut. passim. Osaen. Analect. Crit. p. 172. Eichstad. in Ephem. Litt. Jenn. 1823. 76. Niebuhr. ad Cic. Oratt. Fragm. p. 57 et 110.]

Nominativus casus pl. n. nominum, quae in *ius* mittunt, et pronominis *idem*, in primis quidem duobus libris fere per *i* simplex scribantur: *ali, di* (at *semel dii*), *idem* (semel *idem*), *pontifici, regi* (V. 2. 445.) In tertio libro aliquando diversa ratio obtinere videtur.

Circa dativum pl. nominum quae

in sing. numero per *ius, ia, ium* finiuntur, pronominisque *is, ea, id*, iam ab origine còdex parum sibi constabat, quippe ubi hic casus modo per *is*, modo per *iis* scriberetur: tum vero emendator omnia ad secundam formam redigere statuit, quod tamen ita executus est, ut plurima reliqueret. Visuntur autem, sive immutata sive non animadversa, haec: masc. gen. *alis, dis, grais, is, isdem, socis.* fem. gen. *is, isdem, iunis, manabis, pecunis, propriis,* neutr. gen. *comitis, indicis, is, isdem, matrimonis, patris, praesidis, regis.*

Pro *his* (masc. gen.) legitur semel *hiis*, alibi vero (II. 40. 325.) *eis.* Id unum superest de antiquissima scriptura *ei pro i* longo.

Illà vero, quae multo diutius servata est, *uo* pro *uu*, ita raro comparet, ut credere par sit, eam iam in exemplari quod librarius descripsit deletam fuisse. Septies tantum eam invenisse notavi: *anolsum* (I. 1.) *uolneribus* (I. 3.) *uolgi* (I. 6.) *uolgus* (I. 14.) *uolt* (III. 33.) *uoltis* (I. 28. III. 5.) Eadem vocabula alias ubivis vulgari modo perscribuntur.

Pro *qu* in prioribus libris plerumque *cu* scribitur: coniunctio certe semper *cum*, (non *quum*, aut *quom*, aut *qum*) -tum *aecum, aecus, secuntur.* Simile est, quod semel *relicuus* invenitur. Verum in tertio libro constanter *qum* scribitur, nisi quod semel librarius consuetum sibi *cum* posuit.

In eodem tertio libro semel scribitur *quoi* (III. 11): alias ubique *cuius* et *cui*.

Similis alia diversitas est inter priores duos, tertiumque librum; illis scilicet recentiorum modam sequentibus, hoc vetustatem aliquatenus retinendo, ratione participii, gerundii, eo-

rumque vocabulorum, quae antiquitus u littera scribebantur, qualia sunt *libido*, *aestimare*. Verumtamen in secundo libro haec paucissima librarium eiusque emendatorem effugerunt: *deterrumum* (ll. 26.) *gerundis* (ll. 24.) *conveniundi* (ll. 14.) *disserundi* (ll. 39.) *septuma* (ll. 10.) *maritumi* (ll. 4.) *aestumatio* (ll. 35.) Contra in tertii libri reliquiis scribitur *aequissimum*, *facillume*, *vittiosissima*, *maxume*, *maxumi*, *optumae*; *optumum*, (etiam V. 4. *optumi*) *optumates*. Sed nihilominus eadem alibi exhibent *optimus*, *optimatis*, *di-gnissimus*, *acerrime*, *faciendum*, *accipiendum*.

Accusativus plur. nominum quorum genitivus per *ium* fiitur, quatuor, si recte memini, locis demtis (*testes* l. 37. *partes* l. 38. *omnes* ll. 14. III. 9.) ubique recte per *is* scribitur cuius rei exemplis congerendis supersedeo. [Legitur etiam *cives* l. 27. *urbes* ll. 4. Cens. Jen. 1825. 34.]

Aphaeresis vocalis *e* verbi substantivi, post vocalem, syllabamque *um*, valde frequens est in hoc quoque codice: hanc pravus emendator ubique tollere sibi proposuit, ea tamen permultis locis hominem parum vigilantem fefellit. Aliis plurimis iam a prima manu est plene scribi videtur: sive id iam ita fuerit in exemplo, quod librarius exscribebat, sive is illud de suo posuerit.

Paucis hoc quidem loco agam de re parum hactenus, in tanta vetustorum Ciceronis codicum penuria, observata: minime vero repetam, quae alio loco scripsi. — Igitur aphaeresis ista locum sibi omnino vindicat ubicunque est vocalem, sive longa sit, sive brevis, syllabamve *um* subsequitur: - (equidem de *im* syllaba idem valere, suspicor plane, sed exem-

plum adhuc nullam inveni) — minimeque haesitare debet Ciceronis editor, quia eam ubique reponat: codicum enim inconstantia a sola corrigendi ad recentiore orthographiam libidine fluxit. Neque ea nonnisi tum admittenda est, quum participium adiectivumque praecedens vinculo quodam indissolubili cum verbo est coniungitur, et cum eo coalescit, ut quasi solidum verbum ex hac coniunctione prodeat compositum: (cuiusmodi rem in futuro tempora verborum Hispanicae linguae evenisse a Bekkero v. ill. me edoctum esse memini) -ex gr. *posita st*, *condita st*, *nata st*, *verendum st*, *plena st*. Nam nihilo secius idem evenit inversione facta, *ratio st inita* (ll. 36.); *si boni st viri* (ll. 11.): immo quando *est*, cum nullo alio verbo coniunctum, vim habet absolutam: *ita st*, *inquit Scipio* (ll. 21.) *virtutem, quae est una, si modo st, maxime munifica* (ll. 8.) - minimeque dubitaverim hoc ipso loco *quae st* scribere; ut mihi quidem persuasum est alibi *memoriae st proditum*, rectius quam *memoria est proditum*, legi. [Conf. Niebuhr. ad Cic. Orat. Fragm. p. 60. Peyron. ad Cic. Orat. Fragm. p. 129. Beier. ad Cic. Orat. pro Scauro 19. p. 100.]

*Adulescens* (verumtamen anomale *adolescere*), *Ahala*, *belua*, [v. ll. 2. 200.] *Caelius mons*, *caelum*, *coepit*, *condicio*, [vid. l. 4. 23. l. 27. 114.] *contio*, [de h. v. vid. l. 4. 21.] *Duelius*, *fe-tialis*, *heres*, *intellegere*, *litterae*, *litus*, *maerens*, *magno opere*, *milliens*, *neglegere*, *namquam* [cf. ad l. 9. 43.], *oboe-dire* ll. 29. 394., *paene*, *paenitere* ll. 35. 405., *paulo*, *plebeiscitum* (sed IV. 2. *plebiscitum*), *qualiscumque*, *quattuor* (certe in ll.), *querella*, *quicquam*, *quicumque*, *quinctilis*,

*sagire*, [h. 26. 107.] *sollers*, *taster*, *tamquam*, *tanto opere*, *triciens*, *umquam*, *villicus*, - constanter atque cum optimis libris scribitur.

et Gracchum per i recte scriptum fuerat I. 10, *Pythagorā*: id emendator corruptit.

*Vinculum*, *prince*, *ter* (I. 3, 26. - a pr. m. - III. 2.) alibi *vinculum*: ut *saeculum* pro genuino *saeculum*.

*Reprehendere*, antiquae, in IV. libri fragmento scribitur: in secundo *reprehendere*.

*Assurios*, *Pacuanus*, *haia*, *ponere*, in tertio libro vetustatem conservant: similiter *Zmyrna* in primo (I. 8.), sed depravatum a sec. m.

*Optinere*, *sapientia*, *urps*, mihi certe genuina esse videntur: idem fortasse de *sescentis*, *sescentesimo*, censendum est.

*Suntus* frequentius quam *sumptus*; - *temptare*, non *temptare*; - *incohare*, aut *incohatum* bis occurrit: semel *inchoatum*. [I. 36. 145.] Eadem inconstantia est circa *scribitis*, *scribserint*, *conscriptissent*, *diligere et deligere* - *nactus et nactus-flama* (V. I. 42.) et *inflammari* (in III. 9.) - *Carthago* et *Harthago-Philus* et *Pilus*.

Set longe frequentius scribitur quam *sed*: verumtamen hoc quoque non raro: admodum raro *apud*, *istud*, *illud*: quum fere ubique sit *apud*, *illud*, *istud*. Etenim circa *d* et *t* litteras longe maxima est inconstantia, quarum scilicet alter-

utram eligere a sensu auctoris scribentis pendebat, dictata verba excipientis: qui adeo manifesta admisit menda: *adque*, *adqui* (raro *atqui*), aliquando *it* pro *id*, *at* pro *ad*, *aut* pro *haud*; contrariaque ratione *aliquid*, *ed*, *essed*, *inquit*, *quod*.

Neque minus mendose scripsit *interpretari*, *quaeratur*, *saedes*, *saenatus*, *Lacaedemonii*, *Grecia*, *asluentia*, *remitteret* [vid. I. 4. 26.], *iandudum*, *tanmane*, *reabse*, *Verginius*, *volutatem*, *bis* pro *vis*, *Tuxera*, *Xerses*; quae omnia abicienda sunt. Errone sit *f* pro *ph* in graecis (*filosofi*, *filosofari*, *sphaera*) an prisca potius moris fuerit, uti in his latina littera, pronuntiare non audeo.

*bonum*. a s manu immutatum (II. 9.) *haud* scio an rectum sit: *septe* (II. 10.) et *mortus* (II. 18.) a desciscent in vulgarem sermone tracta sunt.

De *erus* pro *herus* (I. 41.) *conubia* (II. 37.) quaerendum est.

Haec omnia quae scripsi [Ed. Lond. quae collegi] si quis attente ponderaverit, perspiciet, eandem esse orthographiae rationem in hoc codice, atque in illo, X. saeculi, qui in tabulario basilicae Vaticanae servatur; a qua minime abit codex Florentinus epistolarum: his invicem collatis, normam, a qua negligentes librarii saepius aberrarunt, inveniri et stabiliri sine erroris periculo posse.



## Corrigenda.

- p. VI. l. 1. pro *duo* l. *duae*.  
p. VI. l. 5. ab ult. et VIII. l. 14. ab ult. pro *sic ubi* l. *sicubi*  
p. VII. l. 8. ab ult. pro *quae* l. *qua*  
p. 4. in ann. critt. l. 5. *Ceterum*  
p. 13. a. l. 5. ab ult. 17. 47 (non 4.)  
p. 31. l. 6. *opitulandi*.  
p. 55. b. l. 8. *viro isti*  
p. 66. b. l. 20. inverso.  
p. 66. a. l. 3. *utraque*.  
p. 105. a. l. 7. *breviter*.  
— b. ult. *Antv*.  
p. 129. a. l. 7. *utilitatis*  
p. 140. b. l. 21. *motu*.  
p. 154. b. l. 2. *tunc*  
p. 159. a. l. 5. *docto*.  
— b. l. 3. ab ult. *interpretatio*  
p. 160. ann. critt. l. 4. *assentior*.  
p. 165. b. l. 5. *istam*  
p. 200. a. l. 15. *poemate*.  
p. 291. l. 7. *nullam esse humanitatis*  
p. 299. a. l. 11. *fac*.  
p. 304. a. l. 2. *nunquam vidi*  
p. 366. a. l. 21. *adscriptos*  
p. 384. a. l. 7. *editione*.  
p. 433. tit. *Column. Lib. IIII*.  
p. 479. b. l. 6. *et in sua*.  
p. 515. l. 15. *praeteriere*  
p. 589. l. 6. ab ult. *Me*.